13-13 e 14

GRATIOSI VBERTI
I. C. CAESENATIS,
ET IN ROMANA CVRIA ADVOCATI.

TRACTATVS


DE CITATIONIBVS

Cuilibet Vtilis, & nemini non Necessarius.

TOMVS TERTIVS, ET VLTIMVS.

Cum Indice locupletissimo.

AD SANCTISSIMVM D. N.
INNOCENTIVM DECIMVM
PONT. OPT. MAX.



ROMAE, Typis Ludouici Grignani. MDCXLV.
SVPERIORVM PERMISSV.
CVM PRIVILEGIO.

INNOCENTIO X.
PONT. OPT. MAX.

GRATIOSVS VBERTVS.

TE sedente, Beatissime Pater, Absolui hanc vltimam mei Tractatus de Citationibus partem, quam ad Pedes tuæ Sãctitatis humillimus offero. Rogo diuinam prouidentiã, quæ eligentium animos composuit, ita etiã cætera cuncta disponat, vt diutissime viuas, & felicissimè regnes; vireas omni tempore sicut Oliua, & velut Columba, quoscumque aduersantium obices, tua virtute, &

Innocentia confundas: Iuſtitiam, Pacem, & Abundantiam, tria fragrantia Lilia, toto orbe terrarum conſerues. Ea interim Benignitate, qua fulges, Proſtratum reſpice, recipe Oblatum.

Ad

AD LECTOREM.

STVDIOSORVM vtilitati consulit ille, qui in iure nostro materiam aliquam suo studio tractandam eligit, quæ vtilis sit, sed ab alio non collecta. Magnum quidem leuamen est, quando ea, quæ varijs temporibus, quàm plures, confusè tamen, inordinatè, ac diminutè, in eorum libris ad vnam materiam pertinentia scripserunt, possunt studiosi in vno Tractatu, sine labore longæ perquisitionis, reperire.

Nec minorem vtilitatem afferunt illi, qui inuentis addunt, corriguntue opera, erroresque aliorum. Dicebat Solon: Aetas, & vsus, semper aliquid adportat noui, aliquid monet; vt illa, quæ te scire credas, nescias: & quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies; & nemo est sani consilij, qui se ab errore putet exemptum: ait Imperator in l.2.C.de vet.iure enucleando: Omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, Diuinitatis magis, quàm mortalitatis est.

Ludunt autem operam illi, qui sumunt materiam ab alio pertractatam, & tacito illius nomine, leuioribus interiectis, putant se noui tractatus compositores; sed quid? massam prius pistam repinsunt inutiliter, & velut sibi aliena adsciscentes, non transeunt sine nota.

Elegi materiam hanc de Citationibus non satis ordinatam, & quo potui studio, & diligentia, eam collegi, & tribus Tomis diuina ope absolui; quorum vltimum, iamdiu promissum, nunc exhibeo beneuole Lector: vt quicquid præstare potuerim, æquo suscipias animo.

Sed ecce, nuper ad Vrbem transmissus est alter Tractatus de Citatione. Miratus, mecum ipse dicebam, quid erit?

Non intelligebam, qua ratione post Tractatum de Citationibus, tanquam à genere ad species, pluraque indiuidua descendentem, exiret alter de citatione, tanquam consistens in solo genere, solisque generalibus.

Hæsitabam, si forte præuenisset ille author, si me notasset, & correxisset, si non vidisset meos libros, & si quid noui maiorisue, vtilitatis attulisset.

Vidi librum impressum esse Panormi anno 1645. quem posteriorem cognoui, cùm ex meis primus Tomus sit Bononiæ impressus, anno 1637. & secundus Romæ anno 1641. Legi eius dedicatoriam, qua post celebratam citationis materiam, ait hæc verba: Tandiu ergo mihi animo fuit cogitatio illa, aliquem scilicet conficiendi de citatione tractatum, donec mihi ipsi morem gerens eũ construxerim. Quibus lectis, destiti ab vlteriori perquisitione, si me allegasset, & in aliquo correxisset. Dum se existimans nouum constructorem, necessario declarauit me, opusque meum habuisse pro ignotis.

Potuit vidisse libros meos antea editos: quia vt relatum est, fuit Romæ: atque Librarij eosdem meos libros ad illas partes, sicut & ad alias transmiserunt.

Sed vtcunque sit, indicat iste author eundem tractatum se modico cum labore, & studio scripsisse, coadiuuantibus Bertachino, Tuscho, Asinio, Scaccia, Riccio, Barbosa, & alijs quibusdam, cum eorum repertorijs, quos ferè in omnibus allegat.

Proponit ipse 47. quæstiones, quas propriè appellasset quæsita, cùm omnia percurrat absque disputatione. Legi denique promissionem ab eodem factam, in fine tractatus in hæc verba: Ad secundam partem me præparo, cum additionibus ad hanc primam partem. & statim venit in mentem, quod Canis festinans cœcos parit catulos, & Vrsa informem fœtum lambendo figurat paullatim, & dum vidi non esse indicatam materiam, quæ illi supersit pro secunda parte, cogitaui an daretur partus ante conceptum.

Tu interim æquissime Lector, velut citationibus visis, confer vnum cum alio, & iudica. Vale.

INNO-

INNOCENTIVS PAPA DECIMVS.

AD futuram rei memoriam. *Exponi nobis nuper fecit Dilectus filius Gratiosus Vbertus Cæsenaten. quod ipse Tertium, & vltimum Tomum Tractatus à se compositi de Citationibus typis in hac Alma Vrbe nostra mandari facere intendit, vereatur autem, ne alij, qui ex alieno labore lucrum quærunt, eosdemmet Tomos etiam imprimi curent in graue dicti Gratiosi præiudicium. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, vt desuper opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictum Gratiosum specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, supplicationibus huiusmodi inclinati. Eidem Gratioso, vt Decennio proximo durante à primæua dictorum Tomorum, dummodò tamen illi antea à Dilecto filio Magistro Sacri Palatij Apostolici approbati sint impressione, computando, nemo tam in Vrbe, quam in reliquo Statu Ecclesiastico mediatè, vel immediatè nobis subiecto, Tomos prædictos sine speciali dicti Gratiosi, aut eius hæredum, & successorum, vel ab eis causam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs impressos vendere, seu venales habere, seu proponere possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuersis vtriusque sexus Christifidelibus, præsertim librorum Impressoribus sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis librorum, & typorum omnium pro vna Cameræ nostræ Apostolicæ, & pro alia dicto Gratioso, seu ab eo causam habente, & pro reliqua tertijs partibus accusatori, & Iudici exequenti irremissibiliter applicandorum, & eo ipso absque vlla declaratione incurrenˉ pœnis, ne Decennio huiusmodi durante Tomos prædictos, aut aliquam eorum partem, tam in Vrbe, quam in reliquo Statu Ecclesiastico prædictis sine huiusmodi licentia*

impri-

imprimere, aut alibi ab alio, vel alijs impressos vendere, seu venales habere, seu proponere, quoquomodo audeant, seu præsumant. Mandantes propterea Dilectis filijs nostris, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatis, seu Vicelegatis, aut Præsidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs Iustitiæ Ministris Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum Status nostri Ecclesiastici quatenus eidem Gratioso, eiusque hæredibus, & successoribus, seu ab eis causam habentibus huiusmodi in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, quandocunque ab eodem Gratioso, seu alijs prædictis fuerint requisiti pœnas prædictas contra quoscumque inobedientes irremissibiliter exequantur. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis statutis, & consuetudinibus etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, cõfirmatis, & approbatis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam in ipso opere impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, Die xvij. Iunij MDCXXXXV. Pontificatus nostri anno primo.

M. A. Maraldus.

Locus ✠ annuli Piscatoris.

Impri-

Imprimatur, Si Reuerendiss. Mag. S. P. Apost. videbitur.

A. Sacratus Episc. Comacl. Vicesg.

MAndatis Reuerendiss. Sac. Pal. Apost. Magistri, vt parerem, Admodum Illustris, & Excellentiss. D. Gratiosi Vberti, I.C. Cæsenatis, & in Romana Curia eximij Aduocati, (maiori equidem dignitate meritissimi,) Tomum tertium Tractatus de Citationibus, non sine maximo fructu perlegi: sacris Canonibus probitate moribus consonat, respondet Authori, quod summa laus censeri debeat; præter solidam à Doctoribus, Senatibusque receptam doctrinam pari eruditione coniunctam, styloque graui, & concinno explicatam, eandem pietatem, & vbertatem gratiæ cōmistam agnoui, quas in alijs feliciter impressis. Dignum iudico, qui communem lucem aspiciat, vt qui non modicum communibus studijs lumen, & foro pariturus sit vtilitatem. Romæ die 16. Mensis Augusti 1645.

Antoninus Bucchierius Cusentinus I. V. D. ac in Almæ Vrbis Gymnasio primarius Institutionum Interpres.

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Serronius, Mag. & Socius Reuerendiss. P. F. Michaelis Mazarini, S. P. Apost. Mag. Ord. Prædicatorum.

Epi-

Epitome contentorum in quinque Capitibus huius tertij Tomi.

Cap. XII.

DE instantia pro decreto citationis. num. 1. pag. 33.
Quis sit actor, & quis reus. n. 41. p. 45.
De executione citationis. n. 129. p. 71.
De executione citationis in personam. n. 159. p. 77.
De executione citationis ad domum. n. 182. p. 82.
De executione citationis ad Ecclesiam. n. 190. p. 83.
De executione citationis per edictum, ob non tutum accessum, & qua forma committatur. n. 195. p. 87.
De executione citationis per Contradictas, & Edicta respectiuè. n. 209. p. 101.
De executione citationis per proclama. n. 234. p. 114.
De executione citationis per sonum Tubæ, vel Campanæ. n. 248. p. 123.
De relatione citationis. n. 263. p 129.
De relatione citationis personalis. n. 317. p. 145.
De relatione citationis ad domum. n. 329. p. 149.
De relatione citationis factæ ad Ecclesiam. n. 336. p. 151.
De relatione citationis factæ per edictum ad loca publica. n. 340. p. 152.
De relatione citationis per proclama. n. 346. p. 153.
De relatione citationis contra Uniuersitatem. n. 350. p. 154.
De relatione nuncij, an & quando fides sit adhibenda contradicente parte, vel Notario. n. 369. p. 160.
De reproductione citationis. n. 405. p. 172.
De circumductione citationis. n. 420. p. 177.
Dilatio vna, an circumducat aliam. n. 459. p. 186.

Dese-

Cap. XIII.

D*Efectus, & nullitas citationis an sint vnũ, & idem, & vnde proueniant.* num.1.pag.239.

Defectus, & nullitas citationis, quid operentur. n.10.p.242.

A quo, & quando defectus, & nullitas citationis possint opponi. n.33.p.248.

Quomodo probetur defectus, nullitasue citationis. n.82.p.256.

An, & quando citatio præsumatur. n.93.p.258.

Qualiter probetur citationem nulliter executam deuenisse ad notitiam citati, & quis sit effectus eius notitiæ. n.132.p.265.

An, & quando defectus, & nullitas citationis suppleri, sanariue possit. n.138.p.266.

De processu compulsoriali valide conficiendo, & quæ citationes requirantur, & quare. n.203.p.280.

De processu remissoriali, & quæ citationes fieri debeant pro eius validitate, & qua ratione. n.361.p.363.

Cap. XIV.

Q*Vi sint citandi, vel non.* num.1.pag.445.

Mortuus citari non potest. n.2.p.446.

Præsens in iudicio, citari non debet. n.53.p.469.

Impeditus nõ debet citari, & quod impedimentũ sit multiplex, facti publici, vel priuati iuris, & naturæ. n.61.p.474

Legitimam personam non habens in iudicio, non est citandus. n.89.p.484.

Interesse non habens, non est citandus. n.90.p.484.

Declarans nolle comparere non est citandus. n.114.p.489.

Qui citari debeant. n.129.p.495.

Cap. XV.

A*D quos actus, siue iudiciales, siue extraiudiciales, sit necessaria citatio.* n.1.pag.636.

De

De actibus ante iudicium, an exigant citationem. n. 2. p. 630.
De actibus, qui fiunt in iudicio. n. 58. p. 642.
De actibus, qui fiunt ad ordinandum iudicium. n. 63. p. 643.
De actibus, qui fiunt ad probandũ partiũ intentionẽ. n. 97. p. 654.
De actibus, qui fiunt ad probandum per confessionem partis; an requirant citationem. n. 108. p. 658.
De probatione per iuramentum, an requirat partis citationem. n. 115. p. 660.
De probatione per iura, an exigat partis citationem. n. 121. p. 661.
De actibus, qui fiunt in iudicio ad decidendum controuersiam, an & quando requirant citationem. n. 189. p. 676.
De actibus, qui fiunt post iudicium ad deuolutionem causæ, an requirant partis citationem. n. 239. p. 697.
De integra transportatione actorum, an requirat partis citationem. n. 258. p. 703.
De actibus, qui fiunt post iudicium ad executionem rei iudicatæ. n. 298. p. 714.
Ad quos actus extraiudiciales requiratur citatio. n. 356. p. 732.
De legitimatione naturalium, an requirat citationẽ. n. 365. p. 734.

Cap. XVI. & vltimus.

QVi sint effectus citationis. n. 1. pag. 771.
Effectus primus, firmat iurisdictionem Iudicis delegati. n. 2. p. 771.
Effectus secundus, perpetuat iurisdictionem delegati. n. 3. p. 772.
Effectus tertius, præuenit iurisdictionem. n. 7. p. 773.
Effectus quartus, facit cõmissionem, & iura cõmunia. n. 36. p. 780.
Effectus quintus, inducit litis pendentiam. n. 41. p. 780.
Effectus sextus, approbat personam citati. n. 87. p. 789.
Effectus septimus, interrumpit præscriptionem. n. 96. p. 792.
Effectus octauus, & vltimus, inducit contumaciã. n. 119. p. 798.

GRA-

GRATIOSI VBERTI I. C. CAESENATIS.

TRACTATVS DE CITATIONIBVS.

CAPVT XII.

De Instantia, Executione, Relatione, Reproductione, & Circumductione Citationis.

SVMMARIVM.

1 *Instante parte citatio decernenda est.*

2 *Statutum mandans aliquē citari, intelligitur ad instantiam partis.*

3 *Citatio facta parte non instante sustinetur, quando pars comparet, & non opponit de nullitate.*

4 *Iudex motu proprio citare potest ne pereat instantia.*

5 *Iudex potest citare ex officio nemine petente ob bonum publicum, vt in electione, & in causis fiscalibus.*

6 *Iudex potest citare nemine instante in omni casu, quo potest procedere ex officio.*

Declara quando ad publicam vtilitatem.

Secus quando ad priuatam.

7 *Appellari quando possit à Iudice denegante impartiri officium suum.*

8 *Officium Iudicis in quo differat ab actione.*

9 *Officium Iudicis proponitur pro actione in subsidium, quando alia actio non superest.*

10 *Instantia partis pro citatione non aliter probari potest quam ex actis.*

11 *Ad instantiam partis an, & quando citatio præsumatur facta.*

 In-

12 *Instātis nomen in citatione decreta ad priuatā vtilitatem si vel sit omissum, vel non bene expressum, citatio non arctat.*
13 *Expressio nomine instātis quando est facta, præsumitur instantia.*
14 *Instantia partis est præsumenda tanquam necessarium antecedens.*
15 *Ad instantiam eius cuius interest actus requirēs impensam præsumitur factus. Nisi sit modica, n. 17. & 23.*
16 *Solemnitas extrinseca præsumitur.*
18 *Solemnitas quæ dicatur intrinseca, & quæ extrinseca.*
19 *Instantia pro citatione an sit solemnitas intrinseca, vel extrinseca.*
20 *Solemnitas extrinseca præsumitur.*
In causis modici præiudicij.
Et in extraiudicialibus.
21 *Solemnitas extrinseca præsumitur ex antiquitate temporis.*
22 *Modica quando non sint in consideratione.*
23 *Modica etiā impensa præsumitur facta ab eo cuius interest.*
24 *Citatio ad instantiam partis præsumitur decreta, executa, & relata ad instātiā partis, vt actus valeat.*
25 *Rescriptum præsumitur obtentum de mandato eius, pro cuius parte legitur impetratum.*
26 *Commissionem impetrans nomine alterius si postea neget habere mandatum, quid iuris sit.*
27 *Procuratoribus assertis in Curia nō relaxantur citationes; nisi sint personæ egregiæ, & cum promissione de rato.*
28 *Coniuncta persona instante non decernitur citatio, etiam cum promissione de rato.*
29 *Procurator assertus ante ratificationem obtinet sententiam nulliter, quæ nec validatur ratificatione superueniente.*
30 *Ratificatio non retrotrahitur in præiudicium tertij.*
31 *Possessionem capiens nomine alieno sine instrumento, ante ratificationem spoliatus non restituitur.*
32 *Ratificatio possessionis captæ à non habente mandatum, non operatur quando alter medio tempore possessionem accepit.*

Posses-

Possessionem capiens nomine proprio, & nomine alterius pro quo de rato, tota possessio residet penes eum, donec ratificatio sequatur.

33 *Actor pœnitere potest, & desistere ab agendo, quando obtinuit solum decretum citationis.*

34 *Actor quando possit variare de vno ad alium Iudicem.*

35 *Lis quoad actorem inducitur per solum decretum citationis: secus quoad reũ.*

36 *Variari non potest à delegato ad ordinarium, quando delegatus esset in causa appellationis à diffinitiua; Secus si ab interlocutoria.*

37 *Appellationi ab interlocutoria Iudex si detulit appellationi non potest postea ad eũ causa redire absque remissione delegati.*

38 *Appellationi renunciare quis non potest in praeiudicium appellati, qui vel appellationi adhaesit. Vel alias eius interest.*

39 *Citatio communis efficitur post executionem, & Iudex sub citatione vnius potest pronunciare ad fauorem alterius.*

40 *Commissio si fuit pro parte actoris directa vni, & pro parte rei alteri, quid agendum sit.*

QVIS SIT ACTOR, & quis Reus.

41 *Actor censetur is, qui alterum prouocat ad iudicium.*

42 *Reus censetur qui rem possidet, vel à quo petitur.*

43 *Actor an sit vel reus iudicatur ex principio causæ.*

44 *Reus in sua exceptione est actor.*

Quam censetur proponere sub conditione, si actor ꝓbauerit, & antea non grauatur onere probandi.

45 *Actor in possessorio summarissimo est, qui petit mandatũ de manutenendo.*

46 *Mandatũ de manutenẽdo petitur, vel ratione naturalis, vel ciuilis possessionis.*

47 *Possessio ciuilis rerum corporalium amittitur per decennium.*

Sed quasi possessio rerum incorporalium etiã per decennium non amittitur.

Nisi accedente prohibitione cum acquiescentia.

48 *Possessio rerum corporaliũ alio existente in possessione non præsumitur conti-*

 nua-

nuata, & per decennium amittitur.
Fallit stante lite, & stantibus protestationibus, ex quibus constat de animo non amittendi, sed retinẽdi possessionem ciuilem.

49 *Possessio ciuilis, vt amittatur spacio decennij, stante alterius occupatione, nõ est necessaria scientia occupationis.*
Sed ea concurrente minori spacio amittitur.

50 *Actor est in summarijssimo possessorio, qui petit manuteneri vigore ciuilis: reus est autem, qui possidet naturaliter, etiam si possessio esset attentata.*

51 *Attentator quando censeatur actor, vt teneatur docere de iure suo.*

52 *Actor est in sũmarijssimo, qui petit manuteneri ob iniustitiam executionis.*

53 *Actor est vterque, & vterque reus in summarijssimo, quando controuertitur quis sit prior, & quis posterior in possessione naturali.*

54 *Periurus, item & excommunicatus licet possint audiri, quãdo sunt rei: tamen quando petunt manuteneri censentur actores originarij, & voluntarij.*

55 *Excommunicatus item & periurus, quando est actor non est audiendus.*

56 *Actor est vterque, & vterque reus in iudicibus duplicibus; nisi vnus solus prouocet.*
Et quando ambo prouocant sorte dirimitur.
Quoad ordinationem scilicet Iudicij.
Non quoad Decisionem.

57 *Reus est in Remed. l. diffamari, si illud intentans possidet, alias est actor.*

58 *Reus, & possessor vt quis censeatur, necesse est vt possideat rem de qua agitur. vide exemplum.*

59 *Reus, & possessor fit actor, quando intentat petitoriũ.*
Item quando in commissione nominat se actorem, & aduersarium reum.

60 *Reus in prima instantia remanet talis in secunda.*

61 *Appellatio suspendit vires sententiæ quoad vtramque partem.*

62 *Appellationis causa est de appenditijs primæ instantiæ.*

63 *Appellationis Iudex succedit Iudici primæ instantiæ.*
Et idem ius seruare debet,

quod

quod Iudex primæ instãtiæ.

64 *Actor sit appellans ad effectum admissionis appellationis, non autem ad effectũ decisionis negocij principalis.*

65 *Actor sit is, qui appellauit, quando vult causam prosequi vigore clausulæ, Quam & quas.*

66 *Actor debet iustificare sententiam ex eisdem actis, stante clausula, Si quid exequendũ: reus autẽ potest sententiam impugnare ex nouis.*

Item actor potest ex nouis repellere nouam rei exceptionem.

67 *Actor in gradu restitutionis in integrũ aduersus rẽ iudicatã est is, qui vult restitui: quia debet docere de causis.*

68 *Commissio restitutionis in integrum aut suspẽdit effectum rei iudicatæ, aut non, si suspendit, quilibet remanet siue actor, siue reus, vt prius. si non retardat, fit actor, qui vult restitui.*

69 *Restitutio in integrum quando res iudicata descendit ex tribus non retardat. Secus quando ex vna vel duabus.*

70 *Restitutio in integrum in executiuis non retardat.*

71 *Restitutione semel denegata, si ex noua causa sit concessa, regulariter nõ retardat.*

72 *Restitutionis causa cõmissa prout de Iure, nõ retardat post cœptam executionem, & post decretum executorialium.*

73 *Restitutio non retardat, quando est commissa cum clausula Parito iudicato. Clausula Parito iudicato importat conditionem, qua non impleta Iudex nequit procedere.*

74 *Restitutio in integrum cum clausula Parito iudicato arbitrio Rotæ, retardat executionem in casibus in quibus de iure.*

75 *Restitutio quando de iure retardaret executionem, si tamen executio esset facta, illam non retardat.*

76 *Clausula Parito iudicato arbitrio Rotæ operatur, vt Iudex possit nihilominus cognoscere de meritis causæ super negotio principali, etiã non docto de paritione.*

77 *Iudex causæ restitutionis cũ dicta clausula In casibus quibus de iure nõ retardatur*

tur executio non poteſt inhibere; ſed cognoſcere ſuper negocio principali, etiam non docto de paritione.

78 *Clauſula Parito iudicato ſimpliciter importat, vt procedi non poſſit, niſi conſtet de paritione ſufficienti.*

79 *Clauſulæ parito Iudicato ſatis fit, vel quando debitor ſatisfecit, vel quando creditor exequi fecit mandatum.*
Siue contra debitorem.
Siue contra fideiuſſorem.
Et etiam ſi fideiuſſor non ſoluiſſet, ſed tranſegiſſet.

80 *Trāſactio fideiuſſoris prodeſt etiam principali.*

81 *Reſeruatio iurium reſpectu extinctorū nihil operatur.*

82 *De actore qui factus eſt reus in gradu reſtitutionis, nihilominus debet iuſtificare rem iudicatam, ſi neceſſe ſit.*

83 *Actor eſt in gradu nullitatis is, qui dicit de nullitate.*
Et debet tranſportare acta integra.

84 *Qui dat de nullitate in genere debet deducere nullitatem ad ſpeciem.*

85 *Deducens nullitatē ad ſpeciem ſi non deducit cōſiderabilem, iudex poteſt contra eam pronunciare.*

86 *Actor in gradu denūciationis euangelicæ eſt, qui illud remediū intentat, & quid debeat probare.*

87 *Actori iura fauent in principio.*
Reo in medio & vtrique in fine.

88 *Actor ab initio agit quādo vult.*
Et ab eo metiendum eſt iudicium.
Et debet inſtructus venire.

89 *Actor debet probare cōcludenter non æquiuocè, etiam ſi ſe fundaret in negatiua.*
Niſi pro ea eſſet vehemens præſumptio.

90 *Probatio dubia non releuat contra inſtrumentum iuratum, maximè ſi habet primordium veritatis.*

91 *Actor non tenetur probare contrarium eius quod eſt fundamentum exceptionis rei, quando concludenter probauit.*

92 *Actor dicitur habere intētionem fundatam; quando ſi nihil ex aduerſo probaretur, poſſet obtinere.*

93 *Actor debet ſequi forū Rei.*
Niſi ſit perſona priuilegiata.

94 *Author laudatus debet defen-*

ſendere vbi Iudiciũ eſt inchoatum.

95 *Actor non tenetur ſequi forum rei, quando in loco ſolutioni deſtinato, vel rei ſitæ, vel contractus, eſſet agẽdum.*

96 *Rei probationes ſunt præferendæ, quando probationes ſunt pares.*

97 *Actor poteſt petere dilationem, quando reus deducit nouum ius.*

Etiam ſtante Commiſſione cum clauſula, Si quid exequendum.

98 *Actor quando habet plura remedia, ſufficit factum narrare.*

Et debet obtinere ex eo capite, quod probatum eſt.

99 *Hypothecariam & Saluianum intentans ſi probat ſolam poſſeſſionem, obtinere debet in Saluiano.*

100 *In ſummarijs agẽs ex vna cauſa, ſi probat in alia, debet obtinere.*

101 *Inter mercatores non attẽditur quid petitum ſit.*

Sed quid debitum ſit.

102 *Actor qui deduxit omne ius, poteſt omiſſa via quam prius elegit, alteram aggredi abſque refectione expenſarum.*

103 *Actor non poteſt declararè ſuam cõmiſſionem in præiudicium partis, quando effecta eſt communis.*

104 *Actor quando cõmittit poſſeſſorium, & aggreditur petitorium.*

Reo datur abſolutoria in poſſeſſorio.

105 *Actor tenetur edere reo de æquitate canonica, & ſtylo Rotæ, docto ſummariè de intereſſe.*

106 *Reus eſt fauorabilior actore.*

Quo non probante abſoluitur.

Niſi conſenſerit diſcuti ſuper iure ſuo.

Et in primis diſputandum eſt de iure actoris.

107 *Reo ſufficit vincere per nõ ius actoris.*

Reus in beneficialibus debet probare titulũ ſuæ poſſeſſionis.

108 *Quando contra eum vrget reſiſtentia iuris.*

109 *Reus eſt actor in ſua exceptione, & in ea non eſt fauorabilior.*

110 *Exceptio dubia, & illiquida non ſuffragatur.*

111 *In beneficialibus non debet dari vitioſus ingreſſus.*

112 *Reus quãdo nõ teneatur probare*

bare plenè suã exceptionẽ.

113 *Reus quando possit excipere contraria, & diuersa, & quando non.*

114 *Ex parte Rei variatio non mutat ius actoris.*

115 *Actori & Reo circa merita causæ æqualiter fauetur. In sententiando autem magis fauetur Reo, quã Actori.*

116 *Actor & Reus aliquãdo ad imparia iudicantur ex diuersitate rationis.*

117 *Citatio vel fit purè, seu præceptiuè, vel conditionaliter, seu facultatiuè. declara vt ibi.*

118 *Citantur plures in genere conditionaliter, quatenus sua putent interesse, scilicet illi, qui sunt incerti.*

119 *Citantur aliqui in speciẽ, quando sunt certi, eorũ autem interesse non est certũ.*

120 *Citatio facultatiua & conditionalis quatenus sua interesse putent fit, quando lis agitur inter aliquos. Item quãdo aliquid fit extraiudicialiter, vt in confectione Inuent. & in simili.*

121 *Actor an sit vel reus is, qui citatur cõditionaliter quatenus sua interesse putet. Antequam cõpareat dicitur siuè actor, siuè reus voluntarius tamen; & non sit cõtumax, sed postquam comparuit dicitur necessarius. Potest tamen opponere declinatoriam. Sed si citatus sit cum cõminatione sit siuè actor, siuè reus, necessarius tamen.*

122 *Citatus ad factum generale pro suo interesse, & cum comminatione quod procedetur, tunc lapso temporẽ non auditur ad opponendũ.*

123 *Citatus autem pro suo interesse cũ comminatione ad iudicium inter alios cœptũ, elapso tẽpore non potest impedire effectum sententiæ.*

124 *Interesse certum habens potest cogi inuitus, vt agat, sicut, & diffamans.*

125 *Possessor debet citari purè, & præceptiuè vti principalis, non autem conditionaliter, & facultatiuè tanquã tertius pro suo interesse. At si citaretur conditionaliter quatenus sua putauerit interesse, non comparendo non fieret contumax. Nisi citatus esset cum clausula comminatoria. Quatenus tamen Iudex est competens.*

126 *Citatio decernitur instante, vel actore vel reo, eorumue.*

Pro-

Procuratoribus.

Qui si non habeăt mandatum, admittuntur cum promissione illud exhibĕdi intra duos menses.

127 *Coniuncta persona non instat pro citatione in beneficialibus, nisi cum mandato. Secus in prophanis.*

128 *Decretum ad fauorem eorum, qui pro citatione non insteterunt est nullũ ex defectu citationis.*

DE EXECVTIONE Citationis.

129 *Executio citationis est necessaria; quia tunc dicitur quis citari.*

130 *Executio decreta per Iudicẽ appellationis si intra annum non sit executa, appellatio deseritur.*

131 *Executio nulliter facta perindè est, ac si facta non fuisset.*

132 *Executio citationis vt validè fiat quatuor sunt attẽdenda.*

133 *Persona, locus, tempus, & forma.*

Persona citanda debet esse nota nuncio.

Nè alias citaret vnum pro alio.

134 *Persona vna cùm possit diuersis nominibus citari, ideò nuncius aduertere debet, quo nomine vnum citet.*

Item quandò citat aliquem Procuratorem, seu Curatorem animaduertere debet si sit talis.

135 *Pupillus non dicitur citatus ex citatione contra assertum eius Procuratorem.*

Item nec minor ex citatione contra assertum Curatorem.

136 *Episcopus non dicitur citatus ex citatione executa cõtra Officialẽ à Capitulo sede vacante deputatum.*

137 *Vniuersitas non dicitur citata ex citatione executa contra Vicarium, vel Massarium, non habentem plenam potestatem.*

Item nec ex citatione executa contra particulares de vniuersitate.

138 *Persona non subdita, vel exempta si fuerit, citatio cõtra eam executa non valet.*

139 *Locus in quo citat debet per nuncium attendi, nè citet extra territorium, vel extra locum suum, & vbi non est in quasi possessione citandi.*

140 *In loco vbi citandus moratur*

tur de tẽpore citationis debet citari, non autem vbi alias morabatur.

141 *Sed ad locum nõ tutum nulliter nuncius citationẽ exequitur.*

142 *In loco cõpromissi exequenda eſt citatio, ſi litigatores ibi facilè reperiri poſſunt. Sed ſi cõuentum ſit de loco, extra illum nulliter fieret citationis executio.*

143 *In Eccleſia nuncius citare non poteſt, niſi verbaliter.*

144 *In duobus locis exequi debet citatio, non in vno ſolo, quando committitur vt fiat in locis vicinis.*

145 *Loci error vitiat citationẽ.*

146 *Tempus in executione citationis attendi debet, vt ſit congruum.*

De nocte citatio exequi nõ poteſt.

Neque ad tempus noctis.

147 *Curſores & Mãdatarij in Curia non poſſunt exequi citationes perſonales, vel domi poſt tertiam horam noctis.*

Per affixionem autem niſi de die.

148 *Temporis ratione executio citationis decreta per delegatum eſt nulla, quando ſit eo mortuo, vel ſede vacãte.*

149 *Temporis etiam ratione nulla eſt executio citationis, quando eſt facta in diebus feſtiuis; niſi adſit conſuetudo.*

150 *Forma debet attẽdi in executione citationis, & fines mandati ſunt cuſtodiendi.*

151 *Nuncius ſi aliter quàm ſibi vel à iure, vel à ſtatuto, vel ſtylo, à Iudice commiſſum eſſet, exequeretur citationem, vel in perſonam, vel domi, in Eccleſia, vel in locis publicis, executio citationis remaneret nulla.*

152 *Forma citandi præſcripta à iure ciuili eſt, vt præſens citetur ad faciem, & abſens ad domum, & qui certã habitationem non habet, in locis publicis.*

153 *Forma citandi à iure canonico præſcripta eſt, vt Clerici abſentes citentur vel in loco beneficij vel Cathedrali.*

Et qui degunt in loco non tuti acceſſus, citentur in locis publicis & vicinis.

154 *Forma citandi à ſtatuto poteſt induci, & ſeruanda eſt.*

155 *Forma citandi poteſt conſuetudine & vſu populi induci, & ſeruari debet.*

156 *Forma citandi ex ſtylo & pra-*

practica Curialiũ potest induci, quæ omnino in illa curia est seruanda.

157 *Forma citandi potest etiã à Iudice præscribi, qui tamen in ea decernenda iuris ordinem seruare debet.*

158 *Nuncius in exequendis citationibus solet plures actus facere, scilicet vel oretenus citare, vel intimare scripturam citationis, eamque vel legere, vel eius copiam tradere, vel dimittere. Ideo nuncius debet instrui in exequẽda citatione quos actus gerere debeat.*

DE EXECVTIONE
Citationis in personam.

159 *Personaliter citat nuncius vel viua voce, vel in scriptis.*

160 *Nuncius quando citat viua voce, quæ debeat exprimere.*

161 *Nuncius quãdo citat in scriptis, debet ostendere originale.*
Et in dubio citationis executio debet censeri potius facta cum originali quàm cum sumpto.

162 *Citatio facta cum transumpto conualidatur per comparitionem.*

163 *Citatio executa cum copia, si fuisset ablatum originale valet, de quo quãdo sit credendum nuncio. vide ibi.*

164 *Citationem originalem nũcius vel legere debet.*
Vel copiam dare etiam non petenti & expensis citantis, quando est prima.
Sed in alijs post primam debet offerre copiam expẽsis citati.

165 *Executoriales litteræ, quãdo intimantur non est necessè, quòd feratur copia; sed si petatur debet dari sũptibus petentis, & quare.*

166 *Nuncius an debeat legere totum tenorem citationis, vt executio valeat, vide.*

167 *Personaliter executa citatio, tunc sine dubio legitima est, quãdo fuit ostensa scriptura authẽtica citationis, & perlectus eius tenor, & copia petita tradita fuit.*

168 *Personaliter executa citatio valet, licet non fuerit lecta nec data copia; quando executor obtulisset se lecturum, & daturum, & citatus non curauit.*

169 *Copia citationis quãdo fuit petita, & nõ fuit data, executio citationis remanet nulla.*

Exe-

170 *Executio citationis personalis est nulla, quãdo fuit relicta copia diminuta absque toto tenore.*

171 *Personaliter citatus Procurator, si recuset recipere copiam, dicens quod principalis citetur, valet nihilominus citatio, quando non refutauit onus procuræ.*
Et principalis non potest reperiri.

172 *Forma citationis data per Iudicẽ, vt quis citetur personaliter, vel domi, debet intelligi iuris ordine seruato.*

173 *Forma citationis data, vt quis personaliter citetur etiam in casu quo sufficeret citatio domi, nihilominus debet omninò seruari.*

174 *AC. licet iuxta suas facultates mandare possit monitorium intimari ad domũ, absque vlla requisitione personæ, tamen si mandat exequi personaliter, quatenus persona reperiri possit, tunc perquisitio debet fieri.*

175 *Gubernator Vrbis si mãdat citari personaliter si fieri possit, debet fieri diligentia, quamuis iuxta eius facultates sufficiat citare domi.*

176 *Perquisitio personæ in criminalibus, & in ciuilibus magni præiudicij requiritur, antequã citetur domi.*

177 *Statutum si mandat citari personaliter, vel domi; si causa est grauis, debet præmitti citatio personalis, vel diligẽtia de ea facienda.*

178 *Statutum quando vult vt fiant domi duæ citationis in defectum personalis, possunt fieri illæ duæ omissa etiam personali.*
In alternatiuis sufficit dispositionem in vna parte adimpleri.

179 *Forma citandi data per Iudicem, vt citetur Procurator, & principalis, non sufficit vnum citare.*

180 *Forma data per Iudicem, vt citetur principalis, tunc si is non reperiatur, potest citatio exequi contra Procuratorem.*

181 *Forma data per Iudicem, vt citentur Titius, & hæredes Gaij, si fuerit citatus Titius, qui erat etiam tutor hæredũ Gaij, citatio valet.*

DE EXECVTIONE
Citationis ad domum.

182 *Ad domum, quando citatio est exequenda, nuncius debet se informare, vbi citandus*

dus de præsenti habitet.
Vel de loco vltimæ habitationis.

183 *Ad domum nuncius debet citare in scriptis, & cum dimissione copiæ.*
Vox nuncij statim euanescit.

184 *Copia domi dimissa si statim fuit leuata, executio citationis non arctat.*

185 *Nuncius citans ad domum debet pulsare, & clamare, & copiam dimittere, vel in manibus familiarium, vel in angulo, seu rimula ostij.*

186 *Nuncius citãs ad domum, quando debeat exigere iuramentum à familiaribus.*

187 *Vxor pro marito citari nõ potest. vide rationem.*

188 *Ad domum citatione facta, si vxor, vel familiares allegant absentiam, & petãt terminũ ad perquirendũ, debet Iudex concedere cõpetentem.*

189 *Ad domum vltimæ habitationis, quando citatio fit, si in ea nullus habitat, debet nuncius ante domum citationem legere, & ad ostium affigere copiam, & affixam dimittere.*

DE EXECVTIONE Citationis ad Ecclesiã.

190 *Forma citandi Clericos in beneficialibus tradita est in Clem. Causam, de elect.*

191 *Personaliter citatio debet fieri contra Clericum in beneficialibus, vel ad domum solitæ habitationis, vel in Cathedrali, vel in loco beneficij.*

192 *Parochus potest citari in sua Ecclesia, etiam absque citatione personali.*
Quando agitur de Parochiali.

193 *Nuncius quãdo citat Clericum absentem ad Ecclesiam, satis est, vt citationẽ legat, & copiam dimittat, nõ autem necesse est, vt affigat, nisi quando citatur ob non tutum accessum.*
Etsi non legeret, sed affigeret valeret citatio.

194 *Nuncius quando citat Clericũ personaliter, si offert se lecturum, & copiam daturum, valet citatio.*

DE EXECVTIONE Citationis per edictũ ob non tutum accessum.

195 *Forma edicti, citationisve ob*

ob non tutum accessum, refertur, & explicatur.
196 Per edictum citantur, & habentur pro personaliter citatis illi dumtaxat, qui impediunt se citari, & quorum domicilia non possunt tutè adiri.
197 Ignorans se citatum non potest vti contumax censeri, nec excommunicari. Et si ignorantes citatio ligaret, tolleretur defensio.
198 Ignorantia citationis quãdo ad effectum excusandi contumaciam possit iuramento probari.
199 Princeps solus potest mandare, vt quis citetur per edictum, & habeatur pro personaliter citato, & contumace.
200 Citatio per edictum ob non tutum accessum, quo modo sit exequenda per lecturã, affixionem, & publicationem, tam tempore iuridico, quam vacantiarum, & tam in Curia, quam extra.
201 Executio citationis per edictum ob non tutum accessũ inchoatur in Curia, & postea fit in partibus. Et terminus nõ incipit currere, nisi à die vltima executionis.
202 Executio citationis per edictum ad valuas Ecclesiarũ non est bona, si non fuit facta, quando aderat populi multitudo, & tempore diuinorum, & nisi fuissent adhibiti testes.
203 Notarius in executione citationis si de stylo habetur pro publico nuncio, non tenetur testes adhibere. Quod author declarat verum in executione citationum de partibus, non autẽ Romanæ Curiæ, quæ diriguntur Tabellionibus, non autem nuncijs.
204 Citatio per edictum ob nõ tutum accessum generaliter conceditur ad omnes actus.
205 Citatus per edictum ob non tutum accessum si non comparet in termino, habetur pro personaliter citato, & vere contumace, & potest excommunicari, & puniri.
206 Citatus per edictum ob nõ tutum accessum ad aliquos actus solos, fit contumax quo ad illos, non autem quo ad alios.
207 Excommunicari vt possit citatus per edictum ob nõ tutum accessum necesse est, vt loca quibus affixũ fuit, sint ita vicina loco vbi degit,

degit, vt verisimiliter ad eius notitiã potuerit peruenire.

208 *Excommunicari nõ potest citatus per edictum ob non tutũ accessum quando terminus ad comparendum præfixus fuit nimis breuis, considerata locorum distãtia.*

DE EXECVTIONE Citationis per Contradictas, & Edicta respectiuè.

209 *Citandi per Contradictas modo vtitur Romana Curia, desumpto tamen ex regulis iuris.*

210 *Citatur per Contradictas absens, qui personaliter citatus, vel non comparuit, vel postea recessit Procuratore non dimisso.*
Vel si Procurator dimissus recessit.
Vel obijt in Curia.

211 *Citari non potest per Contradictas, qui nunquam fuit personaliter citatus.*
Nec qui præsens est, & eius præsentia non ignoratur, neque is qui Procuratorem habet in Curia.

212 *Citatur per Contradictas is, qui latitat, impeditur citari, seu degit in loco non tuti accessus, quamuis non fuerit personaliter citatus.*

213 *Executio citationis per Cõtradictas quomodo fiat.*

214 *Executio citationis per edictum tempore vacãtiarum quomodo fiat.*

DE EXECVTIONE Citationis per diligentias.

215 *Citatio per diligẽtias, quãdo & quo modo fieri debeat.*

216 *Citatio per diligẽtias, quæ commissa est duobus Cursoribus, an valeat vno tãtum referente. vide.*

DE CITATIONE per Edictum extra Curiam, eiusque executione.

217 *Edictum dicitur mandatũ publicum, quod fit authoritate publica.*

218 *Per edictum citari dicitur quando siue Princeps, siue Iudex mandat aliquem citari in locis publicis.*

219 *Per edictum citatio fit in subsidium, & quando.*

220 *Per edictum citatio vt validè*

lidè fiat, debet legi, affigi, & publicari, & an & quādo vnum, vel alterum possit omitti.

Proponere in publicū quid significet.

221 *Affixio sufficit de rigore in vno loco publico.*
Sed de æquitate fieri debet saltem in duobus.

222 *Surdi dicta in cōs. 181. author examinat latè.*

223 *Edictum quando fit ad effectum inducendi scientiā absentis, sufficit vt exequatur in vno loco.*
Sed quando fit ad effectum vt quis habeatur pro personaliter citato, & possit condemnari tamquam verus contumax, debet fieri saltem in duobus locis.

224 *Rot. in nouis Decis. 8. de dol. & cont. quomodo debeat intelligi.*

225 *Clausula vocatis vocandis debet intelligi iuxta formam Iuris.*

226 *Citatio non valet eo modo facta, quo Iudex mandat, quando mandat illam fieri contra formam, & ordinem Iuris.*

227 *Delegatus non potest mutare formam Iuris citandi, nisi id à Principe sit sibi commissum.*
Et quando simpliciter dat facultatem citandi, intelligitur iuxta formam Iuris.

228 *Iudicis ordo, seu Decretum non facit validum, quod alias esset nullum; nisi concurrat partium consensus, vel acquiescentia.*

229 *Tutor legitimus censetur etiam si Inuentarium non confecerit, quando Iudex legitimū esse tutorem pronunciauit, & nemo contradixit.*

230 *Iudicium cum Procuratore tutore, vel curatore, vt valeat cautela est, vt contra eos opponatur, & Iudex pronunciet eos admittendos, non obstantibus oppositis.*

231 *Reus si confessus sit contenta in inquisitione, tollitur omnis defectus processus.*

232 *Iudex quando pronunciat tutorem legitima datū, seu procuratorem; & cum eo procedendum esse ad vlteriora, videtur pronunciasse se ratum habiturum, quicquid cum eo gestum erit.*

233 *Affixio in successiuis in vno loco, sufficit pro inducenda scientia eius, qui iā effectus est contumax.*

Sed

Sed in primis citationibus ad constituendum aliquem contumacem, citatio debet fieri in pluribus locis.

DE EXECVTIONE Citationis per Proclama.

234 *Citatio per proclama dicitur quando praeconia voce mandatum de citando, seu edictum publicatur absque affixione: nam quando affigitur, legitur, & publicatur, dicitur citatio per edictum, licet Doctores saepius assumant vnum pro alio.*

235 *Per proclama citari possũt nedum incerti, sed etiam qui certi sunt.*

236 *Sed certi debent citari nominatim, incerti vero generaliter.*

237 *Qui, & quando citari possint per proclama.*

238 *Certa persona potest citari per proclama, quando personaliter citata non comparet, vel post comparitionem latitat, & non reperitur.*

239 *Terribilis persona etiam non contumax, quae solet citantes male tractare, citari potest per proclama.*

240 *Per proclama citari possunt, qui expulerunt Episcopum à sua Sede, tametsi sint certi.*

241 *Incerti per proclama pluribus casibus poss ũt citari.*

I. *Quando heres vult conficere Inuentarium.*

II. *Quando minor vult restitui aduersus aditam hereditatem.*

III. *Quando heres aditurus, vult scire, qui sint creditores hereditatis.*

IV. *Quando creditores hereditarij volunt scire quis futurus sit heres.*

V. *Quando testamentum priuatum est publicandum.*

VI. *Quando est agnoscenda bonorũ possessio ex Carboniano edicto.*

VII. *Quando vxor vergente viro ad inopiam vult eius dotem poni in tuto.*

VIII. *Quando creditor vult vẽdi facere pignus cõuentionale.*

IX. *Quando emptor vult tutò emere.*

X. *Quando Fiscus vult scire, qui praetendant se creditores condemnati.*

XI. *Quãdo petitur immissio ex primo decreto in bonis pupilli*

pilli indefensi.

XII. *Quando contra absentē indefensum petitur immissio.*

XIII. *Quando matrimonia sunt contrahenda.*

XIV. *Quando citanda est multitudo.*

242 *Multitudo creditorū quando est citanda, & in ea sunt aliqui certi creditores, quod illi non sint nominatim citandi; sed sufficiat in genere citare creditores, fuit opinio Io: Baptistæ à S. Seuerino, quam Doctores sequuntur.*

Sed authori hac opinio non multū placet, & distinguit an multitudo citāda faciat corpus, vt tūc procedat opinio præfata, at si non faciat vniuersitatem, non procedat.

243 *Certi contradictores, vel interesse habentes, vel qui de facili certificari possūt, debent nominatim vti singuli citari.*

Incerti vero per proclama generale.

244 *Multi si sunt quorum interest, si tangit eos omnes singulariter, sunt nominatim citandi.*

Sed si vniuersaliter, valet citatio generalis.

245 *Edictum per quod iubentur vassalli venire ad accipiendam inuestituram intra tempus sub pœna, non arctat eos, ex quo sūt certi.*

246 *Edictū generale quod omnes Clerici abstinere debeant à negociationibus, vel quòd debeant incedere in habitu, & tonsura sub certis pœnis, nō valet; quia debet esse speciale contra certos negociatores, vel in habitu non incedentes.*

247 *Cridæ, seu proclamata annoceant illis, qui agere non possunt. Remissiue.*

DE EXECVTIONE Citationis per sonum Tubæ, siue Campanæ.

248 *Tubæ sono nemo citatur, sed conuocatur populus in loco publico ad audiendum, quid præconis voce exponendum sit.*

249 *Et quādo accedit vox præconis, tunc dicitur potius citatio per proclama, quàm per sonum Tubæ.*

Citatio per sonum Tubæ an & quando maioris sit efficaciæ, quàm per sonum Campanæ.

Vox

Vox præconis quando non censeatur contemni.

250 *Campanæ in locis publicis tenentur, non autem in priuatis, nisi cum priuilegio. Et quare benedicantur, & pulsentur.*

251 *Campanæ sono vocantur Canonici præsentes ad Capitulum; absentes vero per nuncium, vel per epistolã, quando scilicet agitur de grauibus negocijs.*

252 *Campana sono congregari solet qualibet Vniuersitas ad mandatum Rectoris. Sono autem Tabellæ in die veneris Sancti.*

253 *Ius patronatus quãdo spectat ad plures in Ecclesia non vti singulos, sed vti vniuersos pro præsentatione facienda, debet congregari sono Campanæ. Idem quãdo homines alicuius Terræ volunt constituere Procuratorem.*

254 *Campanæ sono fuisse congregatum Collegium sufficienter probatur ex enunciatiua Notarij in instrumento actus.*

255 *Capitulum fuisse congregatum capitulariter probatur ex enunciatiua instrumenti, & ex sigillo in instrumento apposito.*

Et nomina Canonicorum non sunt necessario exprimenda.

256 *Campanæ sono conuocantur homines ad diuina, conciones, processiones, & ad alios effectus.*

Campana pulsatur in traditione possessionis beneficij; ne ea sit occulta.

257 *Campanæ, quando portatur cadauer ad sepulturã pulsantur, vt populus oret pro defuncto, & dæmones fugiant.*

258 *Campanarum pulsatio an indistincte prohibeatur tẽpore interdicti.*

259 *Clericus pulsans Campanã pro capiendo malefactore an incurrat irregularitatem.*

260 *Campanella cur pulsetur in eleuatione sanctissimi Corporis Christi.*

261 *Campana pulsatur in fulminatione excommunicationis, & fiunt aliæ ceremoniæ, vt denotetur excõmunicati status qualis futurus sit.*

262 *Campana cur dicta, & cur eius sono non vtantur Saraceni.*

DE RELATIONE Citationis.

263 *Relatio citationis necessaria est, vt Iudici constet de citatione, & contumacia, vt possit procedere.*

264 *Relatio nuncij est de ordine substantiali Iudicij, de qua si non constet, non valet quod agitur.*

265 *Relatio citationis antequã sit facta in actis, si feratur sententia non valet, licet re vera citatio fuisset executa.*
Fallit si pars fuisset præsens.
Vel si Iudex aliter fuisset informatus de executione citationis.
Vel si Iudex festinasset ꝓpter periculum in mora.

266 *Cautela est, vt Iudex in prolatione sententiæ apponat hæc verba, visa citatione, & relatione.*
Quæ tamen authori non satisfacit.

267 *Iudici aliquid afferenti nõ creditur, nisi quatenus ex actis appareat.*

268 *Iudex præsumitur acta vidisse, & ex eis instructum esse.*

269 *Relatio citationis dum in actis non apparet, incumbit victori onus probandi, citationem præcessisse.*

270 *Citatio licet executa, sed nõ relata in actis, non arctat, nec inducit litis pendentiã, neque interrumpit præscriptionem.*

271 *Citatio quando est relata, tunc suos operatur effectus.*

272 *Iudicum in alternatiua electio est actoris.*
Licet in alternatiua rerum electio sit debitoris.

273 *Citatio quando est relata, facit rem litigiosã, vt aliẽnari non possit; & interrumpit præscriptionem 30. vel 40. annorum.*

274 *At tentatum non dicitur id quod fuit actum ante factã relationem citationis in actis.*

275 *In relatione citationis non requiritur præsentia, nec citatio partis.*

276 *Relatio an fieri debeat Iudici, vel Notario, discordãt Bart. & Bal. vbi vtriusque rationes vide, & conclusionem authoris.*

277 *Citatio habet tres partes, interlocutoriam de citãdo, executionẽ nuncij, & eius relationem.*

278 *Relatio non exigit Iudicis præ-*

præsentiam, sed satis est, vt fiat Notario.

279 *Nuncius citans in loco Iudicij oretenus ad solam instantiam partis sufficit vt referat Notario, antequam tamen Iudex pronunciet.*

280 *Probatio, quæ non est in actis, non est in consideratione.*

281 *Quæ sunt extra acta dicuntur extra mundum, ratione scilicet Iudicij.*

282 *Nuncius si citat cum cedula ad instantiam partis in loco Iudicij, sufficit vt faciat relationem in pede citationis, vel quod fiat Iudici, vel Notario, dum tamē in actis scribatur.*

283 *Relatio facta in pede citationis dicitur fieri coram Notario.*

284 *Nuncius si citat de mandato Iudicis extra locum Iudicij, facit relationem alicui Notario, qui adhibitis testibus publicum instrumentum conficit.*

285 *Iudici fides facienda est, non Notario.*
Iudici, seu Notario facta dicitur fides, quando fit in figura Iudicij, & parte citata, alias dicitur fieri vti priuato.

286 *Iudex aditus debet mandare vt altera pars citetur, & nihil occultè agere debet.*

287 *Instrumenta nisi producātur coram Iudice parte citata, vel presente, vt possit opponere, non probant.*

288 *Testes nō probant nisi parte citata producantur.*

289 *Testium depositiones non præiudicant, quando non sunt factæ in figura Iudicij.*

290 *Iudex non tenetur stare testimonijs, sed testibus; quorum qualitatem parte citata debet examinare.*

291 *Testamentum exibere Iudici non sufficit, nisi tunc, quando contradictor non existeret.*

292 *Relatio quando fit per nūcium Notario actuario, qui illam scribit in actis, dicitur fieri Iudici.*

293 *Probationes vel per scripturas, vel per testes, vel per partis confessionem fieri nequeunt absente Iudice.*

294 *Relatio citationis sufficit si fiat Notario, etiam Iudice pro tribunali non sedente, & ita interpretata est consuetudo.*

295 *Relatio non fit in figura Iudicij, & nullam requirit causæ cognitionem. Ideo potest fieri tempore feriato in honorem hominum, non autem in honorem Dei.*

296 *Relatio siue fiat Iudici, siue Notario, omnino debet redigi in scriptis in actis.*

297 *Ex relatione citationis probatur quod quis fuerit citatus; admittitur tamen probatio in contrarium.*

298 *Citatio non sufficit si sit decreta, vel etiam executa, nisi sit relata.*

299 *Relata quando non fuit citatio nõ potest quis censeri contumax.*

300 *In contumaciam condemnatus cautus sit, vt perquirere faciat acta, an in eis scripta sit relatio nuncij, qua non reperta sententia non valet.*

301 *Negatiua quod quis non fuerit citatus probatur ex lectura processus.*

302 *Citatio non probatur sola assertione Notarij; nisi cõstet de relatione, & de cedula, vel nisi examinetur nuncius tanquam testis.*

303 *Testes quando essent suspecti, non admittuntur ad probandam relationem citationis.*

304 *Relatio quando fit apud acta, testes non sunt adhibendi.*

305 *Acta Iudicij nõ requirunt testes.*

306 *Cursor si facit diuersas relationes, vnam in pede citationis, alteram in manibus partis, attenditur quæ sit in pede citationis.*

307 *Relatio quando fit extra locum Iudicij, testes adhibendi sunt.*

308 *Notario non creditur de citatione à se facta sine testibus; nisi adsit cõsuetudo. Quam tamen author intelligit valere quoad citationes iudicum de partibus; non autem Curiæ Romanæ.*

309 *Nũcius impeditus an possit facere relationem per aliũ, distingue vt possit citare p alium, referre autem non.*

310 *Nuncio mortuo ante factã relationem, citatio facta potest probari per testes.*

311 *Relatio qualiter per nuncium fieri, & per Tabellionem scribi debeat.*

312 *Relationem per extensum Notarius debet scribere, quando nuncius refert citasse oretenus.*

Secus

Secus si cum schedula.

313 *Tempus citationis executæ exprimendum est in relatione.*

314 *Locus est apponendus in relatione citationis.*

Sed de stylo in Curia non apponitur.

315 *Testes in executione, & relatione citationum in Curia Cursores de stylo non apponunt.*

Et in partibus etiam nunciis publicis creditur sine testibus.

Sed non quoad executiones citationum Curiæ Romanę.

316 *Modus seruatus in executione debet exprimi in relatione.*

DE RELATIONE Citationis Personalis.

317 *Cursores quando referunt fecisse, intelligitur personaliter.*

318 *Actus in dubio præsumitur legitime factus per executorem.*

319 *Relatio nuncij, qui dicit omnia fecisse prout habuit in mandatis, an valeat. Vide rationes hinc inde.*

Distingue aut citatio cōtinet vnum modum citandi, vt tunc valeat, aut continet plures, & tunc non valeat.

320 *Alternatiua facit incertitudinem.*

321 *Verba Iudicis ambigua recipiunt declarationem à iure.*

Secus in verbis nuncij, seu testis, quæ debent esse clara, vt interpretatione non indigeant.

322 *Nuncius, & testes quando possint suam relationem declarare.*

323 *Iudex licet possit factum suum declarare, non tamen relationem nuncij.*

324 *Declaratio citationis pertinet ad eum, ad cuius instantiam facta est.*

325 *Mandatum, seu commissio de citando, quando continet plures modos, non alternatiuè, sed ordinatè, dicitur certa.*

Et relatio in benigniorem partem accipitur ad excludendum veram contumaciam.

326 *In relatione si nuncius errat in nomine, error non vitiat si aliunde cōstet, quæ persona fuerit citata.*

327 *Relatio nō valet si nuncius rese-*

referat intimasse monitorium, sed non dicat legisse, nec dedisse copiam; nisi referat se obtulisse lecturum, & copiam daturum, & expressisse contenta in eo.

328 *Relatio non valet si nuncius non referat terminum infra quem, nisi terminus constaret ex tenore citationis.*

DE RELATIONE Citationis ad domum.

329 *Relatio citationis ad domũ vt valeat, plura de iure videntur necessaria, & præcipuè, quod fiat in domo habitationis.*

330 *Cursores de stylo referunt fecisse domi dimissa copia, & intelligitur de domo solita habitationis.*

331 *Relationi nuncij statur, quod citatio sit facta domi solitæ habitationis.*

332 *Relatio nuncij citasse domi valet, quando Iudex mandat citari personaliter, vel domi solitæ habitationis, etiam si in relatione non expresserit domi solitæ habitationis.*

333 *Citationis copiam licet non dimittat in manibus familiarium, tamen sufficit de stylo si, referat domi dimissa copia.*

334 *In beneficialibus non reperta persona, fit citatio ad domum, & in Cathedrali, & vtrumque debet exprimi in relatione.*

335 *In prophanis de stylo committitur, vt non reperta persona citetur domi, & si non pateat tutus accessus in Parochiali, & valet relatio citasse ad domum, licet Notarius non apposuisset dicta verba de stylo apponi solita in citatione.*

DE RELATIONE Citationis factæ ad Ecclesiam.

336 *Relatio citationis in Parochiali facta, tanquam in domo, valet, licet non dicatur tempore diuinorum.*

337 *Relatio citationis factæ in Ecclesia tanquam in loco publico non valet, nisi dicatur tempore diuinorum, & intra Ecclesiam. Nec sufficeret hora tertia.*

338 *In relatione citationis si nuncius dicat affixisse, & dimisisse originale citationis in Cathedrali per certum*

tum tēpus, & similiter affixisse in Parochiali, intelligitur eodem modo.

339 *In relatione citationis factæ ad valuas Ecclesiæ cōtra absentem debet dicere nuncius affixisse, & reliquisse copiam publicam.*

DE RELATIONE Citationis factæ per Edictum ad loca publica.

340 *Citatio per edictū requirit tres actus, lectionem, affixionem, & publicationem.*

341 *Relatio affixisse in valuis Ecclesiæ dum diuina celebrarentur non sufficit, nisi dicatur legisse.*

342 *Lectio citationis non requiritur, quando citantur incerti.*

343 *Relatio citationis per edictum affixisse, & citasse prout habuit in mandatis, valet; quia lectio, & publicatio intelliguntur in necessarium antecedens.*

344 *Incertum nō dicitur, quod per relationē ad aliud certificatur, dummodo ad certum, secus ad incertum.*

345 *Relatio citationis affixisse, absque relatione ad mandatum, non valet.*

DE RELATIONE Citationis per Proclama.

346 *Proclama fit per solū præconem alta voce Notario legente proferentem.*

347 *Relatio per præconem fieri debet se præconizasse, & publicasse per Ciuitatem in locis publicis consuetis.*

Et sufficit absque expressione locorum, quando citatur multitudo.

Secus quādo persona certa: quia loca publicationis debent exprimi.

348 *Relatio per præconem conuocasse Cōsiliarios, seu Vniuersitatē, debet continere de cuius commissione.*

Subhastationis relatio facta per præconem debet cōtinere de cuius Iudicis mādato, ad cuius instantiam, & quā rem, & quo pretio.

DE EXECVTIONE, & relatione Citationis contra Vniuersitatem.

350 *Vniuersitas citari potest, vel*

vel personaliter, vel domi, vel per edictum. Vide.

351 *Vniuersitas potest agere, & cōueniri, & mutatis personis eadem remanet, & conseruatur etiam in vno.*

352 *Vniuersitas quid sit.*

353 *Syndicus an differat ab aconomo, & actore.*

354 *Vniuersitatis nomine potest citari Syndicus, non autem Potestas, vel Officialis.*

355 *Vniuersitatis nomine possunt citari Rectores, & qui illi præsunt tanquam tutores, si tamen tales sint, vt habeant auctoritatē ad id de quo agitur.*

356 *Contra Vniuersitatem nuncius executurus citationem debet implere illius formā, & referre quo modo citandi vsus fuerit.*

357 *Vniuersitas non potest citari vigore clausulæ, Et alios quoscunque.*

358 *Relatio citationis contra Communitatem, nō operatur si de citatione non appareat.*

359 *Contumaciam, seu malam fidem non inducit relatio citationis de qua in actis non constat.*

360 *Relatio nō releuat si sit generalis, incerta, vel obscura.*

361 *Vniuersitatis nomine si fuit citatus Syndicus generalis in causa in qua aderat Syndicus specialis, non afficit.*

362 *Vniuersitas non constituitur in dolo, nec attentat, citato solo Rectore, vel Syndico.*

363 *Notitiam vbi requiritur quod principalis habeat, non sufficit quod illam Procurator habuerit.*

DE EXECVTIONE, & relatione Citationis factæ in alieno Territorio.

364 *Sine litteris subsidialibus extra territorium Iudex non potest decernere citationem.*

365 *Per litteras requisitorias, seu subsidiales citatur extra territorium.*

366 *Sine litteris subsidiarijs Iudex vnius territorij non potest citare.*
Etsi de illis non constaret, citatio esset nulla.

367 *Litteræ requisitoriæ non faciunt Iudicem illum cui scribitur.*
In litteris requisitorijs debet Iudex exprimere causam, propter quam ipse possit

possit citare ibi existentẽ, & si est delegatus, debet inserere facultatem.

368 *Per litteras requisitorias, vt valida sit citatio executa, debet constare nedum de litteris requisitorijs, sed etiam de responsalibus, & de relatione nuncij, quæ fuerit facta de mãdato Iudicis requisiti, & trãsmitti idem originale citationis.*

DE RELATIONE Nuncij, an & quando fides sit adhibenda, cõtradicẽte parte, vel Notario.

369 *Iudex citat, vel per se, vel per nuncium, siue publicũ, siue priuatum.*

Et sine Iudicis commissione nemo citare potest. Declara.

370 *Nuncij, & executores citationũ varijs nominibus appellantur.*

371 *Cursores in Curia, & in omnibus causis Commissarijs citant priuatiuè quoad alios Mandatarios.*

Declara in causis Iudicialiter commissis, non autem extraiudicialiter.

372 *Nuncij publici percipiunt mercedem iuxta locorum consuetudines.*

373 *Citationes Romanæ Curiæ extra illam exequendæ diriguntur vniuersis, omnibus, & singulis Clericis, & Tabellionibus. sed ex generali obseruantia præsentari solent Notarijs.*

Etsi exequeretur citatio per Clericum, qui non esset Tabellio, nihilominus valeret.

374 *Vestrij dictum, quod per quemcunque in partibus possint exequi citationes à Curia emanatæ, author nõ approbat. Vide rationes.*

375 *Nuncium vnicum sufficit adhibere in vna causa, sed in grauissimis consilium est, vt adhibeantur duo.*

376 *Nuncius deputatus in principio causæ potest citare vsque ad finem.*

An autem, & quando possit mutari. Vide.

377 *Nũcio publico creditur sine testibus, quando citat per litteras.*

Idem de Notarijs, vbi de stylo funguntur vice publici nuncij.

Sed quando citat oretenus, non creditur sine testibus.

378 *Nuncio priuato non creditur*

tur sine testibus.

379 *Nuncio non creditur in his, quæ nõ concernunt eius officium, vt si referat fuisse verberatum.*

380 *Nuncius deponendo citasse de mandato nõ videtur deponere de pertinentibus ad eius officium; sed solum quando deponit de citatione.*

Secus de stylo, quia illi creditur de sua commissione, quæ etiã præsumitur, quando citat in loco suo, secus si extra illum.

381 *Nuncius quoad citationem personalem si referat citasse, & legisse; sed non dedisse copiam; quia non fuit petita, creditur.*

Item si referat non dedisse copiam, quam secum non habebat, sed transmisisse per amicum, creditur.

Item si referat quod citatus abstulit originale, creditur.

382 *Nuncius si referat non citasse personaliter propter non tutum accessum, creditur, etiam si non dicat fecisse diligentias.*

383 *Nuncio quoad citationẽ domi solitæ habitationis creditur.*

384 *Nuncio referenti citasse domi, quia non potuit reperire personam, creditur.*

385 *Nuncio referenti citatum dixisse nolle venire, creditur.*

386 *Nuncio quoad citationem per edictum creditur si referat publicasse, & affixisse.*

387 *Nuncio quoad citationem in Ecclesia creditur si referat, quod multi intrabant, & exibant.*

388 *Relatio incerta sine die non valet.*

389 *Relatio quando non apparet, quo modo citauerit, vti generalis, & obscura, non valet.*

390 *Relationi Cursoris creditur, nisi doceatur contrarium.*

391 *Citatio facta per nuncium priuatum non potest probari, quando non adhibuit duos testes.*

Nuncius publicus, & iuratus quãdo non potest haberi, mittuntur duo.

392 *Citatio facta per nuncium publicum probatur eius relatione.*

393 *Relatio nuncij quãuis habeat præsumptionẽ pro se, admittit tamen probationem*

nem in contrarium. Vide exempla.

394 *Nuncio magis creditur, quã neganti se citatum; nisi Iudex ex aliqua coniectura arbitretur contrarium.*

Et in causa graui neutri credere ur, sicut

395 *Testi non creditur, nec Notario, quando sibi contradicunt.*

396 *Clausula apposita in præcepto, quod plena daretur fides nuncio, non operatur; nisi in casibus in quibus alias de iure illi esset adhibenda fides.*

397 *Nuncius si refert citasse domi solitæ habitationis, & pars negat: distingue, aut negat citationem, aut domum.*

398 *Negatiua est difficilis probationis, & testes debent reddere rationem concludentem, etiam non interrogati.*

399 *Neganti domum esse suæ solitæ habitationis creditur cum iuramento, & arbitrio Iudicis.*

400 *Neganti se citatum fuisse per edictum, & affixionem non creditur, nisi alias probationes afferat.*

401 *Nuncio non creditur contra suam relationem; cùm stetur primo dicto.*

402 *Nuncio neganti se citasse non creditur, quando constat de eius relatione in actis.*

403 *Nuncio licet credatur vti publico officiali, non tamen creditur tanquam testi.*

404 *Nuncius falsum referens si id fecit simplicitate columbina, excusatur, si vulpina punitur.*

DE REPRODVCTIONE Citationis.

405 *Reproductio, & productio, & inductio an idem significent.*

406 *Vsus aliquãdo verbis propriam significationem dat, & mutat.*

407 *Verba non sunt sophisticè intelligenda, sed secundum communem sensum.*

408 *Error in solis verbis non attenditur.*

Quæstiones subtiles nominis pertinacibus relinquũtur.

409 *Citatio debet produci in termino sub quo cadit.*

410 *Citatio quando non est reproducta in actis, non dicitur de ea constare.*

Iudex

411 *Iudex ante citationis reproductionẽ non potest procedere.*

412 *Intimatione non facta, decretum non afficit.*
Nõ tamen potest impugnari si ad notitiam partis deuenit.

413 *Positiones pro cõfessatis Iudex pronunciare nõ potest, monitorio non reproducto.*

414 *Præscriptio non interrumpitur per citationem, quando fuit reproducta post eam completam.*

415 *Litis pendentiam nõ inducit monitorium, seu citatio, nisi reproducatur.*
Nec facit beneficium litigiosum.

416 *Citatio coram incompetenti non turbat iurisdictionem Iudicis cõpetentis, nisi postquam fuit reproducta.*

417 *Intimatio quæ debet fieri per conductorem, vel locatorem, si non reproducatur intra terminum, nõ valet.*

418 *Reproductio citationis in Curia fit facto, vel verbo.*

419 *Reproducendi praxis solo verbo ex quibus censeatur vtilis.*
Et valet quoad primam citationem, non quoad sequẽtes.

DE CIRCVMDVCTIONE Citationis.

420 *Circũducere significat delere, & cassare.*

421 *Circumducitur citatio vel facto partis, vel Iudicis.*

422 *Circumducitur citatio quãdo non reproducitur in termino.*

423 *Contumax vt quis efficiatur, debet peremptoriè citari.*
In primis scilicet citationibus.
In successiuis autem non apponitur peremptorium.

424 *Peremptorium in Curia de stylo subintelligitur.*

425 *Perẽptorij sunt omnes termini post litem contestatã.*
Perẽptorij sunt omnes termini, qui præfiguntur à lege, vel statuto.

426 *Citatio ad sententiam debet fieri cum expressionẽ peremptorij vbi figura Iudicij seruanda est, alias secus, vt in beneficialibus, & summarijs.*

427 *Peremptorium quando fit tribus edictis, vnum quodque fit cum interuallo dierum.*

428 *Termini quatuor, primo pro prima, secundo pro secunda,*

cunda, tertio pro tertia, quarto pro quarta, & super abundanti dilatione quare seruentur.

429 *Peremptorium quando fit vno edicto pro omnibus, quo ordine fiat.*

430 *Peremptoria citatio quando executa fuit, & actor in termino non comparet, sed solus citatus, tunc circumducitur citatio.*

431 *Circumductionis qualis sit effectus.*

432 *Actor qui non comparuit in termino citationis, si iterum vult citare, non auditur nisi refectis expensis.*

433 *Actor si comparet in termino, & citatus non comparet contrahitur hermodiciũ idest iudicium deseritur.*

434 *Actor si non comparet, neque reus in termino non circũducitur citatio, neque requiritur noua.*

435 *Peremptoria citatio si facta sit ad vnum actum, tunc neutro comparente in termino circumducitur.*

436 *Peremptoria citatio si fiat ad plures actus, altero quãdocunque veniente, poterit in causa procedi.*

437 *Citatus ad duo tenetur, videlicet ad comparendum, & in termino, si circumducitur quoad vnum, non circumducitur quoad aliud.*

438 *Actor quando comparet nõ autem reus, tunc actore instante proceditur contra reum vti contumacem per edictum.*

439 *Hermodicium quando contrahatur.*

440 *Actor reo non comparente potest petere, vel vt edictũ circumducatur; vel vt absoluatur ab instantia Iudicij.*

441 *Absolutio ab instantia Iudicij debet fieri cum maiori solemnitate, & cum citatione partis.*

442 *Reus si comparet, & non actor, est in electione rei an velit circumduci edictũ, an vero admitti suas probationes, & per Iudicem pronunciari.*

443 *Absolui ab instantia Iudicij aliud est, quia pereunt acta.*

Et aliud absolui ab instantia edicti; quia tunc deletur edictum; sed lis remanet salua.

444 *Reus in Curia quando comparet actore non veniente, obtinet processum per contradictas.*

Cir-

1 CITATIO ex iam dictis, per Iudicem debet decerni. nunc dicemus necessarium esse, vt ea decernatur ad instantiam alicuius, alias decreta nemine instante, non valeret. *tex.* est in *l. ad peremptorium, ff. de iud.* ibi *ad peremptorium edictum hoc ordine venitur, vt primo quis petat post absentiam aduersarij edictum primum, mox alterum*, & in *Auth. qui semel, C. quom. & quando Iud.* ibi *reo postulante tribus edictis vocetur*. & in *cap. proposuisti, de for. compet.* ibi *quidam subditus tuus ad petitionem cuiusdã aduersarij sui à te legitimè citatus*. & quod citatio semper faciẽda sit ad instantiam partis, not. *Specul. de citat. §. sequitur, nu.* 14. & quod non debeat fieri proprio motu Iudicis, not. *Maran. de ord. iud. par. 6. vers. recte concipiatur citatio, nu.* 115. & quod à Iudice debeat citatio committi ad instantiam partis, not. *Vant. de nullit. ex defec. cit. nu.* 44.

2 Et quando statutum, seu lex dicit, quod Iudex debeat citare, quod intelligatur ad instantiam partis, not. *Soc. de cit. art. 6. nu. 3.* & quod hæc sit ratio, quia citare est facti, & commissio citationis est iuris, & Iudex non potest supplere de facto, vt in *rubro, & nigro, C. vt quæ desunt aduocatis*, & ibi *gloss.* & quod ideo in citationibus ponatur ad instantiam talis, notat *Lanfrãc. de Oriano in cap. quoniam cõtra. tit. 1. de cit. n.* 11. & quod Iudex debeat per Tabellionem redigere in actis, qualiter, & pro quo, & ad cuius petitionem ille est vocatus, & non venit. notat *gloss. in l. sancimus, in verbo, per contumaciam, C. ad Trebell.*

3 Et communiter *Doct. Abb. Felin. Rip.* & alij in *cap. 1. de Iud.* hanc cõclusionem, quod citatio non valet, nisi fiat parte petente, colligunt ex eodem *Tex.* ibi *cùm petijsset ad conciliũ introduci.* quam quinque modis declarant.

Et primo, vt procedat parte opponente de nullitate; quia si compareat, & non opponat, valet, ex quo spontanea comparitio validat citationem inualidam. *Bald. in l. vnic. C. vt quæ desunt aduoc. Felin.* in d. *cap. 1. nu. 2.* & ibi *Rip. num.* 20.

4 Secundo, vt non procedat fauo-

fauore publico, vt puta quãdo Iudex videt instantiam perire; quia tunc motu proprio potest citare. *Bar.* in *l.Seius,& Augerius n.6. ff. ad l.Falcid.* quod enim instantia pereat, damnum esset Reipublicæ, vt per *Innoc.* in *cap. cùm contingat*, in fin. *de iure iur. Felin. d. num.* 2.

5 Tertio, vt non procedat vbi causa concernit bonum publicum, vt in electione: quia ex officio Iudex citare potest. *Abb.* in *cap. proposuisti, col.2. de for. compet.* & citare est Iudicis, non autem partis officium. *gloss.* in *cap. fin.* in verbo *inanes*, in fin. *de elect. in 6.* & ita declarat *Felin. d. cap.*1. *nu.*2. *de iud.*

Quarto, vt non procedat in causis fiscalibus, *Rom. Sing.* 570. *Rip.* in d. *cap.*1. *de iudic. n.* 20. *verf. tertio fallit.* ea ratione quia in eis ex officio Iudex potest ferre sententiam nemine postulante, ad *Tex.* in *l.* 2. *§. Senatus, ff. de iur. fisci.*

6 Quinto, & vltimo fallit in omnibus casibus, in quibus Iudex potest procedere ex officio. *Rip.d. cap.*1. sub *n.*20. verf. *ult. fallit, de iud. Peregr. in tract. varijs, de iud. lib.* 2. *nu.*24. officium enim Iudicis, quod residet tantum in Iudice, non oportet quod imploretur ab aliquo. *l. illicitas, ff. de officio præsid. Bal. in cap. bonæ mem.* il 1. *nu.*14. verf. *sed quodam est officium Iudicis*, de *postulat. prælat.*

Distinguendum tamen est, quod quando Iudex procedit ex officio ad publicam vtilitatem, tunc potest motu proprio, & absque instantia alicuius procedere. d. *l. illicitas*, & *l. congruit, ff. de officio præsid.*

Sed quando procedit ex officio ad priuatam vtilitatẽ, non potest citare, nisi ad instantiã partis, & tali casu verificatur quod Iudex non debet impartiri officium suum, nisi petenti. *l.*4. *§. hoc autem iud. ff. de damn. infect. cap. ad nostram* il 2. *de iur. iur. Socin. de cit. art.* 6. *num.*2.

Sic etiam quod Iudex ex officio suo ad priuatam vtilitatem non possit inhibere, nisi præuia citatione, & causæ cognitione, secus vero ad publicam vtilitatem, dictum est supra latè in *cap.* 3. *nu.*6. *cum seq.*

Et quod Iudex possit committere citationem, quando

referat intimasse monitorium, sed non dicat legisse, nec dedisse copiam; nisi referat se obtulisse lecturum, & copiam daturum, & expressisse contenta in eo.

328 *Relatio non valet si nuncius non referat terminum infra quem, nisi terminus constaret ex tenore citationis.*

DE RELATIONE Citationis ad domum.

329 *Relatio citationis ad domũ vt valeat, plura de iure videntur necessaria, & præcipuè, quod fiat in domo habitationis.*

330 *Cursores de stylo referunt fecisse domi dimissa copia, & intelligitur de domo solitæ habitationis.*

331 *Relationi nuncij statur, quod citatio sit facta domi solitæ habitationis.*

332 *Relatio nuncij citasse domi valet, quando Iudex mandat citari personaliter, vel domi solitæ habitationis, etiam si in relatione non expresserit domi solitæ habitationis.*

333 *Citationis copiam licet non dimittat in manibus familiarium, tamen sufficit de stylo si, referat domi dimissa copia.*

334 *In beneficialibus non reperta persona, fit citatio ad domum, & in Cathedrali, & vtrumque debet exprimi in relatione.*

335 *In prophanis de stylo committitur, vt non reperta persona citetur domi, & si non pateat tutus accessus in Parochiali, & valet relatio citasse ad domum, licet Notarius non apposuisset dicta verba de stylo apponi solita in citatione.*

DE RELATIONE Citationis factæ ad Ecclesiam.

336 *Relatio citationis in Parochiali facta, tanquam in domo, valet, licet non dicatur tempore diuinorum.*

337 *Relatio citationis factæ in Ecclesia tanquam in loco publico non valet, nisi dicatur tempore diuinorum, & intra Ecclesiam.*

Nec sufficeret hora tertia.

338 *In relatione citationis si nuncius dicat affixisse, & dimisisse originale citationis in Cathedrali per certum*

tum tẽpus, & similiter affixisse in Parochiali, intelligitur eodem modo.

339 *In relatione citationis factæ ad valuas Ecclesiæ cõtra absentem debet dicere nuncius affixisse, & reliquisse copiam publicam.*

DE RELATIONE Citationis factæ per Edictum ad loca publica.

340 *Citatio per edictũ requirit tres actus, lectionem, affixionem, & publicationem.*

341 *Relatio affixisse in valuis Ecclesiæ dum diuina celebrarentur non sufficit, nisi dicatur legisse.*

342 *Lectio citationis non requiritur, quando citantur incerti.*

343 *Relatio citationis per edictum affixisse, & citasse prout habuit in mandatis, valet; quia lectio, & publicatio intelliguntur in necessarium antecedens.*

344 *Incertum nõ dicitur, quod per relationẽ ad aliud certificatur, dummodo ad certum, secus ad incertum.*

345 *Relatio citationis affixisse, absque relatione ad mandatum, non valet.*

DE RELATIONE Citationis per Proclama.

346 *Proclama fit per solũ præconem alta voce Notario legente proferentem.*

347 *Relatio per præconem fieri debet se præconizasse, & publicasse per Ciuitatem in locis publicis consuetis.*
Et sufficit absque expressione locorum, quando citatur multitudo.
Secus quãdo persona certa: quia loca publicationis debent exprimi.

348 *Relatio per præconem conuocasse Cõsiliarios, seu Vniuersitatẽ, debet continere de cuius commissione.*
Subhastationis relatio facta per præconem debet cõtinere de cuius Iudicis mãdato, ad cuius instantiam, & quã rem, & quo pretio.

DE EXECVTIONE, & relatione Citationis contra Vniuersitatem.

350 *Vniuersitas citari potest, vel*

vel personaliter, vel domi, vel per edictum. Vide.

351 *Vniuersitas potest agere, & cõueniri, & mutatis personis eadem remanet, & conseruatur etiam in vno.*

352 *Vniuersitas quid sit.*

353 *Syndicus an differat ab œconomo, & actore.*

354 *Vniuersitatis nomine potest citari Syndicus, non autem Potestas, vel Officialis.*

355 *Vniuersitatis nomine possunt citari Rectores, & qui illi præsunt tanquam tutores, si tamen tales sint, vt habeant auctoritatẽ ad id de quo agitur.*

356 *Contra Vniuersitatem nuncius executurus citationem debet implere illius formã, & referre quo modo citandi vsus fuerit.*

357 *Vniuersitas non potest citari vigore clausulæ, Et alios quoscunque.*

358 *Relatio citationis contra Communitatem, nõ operatur si de citatione non appareat.*

359 *Contumaciam, seu malam fidem non inducit relatio citationis de qua in actis non constat.*

360 *Relatio nõ releuat si sit generalis, incerta, vel obscura.*

361 *Vniuersitatis nomine si fuit citatus Syndicus generalis in causa in qua aderat Syndicus specialis, non afficit.*

362 *Vniuersitas non constituitur in dolo, nec attentat, citato solo Rectore, vel Syndico.*

363 *Notitiam vbi requiritur quod principalis habeat, non sufficit quod illam Procurator habuerit.*

DE EXECVTIONE, & relatione Citationis factæ in alieno Territorio.

364 *Sine litteris subsidialibus extra territorium Iudex non potest decernere citationem.*

365 *Per litteras requisitorias, seu subsidiales citatur extra territorium.*

366 *Sine litteris subsidiarijs Iudex vnius territorij non potest citare.*
Etsi de illis non constaret, citatio esset nulla.

367 *Litteræ requisitoriæ non faciunt Iudicem illum cui scribitur.*
In litteris requisitorijs debet Iudex exprimere caussam, propter quam ipse possit

possit citare ibi existentē, & si est delegatus, debet inserere facultatem.

368 *Per litteras requisitorias, ut valida sit citatio executa, debet constare nedum de litteris requisitorijs, sed etiam de responsalibus, & de relatione nuncij, quæ fuerit facta de mãdato Iudicis requisiti, & trãsmitti idem originale citationis.*

DE RELATIONE Nuncij, an & quando fides sit adhibenda, cõtradicẽte parte, vel Notario.

369 *Iudex citat, vel per se, vel per nuncium, siue publicũ, siue priuatum.*
Et sine Iudicis commissione nemo citare potest. Declara.

370 *Nuncij, & executores citationũ varijs nominibus appellantur.*

371 *Cursores in Curia, & in omnibus causis Commissarijs citant priuatiuè quoad alios Mandatarios.*
Declara in causis Iudicialiter commissis, non autem extraiudicialiter.

372 *Nuncij publici percipiunt mercedem iuxta locorum consuetudines.*

373 *Citationes Romanæ Curiæ extra illam exequendæ diriguntur vniuersis, omnibus, & singulis Clericis, & Tabellionibus. sed ex generali obseruantia præsentari solent Notarijs.*
Etsi exequeretur citatio per Clericum, qui non esset Tabellio, nihilominus valeret.

374 *Vestrij dictum, quod per quemcunque in partibus possint exequi citationes à Curia emanatæ, author nõ approbat. Vide rationes.*

375 *Nuncium vnicum sufficit adhibere in vna causa, sed in grauissimis consilium est, vt adhibeantur duo.*

376 *Nuncius deputatus in principio causæ potest citare vsque ad finem.*
An autem, & quando possit mutari. Vide.

377 *Nũcio publico creditur sine testibus, quando citat per litteras.*
Idem de Notarijs, vbi de stylo funguntur vice publici nuncij.
Sed quando citat oretenus, non creditur sine testibus.

378 *Nuncio priuato non creditur*

tur sine testibus.

379 *Nuncio non creditur in his, quæ nõ concernunt eius officium, vt si referat fuisse verberatum.*

380 *Nuncius deponendo citasse de mandato nõ videtur deponere de pertinentibus ad eius officium; sed solum quando deponit de citatione.*

Secus de stylo, quia illi creditur de sua commissione, quæ etiã præsumitur, quando citat in loco suo, secus si extra illum.

381 *Nuncius quoad citationem personalem si referat citasse, & legisse; sed non dedisse copiam; quia non fuit petita, creditur.*

Item si referat non dedisse copiam, quam secum non habebat, sed transmisisse per amicum, creditur.

Item si referat quod citatus abstulit originale, creditur.

382 *Nuncius si referat non citasse personaliter propter non tutum accessum, creditur, etiam si non dicat fecisse diligentias.*

383 *Nuncio quoad citationẽ domi solitæ habitationis creditur.*

384 *Nuncio referenti citasse domi, quia non potuit reperire personam, creditur.*

385 *Nuncio referenti citatum dixisse nolle venire, creditur.*

386 *Nuncio quoad citationem per edictum creditur si referat publicasse, & affixisse.*

387 *Nuncio quoad citationem in Ecclesia creditur si referat, quod multi intrabant, & exibant.*

388 *Relatio incerta sine die non valet.*

389 *Relatio quando non apparet, quo modo citauerit, vti generalis, & obscura, non valet.*

390 *Relationi Cursoris creditur, nisi doceatur contrarium.*

391 *Citatio facta per nuncium priuatum non potest probari, quando non adhibuit duos testes.*

Nuncius publicus, & iuratus quãdo non potest haberi, mittuntur duo.

392 *Citatio facta per nuncium publicum probatur eius relatione.*

393 *Relatio nuncij quãuis habeat præsumptionẽ pro se, admittit tamen probationem*

nem in contrarium. Vide exempla.

394 *Nuncio magis creditur, quã neganti se citatum; nisi Iudex ex aliqua coniectura arbitretur contrarium.*

Et in causa graui neutri crederetur, sicut

395 *Testi non creditur, nec Notario, quando sibi contradicunt.*

396 *Clausula apposita in præcepto, quod plena daretur fides nuncio, non operatur; nisi in casibus in quibus alias de iure illi esset adhibenda fides.*

397 *Nuncius si refert citasse domi solitæ habitationis, & pars negat: distingue, aut negat citationem, aut domum.*

398 *Negatiua est difficilis probationis, & testes debent reddere rationem concludentem, etiam non interrogati.*

399 *Neganti domum esse suæ solitæ habitationis creditur cum iuramento, & arbitrio Iudicis.*

400 *Neganti se citatum fuisse per edictum, & affixionem non creditur, nisi alias probationes afferat.*

401 *Nuncio non creditur contra suam relationem; cùm stetur primo dicto.*

402 *Nuncio neganti se citasse non creditur, quando constat de eius relatione in actis.*

403 *Nuncio licet credatur vti publico officiali, non tamen creditur tanquam testi.*

404 *Nuncius falsum referens si id fecit simplicitate columbina, excusatur, si vulpina punitur.*

DE REPRODVCTIONE Citationis.

405 *Reproductio, & productio, & inductio an idem significent.*

406 *Vsus aliquãdo verbis propriam significationem dat, & mutat.*

407 *Verba non sunt sophisticè intelligenda, sed secundum communem sensum.*

408 *Error in solis verbis non attenditur.*

Quæstiones subtiles nominis pertinacibus relinquũtur.

409 *Citatio debet produci in termino sub quo cadit.*

410 *Citatio quando non est reproducta in actis, non dicitur de ea constare.*

Iudex

411 *Iudex ante citationis reproductionẽ non poteſt procedere.*

412 *Intimatione non facta, decretum non afficit.*
Nõ tamen poteſt impugnari ſi ad notitiam partis deuenit.

413 *Poſitiones pro cõfeſſatis Iudex pronunciare nõ poteſt, monitorio non reproducto.*

414 *Præſcriptio non interrumpitur per citationem, quando fuit reproducta poſt eam completam.*

415 *Litis pendentiam nõ inducit monitorium, ſeu citatio, niſi reproducatur.*
Nec facit beneficium litigioſum.

416 *Citatio coram incompetenti non turbat iuriſdictionem Iudicis cõpetentis, niſi poſtquam fuit reproducta.*

417 *Intimatio quæ debet fieri per conductorem, vel locatorem, ſi non reproducatur intra terminum, nõ valet.*

418 *Reproductio citationis in Curia fit facto, vel verbo.*

419 *Reproducendi praxis ſolo verbo ex quibus cenſeatur vtilis.*
Et valet quoad primam citationem, non quoad ſequẽtes.

DE CIRCVMDVCTIONE Citationis.

420 *Circũducere ſignificat delere, & caſſare.*

421 *Circumducitur citatio vel facto partis, vel Iudicis.*

422 *Circumducitur citatio quãdo non reproducitur in termino.*

423 *Contumax vt quis efficiatur, debet peremptoriè citari.*
In primis ſcilicet citationibus.
In ſucceſſiuis autem non apponitur peremptorium.

424 *Peremptorium in Curia de ſtylo ſubintelligitur.*

425 *Perẽptorij ſunt omnes termini poſt litem conteſtatã.*
Perẽptorij ſunt omnes termini, qui præfiguntur à lege, vel ſtatuto.

426 *Citatio ad ſententiam debet fieri cum expreſſionẽ peremptorij vbi figura Iudicij ſeruanda eſt, alias ſecus, vt in beneficialibus, & ſummarijs.*

427 *Peremptorium quando fit tribus edictis, vnum quodque fit cum interuallo dierum.*

428 *Termini quatuor, primo pro prima, ſecundo pro ſecunda,*

cunda, tertio pro tertia, quarto pro quarta, & super abundanti dilatione quare seruentur.

429 Peremptorium quando sit vno edicto pro omnibus, quo ordine fiat.

430 Peremptoria citatio quando executa fuit, & actor in termino non comparet, sed solus citatus, tunc circumducitur citatio.

431 Circumductionis qualis sit effectus.

432 Actor qui non comparuit in termino citationis, si iterum vult citare, non auditur nisi refectis expensis.

433 Actor si comparet in termino, & citatus non comparet contrahitur hermodiciũ idest iudicium deseritur.

434 Actor si non comparet, neque reus in termino non circũducitur citatio, neque requiritur noua.

435 Peremptoria citatio si facta sit ad vnum actum, tunc neutro comparente in termino circumducitur.

436 Peremptoria citatio si fiat ad plures actus, altero quãdocunque veniente, poterit in causa procedi.

437 Citatus ad duo tenetur, videlicet ad comparendum, & in termino, si circumducitur quoad vnum, non circumducitur quoad aliud.

438 Actor quando comparet nõ autem reus, tunc actore instante proceditur contra reum vti contumacem per edictum.

439 Hermodicium quando contrahatur.

440 Actor reo non comparente potest petere, vel vt edictũ circumducatur; vel vt absoluatur ab instantia Iudicij.

441 Absolutio ab instantia Iudicij debet fieri cum maiori solemnitate, & cum citatione partis.

442 Reus si comparet, & non actor, est in electione rei an velit circumduci edictũ, an vero admitti suas probationes, & per Iudicem pronunciari.

443 Absolui ab instantia Iudicij aliud est, quia pereunt acta.

Et aliud absolui ab instantia edicti; quia tunc deletur edictum; sed lis remanet salua.

444 Reus in Curia quando comparet actore non veniente, obtinet processum per contradictas.

Cir-

445 *Circumducũtur citationes, quæ fiunt post litis ingressum, si non producuntur, vel extra tempus producuntur.*

446 *Circũducitur citatio ad sẽtentiã si reproducitur extra terminum, sub quo cadit.*

447 *Circũducitur citatio ad sẽtentiam etiam producta in termino, si tamen per Iudicem non fuit seruatus terminus, nec per actorem fuit accusata contumacia.*

448 *Non circumducitur citatio quando comparuit actor, & accusauit contumaciam rei, & Iudex posset expectare partem, & altera sequenti die sententiam ferre, absque alia citatione. Quæ nec posset dici nulla, ex defectu citationis, etiam absque expressa prorogatione.*

Sententia quando ferri possit non sub die quã citatio cadit, sed subsequenti.

449 *Non circumducitur citatio facta pro extractione iuriũ ad certam diem, quando citatus non comparuit; sed solus citans, & accusauit contumaciam; tunc enim diebus sequẽtibus fieri potest extractio.*

450 *Circumducitur citatio, seu terminus per productionẽ iurium.*

Item per productionem articulorum etiam parte non citata.

Item per productionem nouæ Commissionis.

451 *Non circumducitur cõclusio in causa per solam productionem iurium, articulorum, siue commissionis cũ non pendeat à sola voluntate partium.*

452 *Circũducitur citatio facto Iudicis, quando habuit terminum proseruato, & illũ permisit labi.*

Sentẽtia lapso termino nulliter fertur ex defectu citationis.

453 *Circumducitur citatio, terminus, & conclusio in causa facto Iudicis, quãdo admittit noua iura, vel articulos, vel facit alium actũ contrarium.*

Sed quid si admittit fine præiudicio termini proseruato habiti, vel decreti facti.

454 *Interlocutoriam potest Iudex quandocunque reuocare, nisi fuisset executioni de mandata.*

Declara quod etiam interlocu-

locutoria executioni demandata potest reuocari ex iusta causa, parte tamen citata.

Nisi fuisset lata de consensu partium; quia tunc absque cõsensu Iudex nõ reuocaret.

455 *Interlocutoria potest tacitè reuocari etiam per solam admissionem Iurium. rationem. Vide.*

456 *Terminus proseruato, circumducitur per admissionẽ Iurium, non obstante protestatione sine praeiudicio termini proseruato habiti, tanquam contraria facto. Et non obstante quod subscriptio sententiae retrotrahatur ad diem termini proseruato. Vide rationes.*

Practica admittendi Iura sine praeiudicio termini proseruato habiti non est recepta.

457 *Decretum factum non circumducitur per admissionẽ Iurium, quando est executum, vel factum cum consensu vtriusque partis, vel per lapsum decennij trãsiisset in iudicatũ, quo ad partem, alias secus.*

458 *Conclusio in causa quando circũducatur per admissionem Iurium etiam cũ protestatione sine praeiudicio cõclusionis in causa.*

DILATIO VNA an circumducat aliam.

459 *Dilationem legalem Iudex potest coarctare, vel prorogare, & dando aliam non circumducit primam.*

460 *Dilationem Iudicialem potest Iudex ex arbitrio dare, & vna per aliam non circumducitur.*

461 *Decisio in Romana Spolij domus corã Cardinali Pamphilio iuniore ponitur.*

462 *Decisionis particula in Perusina Spolij corã Rojas ponitur.*

463 *Decisionis alterius altera particula in eadem causa Perusina Spolij coram eodẽ Rojas ponitur.*

464 *Ex praedictis Decisionibus colligit author quatuor cõclusiones quas explicat. Vide. Mandatum de deliberando si fuit decretum nisi infra mensem, & eo elapso de nouo decernatur, nisi ad primã diem. an subhastatio subsecuta sit nulla. Vide dictas Decis. à nu. 461. & declara, vt num. 464.*

1 CITATIO ex iam dictis, per Iudicem debet decerni. nunc dicemus necessarium esse, vt ea decernatur ad instantiam alicuius, alias decreta nemine instante, non valeret. *tex.* est in *l. ad peremptorium, ff. de iud.* ibi *ad peremptorium edictum hoc ordine venitur, vt primo quis petat post absentiam aduersarij edictum primum, mox alterum*, & in *Auth. qui semel, C. quom. & quando Iud.* ibi *reo postulante tribus edictis vocetur.* & in *cap. proposuisti, de for. compet.* ibi *quidam subditus tuus ad petitionem cuiusdā aduersarij sui à te legitimè citatus.* & quod citatio semper faciēda sit ad instantiam partis, not. *Specul. de citat. §. sequitur, nu.* 14. & quod non debeat fieri proprio motu Iudicis, not. *Maran. de ord. iud. par. 6. vers. recte concipiatur citatio, nu.* 115. & quod à Iudice debeat citatio committi ad instantiam partis, not. *Vant. de nullit. ex defec. cit. nu.* 44.

2 Et quando statutum, seu lex dicit, quod Iudex debeat citare, quod intelligatur ad instantiam partis, not. *Soc. de cit. art. 6. nu. 3.* & quod hæc sit ratio, quia citare est facti, & commissio citationis est iuris, & Iudex non potest supplere de facto, vt in *rubro, & nigro, C. vt quæ desunt aduocatis,* & ibi *gloss.* & quod ideo in citationibus ponatur ad instantiam talis, notat *Lanfrāc. de Oriano in cap. quoniam cōtra. tit. 1. de cit. n.* 11. & quod Iudex debeat per Tabellionem redigere in actis, qualiter, & pro quo, & ad cuius petitionem ille est vocatus, & non venit. notat *gloss. in l. sancimus,* in verbo, *per contumaciam, C. ad Trebell.*

3 Et communiter *Doct. Abb. Felin. Rip.* & alij in *cap. 1. de Iud.* hanc cōclusionem, quod citatio non valet, nisi fiat parte petente, colligunt ex eodem *Tex.* ibi *cùm petijsset ad conciliū introduci.* quam quinque modis declarant.

Et primo, vt procedat parte opponente de nullitate; quia si comparet, & non opponat, valet, ex quo spontanea comparitio validat citationem inualidam. *Bald. in l. vnic. C. vt quæ desunt aduoc. Felin.* in d. *cap. 1. nu. 2.* & ibi *Rip. num.* 20.

4 Secundo, vt non procedat fauo-

fauore publico, vt putà quãdo Iudex videt instantiam perire; quia tunc motu proprio potest citare. *Bar.* in *l. Seius, & Angerius n. 6. ff. ad l. Falcid.* quod enim instantia pereat, damnum esset Reipublicæ, vt per *Innoc.* in *cap. cùm contingat*, in fin. *de iure iur. Felin. d. num.* 2.

5 Tertio, vt non procedat vbi causa concernit bonum publicum, vt in electione: quia ex officio Iudex citare potest. *Abb.* in *cap. propositi, col. 2. de for. compet.* & citare est Iudicis, non autem partis officium. *gloss.* in *cap. fin.* in verbo *inanes*, in fin. *de elect. in 6.* & ita declarat *Felin. d. cap. 1. nu. 2. de iud.*

Quarto, vt non procedat in causis fiscalibus, *Rom. Sing.* 570. *Rip.* in d. *cap. 1. de iudic. n. 20. vers. tertio fallit.* ea ratione quia in eis ex officio Iudex potest ferre sententiam nemine postulante, ad *Tex.* in *l. 2. §. Senatus, ff. de iur. fisci.*

6 Quinto, & vltimo fallit in omnibus casibus, in quibus Iudex potest procedere ex officio. *Rip. d. cap. 1.* sub *n. 20.* vers. *vlt. fallit, de iud. Peregr. in tract. varijs, de iud. lib. 2. nu. 24.* officium enim Iudicis, quod residet tantum in Iudice, non oportet quod imploretur ab aliquo. *l. illicitas, ff. de officio præsid. Bal. in cap. bonæ mem.* il 1. *nu. 14.* vers. *sed quodam est officium Iudicis, de postulat. prælat.*

Distinguendum tamen est, quod quando Iudex procedit ex officio ad publicam vtilitatem, tunc potest motu proprio, & absque instantia alicuius procedere. d. *l. illicitas, & l. congruit, ff. de officio præsid.*

Sed quando procedit ex officio ad priuatam vtilitatẽ, non potest citare, nisi ad instantiã partis, & tali casu verificatur quod Iudex non debet impartiri officium suum, nisi petenti. *l. 4. §. hoc autem iud. ff. de damn. infect. cap. ad nostram* il 2. *de iur. iur. Socin. de cit. art. 6. num. 2.*

Sic etiam quod Iudex ex officio suo ad priuatam vtilitatem non possit inhibere, nisi præuia citatione, & causæ cognitione, secus vero ad publicam vtilitatem, dictum est supra latè in *cap. 3. nu. 6. cum seq.*

Et quod Iudex possit committere citationem, quando

aliquid facit ex officio, vel ad publicam vtilitatem, vel ad sui instructionem, dictum est supra in *cap.8. nu.264.& seq.* & plures casus in quibus Iudex potest ex officio, & ad nullius instantiam procedere, vide per *Bar. in d.l.4.§.hoc autem iud. nu.2.* & de officio nobili, & mercenario. *num.3. ff. de damn. infec.*

7 Et an, & quando appellari possit à Iudice negante suum petenti officium impartiri, vide per *Felin.* in *cap. exceptionem, nu.2. de except.*

8 Et nota quòd officium Iudicis differt ab actione; quia officium nihil aliud est, nisi quædam æquitas à iure concessa, & est remedium extraordinarium, quod nullã præsupponit obligationem, & est incompatibile cum actione, quæ est remedium ordinariũ, & necessariò præsupponit obligationem, quæ dicitur mater actionis. & quando formatur libellus super actione, debet quis narrare ea per quæ concludat, quod pars tenetur ad aliquid dandũ, vel faciendũ: sed quando formatur super officio Iudicis, debet quis narrare ea, per quæ concludat, quod Iudex debeat, & facere possit de æquitate, id quod petitur: non autem quod ad id pars teneatur, vt declarat *Bar.* in *l.1. num. 10.* circa fin. *ff. de iurisd. omn. iud.*

Et huius rei rationem mihi videtur reddere *Rofred. de libellis parte 5. tit. de offic. iud. num. 2.* dum ait, quod officium Iudicis est remedium auxiliarium, seu subsidiariũ & quando illud imploratur, est recurrere ad vltimum refugium, ad emendicatum suffragium, & est in potestate Iudicis denegare, vel concedere. at quando proponitur actio, est deducere ius competens ex propria persona, & non aliundè. & tunc Iudex siue velit, siue nolit, debet quasi mercenarius deseruire actioni intentatæ, ex iuribus per eum allegatis.

9 Iudicis officium vbicumque pro actione proponitur, veluti cùm restitutio in integrum principaliter postulatur, litis contestationem exposcit, vt dicitur in *cap.2. de off. iud.* vbi *gloss.2.* reddit rationem: quia Iudicis officiũ nemini datur, nisi tunc demum, cùm alia actio non superest; nam si communi auxilio, quis munitus est, non debet

debet ei tribui extraordinarium, illudque loco actionis haberi. *l. in causæ*, in princ. *ff. de minor.* vbi enim implorandum est officium Iudicis, non est iure actionis agendum: tunc enim officium Iudicis proponitur pro actione, & succedit in locum actionis, quando deficit actio. *gloss.* in *cap. bonæ mem.* il primo, in verbo, *gratia*, post *med. de postulat. prælat.* vbi *Bal. n. 14.* notat, quod officium plurimũ facti habet, quàm actio. & non est officium, nisi excitetur ad actum, actio vero in sui substantia est etiam antequam proponatur.

Quia ergo citatio debet decerni, & fieri ad instantiam partis, ex pluribus alijs allegatis per *Duen. reg. 96.* *vers. citatio ad hoc.* Duo se offerunt videnda. quomodo instantia pro citatione probetur, & an & quando præsumatur.

10 Instantia, & requisitio partis, non aliter quàm ex actis probari potest cõcludenter. *Soc. de citat. art. 30. nu. 1. gloss. in l. sancimus.* in verbo, *per contumaciam*, *C. ad Trebell.*

11 Sed quando petitio, & instantia partis pro citatione non legeretur in actis, quærunt Doctores, an præsumatur. in qua quæstione præmitto, quod si in ipsa citatione non dicitur ad cuius instantiam quis citetur, tunc si citatio fit ad publicam vtilitatem, vt in criminalibus, & in alijs, tunc censetur facta motu proprio, & ex officio Iudicis, & valet absque alterius instantia. vt supra.

12 At si in citatione, quæ, vt supra, non fit ad publicam, sed ad priuatam vtilitatem, & ad instantiam partis; si nomen instantis omittatur, vel non bene explicetur, citatio non arctat, & non valet. *l. 1. ff. de lib. & posthum.* cum alijs supra deductis, *cap. 9. vers. de exprimendo nomine instantis, nu. 270. & seq.*

13 Si vero in eadem citatione exprimitur ad instantiam talis N. tunc talis assertio, & enunciatio non probat instãtiam, & petitionem partis cõcludenter, & ideo in hoc casu intrat quæstio præfata, an præsumatur citatio facta ad instantiam partis.

Et cõmuniter tenent Doctores quod sic, vt per *Imol. Aretin. Butr. Barbat. & Felin.* in d. *cap. 1. de iud.* & ibi *Rip. sub nu. 20. Bero quæst. 3. n. 5.*

Vant.de nullit. ex defec. citat. nu. 45. *Capic. decis.* 4. *nu.* 19. *Paris.de resign.lib.* 10. *quæst.* 8. *nu.* 57. & *de confid.benef.q.* 33. *nu.* 8. *Menoch.de præsumpt.l.* 2. *præsumpt.* 23. *n.* 1. *Put.dec.* 132. *lib.* 1.

14 Duæ sunt huius opinionis rationes præcipuę, vna, quia petitio partis est necessaria ad validitatem citationis; & est tanquã solemnitas intrinseca. ergo præsumendum est tanquam necessarium antecedens præcessisse. *l. sciendũ, ff. de verborum oblig.* vbi dicitur *Sciendum est generaliter, quod si quis scripserit se fideiussisse, videri omnia solẽniter acta.* & solemnitas præsumitur, quando res aliter fieri nõ posset. ad not. ibidem per *gloss.*

15 Altera est, quod actus qui requirit impensam, præsumitur gestus ab eo cuius interest, vt not. in *l. cùm seruus, ff. de verborũ oblig. l fin. C. de alim. pup. præstan. Felin.* in *cap. sicut, de re iud. nu.* 35.

Quia igitur actus citationis requirit impensã, ad *tex.* in *l.* 2. *C. de sportulis.* & in *cap. finem litibus, de dolo, & cont.* ergo præsumitur factus expensis, & ad requisitionem eius, cuius interest.

16 Cæterum qui tenent contrariam opinionem, quod scilicet citatio non præsumatur facta ad instantiam partis, nempe *Rom.* in *d.l. sciendum, ff. de verborum oblig.* & Dec. in d. *cap.* 1. *de iud. num.* 7. respondent ad primam rationẽ, quod instantia partis pro citatione est solemnitas extrinseca, quæ non præsumitur. *l. quæcumque, §. fin. ff. de publ. in rem act.* ibi *qui à puppillo emit, probare debet tutore authore, & lege non prohibente emisse.* & quia authoritas tutoris est solemnitas extrinseca, ideo non præsumitur vt ibidem summat *Bart.*

17 Ad secundam rationem respondent, quod impensa citationis est modica. & ideo non debet esse in consideratione, ex reg. *l. scio, ff. de integr. restit.* & *cap. etsi quæstiones de simonia.*

18 Sed quantum ad primam rationem, an instantia pro citatione sit solemnitas intrinseca, vel extrinseca, aduertendum est, quia solemnitas intrinseca illa est, quæ in simul cùm actu, dum est in fieri, concurrit. exemplum est in stipulatione, quæ pro solemni-

lemnitate requirit interrogationem, & responsionem, quæ concurrit in fieri in simul cum actu stipulationis, & vnus actus non potest ab alio separari, & posito vno, ponitur & alter, & ita si dicimus stipulationem, dicimus etiam præcedentem interrogationem, & responsionem. d. *l. sciendum*, & ibi *gloss. ff. de verborum obligat.* vnde dicitur solemnitatem intrinsecã esse quid adhærens facto, vt declarant *Bar.* in d. *l. quacũque, §. fin. de public. in rem act. Alber.* & *Ias.* in d. *l. sciendum, ff. de verb. oblig.* solemnitas autem extrinseca est illa, quæ separata est ab actu, qui conficitur, sicut est authoritas Tutoris, & aliæ solemnitates, quæ adhibentur in alienationibus rerum minorum, vel Ecclesiæ, & non adhærent actui: eo enim posito, solemnitas extrinseca nõ ponitur. ita declarãt *gloss. Bar. Alberic.* & *Ias.* in loc. præalleg. *Bero:* & alij. in *cap. 1. de iud. Menoch. de præsump. lib. 2. præsumpt. 23. nu. 3. & 8.*

19 Itaque si loquimur de citatione in genere, quatenus fieri potest motu proprio Iudicis in respicientibus publicam vtilitatem, & ad instantiam partis in respicientibus vtilitatem priuatam, iuxta prædicta: tunc dici poterit, quodammodo instantia partis, solemnitas extrinseca, tanquã separata ab actu: quia posito actu citationis, non ponitur actus instantiæ partis, cùm possit fieri motu proprio Iudicis.

At si loquimur de illa citatione, quæ in concernentibus priuatam vtilitatem, non potest fieri, nisi ad instantiam partis, rectè dicemus quod sit solemnitas intrinseca.

20 Differentia est igitur inter huiusmodi solẽnitates, quia intrinseca præsumitur, extrinseca vero non: ea enim concurrit cum actu in fieri; hæc autem ab eo est separata. *gloss.* in d. *l. sciendum, ff. de verborum oblig.* cum alijs supra allegatis. Sciendum tamẽ est, quod aliquando etiam solemnitas extrinseca præsumitur, videlicet in illis causis, in quibus acta non conficiuntur, prout sunt causæ modici præiudicij, *auth. breues, C. de sententijs ex peric. recitan.* in quibus, cùm ex actis non possit probari solemnitas extrinseca, vtique præsumitur.

Soc.de cit.art.30.n.1.Menoch. d.præsumpt.23.nu.13.& 14.

Idem est in alijs causis, in quibus procedìtur extraiudicialiter. *Cap. ea noscitur, de his quæ fiunt à prælat.sine consensu capit.* & ibi *gloss.* in verbo, *intelligi debet*, cum alijs per *Rot. in recent. decis.* 434. *nu.*12.*parte* 1. & in extraiudicialibus semper præsumitur solemnitas actus, qui spectat ad officium exercentis actum. *Innoc.* in *cap.innotuit,* sub *nu.*4. ad med. vers. *de solemnitatibus autem, de eo qui furt.ord.suscep.Io:And.* in *cap. sicut,nu.*11. *de re iud.Io:Bapt. Ferret.cons.*362.*n.*5.*lib.*2.*Rot. in recent.par.*1.*decis.*406.*n.*1.

21 Atque etiã solemnitas extrinseca præsumitur ex antiquitate temporis, videlicet ex cursu triginta annorum. *Rot.in recent. parte* 1.*dec.*122. *nu.*5. *&* 6. etiam si solemnitas non sit enunciata. *Rot. in recent. par.*2. *decis.*684. *nu.*4. tempus autem triginta annorum generaliter requiritur in præsumendis solemnitatibus extrinsecis, quæ requirunt scripturam. *Ruin. cons.* 69. *n.*9.*lib.*1. *Menoch. de præsũpt. lib.* 3. *præsumpt.*132. per tot. *Rot.in recent.par.*2.*decis.*723. *num.*20. sed non sufficit lapsus tanti temporis, nisi etiam concurrat obseruantia, quæ debet esse certa, non autem præsumpta. *Greg.decis.*509. *nu.*6. & ibi *adden.nu.*7.

22 Quantum vero ad secundam rationem, verũ est quod non curatur de minimis, ad effectum vt dicatur contrauentum esse dispositioni iuris communis; sic dicitur in d. *l.scio,ff.de in integr.restit.* non esse minorem restituendum in integrum vbi in modico fuisset læsus. Sed aliud est quod non curetur de modica impensa, & aliud est quod attendatur à quo ea facta sit propter effectus, qui sequuntur.

23 Nam vt ait *Rip.d.cap.*1.*de iud.* sub *num.* 20. *circa fin.* ea etiã modica impensa necesse est, vt fuerit ab aliquo facta; sed quod fuerit facta ab alio, quàm à parte, cuius interest, præsumi non potest. *l.cùm de indebito, ff. de probat.* ibi *qui enim soluit, nunquam ita resupinus est, vt facilè suas pecunias iactet, & indebitas effundat*, ideo præsumenda est facta ab eo cuius interest. & ita etiã sentit *Rip.* d. *cap.*1. *n.*20.ver.*nec obstat replicatio.*

Quan-

Quando autem constat citationem obtentam fuisse cũ impensa ab alio, de cuius mãdato non constat aliundè, tũc intrat alia quęstio, an propter impensam præsumatur mandatum, & quod sic, diximus supra *cap.9.nu.* 354.

24 In dubio igitur citatio pręsumitur nedũ decreta ad instantiam partis per Iudicem; sed etiam executa, & relata per nunciũ ad eiusdem partis instantiã, vt actus valeat. *l.quoties, ff.de reb.dub.Abb.* in d. *cap.1.* sub *nu.*4.& 33. *de iud.* & ibi *Butr. & Imol. Lanfranc. in cap. quoniam contra, de probat.* tit. *de citat. nu.*11. talia enim cõmuniter absque instantia partis, & absque impensa non solent expediri. *Vant. de nullit. ex defec. citat. nu.*45. *Put.d. decis.*132. *lib.*1. & censentur facta, & commissa ad petitionem partis, quãuis petitio in actis non legatur. *Lup.in cap. per vestras, de donat.int.vir.& vxor. Cãcer. var. resol. par.*3. *cap.*7. *de pactis, num.* 178.

25 Sic etiam quando in rescripto legitur fuisse supplicatum pro parte N. præsumitur litteras fuisse impetratas de eius mandato, quando dubitaretur an rescriptum fuisset impetratum per se, vel per Procuratorem: tunc enim dicens fuisse obtentum per non habentem potestatem, deberet probare. *Butr. Gemin.* & alij in *cap.nonnulli, de constit. Capic. decis.*4.*num.*19. & 20.

26 Hic nota quod qui non est procurator, si impetret commissionem nomine alterius, & faciat citari partem ad dicendum cõtra Cõmissionem, & deinde quando altera pars vult in causa procedere, dicat se non esse procuratorem, & non habere mandatũ; tunc ille ob talem vexationem condemnari debet in expensis, & taliter citatus absolui ab obseruatione Iudicij. & quamuis tale rescriptũ non tribuat iurisdictionem; tamen ad hunc effectum tribuit, vt condemnetur in expensis, tamquam vexator temerarius. *l.eum quem, ff. de iud.* necnon tanquã falsarius puniatur, *cap. nonnulli, §. fin. in fine, de rescrip. Bisign.decis.* 12. *de procur.*

27 Ad obuiandum autẽ huiusmodi inconuenientibus Notarij in Curia non solent assertis procuratoribus citationes

nes relaxare, nisi sint personæ egregiæ, & notæ, & cum promissione de rato. vt per *vest. lib.4. cap. 2. num.4.*

28 Et si aliqua coniuncta persona petat aliquem citari in partibus in aliqua causa, etiã si promittat de rato, non tamen ei decernitur citatio: cùm non constat legitimè de eius mandato. *Rot.decis.18. de dol.& cont.in ant.*

29 Qui si obtineret sententiã ante subsecutam ratificationẽ, sententia remaneret nulla. *l.cedere diem,ff.de verb.signific. cap.super eo, de condit. apposit.Caput.decis.254.par.1.*

30 Nec quidquam operaretur superueniẽtia ratificationis, quia ratificatio non retrotrahitur in præiudicium Tertij: sed debet fieri re existente in eodem statu, vt post alios, quos allegat, tradit *Dec. cons. 460. nu.36. & n.38.* & infert

31 Quod si quis nomine meo, tanquam gestor negociorum meorum, acceperit possessionem, & fuerit spoliatus antequam habuerim ratum; illa ratificatio nihil operatur. allegat *Abb.* post *Butr.* in *cap. cùm venissent.de restit.spoliat. Alex.in l.quod meo, in princ. ff. de acq. poss. Corn.cons.110. lib. 2. num. 12.*

32 Hic infero etiam non inutiliter, quod si vnus capiat possessionẽ nomine alterius, à quo mandatum non habet, ratificatio subsequens non operatur, quãdo medio tempore alter nomine proprio eandem possessionem accepit. *Put.decis. 157. lib.1.*

33 At si vnus possessionem acciperet nomine proprio, & nomine alterius pro quo de rato; tunc donec sequeretur ratificatio, tota possessio resideret in personam accipientis. *l.si absentis.* vbi *Bar.* & alij *ff.si cert.pet. Alex.* in *l.si mihi, & Titio, ff. de verb. oblig.* & *cons.22.nu.2.* & *cons.24. n.4. cùm seqq.lib.5. Rot.diuers.decis. 641. nu.5. parte 1.*

Supersunt in hac materia tria videnda, breuiter tamen, vnum, an qui obtinuit decretum citationis possit ante illius executionem pœnitere. alterum, quando post executionem citatio efficiatur cõmunis vtrique parti. postremum, quæ citatio præualere debeat, actoris, vel rei.

34 Quantũ ad primum si quęrimus an possit pœnitere hoc est ab agendo prorsus abstinere, & dico quod sic: quia potest

poteſt liti renunciari. *l. poſtquam liti, C. de pac.* vbi *gloſſ.* in verbo *renunciaſti*, & *Bal. num.* 7. & ante litem conteſtatam poteſt quis pœnitere, & deſiſtere à lite. *l. ſi quis libellos, C. de appellat. Rot. in nou. deciſ.* 17. *n.* 2. *circa princ. de dol. & cont.*

35 Si vero quærimus an poſſit pœnitere, hoc eſt variare de vno Iudice, ſeu executore ad alium, dico quod ab ordinario competente, ſeu vno ex executoribus non poteſt variare ad alium ordinarium, etiam competentem: quia quoad actorem lis eſt inducta per ſolum decretum citationis, ſeu monitorij, etiam ante illius executionem. *Rot. deciſ.* 6. *vt lit. pēd. in nou. Caſſad. deciſ.* 6. *ſup. reg. n.* 3. *&* 4. *Put. deciſ.* 481. *lib.* 2. & quidquid omiſſo primo Iudice, ſeu executore factum eſt coram ſecundo, remanet attentatum, vt not. *Doct.* in *cap. cùm plures, de officio delegati. lib.* 6. *&* *Rota* cenſuit in *Bononien. Canonicatus* 23. *Martij* 1609. *coram Penia*.

Sed quantum ad reum, ſeu citandum lis non inducitur, niſi citatio fuerit executa. *Clem.* 2. *vt lit. pend.* etiam ſi is notitiã decreti citationis habuiſſet. *Pariſ. conſ.* 81. *nu.* 13. *lib.* 4. *Seraphin. deciſ.* 1046. *num.* 2.

36 A delegato pariter ad ordinarium variare, & redire non poteſt, quando obtinuiſſet delegatum in cauſa appellationis à ſententia diffinitiua; quia ſtante delegatione, inferior non poteſt ſe intromittere. *cap. vt noſtrum, de appellat. cap. ſanè de off. deleg.*

Sed quãdo obtinuiſſet delegatum in cauſa appellationis ab interlocutoria, tunc ad ordinarium poteſt redire, & pœnitere, & illi renunciare, non obſtante affectione per appoſitionem manus Papæ; quia ea intelligitur, & operatur, quando cauſa eſſet plenè deuoluta, & citatio commiſſa per delegatum eſſet executa; alias enim poſt executam citationem etiam deſerta appellatione cauſa redire non poſſet ad ordinarium. *Achil. deciſ.* 10. *de reſcr.*

37 Aduertendum tamen eſt, quod quando Iudex detulit appellationi interpoſitæ ab interlocutoria, tunc cauſa ad eum redire, nõ poteſt abſque remiſſione facienda per delegatum. *cap. cùm appellationibus,*

nibus, de appellat. in 6. Sed si detulit, ipso appellante redeunte, potest ordinarius cognoscere negocium principale, absque alia remissione. *cap. vt debitus, de appellat. Rot. in nou. decis.* 3. vers. *sed hic oritur dubitatio, de appellat.*

38 Quod autem appellans nō possit renunciare appellationi in præiudicium appellati, quando scilicet ipse adhæsisset eidem, vel alias sua interesset, tenet *Innoc.* & alij cōmuniter in *cap. ex parte*, il 2. *de rescr.* cum alijs adductis p *Gomes. in reg. de Trien. q.* 54. vers. *hinc voluit Innoc.*

39 Quantum ad secundū hic breuiter dico, quod post executionem citationis ea efficitur communis; quia sub citatione facta per vnam partem Iudex potest pronunciare pro altera, ea ratione, quia Iudex debet sequi, & attendere id quod probatum est, non autē id quod petitur p eum, qui petit pronunciari. ita *Bal.* in *l. properandum, §. etsi quidem, nu.* 9. *C. de iud.* & quod citans suum aduersariū censeatur etiam se ipsum citare, censuit *Rota* coram *Put. decis.* 517. *nu.* 7. *lib.* 2. *Gonzal. reg.* 8. *gloss.* 9. *in annot. nu.* 144. quod comprobatur ex definitione citationis supra adducta in cap. 1. *num.* 7. cùm enim citatio sit in ius vocatio iuris experiundi causa. *l. 1. ff. de in ius voc.* censetur vterque citatus, videlicet tàm actor ad effectum agendi, quàm reus ad effectum excipiendi, quæ vocatio cùm fiat ad Iudicem, cui vterque debet probare suam intentionem. *l. quingēta, ff de probat.* iuncta *gloss.* in verbo *Iudici*, & cuius est veritatem inuestigare. *l. is apud quem, C. de edendo.* sequitur vt siue pro vno, siue pro alio Iudex aditus, debeat pronunciare secundum quod probatum est, non autem secundū id quod ab eo qui citauit petitur, & sic prout iuris esse cognouerit, potest vel citatum condemnare, vel absoluere. *l. 1. ff. de re iud. l. præses, C. de sentētijs, & interloc. omn. iud.*

40 Quantum ad tertiū. pone quod actor impetrauit causæ cōmissionem vni directam, & reus eiusdem causæ cōmissionem directam alteri, & vterque citauit. & dic. quod si Iudices, & partes conueniant, & consentiant, ambo Iudices insimul poterūt cognoscere, iuxta

iuxta *tex.*in *cap. pastoralis, de rescr.* at si nolunt consentire, præualere debet citatio actoris. ita *Spec. tit. de citat. §. contra, num. 9.*

Quod si actor citat coram ordinario, qui sit Iudex eiusdem rei, tunc licet reus citet coram eodem, vel corā alio, præferenda est citatio actoris, quippe qui debet sequi forum rei, *l. iuris ordinem, C. de iurisdictione omn. iudic.* & prius actor debet suam actionem proponere, antequam reus proponere debeat suam exceptionem. *l. qui accusare, C. de eden.*

Verum quoniā sæpius dubitari contingit, quis censeri debeat actor, & quis reus, ꝓpter multa cōmoda quæ vnus habet, & non alter: ideo non erit extraneum, neque inutile hunc articulum, paucis tamen discutere; nulla etenim lis posset expediri, nisi vnus esset, qui petitoris onus sustineret, & alter qui possessoris, rei vel commodo frueretur, *l. inter litigantes, C. de iud.*

QVIS SIT ACTOR, & quis reus.

41 Actor quis sit, & quis reus quando dubitatur, attēndi, & inspici debet origo, & initiū iudicij: actor enim dicitur ille, qui prius litem incœpit, & ad iudicium prouocauit. *cap. forus, §. actor, de verb. sign. l. in tribus, ff. de iud. Bal.* & alij in *l. libertus à patrono, ff. de in ius voc. Rom. cons.* 117. *n.* 1. *Dec. cons.* 487. *num.* 9. in fin. *Mantic. decis.* 282. *num.* 1.

42 Reus vero à re dicitur is, qui vel rem possidet, vel à quo res petitur. *cap. forus, §. reus, de verb. signific.* non refert autē si ex accidenti reus præueniat prouocando actorem ad iudicium; quia dum nihil sibi dari, vel adiudicari petit, nō potest censeri actor. *Dec.* in *cap. cùm inter, nu.* 15. *de except.*

43 Sicut enim initium contractus semper attenditur, & eius causa inspicitur. *l. si procuratorem, ff. mand.* sic ad iudicandum quis sit actor, & quis reus, principium causæ inspici debet, non quod ex accidenti vnus prior prouocet ad iudicium, vt per *gloss.* in *cap. ex insinuatione, in gloss.* 3. *de procur. Dec. in cap. ex litteris, nu.* 7. *de probat.* & *cons.* 3. *in fin. Rot. diuers. decis.* 423. *num.* 3. *par.* 2.

Et

Et quod reus censeatur actor in sua exceptione, intelligitur respectu probationis; quia reus concludenter probare debet suā exceptionem, sicut actor suam intentionem. *l.1.* & ibi *Castr.ff.de except. num.1.*

44 Etsi enim reus petat pronūciari super sua exceptione, nihilominus remanet reus, & retinet beneficium rei, vt actore non probante debeat absolui. *gloss.* in *l. circa*, & ibi *Bar.ff.de probat. Dec.in l. qui accusare, C.de eden.nu.15.* & quando reus proponit suam exceptionem, intelligitur eā proponere sub conditione, si actor probauerit. *gloss.* in *l.non vtique* in verbo, *qui, ff.de except.* & *gloss.* 1. *in l.si quidem, C.de except.*

Et propterea si reus assumat onus probādi exceptiones, & eas non probet, non propterea videtur renunciare iuri, vt actore non probāte debeat absolui. *gloss.* in *l.circa*, in fine, versic. *item an videatur renunciare, ff.de prob.* & ibi *Bart.* & in *l. diuus*, vers. *item in reo, ff. de re iud. Felin.in cap.cùm causam, n.1. de re iud. Cacher. decis.* 144. *num.16.* sic etiam ex eo quod reus, & possessor petat principaliter absolui à petitis, & imponi aduersario perpetuū silentium, non efficitur actor, nec grauatur onere probandi. *Dec.* in d. *cap.cùm inter. nu.15.de except.* & *cons.3.n.9.* sed semper remanet reus ex commodo suæ possessionis. *§. cōmodum, instit. de interd. Dec.* in *l. fin. C. de Edict.diu. Adr. toll. nu.5.33.* & *34.*

45 In summarijssimo possessorio is, qui petit mandatum de manutenendo censetur actor. *Greg.decis.64.nu.5.* & ibi *adden. littera, D.*

46 Mandatum autem de manutenendo petitur, vel ratione possessionis naturalis, ab eo scilicet qui possidet naturaliter de tempore motæ litis. *§.retinendæ*, & ibi *Io:Fab. instit. de interd. l.1.§. huius, autem*, & ibi *Bar.* & in *§.quod ait, nu.14.ff.vti possid.Couarr. pract.quæst. cap.17. num.3.*

Vel ratione ciuilis, ab eo scilicet, qui antea naturaliter possidebat, sed fuit eiectus, & non habuit se pro spoliato. *Menoch.de retin. rem.3.n.22. Rot.diuers.decis.19.n.1.par.2. Greg. decis. 46. num.9.*

47 Quæ possessio ciuilis retēta animo amittitur per decēnium,

nium, itaut postea nō sit manutenenda. *Bal.conf.*20. in fin. *lib.*5. *Benint.decis.*10.*n.*2. & 3. *Mantic.decis.*172. *nu.*4. *Greg.decis.* 307. *nu.*13. & ibi *adden. nu.* 26. *Rot. diuers. decis.* 28. *num.* 2. *par.* 1. distinguendo tamen inter incorporalia, & corporalia; nam quasi possessio incorporaliū, prout est quasi possessio exigendi pensionem, & similes, non amittitur, nec censetur habita pro derelicta, etiam per decennium. *Innoc.* in *cap. querelam, sub. nu.* 3. *vers. sed quando petam*, & ibi *Abbas*, sub *num.* 2. vers. *& nota quod eo ipso, de elect. Bal. in l.* 2. *n.*44. *C. de seru. & aqua, Grat. discept. forens. cap.* 113. *num.* 21. *& seqq.*

Nisi quando exigere volenti solutio denegatur cum acquiescientia petentis, prout benè distinguit, & declarat *Bal. d. n.*44. adde *Caualer. decis.* 249. *nu.*5. vbi ait, quod licet lapsus, & negligentia multi temporis non sit sufficiens ad inducendam præsumptionem extinctionis pēsionis; sufficit tamen ad effectum retardationis ex clausula arbitrio Rotæ.

48 Possessio autem corporalium spacio decennij amittitur, nec continuata præsumitur, alio scilicet existente in possessione naturali. *l. si de eo, §. si fortè, ff. de acq. poss. gloss.* in *l. licet*, in verbo *temporis iniuria, C. eodem. Rip. in cap. cùm Eccl. Sutrina, num.*23. *de caus. poss. & propr. Crauet. conf.* 235. *num.* 1. *Benint. decis.* 10. *nu.*2. *Put. decis.* 27. *lib.* 1.

In cursu tamen decem annorum non cōnumeratur tēpus litis; atque ex solo decennij cursu non ammittitur dicta possessio Ciuilis, quando ex pluribus gestis, & subsecutis petitionibus, & protestationibus constat de animo non amittendi, sed retinendi possessionem ciuilem, vt declarat *Rot. in recentiss. par.* 1. *decis.* 427. *num.* 3. *&* 4. *Buratt. decis.* 604. *num.* 1.

49 Et stante lapsu decennij, & alterius occupatione, non est necessaria scientia occupationis ad ammittendam possessionem ciuilem; quia ex sola negligentia decennali inducitur obliuio, & possessio præsumitur habita pro derelicta. d. *l. si de eo, §. si fortè*, & ibi not. *ff. de acq. poss.*

Sed quando cōcurrit sciētia occupationis possessionis natu-

naturalis per alterum, tunc non requiritur decennium, sed minori temporis spacio amittitur possessio ciuilis per eum, qui scit naturalem possessionem ab altero esse occupatam; eo quia præsumitur eum suspicari se posse repelli. *l. quamuis, & l. quod meo, ff. de acq. poss. Crauett. d. cons.* 235. *sub num.* 1. & censuit *Rot. in Rom. Canonicatus S. Marci* 25. *Febr.* 1611. *corã Emin. Cardin. Pamphilio,* impressa post *tractatum Postij, de manutenendo, decis.* 123. *per tot.*

50 Qui igitur petit mandatũ de manutenendo vigore ciuilis possessionis, ille censetur actor, & possidens naturaliter censetur reus, etiamsi possideret de facto. *§. retinendæ, vers. commodum, instit. de interd. cap. sæpe, de restit. spoliat. Bal. cons.* 177. *num.* 2. *lib.* 3. & etiam si possessio corporalis esset attentata, dummodo reuocata non esset. *Mantic. decis.* 282. *in fin.*

51 Aduerte tamen quia *Rot. in ant. decis.* 5. *vt lit. pend.* dicit, quod reus attentator tenetur docere de iure suo; sed id intelligendũ est de eo, qui ab initio causæ non erat reus originarius; sed se fecit voluntariè intrudendo seipsum in locum rei originarij lite pendente. ideo non est mirum si tanquam reus affectatus nõ gaudeat reorum priuilegio, ne alias destrueretur dispositio *cap. si bi contra quos, vt lite pend. in 6.* & propterea talis attentator, qui se intrusit, perinde habetur ac si non esset in lite. vt in *d. decis.* 5. *in ant. vt lit. pend.* & ità declarat *Rota in recentiss. decis.* 94. *num.* 2. *par.* 1.

52 Qui vero petit mandatum de manutenendo ob iniustitiam sententiæ, & executionis, de reo, fit actor, & debet probare notoriam iniustitiã, vel nullitatem incontinenti, vt possit manuteneri; alias si deducit iniustitiã succumbit, & immissus debet manuteneri. vt fuit decisum in *Romana de Bombellis* 21. *Maij* 1613. *coram Card. Sacrato,* cùm iustè possideat, qui authore prætore possidet. *l. iustè possidet, ff. de acquir. poss.* qui potest priuare possessorem sua possessione. *l. qui vniuersas, §. item cum prætor, in fin. ff. de acq. poss. Mohed. decis.* 4. *n.* 4. *de restit. spol.* & pro quo præsumitur ꝙ rectè fuerit functus

ctus officio. *l.* 2. cum ibi not. *C. de off. ciu. Iud. Abb. conf.* 41. *num.* 2. verf. *præsumitur, lib.* 1. *Crauett. conf.* 188. *nu.* 8.

53 In casu autem quo controuertitur quis sit prior, & posterior in possessione naturali, & vterque petit manuteneri: tunc vterque est actor, & vterque reus. *Menoch. de ret. rem.* 3. *nu.* 724. & 761. & est *tex. in l. iudicium cõmuni*, & ibi *gloss. ff. fin. regund.*

54 Hinc periurus, vel excommunicatus, licet posfint audiri, quando sunt rei, tamen quando petunt mandatum de manutenendo, secus est; quia tunc non sunt rei necessarij, sed actores originarij, & voluntarij. *Nati. conf.* 373. *num.* 37. *Greg. decis.* 64. *nu.* 1. & 5. & ibi *addent. num.* 11. & 13.

55 Periurus enim quando est actor non auditur. *l. si quis maior, C. de transact. cap. paruuli*, vbi *gloss.* in verbo, *caus.* 22. *quæst.* 5. *Specul. tit. de actore, num.* 16. sic etiam excommunicatus actor esse non potest. *cap. intelleximus, de iud.* sed quando sunt rei, possunt se defendere, & constituere procuratorem ad iudicia. *Io: And.* in *d. cap. intelleximus*, & *Innoc. in cap. consulti. de procur. Capell. Tholos. quæst.* 143. & *ibi addent.*

56 In Iudicijs duplicibus, vt est iudicium familiæ hærciscundæ, cõmuni diuidũdo, & finium regundorum, in quibus par est omnium causa, vterque dicitur actor, & vterque reus; quia vterque prouocare dicitur, & prouocari. *tex.* est *in §. tertia diuisio*, in fin. *instit. de interdict.*

Sed si vnus solus expresse prouocat ad iudiciũ, ille actor censetur. *l. in tribus, ff. de iudic. l.* 2. *§. in tribus, ff. cõmuni diuidun.* & alter prouocatus dicitur reus, tanquam ille ad quem dirigitur actio. ad dicta per *Felin. in cap. cùm inter priorem, de except. n.* 11. vbi late declarat quãdo quis dicatur reus voluntarius, & quando necessarius vbi vide, si vero ambo prouocant, forte res discerni solet. *l. sed cùm ambo, ff. de iud.* vbi *gloss.* exponit sortem per taxillos, & *gloss.* in *cap. ex litteris, de probat.* in verbo, *vices duorum.* explicat tunc sorte dirimendũ esse quis futurus sit actor, & quis reus, quando non apparet quis prius prouocauerit.

D Et

Et hoc procedit quoad ordinationem Iudicij, vt sciri possit quis prius debeat probare, non autem quoad decisionem litis; quia vterque debet probare. *Matthess. singul.* 109. incip. *nota quod in duplicibus, Hier. de Monte de fin. regun. cap.* 45. *n.* 4. *Menoch. de retin. remed.* 3. *num.* 761. & meliores probationes præferuntur, sed si sunt æquales fertur sententia pro reo, qui videlicet vel prius prouocatus est, vel forte declaratus fuit reus. *Hieron. de Monte d. tract. de fin. regun. cap.* 48. *n.* 2. & 3. qui sub *num.* 5. subiungit, quod prouocatus si nihil petat, sed neget petita per actorem, non tenetur probare aliquid, sed debet absolui actore non probante, allegat *Hostien. de probat. in fin.* & *Bertran. conf.* 260. *nu.* 2. *lib.* 4.

57 In remedio *l. diffamari, C. de ingenuis manum.* super iactationibus scilicet, & molestationibus, quis debet cẽseri actor, & quis reus? de hoc remedio *l. diffamari*, & de alio remedio *l. si contendat, ff. de fideiuss.* scripsit *Couarr. var. resol. lib.* 1. *cap.* 18. per tot. & hanc quæstionem an remedium *l. diffamari* intentans dicatur actor, vel reus, & quis Iudex adeundus sit, dum agitur hoc remedio, tractat plenè *Cacher. decis.* 151. per tot. necnon eandem legem latè explicauit, *Contard.* in d. *l. diffamari*, & de eadem materia plura congessit *Gabr. tit. de act. conclus.* 6. quantum attinet ad rem nostram breuiter dicendum puto, quod si remediũ istud intentans possidet, reus vtique censeri debet, siue agatur de statu, siue de rebus.

Et iuxta terminos d. *l. diffamari* adire potest suum Iudicem, vt præfigat diffamãti terminum ad probandum de iure suo, & quatenus non probet, ei perpetuum silentium imponat, ne vlterius eũdem infamet, scilicet quoad statum, vel inquietet quoad res, vt per *Bal. in summ. eiusdem, l. diffamari*, cuius dispositionis ea est ratio, quia diffamati interest quantò citius liberari à diffamationibus, & iactationibus, ne fortè diffamans malamue famam spargens differret ad aliud tẽpus agere, quo forte eidem diffamato, neque commodum foret, neque opportunum.

Itaque communiter dicũt Docto-

Doctores, quod intentans hoc remediũ est reus. *Couarr. var. resolut. lib. 1. cap. 18. nu. 3. Rot. diuers. decis. 601. num. 2. par. 1.* quod sanè intelligendum est, quatenus id intentans possideret; quia hoc remedium non competit illi, qui non possidet. *Bald. in l. 3. num. 2. C. qui bon. ced. poss. Boer. decis. 255. nu. 10. Gabr. de act. conclus. 6. nu. 38. Rot. in Mediolanensi bonorum, 28. Maij 1594. coram Cardinali Millino*, impressa per *Marches. par. 2. de commiss. sup. Eugen. §. vn. fol. 464. il 1.* non autem intelligitur quatenus is qui non possidet, alterum prius prouocaret; nam specialiter in hac materia *l. diffamari* debet attendi origo causæ naturalis, non autem quod accidentaliter contingit, *l. qui habet tutorem, ff. de tutel. Abb. in cap. si quis*, in 1. *not. n. 2. de for. compet. Alex. cons. 103. nu. 6. vol. 5. Rot. diuers. decis. 423. nu. 1. par. 1.*

Et quando constat de possessione diffamati, non aliter veniũt probãdæ iactationes; quia ex sustentatione litis ꝑ aduersarium satis censentur probatæ.

Quando autem is qui non possidet, hoc remedium intentat, vtique censetur actor, non reus; quia debet docere de suo interesse. *Aret. cons. 68. num. 6. circa med. vers. item non est dubium, Gabr. de act. conclus. 6. num. 37.* in fin. & consequenter debet docere de possessione. *Bal. in l. 3. n. 2. vers. nota quod aut reus petit, C. qui bon. ced. poss. Boer. decis. 255. nu. 10. Gabr. d. conclus. 6. nu. 38.* ac etiam docere de iure suo. dũ enim hoc remedio petit diffamatus præfigi aduersario terminum ad probandum, & pronunciari aduersario diffamanti nullum ius competere, & instat eidẽ imponi perpetuum silentiũ, non debet audiri, nisi doceat se habere ius. *Innoc. in cap. Abbate, nu. 1.* in fine *de verb. signific.* sic in rei vendicatione non auditur, qui docet se habuisse possessionẽ, nisi doceat etiam se esse dominum, vel quasi. *Castr. in l. si contẽdat, nu. 2. ff. de fideiuss. Felin. in cap. olim, nu. 9.* post princ. *vers. vnde dicit. de rescr. Mars. sing. 280. Gabr. d. conclus. 6. num. 37. Rot. diuers. decis. 801. num. 1. & 2. par. 1.*

Is igitur qui non possidet est actor intentans hoc reme-

dium; quia debet probare iactationes, & molestationes. & hoc requiritur respectu ordinis Iudicij, non decisionis causæ. *Bal. in l. non cogendum, §. si procur. nu. 3. ff. de procur. Ias. in l. de pupillo, §. qui procurator, num. 4. ff. de nou. oper. nunc. Contard. in d. l. diffamari, quæst. 1. n. 2. Grat. cap. 686. num. 11.* ille vero qui possidet, licet in introductione huius Iudicij reus sit, tamen in sua exceptione sit actor, quam tenetur probare. *Cas. de Grassis, decis. 8. nu. 9. de sententia, & re iud.*

58 Possessor, & reus vt quis censeatur, necesse est vt possideat rem de qua agitur. ideoque si agitur super legitimitate filij, ad iudicandum an ipse sit reus, vel actor, non debet attendi an ipse possideat bona patris, vel ne; sed an ipse sit in quasi possessione legitimitatis *Cas. de Grassis, decis. 1. num. 21. qui fil. sint legit.*

59 Potest aliquando contingere, vt quis de reo, & possessore fiat actor, vtpotè quando possessor in profanis super dominio, & in beneficialibus super Canonizatione sui tituli ageret. Sed fatuus esset possessor, qui contra non possessorem intentaret petitoriū, propter difficultatem probādi dominium, nisi haberet promptas probationes in petitorio; deberet enim potiùs intentare interdictū vti possidetis, si in possessione turbaretur, aut interdictum vnde vi, si de possessione deijceretur. *l. is qui destinauit, ff. de rei vendic. cap. licet, de probat. cap. examinata, de iud.* & hoc est consilium *gloss.* in *cap. cùm Ecclesia Sutrina*, in verbo, *sed dicas. de caus. possess. & propr.* quam sequitur *Rot. in nou. decis. 1.* post med. vers. *fatuus autem esset. de re iud.* Item si possessor in commissione nominaret se actorem, & aduersarium reum, tunc enim ipse, quamuis possessor, haberetur pro actore, & alter pro reo, ex vi propriæ confessionis. *Rot. diuers. dec. 236. num. 1. par. 1.* confessio enim facta in precibus Principi por rectis, præiudicat, & reuocari non potest, *l. cùm pecum. vbi Bal. & alij, C. de liberali caus. Caput. decis. 190. n. 3. p. 1.*

60 Sed an qui reus est in prima instantia, remaneat etiam reus in alijs instantijs, mox videbimus.

In

In causa appellationis generaliter dicendum est, quod ille idem est actor, qui fuit in causa principali. *Cardin. in Clem. 1 quæst. 7.* sub *num. 13.* post med. *de caus. possess. & propr.* & reus in prima instantia remanet talis in secunda. *Caual. decis. 630. num. 1.* sententia enim lata, & per appellationem suspensa non facit desinere possessorem, & reũ. *Surd. cons. 61. num. 44. Seraph. decis. 1422. num. 1.*

61 Et appellatio nihil aliud efficit, nisi quod sententiam, eiusque vires suspendit, quoad vtranque partem. *cap. venientes, de iur. iur. l. fin. C. sententiam rescin. non posse.*

Et appellatione interposita omnia in eo statu esse debent, quo tempore pronunciationis fuerunt. *l. 3. C. de appellat.* & causa appellationis eiusdem est naturæ, cuius est causa principalis. *l. 1. in fin. ff. an per al. caus. appellat. reddi poss.*

62 Et dicitur pars, seu de appẽditijs primæ instãtiæ cuius est sententia, à qua interponitur. *Ias. in l. si inuitus, nu. 3. C. de procur.* ex dictis per *Bal. in l. Dominus, C. de appellat. Achil. decis. 4. nu. 2. de procur. & decis. 4. num. 1. de appellat.*

63 Et Iudex appellationis succedit Iudici primæ instantiæ in ijs, quæ coram eo deducta sunt. *Put. decis. 184. nu. 5. lib. 2.* & in omnibus repræsentat Iudicem primæ instantiæ, idemque ius seruare dicitur, quod Iudex primæ instantiæ. *Puteus decis. 166. nu. 2. lib. 3.* quo circa afferri non potest ratio, cur debeat in secunda instantia desinere esse reus is, qui in prima instantia rei, & possessoris commodo fruebatur.

64 Sed in contrarium quod is qui appellauit fiat actor in causa appellationis, facit *tex.* in *l. hi qui ad ciuilia, C. de appellat.* ibi *apud præsidem iuste te appellasse ostende.* quæ verba important, vt appellanti incumbat onus probandi, tamquam sit actor.

Et *Din.* in *cap. indultum, de reg. iur.* dicit quod is est actor in causa appellationis, qui fuit reus in causa principali. & certum est quod appellans ab interlocutoria ratione grauaminis, illud debet probare, tanquam fundamentum suæ intentionis. *l. ei incumbit, ff. de probat. l. actor, C. eodem,* atque ex pluribus grauaminũ causis

caufis debet faltem vnam iuftificare. *Card. in Clem. appellanti, quaest. 3. de appellat. Natt. conf. 20. in fin.*

Prout etiam certum eft, quod appellanti tanquam actori lex præfigit certum tempus ad iuftificandum, & finiendũ caufam appellationis, fiue ab interlocutoria, fiue à diffinitiua interpofitæ. videlicet annum, & ex caufa biennium, & vt aiunt primũ, & fecundum fatale. *cap. cùm fit Romana*, & *cap. ex ratione, de appellat. auth. eos, C. de tempor. appellat.* intra quod debet appellans acta tranfportare, & ex eis vel etiam ex nouis docere de grauamine, vel de iniuftitia. *l. in offerendis, C. de appellat.* alias sẽtentia confirmatur, vel executioni demandatur. *l. quoniam nonnulli, C. de appellat. Bar. in tract. de perempta instantia, in princip.*

Pro declaratione diftinguo aut agitur de appellatione recipienda, & de obtinenda inhibitione, & tũc appellans eft actor, & probare debet fuiffe interpofitam appellationem ritè, congruo loco, & tempore, apoftolofque fuiffe petitos, & fimilia vt p *Bar.* in d. *l. hi qui ad ciuilia num. 3. C. de appellat.* & ibidem not. alij.

Aut agitur de negocio prĩcipali, & de fententia obtinenda pro confirmatione, vel infirmatione prioris fententiæ; & tunc vtraque pars remanet talis in gradu appellationis, qualis erat in caufa principali. & reus non aliter fit actor ob interpofitam appellationem; quia quoad merita caufæ ille debet probare in fecunda inftantia, qui debebat probare in prima. *Bar.* in d. *l. hi qui ad ciuilia, sub num.* 4. in fine, *C. de appellat. Capell. Tholos.* & ibi *adden. decis.* 342. *num.* 3. & dicitur in *l. per hanc, C. de tempor. appell.* quod quifque coram Iudice appellationis poteft vti nouis affertionibus, vel nouis exceptionibus. vbi *gloss.* in verbo, *affertionibus*, fupplet fi licet ex *parte actoris*, vnde communiter dicitur non deducta deductam, & non probata probabo, quod dictum colligitur ex *l. eas, qui, §. 1. C. de appellat.*

65 Ille autem qui commifit caufam appellationis cum claufula quam, & quas, &c. fi deferta appellatione velit vigore

gore eiusdem clausulæ prosequi aliam causam, licèt cũ prima connexam, tunc in ea efficitur actor, licet in causa appellationis fuisset reus. *Achil. decis. 7. de appellat.*

66 Hic nota quod quando cõmittitur causa appellationis, cum clausula si quid exequẽdum, idem actor debet sententiam iustificare ex eisdem actis, reus autem potest illam impugnare ex nouis: non enim mandatum potest executioni demandari, nisi appareat iustũ ex eisdem actis. *l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præsidis, Abb. in cap. inter caeteras, num. 8. & ibi Felin. de re iud. Franc. in cap. dilecti, quæst. 55. de appellat. Rot. diuers. par. 4. decis. 44. num. 5.* potest autem detegi iniustũ etiam ex nouiter deductis. Sed quando reus deducit aliquid noui ad euitandã executionem, potest nihilominus actor etiam noua deducere, ad elidendum rei exceptionem. vt *Rota* sæpius censuit. vt in *decis. 173. num. 2. coram Card. Caualerio, adden. ad Greg. decis. 581. num. 11. & 12.*

67 In gradu restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam is qui petit restitui, debet sustinere partes actoris, & docere de causis restitutionis, videlicet de læsione, hoc est de iniustitia sententiæ, & de bono eius iure. *Seraphinus decis. 634. num. 1. Greg. decis. 459. num. 1. & 2.* & ibi late *addent. nu. 11.* ratio est; quia præsumitur pro sententia, & re iudicata. *cap. cùm inter,* in fin. *de re iud. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. Cassad. decis. vn. de præsumpt.* & res iudicata pro veritate accipitur. *l. res iudicata, ff. de reg. iur.* & propterea non datur restitutio in integrũ aduersus rem iudicatam, nisi constet de bono iure petentis, & de iniustitia rei iudicatæ. *Rot. in recent. decis. 132. num. 1. par. 1. & decis. 329. num. 1. & decis. 731. num. 1. par. 2.* prout neque datur aduersus contractus, & alios actus, nisi adsit læsio, & ca plenè, & concludenter probetur. *Rot. in recent. decis. 87. num. 3. & decis. 525. num. 1. par. 1.*

Qui igitur venit contra sententiam, & rem iudicatã, ex capite restitutionis in integrum, fit actor, & tenetur probare concludenter suam in-

intentionem, & causas propter quas sit ei concedenda restitutio. *Milis in verbo restitutionem petens, Benint.decis.* 85. *num.* 1. & 2. *Rot. in nou.decis.* 1. *de restit. in integ. Put. decis.* 456. *num.* 2. *lib.* 2.

Et quatenus sententia ex eisdem actis appareret iusta, potest tamen peti restitutio ex nouiter deductis. *Caput. decis.* 94. *par.* 3. quo casu petens restitutionem debet vti solis instrumentis de nouo repertis, nō autem alijs. *Boer. decis.* 307. in fin. *Gabr. de restit. in integr. conclus.* 2. *nu.* 3.

68 In contrarium vrget quod commissio restitutionis in integrum suspendit effectum rei iudicatæ. *Cassad. decis.* 13. *num.* 1. *de rescr.* & regulariter retardat executionem. *l. vn. C. in integrum rest. postul. ne quid fiat. Vest. in praxi, lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 15. *Lancell. de attent. restit. in integr. pend. cap.* 18. *par.* 2. & interim possessor debet manuteneri in sua possessione. *Paris. cons. vlt. nu.* 8. *vol.* 4. *Caput. decis.* 51. *par.* 1. *Greg. decis.* 458. *nu.* 8. & ibi *addent. nu.* 10. & propterea idem reus qui fuit in primis instantijs, videtur quod remaneat etiam reus in gradu restitutionis in integrum.

Pro intelligētia distinguo, aut restitutio in integrum postulata retardat executionem, aut non.

Quando retardat, quilibet remanet talis, qualis erat in prima instantia, & datur manutentio possessori. *Cæs. de Grass. decis.* 4. in fin. *de caus. possess. & propr. Greg. d. decis.* 458. *nu.* 8. & ibi *adden. n.* 10.

Sed quando non retardat, tunc qui petit restitui, fit actor, quantumuis reus fuisset in prima instantia: post enim factam executionem, & dimissam possessionem, vel solutam pecuniam, non potest executionem passus remanere reus; sed fit actor pro repetitione, & debet docere de causis restitutionis, iuxta præ allegata. Hic noto quinque casus, quibus restitutio non retardat executionem.

69 Primus est quando res iudicata descendit ex tribus conformibus; tunc enim restitutio non retardat illius executionem. *Clem. vt calumnijs, de sententia, & re iudic. Staphil. de cōmiss. litterar. iust. §. dicendum est modo, num.* 41. & 42. *Gabr. de execut. rei iud. conclus.* 1. *num.* 1. quod procedit

cedit etiam si commissa esset causa restitutionis cum clausula arbitrio Rotæ, quæ intelligitur prout de iure. *Cas. de Grass. decis.* 101. *n.* 2. & multo magis in beneficialibus, quæ citius debent terminari, cùm non sit res transitoria ad hæredes. *Crescent. decis.* 13. *nu.* 1. *de procur.*

Sed quando res iudicata non descendit ex tribus, sed ex vna ob desertionem appellationis, vel ex duabus vigore Statuti de duabus conformibus, vel vigore rescripti, quod liceat semel tantũ appellare, Rota non consueuit arbitrari pro paritione, vt fuit resolutum in pluribus causis, vt per *Martin. Andr. decis.* 85. *num.* 6.

70 Secundus est in executiuis iudicijs, puta vigore obligationis Cameralis, vel alterius viæ executiuæ: in illis enim restitutio in integrum non retardat executionem. *Seraphin. decis.* 987. *num.* 1. maximè quando calumniosè petitur. *cap. suscitata*, vbi *Doct. de in integ. rest. Rot. in Mutinen. Canonicatus*, 23. *Martij* 1612. *corã Vbaldo, apud Marches. par.* 1. *fol.* 1263. *num.* 4.

71 Tertius est quando semel restitutio fuit petita, & denegata; quia si iterum ex noua causa petitur, non conceditur cum retardatione executionis, quatenus non reperiretur facta, ad *Textum* in *l.* 1. *C. si sæpius restit. in integr. postul. Put. decis.* 79. *lib.* 3. *Rot. diuers. decis.* 233. *nu.* 2. *lib.* 2. *par.* 3.

72 Quartus, quando causa restitutionis prout de iure cõmissa est post petitionẽ executionis, & post decretum executorialium; quia tunc nõ retardat executionem. *Rip.* in *l.* 4. *§. condemnatum, n.* 30. vers. *aliquando petitur restitutio, ff. de re iud. Cas. de Grass. decis.* 1. *num.* 14. *de restit. in integ. Put. decis.* 285. *lib.* 2. *Seraphin. decis.* 777. *in fin.* fuit latè dictũ in *Burgen. præeminentiarum*, 3. *Iunij* 1605. *coram Manzanedo*, apud *Marches. par.* 2. *fol.* 119.

73 Postremus est, quando cõmittitur causa restitutionis cũ clausula parito iudicato, quæ importat conditionem, qua non impleta Iudex non potest cognoscere causam restitutionis, iuxta *decisionem Put.* 429. *lib.* 1. & in pluribus causis fuit resolutum, vt per *Martin. Andr. decis.* 47. *nu.* 6.

Sed

74 Sed quando committitur causa restitutionis cum clausula parito iudicato, arbitrio Rotæ; tunc in casibus in quibus de iure restitutio in integrum non retardat executionem, dicta clausula non operatur retardationem executionis; quia intelligitur prout de iure. *Bar. in extrauag. ad reprimen. in verbo, videbitur, num.* 10. *&* 11. *Cas. de Graffis decis.* 8. *num.* 2. *de sent. & re iud. Greg. decis.* 189. *num.* 3. & ibi *addent. n.* 8. de iure autem res iudicata habet paratam executionem. *l.* 2. & ibi *Bar. C. de execut. rei iud.*

75 Et casu quo restitutio retardaret executionem de iure, si tamen executio esset facta, non esset retractanda vigore clausulæ prædictæ, quæ datur dumtaxat ad effectum supersedendi, non autem retractandi executionem, quæ tunc alio remedio, putà attentatorum, veniret reuocanda. *Greg. decis.* 70. *num.* 2.

76 Quando autem clausula parito iudicato arbitrio Rotæ non potest de iure retardare executionem rei iudicatæ, operatur tamẽ vt rigor clausulæ parito remittatur, hoc est, vt etiam non constito de paritione Iudex restitutionis, non obstante quod clausula parito iudicato, tanquam conditionalis, det iurisdictionem conditionalem, possit nihilominus, vigore clausulæ arbitrio Rotæ, cognoscere de meritis causæ, & de validitate, & iustitia sententiarum, etiam antequam corã eo doceatur paritum fuisse. *Seraph. decis.* 674. *nu.* 4. fuit dictum in *Mediolanen. pensionis*, 5. *Nouembris* 1607. *corã Marco Montio.*

77 Notandũ tamen est, quod Iudex causæ restitutionis in casibus, quibus de iure non retardatur executio, non potest inhibere Iudici à quo, vt sic executionem retardaret, sed bene vel docto de iniustitia rei iudicatæ, vel gustato sufficienter de bono iure, vigore d. clausulæ arbitrio Rotæ, potest iudicare super negocio principali, etiam non docto de paritione. vt per *Martin. And. decis.* 96. *num.* 3. *&* 4.

78 Sed quando causa restitutionis absolutè commissa est cum clausula parito iudicato, tunc antequã possit procedi, debet is, qui restitutionem velut actor petit, docere

cere de sufficienti paritione quoad ea, in quibus fuit condemnatus: Hoc enim importat clausula parito iudicato, vt in primis, & ante omnia fiat integralis solutio totius debiti, ac expensarum, ad not. in *cap. fin. de restit. spol. Staphil. de litteris iust. §. dicendum, num.* 44. & fuit pluries decisum.

79 Tunc autem constat de sufficienti paritione, quando vel debitor soluit, vel restituit petita, vel quando creditor exequi fecit mandatum obtentum vigore rei iudicatæ, vtpotè si fecit capi bona debitoris, eaque fecit subhastari, & vendi plus offerenti: tunc enim sententia, & res iudicata sortita dicitur effectum executionis. *l. si quis à liberis, §. si quis ex his, ff. de liber. agnosc. Ias. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, in princ.* & ibi etiam *Angel. Aret.* in princ. *ff. de re iud.* & successiue cessat effectus iudicati, quod per pignorum adiudicationem emptori factã extinguitur. d. *l. à Diuo Pio, §. si post addictum pignus, ff. de re iud.*

Et hoc procedit etiam si executio non fuisset facta contra bona debitoris; sed contra bona eius fideiussoris: solutio enim facta à fideiussore liberat debitorem principalem. *l. soluendo, ff. de negoc. gest. l. solutionem, l. si pro me, l. soluere, ff. de solut.* & sufficit quod quocumque modo fiat solutio, etiam si non interueniat numeratio pecuniæ. *l. solutionis, ff. de solut. l. liberationis,* & *l. solutionis verbo, ff. de verborum signific.*

Sed quid si facta executione contra bona fideiussoris, & ea consummata postea creditor faciat eidem fideiussori restitui eius bona, & eidem faciat dilationem ad soluendũ, an tali casu debitor principalis possit docere fuisse sufficienter paritum; & dicẽdum est quod sic; quia stante tali executione, & subsequente transactione, & dilatione, & innouatione, effectus sententiæ, & iudicati remansit extinctus, & innouatus, & sublata prior obligatio. *l. & post rem, §. 1. ff. de transact. Benint. decis.* 81. *num.* 20. *& seq.*

80 Et transactio fideiussoris prodest etiam principaliter obligato. *l. si pro vno,* vbi *gloss. & Doct. ff. ad Velleian. Bart.* in

in l. 3. §. vbi duo, num. 3. ff. de duob. reis, late *Benint.* d. *decis.* 81. *num.* 8. *& seqq.*

Neque obstaret principali debitori, etiam si creditor in transactione cum fideiussore protestatus fuisset, quod per eam non censeatur facta aliqua innouatio, cum reseruatione iurium contra principalem debitorem; quia dato quod præcesserit executio, venditio, & addictio pignorum, certum est quod fuit sublata omnis virtus sententiæ, & iudicati, & propterea per dictam protestationem fieri non potuisset, quin huiusmodi solutio profuisset principali debitori.

81 Et reseruatio iuriũ respectu extinctorum nihil operari potest, ex quo nihil dat; sed solum ius, si quod competit, præseruat. *Oldrad. cons.* 237. *in fin. Felin. in cap. inter Monasterium, nu.* 3. *vers. & idem pulchrè, de re iud. Benintend. d. decis.* 81. *num.* 19. quem secuta fuit *Rota* in vna Anconitana pecuniaria, 14. *Maij* 1607. *coram Emin. Cardinali Pamphilio iuniore*.

82 Is autem qui gradu restitutionis in integrum, iuxta prædicta, de actore factus est reus, non ideo existimare debet se liberum ab onere iustificandi rem iudicatã, quatenus oporteat; quia agens pro restitutione satis fundatam habet intentionem suã, si constare faciat de iniustitia sententiæ. *Rot. decis.* 1. *de restit. in integr.* in *nou.* etiam si non sit notoria, *Caput. dec.* 94. *par.* 3. *Rot. diuers. decis.* 351. *nu.* 5. *par.* 1. *Seraph. decis.* 251. *Rot. in recent. decis.* 492. *nu.* 1. *par.* 1. & propterea si appareret sententia iniusta, ex eo quod in negocio principali non fuisset plenè probatum, non enim præsumitur pro Iudice quando eum pars plenè non docuit de negocio, vt per *Bal. cons.* 375. *nu.* 4. *vol.* 3. & *Gabr. de sentent. conclus.* 6. *num.* 26. *Alciat. de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 10. *num.* 9. vel ex alio capite, sine dubio incumberet onus reo probãdi iustitiam suæ rei iudicatæ, tanquam loco exceptionis, in qua reus fungitur vice actoris. *l.* 1. *ff. de except.*

83 In gradu nullitatis is qui dicit de nullitate sententiæ pro actore dicitur se gerere. *Seraphin. decis.* 1484. *num.* 7. & nullitatem quã allegat debet probare. *cap. in præsentia, de*

de renunc. & *cap.cùm super, de re iud.* cùm sit fundamentum eius intentionis. *Bart.in l. in illa, num.5.ff.de verb. obligat. Rot.in recentiss.decis.500.n.1. & 2.par.2.* vbi dicitur quod si non transportentur integra acta, non potest probari nullitas sententiæ. *Rot.diuers.decis.636.* in princ.& *n.3.par.1. Seraphin. decis.290. nu.20.* & *decis.1307.num.3.*

84 Itaque qui dat de nullitate in genere, debet illam deducere ad speciem; quia plures sũt nullitatis species, quæ ex pluribus diuersisque causis possunt oriri. *Vant.de nullit.tit.quib.mod.sentent.nullit. defendi poss.nu.29.*& 30.& secuta fuit *Rota in Toletana parietum*, 5. *Nouembris* 1605. *coram Card. Sacrato,* & *in Ripana Parochialis,* 10. *Decembris* 1608. *coram Attrebaten. Rot.in recent.decis.572. nu.3. par.2.*

85 Et qui vult deducere nullitatem ad speciẽ, debet aduertere vt talẽ deducat, quæ sit cõsiderabilis, & subsistẽs; alias Iudex potest nullitate reiecta cognoscere de negocio principali, si incidenter fuit deducta, etsi per viã actionis, potest contra eũ pronunciare. *Innoc. in cap. post electionem,* in fin. *de concess.praeben. Bal. in l. peremptorias,* in *penult. col. in fin.C.sentent.rescind. non posse. Alex.cons.65. nu.5.lib.1.Marsil.singul.686. Vant.vbi supra,*& tenuit *Rota* in *Elborens. iuris conferendi*, 8.*Febr.1599.coram Corduba, Rot.in recent. d.decis.572.n.5. par.2.*

86 Ille pariter qui in omnibus instantijs succubuit,& pro vltimo refugio intentat remedium denunciationis euangelicæ, sustinet vices actoris; debet enim probare, quod eius aduersarius extraiudicialiter sententiam pro se latam, & rem iudicatam fassus sit esse iniustam, & iniquam. *Alex.cons.83.nu.5.lib.5.Soc. reg.* 88. *Dec. in cap. nouit. de iud.nu.9.* & pariter debet docere liquidè de iure suo, itaut denunciatus conuincatur de peccato, & rem detineat cõtra conscientiam. *Io:Andr.in* d. *cap.nouit.nu.7.* vers.*caueat denũcians,de iud.*& ibi *Innoc. Abb. cons.60. nu.4. lib.2. Bar. in extrauag.ad reprim.*in verbo,*denunciationem, nu.17.* in fin. & de hac materia plura alia dicta sunt supra cap. 3. num. 75.

Parum

87 Parum esset vidisse quis sit actor, & quis reus; nisi quæ sint vnius, atque alterius cōmoda breuiter etiam videremus. Regula est generalis q in principio fauetur actori, in medio vtrique, & in fine reo, vt not. *Doct. in l. de die, ff. qui satisd. cog.* & in *l. fauorabiliores, ff. de reg. iur.*

88 Sed ad particularia descēdentes actor in hoc fauorabilis est: quia ab initio agit, quando vult; sed non itidem reus. *l. purè, §. fin. ff. de dol. mal. except. l. si quando, C. de dilat.*

Ab actore iudiciū metiendum est. *l. 1. in princ. ff. si pars hæred. pet. Bellam. decis. 616. Coccin. decis. 490. num. 6.*

Sed actor hoc onus habet, quia debet instructus venire ad iudicium. *l. qui accusare, C. de eden. Caput. decis. 15. n. 2. & 3. & decis. 266. nu. 2. par. 1.*

89 Et ei incumbit onus probandi, *§. commodum. instit. de interd. l. 2. ff. de probat.*

Et debet probare concludenter, non autem æquiuocè. *cap. in præsētia, de probat. Mohed. decis. 3. nu. 1. de regular.*

Etiam si fundaret se in negatiua. *l. in illa stipulatione*, vbi *Bar. & Ias. ff. de verborū oblig. Rot. in recentiss. dec. 711. num. 3. par. 1.* nisi esset pro actore vehemens præsūptio. *Rot. diuers. decis. 426. lib. 1. num. 10. par. 1.*

90 Et qui agit ad rescissionem instrumenti iurati, debet afferre concludentem probationem suæ intentionis, alias probatio dubia non releuaret, maximè si instrumentum haberet primordium veritatis. *Seraphin. decis. 940. nu. 1. & 8.*

91 Quamuis autem actor debeat fundare intentionem suam, nō tamen tenetur probare contrariū eius, quod est fundamentū exceptionis rei, quādo ipse concludenter probauit suam intentionem. *Seraphin. d. decis. 940. num. 10.*

92 Et tūc dicitur habere fundatam intentionem, quando est in eo statu, vt si nihil ex aduerso probaretur, obtinere posset sententiam fauorabilē. *Rota in recentiss. decis. 472. n. 1. par. 1.*

93 Actor debet sequi forum rei. *l. iuris ordinem, C. de iurisd. omn. Iud.*

Quando scilicet actor non sit persona priuilegiata, quæ possit reū trahere, prout sunt pupilli, viduæ, & miserabiles personæ. *l. 1. n. C. quādo imper. int.*

int. pupil. & vid. & prout est Fiscus. *L. 1. C. de repud. hered. l. defendente, ff. de auct. tutor. l. 3. C. de his, vt indign.*

94 Et reus quando nõ est necessarius, sed voluntarius, prout est citatus pro suo interesse, & etiam author laudatus, non trahit, sed trahitur, & debet defendere in foro, vbi est inchoatum iudicium. *l. venditor, ff. de iud. Soc. reg. 10. incip. actor regulariter, vers. fallit quãdo reus,* & vers. *nota vnam cautelam.*

95 Sed tunc actor non tenetur sequi forum rei, quando vel fuisset destinatus locus solutioni, vel ratione rei sitæ, vel ratione contractus alibi esset agendum. *Seraphin. decis. 1018. num. 1. & 2.*

96 Habet etiã hoc onus actor in probationibus, quia vbi pares essent probationes, præferẽdæ essent probationes rei. *Seraphin. decis. 1073. nu. 11.* & ideo in concursu debet ꝑbare instrumentum suum efficacius esse. *Caput. decis. 106. nu. 2. par. 2.*

97 Et quamuis vt dictum est actor debeat venire instructus ad iudicium, tamen quando commisit causam super vno iure contra reum, & reus producit pendente lite nouum ius, tunc actori super eo debet dari dilatio, seu remissoria. *Cassad. decis. 1. de dilat. num. 2. Caput. decis. 15. nu. 3. par. 1.* at qui agit super spolio, non potest regulariter petere remissoriã. *Rot. diuers. decis. 392. nu. 1. par. 3. lib. 3.*

Sic etiam stante commissione, cum clausula si quid exequendum, cuius ratione sententia, seu mandatum ad effectum executionis nõ potest aliunde iustificari, quàm ex eisdem, si reus coram Iudice ad quem opponit nouã exceptionem, potest etiam actor ad eam elidendam noua iura producere. *Caualer. decis. 173. nu. 2.* & superius dictum est.

98 Et quamuis etiam, vt dictum est, actori incumberet onus probandi. *l. ei qui dicit, ff. de probat.* tamen quia actori expedit plura habere remedia, & ius suum pluribus defensionibus tueri, ideo non cogitur ad exprimendum actionis nomen; sed sufficit factum narrare. *Rot. diuers. decis. 257. nu. 4. par. 1.* & in libello, seu petitione plura deducens, debet obtinere ex eo capite, quod probatum est. *Rot.*

Rot. diuerſ. deciſ. 256. *num.* 1. *par.* 1.

99 Hinc qui intentat vtrumque remedium Hypothecariæ, & Saluiani, ſi probauerit duntaxat debitorem poſſediſſe, obtinebit in Saluiano, & Iudex poterit pronunciare ſuper ſolo poſſeſſorio. *Rot. diuerſ. deciſ.* 34. *nu.* 8. *par.* 2. non enim attenditur quod petierit; ſed quod apparet illi deberi, quando cauſa eſt ſũmaria.

100 In ſummarijs enim agens ex vna cauſa, ſi probat in alia, debet obtinere. *Greg. deciſ.* 278. *num.* 6.

101 Sic inter mercatores non attenditur quid petitum; ſed quid debitum ſit. *Greg. deciſ.* 176. *num.* 2. & 12.

102 Et actor quando ab initio deduxit omne ius, poteſt omiſſa via, quam prius elegit, aliã aggredi, abſque eo quod teneatur ad refectionem expenſarum. *Rot. in recentiſſ. deciſ.* 313. *nu.* 1. *par.* 1.

103 Non poteſt tamen actor declarare, ſeu reſtringere cõmiſſionem ſuam effectam cõmunem in præiudicium partis, & ea inuita. *Caput. deciſ.* 264. *num.* 3. *par.* 1. poteſt tamen declarare ſuam intentionem dubiam. *Caput. deciſ.* 152. *nu.* 4. *par.* 1. & *deciſ.* 179. *num.* 3. *par.* 2.

104 Poteſt etiam actor ſuo fauori renunciare relinquendo poſſeſſorium, & deducendo petitorium. *Caput. deciſ.* 264. *num.* 4. *par.* 2.

Sed quando actor reuocat ſuſpenſionem petitorij, & petit ſuper eo pronunciari, debet dari reo ſententia abſolutoria in ſpolio. *Creſc. deciſ.* 5. *de ſententia, & re iud.*

105 Actor etiam in vno videtur grauari ad fauorem rei, quia de æquitate Canonica, & ex obſeruantia Rotæ tenetur libros exhibere reo ad coadiuuandas eius probationes, docto ſummariè de exiſtentia, & de eius intereſſe. *Rot. in recent. deciſ.* 250. *nu.* 1. *par.* 1.

106 Reus fauorabilior eſt actore. *l. fauorabiliores, ff. de reg. iur.* quia actore non probante debet abſolui. *l. qui accuſare, C. de eden.* & non poteſt adſtringi etiam ad minimam probationem. *Rot. diuerſ. deciſ.* 244. *lib.* 3. *par.* 3.

Niſi tamen conſenſerit diſcuti ſuper iure ſuo. *Rot. in recentiſſ. deciſ.* 94. *nu.* 1. *par.* 1. quo circa in Rota non datur à prin-

principio dubium ſuper iure Rei, niſi ipſe conſentiat. Sed in primis diſputatur de iure Actoris, vt dicitur in eadem *deciſ.*94. *nu.*1. hinc vulgo dicitur reorũ eſt fugere. *l. properandũ, §. & ſi quidem pars, C. de iud.*

107 Et reo ſufficit vincere per non ius actoris. *Caualer. deciſ.*606. *nu.*11. *&* 13. & *deciſ.* 630. *nu.* 2. *Rot. in recent. deciſ.*284.*nu.*4. *par.*1.

108 In beneficialibus tamen reus grauatur onere probandi titulum ſuæ poſſeſſionis, quando contra ipſum vrget iuris reſiſtentia. vt not. *in cap. vt vnuſquiſque, de pecul. cleric.* & in *cap. cùm in officijs, de teſtam.* cum alijs adductis per *Rot. in recent. deciſ.* 86. *nu.* 4. *par.* 2.

109 Fundata autem intentione actoris reus excipiens eſt actor in ſua exceptione. *l.*1. *ff. de except.* quam debet probare concludenter. *Rot. in recent. deciſ.* 361. *nu.*2. & *deciſ.*229. *num.*1. *par.*2.

Et quoad exceptiones nõ eſt magis fauorabilis reus, quàm actor. *Rot. in recent. deciſ.*696.*nu.*2. *par.*2. *Seraphin. deciſ.*1422. *num.*11.

110 Eique non ſuffragatur exceptio dubia, & illiquida. *Rot. in recent. deciſ.*229. *nu.*1. *par.* 2. & reus qui clare non probat ſuam exceptionem, debet condemnari, ſi tamen actor clare probauit. *Mantic. deciſ.* 251. *nu.*8. *&* *deciſ.*364. *num.*2.

111 Vbi extendit hoc etiam procedere in cauſa beneficiali, ne detur vitioſus ingreſſus. *cap.*1. *de reg. iur. in* 6.

112 Declara tamen quod reus non tenetur probare plenè ſuam exceptionem, ſed ſufficit præſumptio, quando vult aliquid probare incidenter, ſuper quo non eſt pronunciandũ. exempli gratia, fideicommiſſarius agit ad bona alienata per hæredem, reus excipit de imputatione in legitimam, & trebelleanicam, quæ exceptio licet ſit dubia, & incerta, ſi tamem coadiuuetur præſũptionibus, quod alienationes exceſſerint legitimam, ſufficit ipſi reo. *Rot. diuerſ. deciſ.*628.*n.*3. *&* 6. *par.*1.

113 Quamuis autem reus poſſit excipere diuerſa, & contraria, tamen non procedit quando ſuper vna exceptione obtinuiſſet. *Rot. in recent. deciſ.* 384. *num.* 5. *par.* 2. *&* *deciſ.* 78. *par.* 1.

114 Et quamuis etiam ex parte rei variaretur personæ, nõ tamen ex tali variatione mutatur ius actoris. *l.2.§. ex his, ff. de verb. oblig. Put. decis.* 151. *lib. 3. Rot. in recent. par. 1. decis.* 241. *num. 3.*

115 Circa merita causæ quod pariter faueatur reo, & actori, communiter dicunt *Doct. in l. de die, ff. qui satisd. cog.*

In sententiãdo autem magis fauetur reo, quàm actori. *gloss. in cap. cùm ad sedem, de restit. spoliat.* & in *cap. cùm sunt partium,* & *cap. contra eum, de reg. iur. in 6.* ideoque non debet licere actori, quod reo licitum non existit. *cap. non licet, de reg. iur. in 6.*

116 Sed quod ex diuersitate rationis aliquando actor, & reus ad imparia iudicentur, dixit *Rot. in recent. decis.* 558. *n. 7.* ponens simile de remed. *l. fin. C. de edic. diu. Adr. toll.* in cuius terminis si Iudex dat executionem actori, non datur reo appellatio; sed si executionem nõ dat, datur actori appellatio. *Ang.* in *l. quisquis, nu. 3. C. quorum appellat. non recip. Zuccard.* in d. *l. fin. num.* 396. *Menoch. de adipisc. remed. 4. num.* 876.

117 Superest vt in hac materia videamus, quando citatus cum clausula, si sua putauerit interesse, fiat actor, vel reus, & vel voluntarius, vel necessarius. Præmitto igitur quod citatio, vel fit purè, seu præceptiuè, vel fit conditionaliter, seù facultatiuè ad *not. per Doct. in l. de pupillo, §. meminisse, ff. de oper. nou. nunc. Soc. de cit. art. 20. num. 22.* purè, seu præceptiuè citatur non solum principalis, ille scilicet cuius principaliter interest, contra quem formatur citatio verbis præceptiuis, nempe vt tradat, vel aliquid faciat, vigore eius obligationis.

Sed etiam ille qui habet interesse certum, contra quē concipitur citatio verbis præceptiuis, vt scilicet compareat ad videndũ aliquid fieri, & ad se opponendum, & cõtradicendum alicui actui pro suo iure, & interesse. *l. si eo tempore, C. de remiss. pign.*

Item purè, seu præceptiuè citantur plures in genere, quando eorum interesse est certum, nomina autem sunt incerta, vt puta creditores alicuius defuncti, vel decocti, de quorum nominibus licet certa notitia non habeatur,

tur, de eorũ tamen interesse non dubitatur, cùm veniant appellatione creditorum.

118 Conditionaliter autem, seù facultatiuè citantur plures in genere, qui sunt incerti, & de quorum interesse potest dubitari, quorum respectu fit generale proclama, seu edictum verbis conditionalibus, seu facultatiuis, vt cõpareant ad videndũ aliquid fieri quatenus sua interesse putauerint, quam citationis speciẽ explicauimus supra in *cap.7.* vers. *de citat. per proclama, contra interesse putantes, num.349.*

119 Conditionaliter etiam, & facultatiuè citatur aliquis in specie, quando ille est certus, eius autem interesse non est certum; sed dubitari potest an eius intersit, & contra eũ nominatim concipitur citatio verbis conditionalibus, & facultatiuis, vt compareat ad videndũ, seu contradicendũ, quatenus sua interesse putauerit. *Natta consf.99. num.* 8. post medium, & latius dicam infra hoc eodem capite sub vers. de executione citationis per proclama.

120 Hæc autem citatio facultatiua, & conditionalis fit nedum, quando iudiciũ est cœptum inter alios, vt quilibet prætendens habere interesse, possit se opponere sententiæ inter eos ferendæ; sed etiam quando iudicium nõ est cœptum inter alios, sed solum aliquid fieri debet generaliter, prout quando hæres vult conficere inuentarium, quando matrimonia cõtrahuntur, & quando conferri debet Parochialis, Item quando officiales stant ad syndicatũ, ad dicta latè per *Soc. in tract. de cit. art.* 22.

121 Modo ad rem nostram, is qui citatur cõditionaliter ad iudicium inter alios cœptũ, non dicitur citari principaliter, sed accessoriè, & ideo si eius interesse potest consistere in agendo, tunc intelligitur citatus vti actor. *§. 1. instit. de act.* si consistit in se defendendo, intelligitur citatus vti reus. *§. 1. instit. de except.*

Antequam autem compareat dicitur actor, seu reus voluntarius. *Castrens. & alij in l. testamenta omnia, C. de testam.* in *l. libertus, ff. de in ius voc. Afflict. decis.* 2. *num.* 9. & *decis.* 24. sub *nu.* 7. *Soc. de cit. art.* 20. *num.* 22, huiusmodi enim citatio cõcepta per ver-

ba conditionalia, seu facultatiua, non est arctatoria; sed monitoria, itaut citato quatenus sua interesse putet, liceat comparere, & in iudicium venire, quatenus velit. qui si non veniat, non fit contumax, nec in sententia potest condemnari. *Host.* & *Innoc. in cap. dilecti, de except. Rot. in nou. decis.* 18. *de dol. & cont.* sub *nu.* 3. *Rot. diuers. decis.* 545. *n.* 2. *lib.* 3. *par.* 3. *Surd. decis.* 26. *nu.* 7. non enim fieri potest contumax, qui non fuit præceptiuè, & expresse citatus, nec potest contra eum fieri processus, si non comparuit. *cap. Eccles. S. Mariæ, de constit. cap. inter quatuor, de maior. & obed.*

Neque potest ferri sententia incerta, & generalis, videlicet contra omnes, quorum interest. *§. curare instit. de act. l.* 1 *C. de sentent. quæ sine certa quāt. Rot. in nou. dec.* 18. *sub nu.* 3. *de dol. & cont.*

Postquam autem comparuit, fit siue actor, siue reus necessarius, & potest cum illo procedi, vt per *Host.* & *Innoc. in d. cap. dilecti, de except. Rot. in nou. d. decis.* 18. *de dol. & cont. nu.* 2. vers. *præterea*, *Put. decis.* 242. in fin. *lib.* 2. & eius causa debet simul; & semel cum causa principali finiri, cùm non fuerit citatus principaliter, sed accessoriè, *Capic. decis.* 8. *num.* 2. & 3.

Sed si illi competeret declinatoria fori, posset illam proponere, & deberet remitti ad suum Iudicem. *Capic. ibid. nu.* 3. *Rol. cons.* 29. *nu.* 16. *lib.* 2. *Surd. d. decis.* 26. *num.* 11. quæ declinatoria potest opponi tam in causis magnis, quàm in paruis. *Bal. in l. si quis, in conscribendo,* in princ. & *n.* 9. *C. de pact. Rolan. d. cons.* 29. *num.* 17. & 19. *lib.* 2.

Item videtur quod siue actor, siue reus, tunc etiam fiat necessarius, quando citatur siue in genere, siue nominatim, quatenus sua interesse putauerit cum expressa comminatione, quod alias procedetur in causa, quæ verba faciunt citationem arctatoriā, & alterāt supradictā clausulā, quatenus sua interesse putauerit. *Capic. d. decis.* 8. *num.* 4. *Rolan. d. cons.* 29. *nu.* 18. *lib.* 2. *Seraph. decis.* 512. *nu.* 3. & 5.

122 Sed hic quæro an contra sic citatum possit procedi vigore d. comminationis: Distinguo, aut citatur ad factum generale, & tunc elapso tempore

pore ita citatus nõ poteſt admitti, nec audiri ad opponẽdum contra illud factum, vt putà contra inuentarium factum; & contra matrimoniũ contractũ, contra officialem, qui ſtetit ad ſindicatũ, & contra alia ſimilia facta, de quibus dicemus infra hoc eodẽ capite, verſ. de executione citationis per proclama.

123 Aut citatur ad iudicium inter alios cœptum, & tunc ſi non comparet, non præiudicat ſibi in iure ſuo, ſolum in hoc, quod vigore ſui intereſſe non poterit impedire effectum, & executionem ſentẽtiæ ferendæ inter eoſdẽ principales, non autem impeditur tertius ſic citatus, quin poſſit poſtea ius ſuum experiri contra vnum vel alterũ, & ita videtur intelligenda dec. 5. *Achil. de dol. & cont.* & *Coccin. deciſ. 449. nu. 3.* ad dicta per *Soc. de citat. art. 20. num. 22.*

Et hoc videtur importare eadem cõminatio, quod alias procedetur ad vlteriora; nam in facto generali procedetur ad eius abſolutionem, vtputà ad confectionem inuentarij, ad ſolemnizationem matrimonij, & ad abſolutionẽm officialis, & ad ſimilium factorum perfectionem. Et in facto particulari, in iudicio ſcilicet inter eoſdem principales procedetur ad vlteriora; condemnando ſcilicet vnum, & abſoluendo alterum; non autem ad vlteriora contra tertios non comparentes; quia nemo cogitur agere, nec ſe defendere inuitus. *l. 1.* iuncta *gloſſ. C. vt nemo inuit. ag.* & contra incertos, vel certos de quibus dubitatur an poſſint habere intereſſe, non poteſt ferri ſententia incerta, ſi non comparent. *Rot. in nou. d. deciſ. 18. de dol. & cont.*

124 Quando vero aliquis habet intereſſe certum, vt eſt creditor, tunc poteſt cogi inuitus vt agat *d. l. ſi ro tempore, C. de remiſſ. pign.* prout etiam ille, qui ſe iactat moleſtare, cogitur remedio *l. diffamari*, vt ſuperius hoc eodem verſ. dictum eſt. adde *gloſſ. vn.* in *d. l. vnic. C. vt nemo inuitus*, quæ alios etiam caſus enumerat.

125 Nota tamen quod quando aliquis poſſidet, debet citari purè vti principalis, & verbis præceptiuis; non autem cõditionaliter verbis facultatiuis. *Caſſad. deciſ. 6. nu. 6. vt lit. pend.*

pend. Rom. conf. 410. num. 11. Kant. de nullit. ex defect. citationis, nu. 142. Rot. in recent. decis. 185. num. 2. par. 2.

Etsi non compareret fit contumax, & contra eum ad ulteriora proceditur, eo aliter non citato. *auth. qua in prouinc. C. ubi de crim. agi oport. l. properandum, §. sin autem, C. de iud. cap. ad nostram, de iure iur. cap. 2. de dol. & cont. lib. 6.* & late dictum est suprà *cap. 11. nu. 420. cum pluribus seqq.*

Si autem possessor citatur conditionaliter, & verbis facultatiuis, quatenus sua putauerit interesse, non cogitur comparere si nolit, & contra eum procedi nequit tanquã contra contumacem; quia talis citatio eum non arctat, sed monet, vt per *Innoc. & Host. in cap. dilecti, de except. Rot. in nou. d. decis. 18. de dol. & cont. & 3. Vestr. lib. 4. cap. 4. num. 8.*

Sed si fuisset addita dicta clausula comminatoria; possessor ita citatus si non compareret fieret contumax; & contra eum procederetur, tãquam contra reum necessarium ratione possessionis absque alia citatione. *Iaf. in l. sãcimus, nu. 5. & 11. C. de iud. Dec. in cap. 1. nu. 36.* vers. *secũda limitatur. de iud. Cagnol. in l. diffamari, nu. 16. C. de ingen. manum. Seraphin. d. decis. 512. n. 5.* hæc vera sunt quatenus Iudex sit cõpotens, alias non. *Rolan. d. conf. 29. in fin. lib. 2.*

126 Hæc dicta sint de actore, & reo, & utiliter, quia citatio decernitur vel vno, vel altero instante, eorumque procuratoribus; qui si mandatum non habeant admittũtur de stylo Rotæ cum promissione illud exhibendi infra duos menses, vt dictum est suprà *cap. 3. in fin.* prout etiam eorum coniunctæ personæ admittũtur, vt dictum est in *cap. 9. nu. 32.* & quod dicit *Rot. in ant. decis. 18. de dol. & cont.*

127 Coniunctam personam nõ posse obtinere aliquem in partibus citari, etiam cum promissione de rato, nisi legitimè constet de eius mandato, intelligitur in his, quæ requirunt speciale mandatum, vt in beneficialibus; secus autem in prophanis, cum in his regulariter admittatur cũ cautione de rato vt per *Rot. in nou. decis. 6. de procur. iuncta addit.*

In-

128 Instantia autem pro citationis decreto adeo necessaria est, vt si citatio fieret aliquibus instantibus contra aliquos, & decretum fieret ad fauorem non nominatorum in citatione, eorumue qui ꝑ citatione nõ insteterunt, decretum esset nullum ex defectu citationis: *Bart. in l. aut qui aliter, ff. quod vi aut clam. Cas. de Graff. decis. 5. num. 2. de sent. & re iud.*

DE EXECVTIONE Citationis.

129 Ad validitatem citationis in tantum est necessaria illius executio, vt sine ea citatio dici nequeat: non enim quis ad iudicium vocari dicitur tunc, quando per Iudicem citatio decernitur; sed quando ea, vel per nuncium parti intimatur, vel alijs, siue ad domum, siue in locis publicis publicatur. nil enim aliud est citatio, quam in ius vocatio iuxta diffinitionem, *Sur. conf. in l. 1. ff. de in ius voc.* quã supra amplexi sumus, in *cap. 1. num. 7.* & non sufficit, neque attenditur sola commissio de citando; sed requiritur, & attenditur executio, vt quis dicatur citatus. *Abb. & alij in cap. quoniã contra, de probat.* est enim citatio executio interlocutoriæ de citando. *Rol. cons. 96. num. 33.*

130 Hinc qui à Iudice appellationis obtinuit citationem decerni, si illam exequi non facit intra primum fatale, perinde est ac si illam non obtinuisset. *Castr. & Ias. in rubr. ff. de in ius voc. Peregr. cons. 8. num. 60.*

131 Et idem est quod citatio non sit executa, & quod nulliter executa sit: quod enim ritè factum non est, pro non facto habetur. *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud.* ibi, *condẽnatum accipere debemus eum, qui ritè condemnatus sit, vt sententia valeat;* & *l. non putauit, §. non quęuis, ff. de bon. poss. contra tab.* ibi *non quęuis exhæredatio submouet filium à contra tab. bon. poss. sed quæ ritè facta est.* & *cap. bona* il 2. in fin. *de elect.* ibi, *nec prædicta debet dici citatio valuisse; quia cum Episcopi mortẽ præuenerint, temeraria nimis extitit, & ideo non potuit arcere citatum.*

132 Vt autem executio citationis validè fiat quatuor sũt obseruanda persona, locus,

tempus, & forma.

133 Persona primo loco est obseruanda: quia citatio vt valeat, nuncius debet habere notam personã citandi, alias si citaret vnum pro alio, temerè citaret. *l. eum quem temere*, & ibi *Angel. ff. de iud. Bald.* in *rubr. C. de fide instr. num.* 21. vers. *venio ad secundum, Ruin. cons.* 187. *num.* 17. *lib.* 1. *Rot. diuers. decis.* 434. *nu.* 1. *par.* 1. *Rot. in recent. decis.* 209. *nu.* 1. *par.* 2. & dictum est supra. *cap.* 9. vers. *de exprim. nomine instantis, n.* 212. eandemque personam citandã in primis debet perquirere, iuxta late dicta in *cap.* 11. vers. *perquisitia persona citande quo in loco, & quomodo fieri debeat, num.* 267.

134 Item quia sæpius contingit vt vna persona possit diuersis nominibus citari, ideo aduertendum est quo nomine citetur. hinc citatio executa contra A. & B. vti hæredes G. non præiudicat Hospitali cuius A. & B. sunt Administratores. *Caput. dec.* 107. *num.* 1. *par.* 1.

135 Et quando citãdus est aliquis vti talis, aduertendũ est, vt sit talis. Hinc citatus non dicitur pupillus ex citatione facta contra eius assertũ procuratorem, de cuius mandato, & alijs requisitis à Statuto, non constat. *Pic. ad Statutum Vrbis, gloss.* 7. *à nu.* 171. *vsque* 188. *Duran. decis.* 142. *num.* 1. sic citatio executa contra aliquem vti curatorẽ, de cuius cura non constat, nulla est. *l. vltima, §. tali itaque, C. de curat. fur.* & dixit *Rot. in Colimbrien. decanatus,* 27. *Ianuarij* 1595. *corã Iusto: apud Marches. par.* 2. *fol.* 221. executa contra procuratorẽ reuocatum non sustinetur. *Rot. decis.* 25. *de procur. in antiq. Seraph. decis.* 1276. *nu.* 6.

Item aduertendum est an sit talis, qui possit citari pro negocio proprio. exemplum in minore, cui citatio contra eum executa nõ nocet. *l. cùm, & minores, C. si aduersus rem iud. l. acta, §. contra, ff. de re iud. Greg. decis.* 496. *num.* 1.

Item an possit citari pro negocio alieno.

136 Hinc citatio executa contra officialem à capitulo sede vacante deputatum, non afficit Episcopum. *Rot. diuers. par.* 2. *decis.* 1. *num.* 8.

137 Et citatio executa contra Massarium, vel Vicarium, nõ habentes plenam potestatem

non

non nocet Vniuersitati. *Rot. diuers.decis.*188.*num.3.lib.3.* prout nec nocet executa contra particulares de Capitulo. *Doct.in cap.eam te, de rescr. Put.decis.*10.*lib.*1.*nu.3. Seraphin. decis.*857.*nu.7.*

138 Et quia non omnes vnius Iudicis iurisdictioni subsunt, cauendum est ne citetur non subditus: vnde citatio Iudicis sæcularis contra Clericũ executa, est nulla. *auth.statuimus, C.de Episc.& cleric.cap.nullus Iudicum, de foro compet.* & latissime dictũ est supra, *cap.5. num.95.* & 121.

Similiter quia ex subditis cõtingit vt aliqui sint exempti, aduertendum est, quia nuncius nulliter exequeretur, si citaret exemptum, vel alium alterius fori de mandato Iudicis incompetentis. *Clem.fin.vt lit.pend.*vbi *gloss.* in verbo *competenti, cap. conuenior.* 23. *quæst.*8. *cap.* 1. *de priuil. in 6.* cum ibi not. de qua materia plura dicta sunt supra *cap.9. nu.* 25. *cum seqq.*

139 Locus secundo loco obseruandus est, quia cauere debet nuncius ne personam quamuis subditam citet vel extra territorium, vel extra locum suum, & vbi non est in quasi possessione citandi. *l.fin.* cum ibi not. per *Doct.C. de iurisd. omn. iud.* & in *cap. fin. de constit.in 6.Rebuff.de citat.art.*1. *gloss.*1. *nu.*2. cum alijs supra late deductis *cap.*11.*num.*28. *vsque* 37.

140 Item aduertere debet ne citet aliquẽ in loco vbi alias morabatur, sed vbi moratur de tempore citationis, alias citatio esset nulla. *Bar.in l.4. §.prætor ait, num.9.ff.de dam. infec.Butr.in cap.causam, n.7.* circa fin. vers. *item intellige domum, de dol. & cont. Martin. And. decis.*1. *num.*8.*Imol. cons.*105. *num.*1.

141 Item ne citet ad locum nõ tutum. *Clem. pastoralis, §.Pisanaque Ciuitas, de re iud.* iux. ea quæ late dicta sũt in *cap.9.* vers. *de loco in citat. exprim. num.*440. *& seqq.*

142 Vbi factum est compromissum, citatio exequenda est in loco compromissi, vel in propinquo, si arbiter ibi soleat agere, & litigatores ibi facilè inueniri possint; sed si conuentũ sit inter partes de loco citationis, extra illum nulliter nũcius exequeretur. *l.si cùm dies, §.si arbiter, ff.de arbitr. Specul. in tit. de citat. §.*1. vers. *sed nunquid arbiter.*

sub

sub num.4. & in tit.de arbitr. §.differt. verſ. *item non poteſt citare, num. 5. Blanc.de compromiſſ.quæſt.8. num.5.*

143 Item quoad locum aduertere debet nuncius,quod exiſtentem in Eccleſia citare nõ poteſt,niſi verbaliter.*l.fin. C.de his, qui ad Eccleſ.confug. & ibi Bart. num.3. Bertazol.* alia addens de his, quæ fieri nequeunt in Eccleſia in *tract. de clauſ.clauſula 2.gloſſ.1.n.6.*

144 Atque cauere debet quia ſi ſibi commiſſum ſit, vt citationem exequatur, affigatue, in locis vicinis, non ſufficit ſi fiat in vno loco; ſed ad minus debet in duobus locis exequi. *Rot. in ant.deciſ.33. de reſcr.* pluralis enim locutio ad minus duorũ numero contenta eſt. *cap.pluralis locutio. de regul. iuris, lib.6.*

145 Et tandem animaduertere debet nuncius ne erret in loco; quia error loci vitiat citationem, vt not. *Bal. in cap. ſignificante, num.1.de reſcr.*

146 Tẽpus tertio loco eſt obſeruandũ, quia executio citationis debet fieri palam, & tempore congruo. *Abb.in cap. fin.n.2.de eo qui mitt. in poſſ.* Et ideo non valeret facta de nocte, quod enim de nocte fit, clam fieri dicitur. *Felin. in cap. conſuluit, num. 22. de off.deleg. Aſin. in praxi,§.6. cap.6. requiſ.7.Chart.in deciſ. Genuæ cauſ. execut. deciſ. 14. num.7.*

Neque etiam ad tempus noctis poteſt quis citari ad audiendum ſententiam, tanquam ad tempus incongruũ, ad quod citatus non tenetur comparere, etiam ad ſe excuſandum. *Abb. in d. cap.conſuluit, n.14.* & ibi *Felin.n.18. de off.deleg.* ait ſententiam latam de nocte non valere, & opus non eſſe appellare, ſiue ſit lata per Iudicem, ſiue per arbitratorem, quando arbitrator non haberet facultatẽ procedendi partibus abſentibus. adde *Io: de Selua, de benef. par.3.quæſt.17.* vbi quærit an beneficium poſſit conferri de nocte.

147 In curia Curſores, & Mandatarij nõ poſſunt exequi citationes, & intimationes,ſiue perſonaliter, ſiue domi poſt tertiam horam noctis.per affixionem autem nonniſi de die, & prout in *reform. tribunal. Pauli V.tit.de Curſoribus, & Mandatarijs,* verſ. *citationes, & intimationes, & alia non exequantur.*

Exe-

148 Executio citationis decretæ per delegatum ratione temporis fieri non potest eo mortuo, & sic sede vacante, quando scilicet antea eo viuente non fuisset decreta, nec executa. *Felin. in cap. cæterũ, nu. 15. de rescr.* & in *cap. relatum, num. 11. & 12. de off. deleg. Seraph. decis. 1276. num. 2. & 5.*

Sed quando fuit decreta citatio per delegatum in vita Pontificis, licet fuerit executa Pontifice mortuo, iurisdictionẽ perpetuat. *Rot. in ant. decis. 9. de dol. & cont. Bisign. decis. 1. de off. deleg.*

149 Et quod nuncius non possit de iure exequi citationes in diebus festiuis, dictum est supra *cap. 10. num. 244.* secus autẽ de consuetudine. *n. 257.*

150 Forma quarto loco est obseruanda, quia quilibet sui mandati fines debet implere. *l. diligenter, ff. mandati* ibi *diligenter igitur fines mandati custodiendi sunt; nam qui excessit, aliud quidem facere videtur;* prout etiam quisque delegatus formam rescripti debet seruare, *cap. prudentiã, in fin. princ. de off. deleg.*

Ideoque nuncius in exequenda citatione, quid in ea sibi commissum fuerit, debet obseruare, vt id diligenter impleat. *cap. de illicita, 24. quæst. 3.* & ibi *Archid. num. 3.*

151 Qui si aliter quam sibi vel à iure, vel à Statuto, vel stylo, vel à Iudice commissum esset, exequeretur citationẽ, vel in personam, vel domi, vel in Ecclesia, vel in locis publicis, executio citationis remaneret nulla, & non arctaret ad cõparendum. *gloss. fin. in Clem. 2. vt lit. pend. Soc. de citat. art. 13. nu. 1. Caput. decis. 111. nu. 1. par. 1. Seraphin. decis. 972. nu. 6. Rot. in recent. par. 1. decis. 624. num. 9.*

152 Forma præscripta à iure ciuili est, vt præsens citetur ad faciem, & absens ad domũ. *l. 1. §. 1. de liber. agnosc. l. scire oportet, §. qui autem, ff. de excusat. tut.* & dictum est supra *cap. 7. vers. de citat. personali, nu. 211.* & *cap. 11. vers. de decreto citationis personalis, num. 227.*

Et qui certam non habet habitationem citetur p. edictum in locis publicis. *l. 4. §. prætor. ait* vbi *gloss.* & *Bar. ff. de damn. infec. auth. qui semel, C. quom. & quãdo iud.* vbi *Bal.* & alij, & dictum est supra in locis præalleg. & in *d. cap. 7. vers.*

*verſ. de citat. vagab. nu.*348.

153 A iure etiã canonico præſcripta eſt forma citandi clericos abſentes, vel in loco beneficij, vel in Cathedrali. *Clē. cauſam quæ, de elect.* & dictum eſt ſupra *cap.* 7. *verſ. de citat. domi, nu.*266. & *cap.*11. *verſ. de decreto citationis ad domũ, num.*303. & etiã citandi eos, qui degunt in loco non tuti acceſſus per edictum in locis publicis, & vicinis. *cap.*1. *de dolo, & cont. in extrauag. cõmun.* & *Clem.*1. *de iud.* & dictum eſt ſupra *cap.* 7. *verſ. de citat. per edictum ob non tutũ acceſſum, nu.* 274. & *cap.* 11. *verſ. de citat. per edictum decernenda, num.*386.

154 A Statuto etiam poteſt indici forma citandi, & ſeruanda eſt. *Seraph. deciſ.*404. *n.*2. *Tiraq. de vtroque retract.* §.8. *gloſſ.*3. *nu.*1. & dictum eſt ſupra *cap.*8. *nu.*72. & alia dicta ſunt *in cap.*11. *ſub verſ. decretum citationis, quando ſit nullum, num.*244. *& ſeqq.*

155 A conſuetudine etiam, hoc eſt vſu populi, poteſt induci forma citandi, quæ omnino ſeruari debet, alias citatio eſſet nulla. *Vant. de nullit. ex defectu citationis, num.*75. *&* 77. *Petr. Gherard. ſing.*77. *nu.*2. & dictum eſt ſupra in *cap.*8. *nu.*81. *& ſeq. & nu.*89. & alia dicta ſunt in *cap.* 11. *num.*10. *& ſeqq.*

156 A ſtylo etiam, ſeu vſu, & practica Curialium poteſt induci forma citandi, quæ omnino in illa met Curia ſeruanda eſt, *cap. quàm graui, de crim. falſi. Caput. deciſ.* 331. *par.*3. & dictum eſt ſupra latè in *cap.*8. *num.* 127. *& ſeqq.*

157 A Iudice etiam præſcribitur forma citandi, qui tamen in ea decernenda iuris ordinem ſeruare debet, vt ſupra declarauimus *cap.*11. verſ. *de decreto citationis perſonalis, num.* 227. alias vel grauaret partem, vt locus eſſet appellationi, vt dictum eſt ſupra *cap.*11. *num.* 200. vel nulliter procederet, ita vt proceſſus corrueret. d. *cap.*11. *num.*212.

158 Quicumque igitur vult pnuncium exequi facere contra ſuum aduerſarium citationem aliquam, debet, per lecto eius tenore, aduertere quid in ea committatur, an ſcilicet vt fiat in perſonam, vel ad domum, vel ad Eccleſiam, vel ad loca publica.

Et quia nuncius in exequendis citationibus ſolet diuerſos

uerſos actus facere, hoc eſt vel oretenus citare, vel ſcripturam citationis intimare, eamque vel legere, vel eius copiam tradere, vel dimittere, vel affigere. ideo per eundem, qui executionem citationis valide fieri curat, debet nuncius inſtrui, quem actum gerere debeat, vt validè citationem exequatur, quã rem vtile erit, vt mox diſtinctè, & clare explicemus.

DE EXECVTIONE Citationis in perſonam.

159 Nuncius citat aliquem perſonaliter, vel viua voce, vel in ſcriptis. *Specul. de citat.* §. *ſequitur iud. ex nu.* 1. *& ſeq.*

160 Si viua voce, debet exprimere nomen Iudicis, coram quo debet comparere, & nomen illius ad cuius inſtantiã citat, & cauſam propter quã citatur, & locum, & tempus, vbi & quando debeat comparere, quæ omnia ſunt de ſubſtantia citationis. *Maran. in Specul. par.* 6. *verſ. rectè cõcipiatur citatio, nu.* 63. & late dictum eſt ſupra *cap.* 9. verſ. quæ ſint exprimenda in citatione.

161 Si citat in ſcriptis, debet intimare ſcripturam citationis originalem, non autem ſolam copiam, cui quis non tenetur credere. *auth. ſi quis in aliquo, C. de eden.* & in dubio citationis executio debet cenſeri potius facta cum litteris originalibus, quàm cum tranſumpto. *Greg. deciſ.* 426. *num.* 7.

162 Facta tamen citatio cum tranſumpto conualidatur per comparitionem citati ſubſecutam. *Bal. in l. fin. C. de proc. Dec. in cap. cùm cauſa, nu.* 15. *de off. deleg. Bellam. deciſ.* 364. *Caput. deciſ.* 112. *par.* 1. *Rot. poſt tractat. Poſtij de manutenendo, deciſ.* 75. *num.* 2.

163 Valet etiam citatio executa cum copia, quando citandus abſtuliſſet originale vel per ſe, vel per aliũde manibus executoris: ſed punctus ſtat in probatione, quod abſtuliſſet. hinc *Rot. apud Creſcent. deciſ.* 4. *de fide inſtrum.* admiſit hanc probationem; quia Notarius executor citationis, quando citauit reum cum copia, illi petenti originale exhiberi, idem Notarius reſpondit præſentibus teſtibus ſe illud non habere, ex quo ipſe prius ab eo abſtulerat, & ipſe tacuit, & non con-

contradixit, vt in ea.

164 Vlterius debet nſcius vel originalem citationem legere, vel copiam dare etiam non petenti expenſis citantis, quando eſt prima; ſed in alij citationibus poſt primam debet offerre copiam expenſis citati, ita ſæpius Rota cenſuit, vt per *Achil. deciſ. 9. de dol. & cont.* ſed quando legit, non eſt neceſſe dare copiam, niſi petatur. *Achil. deciſ.* 11. *eodem tit. de dol. & cont.*

165 Sed quando intimãtur litteræ executoriales non eſt neceſſe, quod offeratur copia; ſedſi petatur debet dari ſumptibus petentis, & ratio diuerſitatis eſt, quia prima citatio deuoluit cauſam, & continet negociũ ſuper quo actor litigare intendit, & cùm ſit loco libelli, debet dari copia ſumptibus actoris, & offerri, ſi non petatur, ad hoc vt reus poſſit eſſe certus ſuper quo debeat litigare. *l edita, C. de eden. auth. offeratur, C. de litis conteſt.* quæ ratio non militat in executorialibus, cùm tunc reus ſit certus de lite, & de eo ſuper quo lis eſt. ita declarat *Rot. diuerſ. deciſ. 762. lib. 3. par. 3.*

166 Licet autem nõ fuerit perlectus totus tenor citationis; tamen executio valida eſt, quando ſcilicet fuit per executorem relata, ſeu intimata tota ſubſtantia citationis, videlicet nomen Iudicis, Notarij, & Actoris, ac forma citationis, & data illius, & effectus ad quem reus citatur, & quod citatio erat ſcripta in charta pergamena cum cordulis, cum ſigillo, & capſa lignea, ſecundum ſtylũ Curiæ, & fuit denunciatus, & intimatus terminus, in quo debet comparere, vt cenſuit Rot. apud *Mohed. deciſ. 6. de iud.*

167 Tunc autem vllo abſque dubio legitimè cenſetur citatio perſonaliter executa, quãdo fuit exhibita, & oſtenſa ſcriptura authentica citationis, & deinde perlectus illius tenor, & copia petita tradita fuit, vt in *Clem. cauſam, de elect.* ibi *legitimè intimata porrecto videlicet ſibi ſub ſcriptura authentica, vel perlecto illius tenore, & copia modo cõſimili ſi petita fuerit, inde facta,* vbi *gloſſ.* in verbo *authẽtica*, exponit ſcilicet confecta manu publica, vel habente ſigillum authenticum. & in verbo vel *perlecto*, dicit

quod

quod cùm porrigitur, siue ostenditur, non est necesse legi, & in verbo *si petita* subiũgit, quod si copia non petitur, sufficit legisse.

168 Licet autem citatio non fuisset lecta, nec data copia; tamen executio esset valida, quando executor obtulisset se lecturum, & daturum. & ideo citatus si non petijt legi, vel dari copiam, debet sibi imputare, vt censuit *Rot. diuers. decis.* 202. *par.* 3. *lib.* 3.

169 Quando autem copia citationis fuit petita, & non fuit data, remanet executio nulla, & processus nullus. *Specul. in tit. de citat.* §. *iam de citatione*, vers. *hoc autem facto*, *num.* 9. *tex.* est in d. *Clem. causam*, & not. *Vestr. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 3.

170 Similiter nulla est executio citationis, quando fuit relicta copia diminuta absque insertione totius tenoris. *Put. decis.* 25. *lib.* 2. *Guidob. decis.* 1. *tit. de citat. Rot. in Ferrarien. affictus* 17. *Iulij* 1613. *coram Dunozetto Seniore*, apud *Marches. par.* 2. *fol.* 590. *num.* 4.

171 Personalis citatio quando fit procuratori, & non offertur copia, licet dixerit se nolle copiã citationis, sed ꝙ citetur principalis; tamen citationis executio est valida, quando nõ refutauit onus procuræ, & principalis non potest reperiri, & facta diligentia ad domum principalis respõsum fuit quod erat extra Ciuitatem, prout ita respondit *Rot. diuers. decis.* 761. *par.* 3. *lib.* 3.

172 Quantum autem ad formã citationis implendam ꝑ executorẽ, si Iudex mandat aliquem citari personaliter, seu domi; huiusmodi commissio debet intelligi iuris ordine seruato, videlicet personaliter, & quatenus persona non reperiatur fiat domi, vt declarat *Bar. in l.* 4. §. *prætor ait*, *vers. sed quid si Iudex*, *nu.* 13. *ff. de damno infec. Dec. cõs.* 449. *visis duobus*, *nu.* 5. *lib.* 4. & ꝙ alternatiua personaliter, vel domi, sit ordinis, non autem electionis, late dictum est in *cap.* 11. *sub vers. de decreto citationis personalis*, *num.* 262.

Et hunc ordinem siue expressum, siue subintellectum in primis citationibus exequendis, debet nuncius seruare, & facere diligentiam de perquirendo personam, & ea non reperta citare ad domũ, alias executio non valet, vt

post

post præallegat. *Doctor.* dixit *Vant. de nullit. ex defectu citationis, num.* 95. *&* 96. de qua perquisitione facienda plura dicta sunt in *cap.* 11. *vers. perquisitio personæ citandæ personaliter quomodo fieri debet, num.* 267.

173 Aduertendum tamen est, quod quando etiã prædictus ordo iuris non haberet locũ, & sufficeret citare ad domũ, absque alia perquisitione p̃sonæ, nihilominus si Iudex mandaret citari personaliter, talis commissio, & forma deberet omnino seruari, alias nulla esset executio, & processus corrueret. *l.* 1. *§. offilius,* & ibi *Bal. ff. ne quis eum, qui in ius voc. in princ.* vbi declarat *tex.* in verbo *nõ potuit,* subiungens nisi certo ordine, qui non fuit seruatus, & idem *Bald. in l. non sunt liberi, ff. de stat. hom. in princ.* ibi remota forma rei remouetur esse rei, & in *cap.* 1. *de mil. vassal. qui cont. est.* & in *l. cessante*, & in *auth. qui semel, C. quom. & quando iud. Zabarel. in Clem.* 2. *vt lit. pend. nu.* 18. *Afflict. decis.* 2. *num.* 6.

174 Hinc quamuis monitoriũ AC. iuxta eius facultates, satis sit vt intimetur domi, absque alia perquisitione, vt dictum est in *cap.* 11. *sub vers. citatio ad domum, quando fieri possit absque perquisitione*, *num.* 341. tamen si in eo præscripta esset forma, vt personaliter intimari debeat, quatenus eius persona cõmodè haberi posset; sin autem facta diligentia, & ea non reperta, ad valuas domus eius habitationis per affixionem, ea debet impleri, alias executio facta ad domum, diligentia nõ præmissa, esset nulla iuxta supra alleg. *doctr. Bar.* in *l.* 4. *§. prætor ait, ff. de dam. infec. Archid. in cap. de illicita,* 24. *quæst.* 3. *Soc. de cit. art.* 13. *num.* 1. *Buratt. decis.* 109. *n.* 5.

175 Sic etiam quamuis Gubernator Vrbis possit iuxta suas facultates citare domi, nulla præuia diligentia. *Rota post cons. Farinac. par.* 1. *decis.* 3. *num.* 3. & ibi *adden. littera D.* tamen si in eius monitorio legeretur forma præscripta exequendi personaliter si fieri possit, sin minus domi solitæ habitationis; nisi fieret diligentia de exequẽdo personaliter, executio domi non valeret, & processus esset nullus. *d. l.* 4. *§. prætor ait, vbi not. Doct. ff. de dam. infec. Rot.* de-

*decis.*8. *de dol. & cont. in nou. Caput.decis.*111.*par.*1.*Seraph. decis.*972.*num.*5.

176 Hanc autem formam citandi secundum ordinem iuris, vt præscribant, siue AC. siue Gubernator Vrbis in eorum monitorijs, non obstantibus eorum facultatibus, æquum est in Criminalibus, in quibus prima citatio de iure fieri debet ꝑsonaliter. *Castr.* in *l.seruum quoque publice, num.* 12.*ff.de procur. Cassad. decis.*2.*de dol.& cont.Rot.post Cenc.de censib.decis.*133.*nu.*3. & inquisitus non potest banniri, nisi interuenerit citatio formiter executa. *Bal.in l.*1. in fin.*ff.si quis ius dic. non obtemper.* per not. in *Clem. pastoralis, de iud.* latè declarat *Boss.de citat. num.*14. cũ seq. *Rot. post cons. Farinac. par.*2. *decis.seu voto* 61. *num.*28.

Et etiam idem seruare debẽt de æquitate in causis grauibus, & magni momenti, in quibus de iure nõ sufficit citatio domi, sed requiritur ꝑsonalis. *Rom. cons.*454. *nu.*4. *Vant. de nullit. ex defec. citat. nu.*95. & 96.*Gratian.discept. foren. lib.*3.*cap.*531.*num.*76. & ita intelligenda sunt, quæ diximus supra in *Cap.*2.*n.*89.

177 Hinc Statutum quando mandat citari personaliter, vel domi, si causa est grauis debet præmitti citatio personalis, seu diligentia pro ea facienda. *Rom.in l.*4.*§.Prætor ait,* vbi *Imol. num.*34.*ff. de dam. infec.Grat. d. cap.* 531. *num.*76.

An autem prædicta alternatiua, quando Statutum disponit idem quod ius commune, sit ordinis, an electionis, late discussum est supra *Cap.*11.*sub vers.de decreto citationis personalis, num.*244. & *seqq.*

178 Et quando Statutum vult vt in defectũ citationis personalis fiant duæ citationes domi, tunc si fiant illæ duæ citationes, non refert si omissa sit citatio personalis, quoniam in alternatiuis sufficit dispositionem in vna parte adimpleri. *l.si quis ita stipulatus,* in fin.*ff.de verbor.oblig. Bar.in d.l.*4.*§.Prętor ait,n.*15. *ff.de dam. infec.Pract.Papien. in tit.for.respons.rei conuenti, in gloss.*2. *nu.*12.*Abb.cons.*19. *num.*1. vers. & *pro hoc, lib.*1. *Tiraq. de retract. lignag. §.* 9. *gloss.*2. *num.*56. *Rot.in recent. decis.* 569. *n.* 2. *par.*1.

179 Prædictis adde quod quã-

F uis

nis sufficiat citare, vel principalem, vel procuratorem, si tamen Iudex decreuerit citationem contra vtrumque principalem scilicet, & procuratorem, si non citaretur procurator; sed solus principalis, non esset seruata forma citationis, & executio esset nulla. *Caput. decis.* 263. *nu.* 9. *par.* 2.

180 Et quando Iudex mandat citari N. principalem, si is nō reperiatur, citatio potest exequi in personā procuratoris *cap. dilectus, de procur. Specul. de citat. §. sequitur,* vers. *illud autem nota, Mynsf. sing. obseruat. cent.* 1. *obseruat.* 9.

Et quod nō reperto principali antequam possit citari ad domum, perquirenda sit persona procuratoris dictum est in *cap.* 11. vers. *perquisitio procuratoris, quando fieri debeat, num.* 298. *& seqq.*

181 Item adde quod si monitorium sit decretum contra Titium, & hæredes Gaij, si fuerit executum contra Titium solum, qui erat etiam tutor hæredum Gaij, executio censetur facta contra Titium tam nomine proprio, quam tutorio hæredum Gaij, vt sustineatur actus ex eo capite, quo potest sustineri ex reg. *l. si quis intentione ambigua, ff. de iud. Rom. cons.* 446. *&* 496. *Iason in l. exigendi, num.* 7. *&* 9. *C. de procur.* & etiam quia citatio est interpretanda ad fauorem citantis. ita censuit *Rota* apud *Seraphin. decis.* 415. *num.* 2.

Et quod vigore clausulæ, omnesque alios, &c. nuncius possit certam personam exprimere, latè dictum est in *cap.* 9. vers. *de exprimendo nomine eius, qui citandus est, num.* 206. *& seqq.* & signanter, *num.* 235.

DE EXECVTIONE Citationis ad Domum.

182 Nuncius quando debet exequi citationem ad domū, debet se informare vbi de præsenti habitet, qui citandus sit. *Caput. decis.* 117. *nu.* 2. *lib.* 1. & *decis.* 119. *nu.* 7. *lib.* 3. alias facta ad domum, quam de tempore citationis non habitaret, non valeret. *Coccin. decis.* 74. *num.* 2. & si ibi tunc non habitaret, debet se informare de loco vltimæ habitationis, & ad eandem citare. *Rot. in Tuden. beneficij* 8. *Nouembris* 1593. *coram Penia,* apud

apud *Garz. de benefic. 6. par. cap. 2. sub num.* 216. sed quæ censeatur domus solitæ habitationis, vide supra *cap.* 7. sub vers. *de citat. domi, n.* 255. & seqq. & *cap.* 11. vers. *citatio in qua domo fieri debeat, num.* 355. *& seq.*

183 Ad domum nuncius citare debet in scriptis, & cum dimissione cedulæ, seu copiæ citationis, vt not. *Innoc. Io: Andr.* & alij, in *cap. vlt. de eo, qui mitt. in poss.* cum alijs relatis per *Tiraq. de retract. consang. §. 9. gloss. 2. num.* 8. Vox enim nuncij statim sine litteris euanescit. *Bal. in l. cōsentaneum, nu.* 2. *C. quom. & quando iud.* quo circa citatio ad domum, copia non dimissa, non valeret. *l.* 4. *§. toties,* & ibi *gloss.* in verbo *libellū,* & *Bal. in fin. ff. de dam. infec. Vāt. de nullit. ex defec. citat. n.* 88. *Buratt. decis.* 186. *num.* 11.

184 Atque si copia dimissa statim leuata fuisset, executio citationis non arctaret. *Bald. in l. sed, & si pupillus, ff. de instit. act. Felin. in cap. ex parte Decani, col.* 4. *de resc. Mars. in l. is, qui cum telo, C. ad l. Cornel. de sicar. num.* 63.

185 Quod vt euitetur debet nuncius pulsare ad ostium, & clamare alta voce. *Bald. in l. diffamari,* per illum *tex.* in verbo *vocitasse, ff. de ingen. manumiss.* cum alijs relatis p *Tiraq. de retract. consang. d. §. 9. gloss. 2. num.* 13. itaut à familiaribus audiatur, qui si respondeant, & ad eum veniāt, debet copiam in eorum manibus dimittere, alias sufficit vt eam dimittat, vel in angulo, vel in rimula ostij, iuxta tamen stylum loci. *Innoc. in cap. fin.* in *gloss.* 2. *de eo, qui mitt. in poss. Ias. in §. quadrupli,* in verbo *illud tamen diligentissime nota, instit. de act. Vant. de nullit. ex defec. citat. num.* 88.

186 Ac si respondeant citandum abesse à ciuitate, potest, si tamen res sit grauis, vel stylus loci ita postulet, illis dare copiam, & exigere ab eisdem iuramentum, vt quàm primum absenti citationem notificent, quod etiam esse de mente *Bal. in l. diffamari,* in verbo *vocitasse, ff. de ingen. manum.* dixit *Gramat. de for. iud. cons.* 1. *num.* 5.

Si autem nuncius reperiat vxorem, vel aliquem familiarem in via, & in illorum manibus dimittat copiam citationis, citatio non valeret

F 2 quia

quia tali modo citatio non esset facta ad faciem, neque ad domum iuxta formam iuris. *Rebuff. de cit. art. 2. gloss. 3. num. 9.*

187 Et quãuis aliqui dixerint valere citationem in personã vxoris, vt contra maritum tamquam contra contumacem posset procedi in iudicio: tamen cõtrarium verius est, vt voluit *Iac. de Arena in l. aut, qui aliter, §. sed & si seruus, ff. quod vi aut clam. Guid. pap. quæst. 445. num. 1. Mynsing. sing. obseruat. cent. 3. obseruat. 37.* qui nituntur duabus rationibus.

Vna, quia posset nasci inconueniens, si forte vxor haberet odio virum, vt illi citationem non notificaret. Altera, quia scientia patris non nocet filio. *l. circa tempora, ff. quis ordo in bon. poss. seru.*

Sed apud me magis stringit supradicta ratio, quia si citatio fieret in vxorem extra domum viri, non esset seruata forma iuris citandi virum ad domum solitæ habitationis, prout si in domo in manibus vxoris, vel alterius familiaris dimitteretur, esset seruata.

188 Sin autẽ vxor, familiares, vel excusatores allegarẽt absentiam citati, & nescire quo in loco reperiatur, peterentque terminum ad illum perquirendum, deberet concedi, arbitrio tamen Iudicis. & prudens Iudex tantum temporis concederet, intra quod posset in prouincia perquiri, nec enim eam exiuisse præsumeretur, ex adductis per *Menoch. de arbitr. iud. casu 40. num. 7.*

189 Quãdo nuncius debet absentem citare ad domum vltimæ habitationis, in qua tunc nullus habitat, debet ante domum citationem legere, & ad ostium copiam affigere, & affixam dimittere. *gloss. in d. l. 4. §. toties,* in verbo *libellum, ff. de dam. infec. Guiliel. de Ludou. sing. 60.* in loco tamen patenti, & hora, & tempore congruo, ne confestim amoueatur. *Tiraq. d. §. 9. gloss. 2. num. 8. & 13.* & sub *num. 14.* refert, quòd in Gallia ita seruatur, vt talis citatio ad domum contra absentem non arctet, nisi iniungat alicui vicinorum, vt citatum ipsum certiorem reddat.

Quod iuri valde conuenire existimo per verba. *tex.* in *l. 4.*

l.4.§.toties, ff.de dam. infecto, ibi *est tamen tutius libellum ad ipsas ædes proponere, fieri enim potest, vt ita monitus defensor existat,* vbi *gloss.* subiungit, *& leget hoc coram æde, vel etiam figet ibi, vt alij videntes se defensioni offerant,* alia vide supra *cap.7.* sub *vers. de citat.domi, nu.233. & 271.* & in *cap.11.* vers. *de decreto citationis ad domum, nu.300.* & vers. *citatio in qua domo fieri debeat, num.355.*

DE EXECVTIONE Citationis ad Ecclesiam.

190 Forma citandi clericos in causis beneficialibus, seu Ecclesiasticis tradita est in *Clem. causam, de elect.* ibi *quod si forsan appellatum abesse, & procuratorem talem non inueniri contingat, in domo, quam ipse appellatus habitare communiter consueuit, vel si domus eadem in remotis existat, in Ecclesia Cathedrali, in cuius Ciuitate, vel Diœcesi consistit beneficium, & nihilominus vtroque casu in Ecclesia, vel beneficio de quo agitur, volumus appellationem huiusmodi publicari, ac de ipsa quandocumque petitum fuerit, copiã modo præmisso fieri appellato,* vbi *gloss.* in verbo *in domo,* explicat *ante domum; eo enim inuito nõ debet domum ingredi: faceret enim iniuriam,* & in verbo *vtroque casu,* exponit scilicet *cùm publicatio fit ad domum, vel in Ecclesia Cathedrali, propter domus distantiam,* & in verbo *beneficio,* subiungit *etiam si esset campestre, vel rurale, & si non fit ibi Notarius, nec præsentia testium illos adducat.*

Quæ forma licet in specie tradita sit pro executione, & intimatione appellationis extraiudicialis; tamen in alijs etiã citationibus in causis beneficialibus est seruanda contra absentem, non autem in prophanis. *Achil. decis.17. de dol. & cont.*

In beneficialibus igitur etiã prima citatio debet fieri cõtra clericum personaliter ad *tex.* in *Clem.1. de for. compet.* ibi *& ipsi personaliter, vel ad domum, si hoc tutè fieri valeat, alioquin publicè in Ecclesia Cathedrali loci, vel domicilij eorundem, citati fuerint,* & ibi not. *Zabarell. num.6. Vital. num.10. Rot. in nou. decis.22. de rescr.*

191 Etsi non reperiatur debet

citari in domo suæ solitæ habitationis, & etiam in domo beneficij, si vel habeat curã; vel residentiam; sin autem domicilium non habeat, neque beneficium curatum, citabitur in Cathedrali, vel etiã in domo beneficij de quo agitur. *cap. ex tua, de cleric. non resid. Innoc. in d. cap. fin. de eo, qui mitt. in poss.* & ibi *Abb. col.3.* vers. *item nota ex ordine*, & in *cap. causam, de dol. & cont. Bellam. decis.369. Vant. de nullit. ex defec. citationis, num.*118. & 119. At si sit Canonicus, debet citari in domo suæ habitationis, & in Cathedrali. *Rot. diuers. decis.*897. *num.*1. *par.*4.

192 Et nota quod si citandus habet beneficium curatum, tunc non requiritur alia diligentia de reperienda persona. *Rot. in ant. decis.*83. *de appellat. & decis.* 10. *in nou. eodem tit.*

Sed sufficit intimare in beneficio Curato, & in Cathedrali, & etiam in domo solitæ habitationis, si non esset ad modum remota. *Vant. vbi supra num.*120.

Et hoc procedit, quando ageretur contra parochum de parochiali, in tantum vt sit bona executio etiamsi in citatione commissum fuisset, vt citaretur personaliter: ea nempe ratione, quia ibi tenetur residere. *Rot. diuers. decis.*19. *par.*3. *lib.*1. *Bellam. decis.*576. *Crescent. dec.*9. *n.*5. *de dol. et cont.* & dictum est supra *cap.*7. sub *vers. de citat. domi, n.*266. & *c.*11. sub *vers. de decreto citat. ad domum, nu.*303.

193 Quando igitur nũcius clericum absentem debet citare ad Ecclesiam suæ residentię, vel ad simplex beneficium, vel ad Cathedralem, satis est vt citationem legat, & copiã petitam in publica forma dimittat. *Clem. causam, de elect.* vbi *gloss.* in verbo, *modo præmisso* exponit, scilicet *sub authentica Scriptura, et Zabarel. num.*18. dicit sufficere litteras sigillatas sigillo authentico, etiam sine inscriptione testium.

Non autem necesse est, vt affigat; quia tunc necessaria est affixio, quando proceditur per edictum ob non tutũ accessum, non autem quando citatio fit iuxta formam prędictæ *Clem. causam,* quæ de affixione nõ loquitur. *Cassad. decis.*1. *de appellat. nu.*2. *Vant. de nullit. ex defec. citat. n.*121.

Rot.

Rot. in d. *Tuden. beneficij* 8. *Nouembris* 1593. *coram Penia* apud *Garz. de benefic. 6. par. cap. 2. num.* 216. neque sunt necessariæ aliæ solemnitates, quod citatio fiat intra Ecclesiam tempore diuinorum, & alta voce, quæ pariter tunc requiruntur, quando quis abest in loco non tuti accessus, vt fuit resolutum in eadem causa. *Tuden. Beneficij* 1. *Iunij* 1594. coram *eodem Penia* apud *Garz. de benef. d. par. 6. cap. 2. num.* 217.

Si tamen nuncius citationem, vel ad domum, vel ad Ecclesiam contra clericum absentem non legeret, sed affigeret, valeret, quia affixio, quæ non erat necessaria, succederet loco lectionis requisitæ; ita censuit *Rot. diuers. decis.* 298. *par.* 3. *lib.* 2.

194 Pariter si nuncius intimasset monitorium clerico præsenti, & illud non legisset, nec copiam tradidisset, sed obtulisset se lecturum, & daturum, censeretur bene executum; quia d. *Clem. causã.* vult quod tenor citationis perlegatur, vel porrigatur scriptura authentica, & copia detur si fuerit petita, & ideo licet non esset lecta, nec data, neque petita copia; tamen si nuncius se obtulit legere, & copiam tradere, eidem citato imputari debet, si non curauit legi, neque copiam sibi dari. ita respondit *Rot. diuers. decis.* 202. *per tot. par.* 3. *lib.* 3.

DE EXECVTIONE Citationis per edictum ob non tutum accessum, & qua forma committatur.

195 Quicunque executurus sit huiusmodi citationem, debet attendere quid in edicto committatur, & illud implere, ne alias executio foret nulla: *l. diligenter, ff. mandat. cap. dilecta, de rescr.* In huiusmodi edicto in primis Iudex narrat instantiam sibi pro eo factam, & non inutiliter; quia alias nemine instante Iudex non citaret per edictum, vt alias dictum est.

Deinde subiungit in hæc, vel similia verba, & quia per examen Testium fide dignorum comperimus, dicto instanti ad præfatum N. exaduerso principalem pro huiusmodi nostris litteris citatorijs, in eius propria persona, aut domicilio, seu loco consueto, exequendis, tu-

tum non patere accessum, idcirco authoritate Apostolica nobis commissa, per hoc præsens publicum edictum in audientia publica litterarum Contradictarum, in qua citationes huiusmodi legi cõsueuerunt, legendum, ac in valuis Basilicę Principis Apostolorum de Vrbæ, & audientiæ causarum Palatij Apostolici, & extra Curiam in partibus, in valuis N. & N. Cathedralium, seu Collegiatarum Ecclesiarum talis loci, vel ciuitatis circumuicinis & & conuenientibus affigendũ, publicandum, & exequendum, prædictum N. exaduerso principalem tenore præsentium citamus.

Inde expressa causa, quam in citatione alias diximus esse exprimendam, & addito tempore & termino peremptorio quod pariter alias diximus requiri ad conuincendam citati contumaciam, subiungit in hæc, vel similia verba. Loca vero prædicta tanquam publica, & idonea pro præsentibus litteris exequendis, ad instar edictorum publicorum, quæ olim in albo prætorio scribebantur, duximus eligenda, in quibus præfatas litteras publicè & patulo Iudicio, & quasi sonoro præconio decreuimus publicandas, & affigendas; nè d. citatus ignorantiam aliquam prætẽdere valeat, cum verisimile nõ sit apud ipsum sic citatum, incognitum, & occultum remanere, quod tam patenter, & notorie omnibus extitit intimatum, authoritate Apostolica decernentes, quod præsens citatio taliter executa citatum arceat, & astringat, ac perinde valeat, ac si in eius persona propria citatus foret.

Hanc formam ponit *Vant. de nullit. ex defec. citat. n.* 131. & repetit *Boccac. de litteris remissorial. cap.* 10. *num.* 3. & amplius extendit, *Salust. Tiber. post eius praxim fol.* 37.

Hęc forma per Curiam Romanam fuit composita, & deducta ex *cap. 1. de dol. & cont. in extrauag. com.* & ex *Clem. 1. de iud.* vsuque, & stylo ampliata, & declarata. *Vestr. in praxi lib. 4. c. 3. per tot. Boccac. vbi supra, num. 4.*

De hac citatione plura diximus in *cap.* 7. quæ tunc visa fuerunt vtilia pro explicatione huius speciei citationis inter alias enumeratæ, vt in

in *verſ. de citat. per edictum ob non tutum acceſſum, n.* 274. *& ſeqq.*

Alia etiam plura diximus in *cap.* 11. quæ tunc neceſſaria viſa ſunt pro explicatione decreti huiuſmodi citationis in *verſ. de citatione per edictum decernenda, nu.* 386. *& ſeqq.* & ſub *verſ. ſequenti, num.* 450.

Hic vero alia dicemus, quę ad eiuſdem citationis executionem, & prædictę formæ intelligentiam conferre videbuntur.

Exprimit Iudex ſibi per Teſtium fidem conſtitiſſe de non tuto acceſſu, ea nempe ratione, vt appareat iuſtificatam fuiſſe clauſulam conſtito, &c. ſub qua fuit ita citandi data facultas. *Vant. de nullit. ex defec. citationis, nu.* 126. *&* 127. Si enim potuiſſet citari, vel in perſonam, vel ad domum, non debuiſſet citari per edictum, *l. ad peremptorium* cum quinque Sequen. *ff. de iud. cap. tuæ, de cleric. non reſid.* & quomodo prędicta clauſula conſtito ſit iuſtificanda, dictum eſt ſupra d. *cap.* 11. *num.* 457. *& ſeqq.*

Subiungit, *Ideo authoritate Apoſtolica nobis conceſſa.* & iure quidem, quia nemo citare poteſt hoc modo, niſi is cui Papa ſpecialiter facultatem conceſſit, d. *cap.* 1. *de dol. et cont. in extrau. com. Clem.* 1. *de iud. Vant. de nullit. ex defec. cit. num.* 129. *Gamb. de off. & poteſt. leg. n.* 385. *fol.* 48. verſ. *caſus reſeruati Papæ per iura Sexti, & Clementinarum.*

Proſequitur dicens, *per hoc præſens publicum edictum*, id eſt originale ſubſcriptum, ſignatumue per Iudicem, non autem per copiam, cui quis credere non tenetur. *auth. ſi quis in aliquo, C. de eden.*

In *audientia Apoſtolica litterarum Contradictarum, in qua huiuſmodi citationes legi conſueuerunt, legendum.*

Hæc forma præſcripta fuit per *Bonifaciũ VIII.* in d. *c.* 1. *de dol. et contum. in extrauag. com.* ibi *publicè facta in audientia litterarum noſtrarum*, & per *Clem. V.*

In d. *Clem.* 1. *de iud.* ibi *facta in Apoſtolicarum audientia publica litterarum.* & de officio Contradictarum non nulla dicit *Veſtr. in praxi lib.* 1. *cap.* 5. ſequitur, ac *in valuis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & audientiæ*

cau-

causarum Palatij Apostolici.

. Hęc pariter forma pręscripta fuit per *Bonifacium VIII. d.c.1.de dol. et cont.in extrau. com.*ibi *aut in Aula nostri Palatij post modum affigendæ Ianuis maioris Ecclesiæ loci, in quo Romana communis omnium Christiani populi nationum residebit Curia*. & in d. *Clem.1. de iud.*ibi *vel in Papali Palatio publicè,post modum maioris Ecclesiæ loci in quo Romanus Pontifex cum sua Curia residebit . Ianuis affigendæ*. vbi *gloss.*in verbo *maioris*. notat quod ideo Papa non dixit Cathedralis;quia Curia posset esse in castro, villa, vel oppido, vbi non esset Ecclesia Cathedralis, & ideo ęquiparātur Cathedralis, & matrix Ecclesia loci.

Hic aduerte quod in Vrbe tria sunt loca, quæ tempore Iuridico, ad effectum publicandi, & exequendi edicta, habentur pro publicis: videlicet officium Contradictarū, Palatium, seu tribunal Rotę, & Basilica Sancti Petri.

Tempore autem vacantiarum generalium, quæ indicuntur de mense Iulij, & finiunt in principio mensis Octobris, quo tempore audientia Contradictarum, & auditorium Rotę non habentur pro publicis locis, quia audientia cōtradictarum cessat, & Auditores Rotę ius nō dicunt, nec resident in eo tribunali; quo fit vt ad eadem loca, tunc nullus sit populi, Curialiumue concursus.

Sed tunc alia duo loca pro publicis habentur, videlicet Cancellaria Apostolica, & Bancus Cursorum in Acie campi Floræ, vbi Cursores eorum officium exercent: in Cancellaria enim cōcurrunt Curiales pro expediendis litteris Apostolicis, & in Banco Cursorum pro habendis incapsādis ve commissionibure alijsque negocijs.

Et propterea in edicto apponitur, quod tempore vacantiarum affigatur in valuis Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie campi Floræ, atque in valuis Basilicæ Sancti Petri, ad eam enim omni tempore frequens est fidelium deuotorumque concursus.

Sequuntur in edicto hæc verba. *Extra vero Romanam Curiam, & in partibus in valuis, N.et N.Cathedralium, seu Collegiatarum, aut Parrochialium Ecclesiarum, locorum nomi-*

nominatorum, tanquam in locis circumuicinis, & conuenientibus.

Hæc forma publicandi in alijs tribus locis extra Romanam Curiam, nō fuit præscripta per. *Bonif. VIII.* in d. *cap.* 1. *de dolo, & cont.* neque per *Clem. V.* in d. *Clem.* 1. *de iud.* Sed vsus stylusue Romanæ Curiæ illam superaddidit, vt facilius huiusmodi citationes possint deferri ad notitiam citatorum. Sic etiam leges, quamuis publicatæ ibi, vbi conditæ sunt, publicantur etiam in Prouincijs. *gloss.* in d. *cap.* 1. *de dol. & cont.* in verbo *personaliter*, vers. *item leges: Vestr. lib.* 4. *cap.* 3. *sub num.* 4. & dictum est supra, *cap.* 7. sub vers. *de citatione per edictum, num.* 297.

Subijcitur, *Affigendum publicandum, & exequendum.* Hic notādū est, quod quatuor actus fieri cōtingunt per executores huiusmodi citationum, videlicet scripturam citationis legere, affigere, publicare, & exequi, de quibus inferius dicemus.

Loca vero prædicta tāquam publica, & idonea pro præsentibus litteris exequendis ad instar edictorum publicorum, quæ olim in albo prætorio scribebantur duximus eligenda.

Et non sine ratione apponuntur hæc verba, nam Ciuitates, & earum Cathedrales, & oppida eorumque Collegiatæ, aut Parrochiales Ecclesiæ eligūtur pro huiusmodi citationum executionibus tanquam loca circumuicina, respectu scilicet loci in quo citandus degit, non autem respectu Prouinciæ, vel Regni. *Cassad. decis.* 6. *num.* 1. *de dol. & cont.* nec necesse est, quod sint de vicinioribus. *Achil. decis.* 15. *de dol. & cont.* dummodo sint ita vicina vt verisimiliter potuerit ad notitiā citati peruenire. *Bellam. decis.* 188. *Cassad. d. decis.* 6. sub *num.* 1 *de dol. & cont.*

Cathedrales autem Ciuitatum, & Collegiatæ, seu Parrochiales terrarum, seu oppidorum eliguntur tanquam loca publica, ad quæ concurrit quotidie populus ad audiendum diuina. *Clem.* 1. *de iud.* vbi *gloss.* in verbo *maioris. Cassad. decis.* 1. *num.* 1. *de appellat. V ant. de nullit. ex defec. citat. num.* 140. *Vestr. d. cap.* 3. *lib.* 4. *num.* 4. & 5.

Album prætorium erat locus de albatus, in quo publica

ca prætoris edicta proponebantur. *gloss.* in d. *Clem.* 1. *de iud.* in verbo *Albo*. & diximus supra, *cap.* 11. sub *vers. de citatione per edictum decernenda, num.* 399.

In quibus præfatas litteras publicè, & patulo Iudicio, & quasi sonoro præconio decreuimus publicandas, & affigendas. Istis verbis dicit Iudex se decreuisse litteras citationis per edictum, ob non tutum a cessum exequendas in locis vicinis. Quę autem obseruanda sint in hac citatione decernenda latè dictum est supra in, *cap.* 11. *vers. de citatione per edictum decernenda, num.* 386. Subiungit publicè, hoc est palam, & patulo Iudicio, hoc est semper omnibus aperto: patula enim dicuntur, quæ sunt sẽper aperta; patentia vero, quæ ad tempus, vt per *Calep.* in verbo *patulus*, valuæ enim dd. Ecclesiarum, tametsi ad tempus claudantur, omni tamen tempore ad eas patet cuilibet aditus. Sed ista verba solent per notarios omitti, quia forte illorum vim non percipiunt, vel quia ea non leguntur in dictorum Pontificũ constitutionibus, quamuis in d. *cap.* 1. *de dol. & contum. in extrauag. com.* legãtur hęc æquipollentia verba, *vt cunctis possint patere, & ita deferri citatis*.

Et illa verba, *quasi sonoro præconio,* important quasi alta voce populo conuocato, pręco enim est qui apud acta, aut in ciuitate publicè proclamat, vel pronunciat aliquid faciendum, vt in *vocab. iuris*, & in *Calep.* in verbo, *præco*.

Ne dictus citatus ignorantiam aliquam prætendere valeat, cum verisimilie non sit apud ipsum sic citatum, incognitum, & occultum remanere, quod tam patenter, & notorie omnibus extitit intimatum: optima est ratio cur ita citetur, quandoquidem, quæ fiunt in locis vicinis verisimiliter aliis innotescunt, *l.* 4. *§. toties, ff. de dam. infec.* quæ autem fiunt in remotis, non ita. *Clem. causam, de elect.* ibi *vel si domus eadem in remotis existat*.

Similiter, quæ fiunt in pluribus locis vicinis facilius ad aliorum notitiam possunt deuenire, quò circa si citatio per edictum legeretur affigereturque, & publicaretur in

vno

vno solo loco citatio non arctaret. *Rot.in nou. decis.5.de rescr.* prout neque arctaret, si legitime facta esset in vno loco, & in alijs legitime executa non fuisset, vt quia deficeret, vel lectura, vel affixio, vel dimissio copiæ, vel non essent adhibiti testes, vt per *Rot.in recent.decis.624. nu.9. & 10. par. 1.* adde *Rot.in nou.decis.1. de ferijs.* sub *n.2.* ibi, *quorum si aliquid deficiat, totum ruit.*

Authoritate Apostolica decernentes, quod præsens citatio taliter executa citatum arctet, & astringat, ac perinde valeat, ac si in eius persona propria citatus foret.

Sic enim voluit. *Bonif.VIII* in d. *cap.1 .de dol.& cont. in extrauag. com.* ibi, *ac arctent citatos post terminum lapsum, sicut si eos personaliter apprehendissent.*

Idéque approbauit. *Clem.V.* in d. *Clem.1. de iud.* ibi, *sic valeant, atque arctet citatos post lapsum terminum, ac si ad eos personaliter deuenissent.*

196 Reuera quod quis ita habeatur pro personaliter citato, res magni preiudicij est, & magni rigoris, & ideo. *Clemens V.* in d. *Clem.1.* dixit velle rigorem Constitutionis Bonif. VIII. temperare, non autem dixit velle tollere, dicens. *Nos rigorem ipsum mansuetudine temperantes, idē Statutum & præfatum modum citandi restringimus ad illos tantum, & in illis locum volumus sibi vendicare, qui faciunt, impediunt, vel procurant per se, vel per alios, quoquomodo nè ad eos possit citatio peruenire, vel quorum domicilia, siue loca non possunt tutè, liberève adiri. Rot. in nou. decis.8.de dol. & cont.* ibi *quia exorbitans a Iure communi. Vant.de nullit. ex defec. citationis, num.125.*

197 Et possibile est quod ita citatus, se citatum ignoret, vnde non videtur, quod velut contumax puniri, excommunicarive debeat, *cap. Sacro, de sententia excommunicat. Innoc. in cap. fin. de eo qui mit. in poss. Rot. in nou. dec. vn. nu.3. de ferijs, Vant. de nullit. ex defec. cit. num.141.* & si citatio ligaret ignorantes, tolleretur defensio, quæ est iuris naturalis. *Mart. Andr. decis.66. nu.2.* ideoque nullum edictum citatoriū ligat ignorantes. *Oldrad. cons.233. n.2.* & pęnæ dūtaxat paratæ sunt ad-

aduersus scientes, *l. vlt. ff. de decret. ab ord. facien.* non potest enim ignorans intelligi deliquisse, *l. ex maleficijs, §. 1. ff. de act. & oblig.* quò circa licitũ est allegare ignorantiam ad commodum ignorantis, *l. genero, ff. de his qui not. infam.* & quod ignorantia præsumatur propter absentiam, not. *Bal. in l. Titius, §. Lucius,* per illum *tex. ff. de lib. et posth. Dec. cons.* 460. *num.* 27.

198 Sed quod ignorantia ad effectum excusationis à contumacia probari possit iuramento, tunc scilicet quando ea posset esse verisimilis ex coniecturis, vide *Rot. in nou. decis. vlt. num. 2. & 3. de dol. & cont.* & adde *Tex.* clarum in *cap. fin. qui matr. accus. poss.*

Cæterũ ex prædictis concludo, quod qui nunquam fuit citatus personaliter non potest per Iudicem citari per edictum, nec haberi pro vero contumace, seu pro personaliter citato, cùm possibile sit, vt ad eius notitiam citatio non peruenerit.

199 Et ideo potest solummodo per Principem citari per edictum, & per eundem pro contumace haberi potest is, qui impedit quominus citatio per nuncium possit ad ipsum peruenire, vel degit in loco ad quem non sit tutus accessus, iux. dispositionem d. *Clem. 1. de iud. Castr. in l. ad peremptorium, num. 6. ff. de iud. Dec. d. cons.* 460. *num.* 25. *Mastrill. de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 4. vbi enumerãs 106. singularia, quæ per solum Principem fieri possunt, ponit trigesimo primo loco quod Princeps potest citare per edictum, & habere pro personaliter citato illum, qui nũquam fuit personaliter citatus, *num.* 174. adde *Mantic. decis.* 232. *num.* 6.

Et vltra quod de potestate non est disputandum, *§. sed & quod Principi, instit. de iur. nat. gent. & ciu. l. fin. C. de legib.* ratio est euidens, nè alias quilibet auderet, vel nuncium impedire, vel se recipere in locum non tuti accessus, & malitijs obuiandum est, *l. in fundo alieno, §. pen. ff. de rei vend.* & dolus nõ debet doloso patrocinari, *l. cùm profitearis, C. de reuoc. donat. Bal. in l. transactione, num. 2. C. de transact.*

200 Exposita hac citandi forma reliquum est vt quæ pertinent ad eiusdem citationis

executionem, breuiter adnotemus.

Mandat Iudex citationem istam legi in officio Contradictarum, non autem mandat affigi. Sed quod in officio nõ affigatur, nec dimittatur copia citationis dicit *Rota diu. decis. 332 num. 4 par. 3. lib. 3.* in alijs autem locis publicis mandat affigi, non autem repetit, & legi. Sed quod affixio originalis, & copię succedat loco lecturæ, dixit eadem *Rota diuers. decis. 298. par. 3. lib. 2.* & quod Curia cõtentetur de sola affixione, & dimissione copiæ, testatur *Vant. de nullit. ex defec. citationis num. 134. & seq. Cassad. decis. 4. de dol. & cont. nu. 2.*

Sed aduerte, quia vlterius mandat publicari, ideo censetur mandare, vt etiam legatur, non secretè, & voce summissa, sed publicè, & alta voce, tempore diuinorum, corã populi multitudine iuxta dispositionẽ *Clem. causam, de elect. Crescen. decis. 9. nu. 2. de dol. & cont.* vbi sub *num. 7.* declarat verbum publicare importare coram pluribus ad *Clem. 1.* in verbo *publicari, de sepult.* & ita nuncius legere debet publicè, & intelligibiliter coram populi multitudine, infra missarum, & aliarum diuinarum horarum solemnia stante populi multitudine ad audiendum diuina, & quod publicè alta & intelligibili voce fiat, taliter quod verisimiliter possit ad citandi notitiam peruenire. *Cassad. decis. 1. n. 3. de appellat. Vestr. lib. 4. cap. 3. num. 5.*

Et *Vant. de nullit. ex defec. citat. num. 121.* exponit citationem publicare, idest eandem publicè, & alta voce legere, vnde *Rot. apud Achil. decis. 14. de dol. & cont.* censuit citationem non fuisse benè executam, si tantum fuit affixa, & non lecta: quia forma erat data per hæc tria verba *affigendam, publicandam, & exequendam.*

Legi igitur debet in officio Contradictarum die iuridico per Notariũ eiusdem officij, seu eius Substitutum, citatio per Iudicem decreta, eiusque subscriptione signoué munita, qui eam perlectam signat cum subscriptione sui nominis, & cognominis, cum appositione sigilli eiusdem audientiæ.

Quæ postea per Cursorem publice affigitur in valuis Palatij

latij Apostolici, & Basilicæ Sancti Petri, Tempore autem vacatiarum pariter per Cursorem affigitur publicè in valuis Cancellariæ, & in officio Cursorum, & in valuis Basilicæ Sancti Petri, quæ eo tempore censentur loca magis publica. *Mobed.decis.1.de Ferijs.*

Ita tamen vt sufficiat in duobus locis, & legatur publicè & affigatur originale, & dimittatur copia, iuxta stylum Cursorum.

In partibus mittuntur citationes, seu edicta sigillo Auditoris, seu Iudicis munita, quod sigillum habetur loco decreti, *Put.decis.355. lib.3.* in partibus etiã sufficit, quod in solis duobus locis fiat executio, non solum si duo loci, sed etiam si tres legerentur nominati, seu deputati in eodem edicto, & hoc de stylo, quia alias de iure seruanda esset forma. *Bellam.decis.14. & 194.Rot.decis.5.de rescr.in nou.Vestr.lib.4.cap.3.sub n.4. Vant. de nullit. ex desec. citat. num.133.* & dictum est supra, *cap.7.vers.de citatione per edictum ob non tut. access.n.274. & 290.*

Hæc lectio, & affixo quæ requiritur, *Rot.decis.8.de dol. & cont.in nou.Cassad.decis.4. eodem tit.Put.decis.168.lib.2.* debet fieri cum originali, non cum copia, & publicè coram populi multitudine, & hora diuinorum. *Rot.diuersor.decis.1057.par.3.lib.3.num.1.* & superius dictum est, Post affixionem originalis, ne alias deperderetur, & quia debet reproduci, dimittenda est copia collationata, vt per internallũ temporis affixa maneat quò facile ad citati notitiam per videntes, & transeuntes possit deferri. *Put. decis.25. num.2.lib.2.*

Et videtur quod tota citatio debeat perlegi, non enim sufficit legere principiũ sine fine, nec finẽ sine principio, *Mobed.decis.6.de probat.*

Additur in edicto verbum exequi, quod importat perficere, & implere, & effectui executioniue demandare, quæcunque commissa sunt.

Et propterea si citatio lecta esset & affixa, & publicata in vno tantum loco, executio non esset bona; quia non esset impleta forma, cùm numerus pluralis nõ verificetur in vno, *l.fin.ff.ad Trebell.l.vbi numerus, ff. de testibus, Cassador.* de-

decis.1.de dol.& cont.sub n.2. facta tamen in duobus, licet in edicto essent deputati tres loci in partibus, valeret, quia de iure est vt fiat executio in Vrbe, in partibus autem vt fiat est de stylo, qui etiam induxit vt sufficiat executio citationis in duobus locis in Curia, & in alijs duobus extra Curiam. *Rot. decis.5. de rescr.& decis.8.de dol. & cont. in nouis. Bellam. decis.* 194. *Cassad.decis.1.num.2.de dol.et cont.Put.decis.213.in fin. lib.1.* & superius etiam dictum est.

201 Sed vbi debeat inchoari executio, an in Curia, an in partibus, dic quod in Curia, vt prius impleatur forma iuris, atque vt seruetur ordo scripturæ, cuius præposteratio vitiat actum, quãdo datus est pro forma, ex iuribus adductis per *Euerard. in loco ab ordine, num.* 10. & quia fiunt plures executiones diuersis in locis, ideo terminus citationis non incipit currere, nisi à die vltimæ executionis. *Cassad.decis.1.n.3. de dol.& contum.*

202 Similiter ratione omissionis formæ executio huius edicti ad valuas Ecclesiarum non esset bona, si non fuisset facta, quando aderat populi multitudo, in hora diuinorum. *Put. decis.* 75. *lib.* 1. prout nec esset bona si fuisset facta cum transumpto, non autem cum originali. *Rota diuers.decis.1057.par.3.lib.3.*

Tandem huiusmodi executio in partibus facta non esset bona, nisi fuissent adhibiti Testes in ea. *Rot. diuers. decis.1016.par.3.lib.3.*quãdo scilicet fuisset facta per Notarium, cui non creditur, nisi de actu coram Testibus gesto. *Put.decis.5.nu.1.lib.3.Seraph. dec.1085.Rot.post cons. Farin. par.1.decis.99.num.2.*

203 Nisi tamen stylus adesset quod Notarius in exequẽdis citationibus fungeretur vice nuncij publici; quia tunc sicut creditur Nuncio ratione sui officij, & iuramenti, *gloss. in cap.cùm parat,* in vers. *Suus nuncius. de appellat.Specul. de cit.* §. 1. vers. *de citatione per Nuncium publicum, num.* 51. & seqq. ita & Notario stante d.stylo credendum est sine Testibus. *Greg.decis.426.n.5. & 6.& decis.453. n.4. Coccin. in decis.404.n.3.& decis.475. nu.8.Buratt.decis.146.n.4.* & dictum est supra *cap.7.nu.97. & cap.8. num.* 119.

Sed hic singulariter animaduerto quod dd. *decis. Greg. Coc.* & *Burat.* Canonizantes stylum Hispaniarũ, vt executio citationis facta per Notarium non adhibitis Testibus valeat, non loquuntur de executione huiusmodi citationis per edictũ ob non tutum accessum, quæ vt supra rigorosa est, & exorbitans, & debet legi, & affigi, & publicari corã populo, vnde facilè est, & Testes adhibere, atque vt puto non possunt verificari in executione citationum quarumuis Romanæ Curiæ, quæ diriguntur Tabellionibus, non autem Nuncijs publicis, sed in solis citationibus iudicum de partibus.

Et moueor triplici ratione, & prima; quia dicta *decis. Rotæ diuers.* 1016. *par.* 3. *lib.* 3. legitur facta in causa Aurien. Parochialis, & nihilominus Domini, bis resoluerunt citationem per affixionem factã per Notarium non valuisse; quia in executione non apposuit testes, non autem illam sustinuerunt ex stylo Hispaniarũ.

Secunda ratione moueor; quia stylus debet probari in terminis controuersiæ, non autem in genere. *Rota diuers. decis.* 200. *nu.* 5. *par.* 1. *Seraph. decis.* 78. *num.* 2. & supra dictum est, *cap.* 8. *num.* 101. & ideo quamuis de stylo Notarij haberentur in executione citationum tanquam Nuncij publici; non tamen sufficeret probatio styli in genere: sed deberet probari in specie de executione huius citationis per edictum rigorosę, & exorbitantis a Iure communi, necnõ requirentis lectionem, affixionem, & publicationem coram populo, quæ coram testibus facilius fieri potest, quàm aliæ, quæ fiunt in personam, & domi, quæ etiam prædicta requirunt. *Clem.* 1. cum ibi *not. de iud.*

Tertia, & vltima ratione moueor; quia huiusmodi citationes per edictum à Romana Curia in partibus non committuntur Nuncijs publicis, Plazarijs, seù Baiulis, cùm sint personæ viles, & legere nesciant vt plurimum; sed diriguntur vniuersis Abbatibus, Prioribus, Curatis, clericis, Notarijsque & tabellionibus, vt in formularijs, & ideo cum Notarij deputentur vti tales, non autem vti publici Nuncij, debent vti Notarij adhibere Testes, non au-

autem vti publici Nuncij illos omittere.

Et propterea ex generali obseruantia cuius etiam meminit *Vant.de nullit ex defec. cit.num*.148.*& seq*. citationes per Iudices Rom. Curię directas omnibus,& singulis consueuerunt exequi tabelliones seu Notarij adhibitis testibus, & de actu executionis conficere publicum instrumentum, cui per partem in actis producto & per testes legitime recognito, quoad executionem plenè creditur, illiusque vigore ad vlteriora proceditur hic in Curia per contradictas.

204 Citatio enim per edictum ob non tutum accessum generaliter conceditur ad comparendum ad omnes, & singulos actus vsque ad sententiam inclusiue, instructè cum omnibus iuribus scripturis, ac monumentis causam concernentibus. *Rot.in nou. decis*.10.*de sententia, & re iud. Vestr.lib*.4.*cap*.2.*num*.6.

205 Quocirca si citatus non cōparet in termino habetur pro personaliter citato,& pro vero contumace, & contra eum proceditur per contradictas. *Rot.in nou.dec*.8.*de dol. & cont*. de qua citatione per contradictas multa dicta sunt in *cap*.7.*vers.de citatione per contradictas, num*.310.

Et alia in *c*.11.*vers.citatio, seu processus per contradictas quando possit decerni,n*.406.& successiue potest subsecuta contumacia puniri,& excommunicari,quamuis non fuerit personaliter citatus,& monitus,*cap.certum*.11.*q*.3.*Seraph. decis*.1296 *nu*.3.*&* 4.*Felin*.in *c.Cùm sit Romana.de appellat. Genuen.in praxi Neapol.c*.24.*n*.12.*vers.nota* & dictū est supra *cap*.11.sub *vers.de decreto citat.personalis,n*.259.*et seqq*.

206 Declara tamē primo,quod si edictum contineret citationem ad aliquos actus solos, non autem ad omnes, & singulos vsque ad sententiā exclusiuè, tunc citatus nō comparens fieret contumax quoad illos tantum, non autem quoad alios actus in citatione non comprehensos,& successiuè quoad illos nō posset excommunicari, *l. de vno quoque, ff. de sententia & re iud.* non enim contumacia potest induci sine citatione, *Bal.in l. fin.n*.5.& seq.*ff. de restit. in integ.Corn.cons*.17.*n*.3.*lib*.1.

Imò nec cum citatione il-

legitima, *gloss. in cap. de causis §. 1. in verbo venire. de off. deleg.* quando scilicet euidenter est illegitima, secus si dubitetur, *gloss. fin. in cap. veniens, de accusat. Afflic. dec. 366. n. 16. Rot. in recent. decis. 685. n. 6. par. 2.* vide alia *in cap. 7. vers. de cit. generali ad totã causam, n. 113. et in cap. 9. sub vers. de exprim. causa propter quam quis citatur, num. 409. & seqq.*

207 Declara secundo quod adhoc vt citatus per huiusmodi edictum posset excommunicari, non sufficeret probare quod in vicinis partibus edictum fuerit affixum, & publicatum: sed oporteret etiam probare quod in vicinis partibus taliter affixum fuerit, vt ad citati notitiã potuerit verisimiliter peruenire, per *not. in cap. si aduersus. de eo qui mit. in poss. Bellam. decis. 188. Felin. in cap. quoniam frequẽter, §. Porrò, nu. 20. vt lit. non contest. Vant. de null. ex defec. citat. num. 141.*

208 Declara tertio, & vltimo q̃ ita citatus, & non comparens non potest puniri, neque excommunicari, quando terminus ad comparẽdum fuit nimis breuis, quia huiusmodi citatio dari non debet nisi cũ termino competẽti, vt in *c. 1. de dol. & cont. in extrau. com. & in Clem. 1. de iud.* considerata scilicet locorum distantia, computatis 20. milliarijs pro singulo die, *l. 1. ff. Si quis caut. §. Qui autẽ excusare, inst. de excusat. tut. & curat.* alias tanquam temeraria citatio non arctaret citatum ad cõparendum etiam post terminum, *l. aut qui aliter, ff. quod vi aut clam.* vbi *Bar.* & *alij. Cassad. decis. 6. n. 3. de dol. & cont.* sed nulla est. *Put. decis. 150. lib. 3.* & habetur pro nõ facta. *Caput. decis. 263. n. 8. par. 3.* sed plura de tẽpore in citatione exprimendo explicata sunt in *c. 9. n. 473.* cum pluribus sequentibus, & alia plura vide in *cap. 10. vers. sequitur dicendum de termino citationis, num. 494. & seqq.*

Satis dictum sit de executione citationis per edictũ ob non tutum accessũ, superest vt dicamus de executione aliarũ citationum, quæ fiunt, vel per contradictas, & edicta respectiuè, vel per diligẽtias, vel per proclama, vel per sonum Tubæ, vel Campanæ, quas supra *cap. 7.* inter alias citationum species enumerauimus, & explicauimus.

DE

DE EXECVTIONE Citationis per Contradictas, Et Edicta respectiue.

209 Hoc citādi modo sola vtitur Rom. Curia, desūpto tamē ex regulis iuris, maximè, *ex Clem. Causam, de election. Bellam.decis.*310.*Cassad.dec.*1. *de appellat. num.*1. *Vant. de nullit.ex desec.citat. nu.*100.

210 Tūnc scilicet quando absens de longinquo, qui ad totam Causam fuit citatus personaliter, non comparuit, & factus fuit contumax, alias non. *Rot.in ant.decis.*12. *de dol.& cont.& decis. 6. in nou. Seraph.decis.*1100. *nu.*5.cum alijs per *Greg.decis.*430.*nu.*1. & ibi per *adden.num.*5.

Vel si comparuit postea recessit Procuratore non dimisso. *Rot. in nou. decis.*17. *de dol.& cont.Greg.decis.*110. & ibi *adden.* Vel si Procurator dimissus recessit. *Caput.decis.*262.*num.*2.& 398.*par.*2. *Rot.in recent.par.*2.*decis.*486. *num.*2.& 3.Vel etiam si Procurator obijt in Curia. *Vestr. in praxi lib.*4.*cap.*5.*nu.*5.*Rot. in recent.decis.*191. sub *nu.*6. *par.*2.

211 Qui vero nunquā fuit personaliter citatus, non potest citari per contradictas. *Put. decis.*109.*lib.*2. cum alijs per *Caualer.decis.*410. *n.*2. *Rot. in recentiss.par.*1. *decis.*365.*n.*5.

Item nec ille qui præsens est, & eius præsentiam citans non ignorat. *Seraphin. decis.*1352.*num.*4.

Item neque ille qui habet Procuratorem in Curia. *Caualer.decis.*35.*num.*3.*Rot.in recent.par.*2.*decis.*486.*nu.*2. & 3.

212 Ille autem qui vel latitat, impeditue se citari, seu degit in loco non tuti accessus, quamuis non sit citatus personaliter, tamen citatur per Contradictas, quia factis diligentijs, habetur pro personaliter citato. *Clem.*1. *de iud.* & superius dictū est hoc eodem capite, & multò plura de hac citatione per Cōtradictas, dicta sunt in *cap.* 7. *vers. de cit. per contrad.nu.*310.& *cap.*11. *vers. citatio seu processus per contradictas quando possit decerni, num.*406.

213 Executio huiusmodi citationis fit in audientia Cōtradictarum, tanquam in loco publico Curialium, vbi præsumitur quilibet habere Pro-

curatorem, per quem possit ad notitiam citati peruenire citatio, quæ ibi publicè legitur. *Vestr.lib.1.cap.5.num.1. & seqq.*

Et huiusmodi citationem non exequuntur Cursores, sed Notarius eiusdem officij, vel eius substitutus,& per solum actum legendi, non autem affigendi, dimittendiue copiam. *Rot.diuers.decis 332. num.4.par.3.lib.3.*

Omnes igitur, & singulæ citationes in quouis Iudicio necessariæ, quæ contra præsentes, vel personaliter, vel domi fierent, fiunt per contradictas contrà absentes cōtumaces per Notarium dicti officij, qui eas legit,& postea signat sigillo eiusdem officij, & se subscribit, & formula hæc est.

Mandat Illustrissimus, ac Reuerendissimus D.A.C.siue in Ciuilibus R.P.D. Locūtenentes per audientiam litterarum Contradictarum Sanctissimi D.N.Papæ, vt moris est citari, & citatur D.N. ex aduerso principalis,quatenus prima die Iuridica compareat coram D.A.C. siue Locumtenente ad dicendum contra Iura, &c. vel dicendū causam quare, &c. instan. D. N.Principali, siue. in quorum, &c. dat.Romæ.

Et ita concipitur quæuis citatio, vt præmittatur commissio, seu mandatum de citando,& nomen Iudicis causæ,siue sit, A.C.siue Auditor Rotę aliusue Iudex commissarius, deinde exprimitur nomen citandi, & successiue causa propter quam quis citatur, siue ad dicen.contra articulos, ad terminos substantiales, & ad sententiam, & ad alios actus Iudiciales,& nomen instātis, & terminus. Iuxta late dicta in *Cap.9.*

Istæ Contradictę leguntur toto anni tempore, excepto tempore vacantiarum generalium à principio mensis Iulij, vsque ad principium mensis Octobris.

Leguntur itaque die Iuridica in audientia Contradictarum, & Notarius signat, & subscribit in hac forma.lecta vt supra die,mense,&c.

Istæ citationes per Contradictas ita executæ reproducūtur in actis Notarij causæ, qui in pede citationis notat instantiam partis, & decretum Iudicis. Fiunt equidem huiusmodi citationes con-

contra absentes contumaces absque vlla contradictione, dicũtur nihilominus Contradictę: quia leguntur in officio Contradictarum, vbi per Auditorem à Papa deputatum audiuntur cõtradictiones impetrantium litteras Iustitiæ, quando controuersia est, vtputa de persona Iudicis, & de loco vbi agendum sit Iudicium, & de similibus, quas contradictiones idem Auditor audire debet, & definire; qui locus publicus dicitur, quia ibi quæcunque publicationem requirunt, per Notarium deputatum alta & intelligibili voce leguntur, quasi per preconem. *Vestr. in praxi lib. 1. cap. 5. num. 2. & lib. 3. cap. 3. sub num. 4.*

114 Tempore autem vacãtiarum quo cessat Audientia Contradictarum, & etiam Audientia Rotæ, & aliorum Iudicum Commissariorum, Auditor Cameræ qui solus eo tempore procedit, decernit citationem per edictum, quam Cursores exequuntur per solum actum affigendi, cuius citationis eiusque executionis forma, hæc est.

Nos N. præsenti publico edicto citamus, & citari mãdamus N. exaduerso principalem per affixionem ad valuas Curię Nostrę, & Aciei campi Floræ, vt moris est, quatenus prima die iuridica legitimè cõpareat ad dicen. contra Iura, &c. instan. &c. quod edictum notatur per Notarium causæ, & traditur Cursori, qui illud publicat, & affigit ad valuas Palatij eiusdem A.C. & ad Bancum Cursorum in Acie cãpi Floræ; & in pede facit suam relationẽ, affixi vt supra die, &c. N. Cursor. idemque edictum recipit Notarius causæ, illudque subscribit & signat sigillo A.C. & in calce illius notat instantiam partis, & decretum in forma Curialibus satis nota. Nobis autem satis sit ad notasse citationem per Contradictas publicari solo actu lectionis per Notarium Contradictarum tempore iuridico, citationem autem per edictum publicari solo actu affixionis, & in duobus locis publicari per Cursorem, & vtramque citationem fieri cõtra personam certam absentem & contumacem, quæ citata personaliter, vel non comparuit, vel recessit non constituto pro-

curatore, vel eo postea absente siue mortuo vt supra.

DE EXECVTIONE Citationis per diligentias.

215 Quando in Curia citatus comparuit, & introducto Iudicio cœpit latitare, itaut nequeat ad reliquos actus personaliter citari, Romana Curia vtitur hac citatione per diligentias, cuius executio fit per Cursores per actum perquisitionis, & affixionis hac forma.

Pars concipit citationem necessariam ad actum quem vult fieri, & tradit Cursori, vt faciat diligentiam de ea personaliter exequenda videlicet, citatur N. exaduerso principalis ad dicen. &c. instan. qua recepta Cursor perquirit personam citandam, & in pede citationis facit hanc relationem, feci diligentiam per Vrbem inueniendi dictum N. quem inuenire & reperire non potui, die, &c. N. Cursor, & hic noto dicendi elegantiam, quia reperire fortunæ est, inuenire consilij, vnde Ouid. lib. 1. Metam.

Tu non inuenta reperta es

Ista citatio reproducitur per partem, & petitur vt Iudex mandet fieri diligentiam de perquirenda persona citanda per duos Cursores, & ita notatur decretum. Comparuit idem & petijt & institit, ac obtinuit diligentias committi duobus Cursoribus in forma, omni, &c.

Deinde fit alia similis citatio de verbo ad verbum cũ prima, & traditur duobus Cursoribus, vt diligenter citandum perquirant, qui relationem hanc faciunt. fecimus diligentiam per Vrbem inueniendi, ac reperiendi d. N. & non potuimus eum inuenire & reperire. die N. Cursor, M. Cursor.

Reproducitur hæc citatio, & fit instantia, vt Iudex mandet citari dictum N. ad eundem actum per affixionem ad valuas Curiæ, & Aciei campi Floræ in forma, & fit huiusmodi decretum. Comp. idem N. & stantibus dd. diligentijs petijt, & institit, ac obtinuit decerni processum per affixionem ad valuas Curiæ, & Aciei campi Floræ in forma, & omni, &c.

Postea fit tertia, & vltima citatio eadem & similis, cum pri-

primis duabus hoc solum addito, citatur N. ex aduerso principalis per affixionem ad valuas Curiæ, & Aciei cāpi Floræ ad dicen. &c.

Cursor facit relationem, feci per affixionem vt supra.

Qua reproducta Iudex facit suum decretum iuxta petita. Addamus modo rationem modi istius procedendi

216 Facta itaque diligentia iuxta solitum, Cursor refert non potuisse d. N. inuenire nec reperire, & propterea Iudex mādat fieri diligentias per duos Cursores ad abundantiorem cautelam, quandoquidem nuncio credendū est, quando refert factis diligentijs reperire nec inuenire potuisse, ex adductis *supra Cap. 7. sub vers. de Citatione per nuncium publicum, nu. 71. & cap. 11. sub vers. de decreto citationis ad domum, nu. 333.* & ad faciendum quascunque diligentias opportunas: Regulariter duo deputantur, vt *supra d. cap. 7. nu. 342.* & quod duo Cursores in hoc casu deputentur ad abundantiorem cautelam dixit *Rot. in Cathanien. illegitimitatis coram Blanchetto 3. Martij 1586. impressa per March. de commiss. in particulari. par. 1. cap. 3. fol. 172.* atque *Rot. diuers. decis. 258. num. 4. par. 3. lib. 2.* ait quod Domini non curarunt de nullitate deducta ex eo, quod diligentia erat facta per vnum Cursorem, & non per duos de reperiendo principalem: quia hoc est de stylo Curiæ, vt in ea.

Ceterum ego hāc decisionem veram puto dumtaxat quoad primam relationem; sed non quoad secundam: nā stante commissione diligentiæ duobus Cursoribus facta per Iudicem, si vnus solus referret fecisse diligentiā, apud me executio esset nulla; quia non fuisset seruata forma mandati & cōmissionis iuxta superius dicta, hoc eodem Capite, *nu. 156. & 157.*

Factis demum diligentijs Iudex optimo Iure mandat citari per affixionem ad valuas eius Palatij, & in officio Cursorum in Acie cāpi Floræ tanquam in duobus locis publicis in quibus copia citationis debet affigi, cùm originalis citatio sit reproducenda in actis, & sufficiat citationis exemplum affixum in duobus locis post adhibitam diligentiam in quærendo eo qui

qui citari debet, extat *decis. Put.213.lib.1.*

De alia autem diligentia, quæ de iure in principio causæ præmitti debet de reperiendo principali, vel procuratore antequam decernatur citatio ad domum plura dicta sunt supra *cap.7.vers. de citatione per diligentias*, nu.341. & *cap.11.vers.perquisitio personæ citandæ personaliter quo in loco & quomodo fieri debeat, nu.267.& vers. sequen. perquisitio Procuratoris quando fieri debeat, num.* 298.

DE CITATIONE Per edictum extra Curiam, & eius executione.

217 Edictum intelligo idest iussum, seu mandatum publicũ quod fit publica auctoritate, aut à Principe. sic legitur *Lucæ cap.2. Exijt edictum à Cæsare*, & est *tex.in §.Sed, & quod Principi, instit. de iure nat. gent.& Ciu.* ibi, *vel edicto, præcepit*, aut fit a Prætore, seu Iudice, *l.Barbarius, ff.de off.Prætoris* ibi *quæ decreuit*, vbi *gloss.* exponit, *edicta proponendo*, *§. Prætorum quoque edicta.instit. de iur. nat. gent. & Ciu.* vbi *gloss.* exponit, *prætorum edicta, quæ scripta erant in albo Prætoris.*

218 Quando igitur, siue Princeps, siue Iudex, publica authoritate mandat in publicis locis aliquem citari, seu in ius vocari, vtique dicitur citare per edictum; adduco *tex.*in *l.Si quis id quod, ff. de iurisd.omn.iud.* ibi *prout res incidit in albo, vel in charta, vel in alia materia propositum erat*, vbi *gloss.* in verbo *incidit*, explicat, *vt de aliquo vocando in ius*, & in verbo; *in albo* exponit *in dealbatione quadam, & in muro fortè, vt in Palatio Bononiensi.*

219 Hæc citatio fit in subsidium quotiescũque quis citari nequit personaliter, vel domi; tunc scilicet quando, vel impedit se citari, vel degit in loco non tuti accessus, *Clem.1. de iud.* quam citationem per edictum in Curia decretam, ob nón tutum accessum publicari tam in Curia quam extra in locis publicis latè diximus in *cap.7.vers. de cit.per edictum ob non tut. access. num.*274. & in *cap.11. vers.de citatione per edictum decernenda, num.*386.& superius in hoc *Cap.* vers. *de exec. citat. per edictum ob non tut.* ac-

accesſ. qualiter commit. n. 195.

Item fit hæc citatio, quando quis citatus de longinquo non comparuit, vel poſt comparitionem receſſit Procuratore non dimiſſo, vel quando Procurator conſtitutus non acceptauit vel diſceſſit, vel obijt vt ſuperius in hoc *Cap.* dictum eſt *verſ. de execut. cit. per Contrad. & edictum reſpec. num.* 209.

Extra Curiam autem conſtito de contumacia, receſſu, vel latitatione citandi, Iudices de partibus etiam ſæculares decernũt citationes per publicum edictum ad *tex. in auth. qui ſemel, C. quom. & quando iud.* vbi *gloſſ.* in verbo *Tribus edictis*, & *Bar. ibidem*, & in *conſtit. ad reprimendum*. in verbo *edictum*, *Abb. & Felin.* in *cap. Quoniam frequenter, §. Porrò. vt lit. non cont. Vant. de nullit. ex defec. cit. num.* 229.

220 In cuius executione tria regulariter sũt neceſſaria, videlicet vt legatur, affigatur, & copia affixa dimittatur per tempus congruum, vt tranſeuntibus poſſit patefieri. *Rot. in nou. deciſ.* 8. *de dol. & cont. Caſſad. deciſ.* 4. *eodem titul.* quamuis Rota contenta ſit de ſola affixione, & publicatione, ſeu dimiſſione copiæ, vt per *Caſſad.* d. *deciſ.* 4. affixio enim eſt, quæ Principaliter requiritur à iure, vt in *Clem. cauſam. de elect. & in Clem.* 1. *de Iudic. Vant. de nullitat. ex defect. citat. num.* 134. & 135. vbi dicit quod *Bar.* in *extrau. ad reprimendam* in verbo *publicè* ſenſit per illum *Tex.* quod de iure Ciuili ſufficit, vt edictum in aliquo loco publico legatur, quaſi quod in hoc ſit differentia inter ius Canonicum, vt exigat affixionem & ius Ciuile exigat lectionẽ, & allegat *Tex.* in *l. de pupillo*, at vult dicere in *l. ſed etſi pupillus, §. proſcribere, ff. de inſtit. act.*

Sed ego animaduerto quod *Tex. in d. conſtit. ad reprimendum* habet hæc verba. *Seu etiam per edictum publicè propoſitum*, & *Bar.* ibi in verbo *publicè*, exponit *ſolam propoſitionem requirit.* quæ verba apud me non important lectionem; ſed affixionem: proponere enim ſignificat in publico ponere, ſic *Plin. lib.* 35. *cap.* 10. loquens de Apelle, dicit perfecta opera proponebat in Pergula tranſeuntibus, atque poſt tabulam latens vitia,

tia, quæ notarentur auscultabat, vulgum diligentiorem Iudicem, quàm se præferens, vt etiam refert *Bud.* in *annot. in pandectas* ex *l. Si vero, ff. de ijs qui deiecer.* Pergula autem est locus apertus à multis Lateribus aërem accipiens, aliquando extra parietem porrectus, & modo tectus, modo subdio expositus, à pergendo dicta, quod in ea deambulare soleamus sic in Pergulis Grammatici discipulos erudiebant, vnde Sueton. dicebat de Crassitio Grammatico, deinde in Pergula docuit. Insuper in d. §. *Proscribere* dicitur formaliter *proscribere palàm sic accipimus claris litteris, vt de plano rectè legi possit, ante tabernã, vel ante eum locùm, in quo negociatio exercetur,* vbi *gloss.* in verbo *de plano* exponit *idest a terra*. Et propterea concludo quod de iure Ciuili, re benè perspecta apparet non lectionem præcipue esse necessariam; sed edicti propositionem, & affixionem claris litteris in loco publico, vt de plano, seù in terra ij qui transeunt, possint legere, quam affixionem etiam præcipue, vt dictum est requirit ius Canonicum ad eo vt veram non putem differentiam inter vnum & aliud ius, per Vantium factam.

221 Sed an de iure requiratur affixio in vno loco publico, an vero in duobus? *gloss.* in *Clem. causam, de elect.* in verbo *loco aliquo* dicit patere per illum *Tex.* satis esse quod fiat in vno loco, dummodo sit publicus; sed sanum esse Consilium quod pluribus in locis fiat publicatio, quia tanto maior præsumptio erit scientiæ, sequitur *Cassad. decis. 1. num. 2. de dol. & cont.*

222 Hic aduertendum est ad *cons. Surdi. 181. lib. 1. num. 34.* qui in casu quo delegati à Sede Apostolica cum clausula vocatis vocandis citarunt tãtum in vno loco interesse habentes, videlicet in valuis Ecclesiæ, consuluit citationem valere tametsi factam in vno, & non in pluribus locis, dicens esse de iure vt in vno loco fiat, licet aliud sit quando alia forma præscribitur in rescriptis, vt fiat in pluribus, & dicit quod *Clem. causam, de elect.* & *Clem. 1. de iud.* loquuntur de vno loco, & non de pluribus, & quod ita tenet *Rot. in nouis decis. 223.* quæ

est

est 8. *de dol. & cont.* & quod ita quoque declarat. *Vant. de nullit. ex desec. citat. num.* 130. & 133.

223 Aduertendum est inquam quia d. *Clem. causam, de elect.* loquitur de publicatione appellationis extraiudicialis, ad effectum inducēdi scientiam absentis, id quod, cùm modici sit præiudicij, mirum non est si Papa ibi vult sufficere affixionem, & publicationem factam in vno tanto loco, & ibi not. *gloss.* in verbo *loco aliquo*. Sed *Clem.* 1. loquitur in alio casu, quo quis citatur per edictum, non ad solum effectum inducendi scientiam, sed ad effectum vt absens habeatur pro personaliter citato, & possit condemnari tanquam verus contumax; quod cùm sit maximi præiudicij, ideo Papa expresse mandat quod fiat citatio alternatiue, vel in audientia Contradictarum, vel in Palatio Apostolico, & postmodum in ianuis maioris Ecclesiæ affigatur, & ita non verificatur, quod Papa in tali casu loquatur de vno loco tantum, sed de duobus.

Rot. in nou. decis. 8. *de dol. & cont.* dicit quod licet *Clem. dum*, quæ est 1. *de Iudicijs*, loquatur de affixione fienda in vno loco, puta in albo Prætoris, in cuius locum succedit hodie Palatium Apostolicū; tamen quia Papa vult, & mandat eam fieri in pluribus locis, forma huius mādati diligenter est seruanda, quia exorbitans à iure communi, tum etiam quia arctat ignorantem.

Hæc verba Rotæ debent intelligi sano modo, vt illa non censeatur aliud dicere quàm in allegato textu dicatur: non enim loquitur d. *Clem.* 1. de affixione in albo Prætoris, & sic in vno loco, sed in pluribus, videlicet in ianuis Palatij, & Ecclesiæ maioris, ad instar scilicet edictorum in albo Prætoris propositorum.

Et dum dicit de forma huius mandati seruanda non debet intelligi quasi sit mandatum in rescripto particulari, quia d. *Clem.* est constitutio Generalis, & quod in ea mandatur debet seruari vti mandatum legis, & facit Ius commune.

Et in quantum subiungit *Surd.* quod ita declarat *Vant. de nullit. ex desec. cit. num.* 133. vbi

vbi dicit quod si Romana Curia non dedisset formam citandi in pluribus locis sufficeret quod in vno loco publico exequeretur, vt in *Clem*.1. in verbo *in aliquo*, *de iud*.aduerte,quia in d.*Clem*.1. hoc non dicitur, neque in *gloss*. neque adest verbum *in aliquo*. Sed hoc dicitur in *Clem.causam,de elect*.vbi *gloss*. in verbo *loco aliquo* dat consilium quod supra retuli, & vt dixi loquitur in casu modici præiudicij:sed *Clem*.1.*de iud*. vt etiam dixi,loquitur in casu magni præiudicij : ideo mandat fieri publicationem in pluribus locis.

225 Et clausula rescripti *vocatis vocandis* debet intelligi iuxta formã iuris communis, *cap.causam, de rescr*.& rescriptum recipit illam interpretationem, quam reciperent iura de ea materia loquentia. *Gemin. in cap. licet Canon*. §. *fin.num*.4.vers.*nota bene.de elect. lib. 6. Caput. decis*.263. *num*.5.*par*.2.:& quando Papa seu Princeps subdelegat alteri causam, intelligitur velle quod procedat ordine iuris seruato. *Bal.* in *rubr. de off. deleg. Mohed. decis*.7. *num*.5. *de restit. Spoliat*.cum alijs deductis supra *cap*.8. *num*.227.

Forma autem iuris est, vt qui sunt certi interesse habẽtes, nominatim citentur, qui autem sunt incerti, citentur generaliter, quatenus sua interesse putauerint, vt dicemus in *seq.vers*.

226 Et ideo quod ibidem subiungit *Surd num*.35.non subsistit,nempe quod citatio valeat facta eo modo quo Iudices delegati mandarunt eam exequi;quia respondeo quod tali casu executio citationis valet tanquam facta seruata forma mandati; sed citatio non valet quando esset decreta contra formam, & ordinem Iuris, quem Iudex nõ potest peruertere.

227 Non obstat quod inquit ipse eodem *num*. 35. quod licet citatio tolli non possit, tamen eius forma possit mutari, & alterari. *Oldrad. cons*.43.*nu*.1. & sicut fieri potest per Principem, ita etiam per eius delegatum; quia respondeo quod non valet argumentum de maiori ad minus, & non potest quis dici delegatus a Principe nisi respectu eorum, quæ sibi per Principem cõmittuntur.Ideo si Princeps cõmitteret delegato

gato

gato, vt citaret variato mutatoue ordine iuris cõmunis, fateor quod id posset facere tanquam Princeps; quia à Principe id dicitur fieri quod eius authoritate fit, & mandato, *l.1.§.sed neque in fine, C.de vet.iur.enucl.* Sed quando Princeps committit delegato, vt citet eos, qui sunt citandi, quod delegatus à Principe possit variare, & mutare ordinem citandi à iure comuni statutum, omnino nego: nam clausula *vocatis vocandis* apponitur in rescriptis ad præseruandum ius alterius, & facit executorem mixtum, vt teneatur seruare ordinem iuris, & citare eos, quorum interest. *Greg.dec.69. num.4.* cum alijs latè deductis *supra cap.2.num.36.* & quod ordo iuris in citando non possit per Iudicem peruerti, dictum est supra *cap.11.vers. de decreto citationis personalis, num.227. & seq.* & per quas clausulas Princeps censeatur dare facultatem omittendi citationem, seu variandi modum citandi, vide *supra cap.8. num.227. vsque 239.*

228 Neque obstat quod idem *Surd.* subiungit *eodem nu.35.* quod Statutum possit mutare formam citandi, vt per *Bar. in l.1.col.2.C.quom. & quando iud.* atque quod Iudicis ordo, seu decretum facit validum, quod alias esset nullum. *Spec. in tit.de Tutore,§.Generaliter, nu.7. Cepoll.in caut.17.Castr. cons.17.num.2.vol.1.Ias. in l. licet, nu.8.vers.2.fallit, C.de procur.Neuiz.cons.17.nu.35. Natt.cons.334.nu.3.* per eundem *Surdum ibidem allegatos*, quia respondeo quod quantum ad Statutum latè dictum supra *cap 8.num.89. & seqq.* quod potest tollere defensionem ciuilem, & variare modum citandi, dummodo totalem citationem, & defensionem naturalem non tollat.

Et quantum ad Iudicem, quod in extraiudicialibus, & quando procedit ex officio ad publicam vtilitatem, possit omittere citationem, secus autem in Iudicialibus, & quando ex officio procedit ad priuatam vtilitatem, abũdè dictum est *supra cap.8. num.268. cum pluribus seqq.*

Quantum verò ad alteram conclusionem, vt supra per Surdum factam, quod ordo Iudicis, seu decretum facit validum id, quod alias esset nul-

nullum ; animaduerto ordinem siue decretum Iudicis nō posse ex vi propria talem effectum operari ; sed ex vi, & acquiescentia partium, quę non potest considerari in decreto citationis, quod fit absente illo, qui citari mandatur, & si nulliter citatus compareret, validū efficeretur citationis decretum, ex vi tamen comparitionis, & taciti consensus, seu acquiescentię at si nulliter de mandato Iudicis citatus non compareret, vtique Nuncius, qui Iudici debet obedire, excusaretur ; cum iussus Iudicis, etiam non ritè factus excuset ; sed nihilominus citationis decretum, eiusque executio corruerent, iuxta ea quæ diximus *in cap.* 10. *num.* 134.

229 Examinemus modo dicta Doctorum, quos Surdus allegat, vt dignosci possit, an cum his quę diximus conueniant. *Specul. in tit. de tutore, §. Generaliter, num.* 7. ait quod si pupillus authoritate tutoris, qui inuentarium non confecerat, rem vendidit, & Iudex legitimum esse Tutorem pronunciauit, valet venditio tuitione Prætoris ; sed hoc non est mirum, cùm nemo contradixerit pronunciationi inter partes factæ.

230 *Cæpo la caut.* 17. repetit præcisa verba *Specul. in tit. de except.* §. *Nunc videndum restat*, vers. *in summa nota*, *num.* 31. quæ sunt hæc, *nota cautelā si velis quod Iudicium cum Procuratore, vel Tutore, vel Curatore, vel Sindico, vel alijs huiusmodi personis firmū sit. Oppone quidquid poteris contra eos ab initio, & fac, quod Iudex pronunciet illos admittendos, non obstantibus exceptionibus propositis contra eos, & sic postmodum non reuocabitur iudicium, ne agens cum eis videaris Iudicis authoritate circunueniri, l.* 1. *C. de his qui ven. ætatis impetr.* ibi *ne hi qui cum eis contrahūt Principali authoritate circumscripti esse videantur*. Quod si aliquis contradixisset, vtique Iudicium reuocaretur, & ita ex vi partium acquiescentiæ sustinetur Iudicis decretum.

231 *Castr. cons.* 17. *num.* 2. *col.* 1. dicit quod si fuit confessus contenta in inquisitione, tollitur omnis defectus processus ; quia confessio criminis purgat omne vitium, & ita vis stat in confessione inquisiti

sti, non in decreto Iudicis. *Iaf. in l. licet, nu.* 8. *verf.* 2. *fallit. C. de procur.* ponit regulã, quod exceptio, tu non es ꝓcurator, quandocumque opponi potest, & opposita reddit iudicium retro nullum, & repellit procuratorem à prosecutione iudicij, quam limitat pluribus modis, & inter alios, quando per Iudicem esset pronunciatum ipsum esse legitimum procuratorem, & pronunciatio transiuisset in iudicatum. & ita vis non est solius pronunciationis; sed transitus in iudicatum, & partis acquiescentiæ.

Neuiz. conf. 17. *nu.* 35. dicit quod quando Iudex pronunciat tutorem legitimè datũ, & sic se habiturum ratum iudicium cum eo fiendum, quia etiam si non esset legitimè datus, nocebit pupillo, ex quo Iudex poterat eum dare, & ita vis stat in promissione Iudicis, se ratum habiturum.

232 *Natt. conf.* 334. *nu.* 3. *lib.* 2. dicit idem quod si Iudex in cõstitutione tutelæ alicui decretæ decreuit cum eo procedendum esse ad vlteriora, videtur pronunciasse se ratum habiturum, quidquid cum eo tutore fuerit postmodum gestum, quo casu non potest opponi de illegitimo interuentu tutoris, seu curatoris. allegat *Specul. & Cæpol. in dictis locis,* & *tex.* in *l.* 1. §. *idem Pomponius, ff. quod falsò tutor.* ibi *nisi forte Prætor decreuerit ratum se habiturum id, quod his auctoribus gestum est,* & ita vis nõ stat in solo decreto; sed in eo quod Prætor promisit se ratum habiturum, nam subiungit *Iur. conf. tunc enim valebit per prętoris tuitionem, non ipso iure,* & ita ex eo quod altera pars siluit, & acquieuit; quod si ignorauit, in integrum restituitur, vt dicitur in eadem *l.* 1. §. *final. ff. quod fals. tutor.* ibi *ait prætor si id auctor ignorauerit, dabo in integrum restitutionem, scienti non subuenit merito, quando ipse se decepit.*

233 Sed dices tu Curialis, certum est quod pro executione litterarum remissorialium mandatur contra contumacẽ procedi per affixionem ad valuas Ecclesiæ maioris loci deputandi. *Bellam. decis.* 368. ergo satis est quod delegatus in vno loco citet. Aduerte quia aliud est, quod

quis debeat constitui contumax, & aliud quod aliquid ad notitiam contumacis iam constituti debeat deduci. & sic aliud est in primis citationibus, quæ vt afficiant ignorantes, & constituant citatos contumaces debent in pluribus locis publicari, vt in *d.Clem.1.de iud.*

Et aliud in successiuis citationibus, quæ vt deducant ad notitiā contumacis actus, qui in causa debent fieri, sufficit vt in vno loco publicentur, vt in d. *Clem.causam,de elect.*

Et citationes quæ fiunt in partibus per executores remissorialium nō sunt primæ, sed secundæ, quia illæ in Curia decernūtur citato vel principali, vel eius procuratore ad constituendū procuratorem in partibus, & ad singulos actus. & ideo post contractam contumaciam in non constituendo procuratorem, non est mirum si citationes fiunt in vno tantum loco in valuis maioris Ecclesiæ, sic etiam in Curia, postquam quis citatus personaliter non comparuit, in eius contumaciā decernitur processus per contradictas, & citationes ad alios actus necessarios publicantur in solo officio Contradictarū, vt superius dictum est.

Quibus autem casibus fiat hæc citatio per edictum ponit *Maran. in vers. rectè concipiatur citatio, n.82. vsq; 96.*

DE EXECVTIONE Citationis per proclama.

234 Exequi citationē per proclama intelligo quod fit, quādo nuncius, præco, aliaue similis persona palam in loco publico, pluribus existentibus, sola, altaque voce, absque vlla affixione exprimit, & publicat omnia, quæ continentur, & leguntur in mandato Iudicis de citando. & in hoc differt citatio per proclama à citatione per edictū, quæ, vt iam dictum est, requirit affixionem, ad hoc vt nedum ibi existentibus innotescat, verum etiam, & transeuntibus: qua ratione hæc efficacior est, & tutior altera, cùm vox præconis paucis innotescat. *Auth. qui semel, C. quom. & quando iud.* & vox nuncij euanescat statim sine litteris. *Bal. in l.consen-*

fontaneum, num.2. C. eodem.

Doctores confundunt ista duo. edictum, & proclama, sæpe absque vlla distinctione assumentes vnum pro alio, & multi etiam videntur intelligere quod proclama sit, quando generaliter citantur incerti, & edictum, quando certi nominatim citantur.

Ideo aduerto quod mandatum de citando, quando mandatur publicari sola voce, dicitur proclama, quando verò mandatur vltra lecturam etiam affigi, dicitur edictum.

235 Similiter aduerto, quod per proclama nedum citari possunt incerti; sed etiam certi, iuxta ea quæ dicta sunt in *cap.7. verſ. de citatione per ſonum tubæ, num.* 359. & per edictum etiam possunt vocari tam incerti, quàm certi per argumentum à fortiori; quia si pro incertis sufficit sola proclamatio, multo magis sufficient proclamatio, & affixio. & in casibus in quibus fieri potest citatio per proclama, vel ex legis, vel statuti dispositione, in illis etiam fieri potest per edictũ à fortiori; cùm per edictum res efficiatur magis notoria, d. *auth. qui ſemel, C. quom. & quan. iud. Maran. de ord. iud.* verſ. *rectè concipiatur citatio, num.* 95.

236 Quando debent citari vel certi, vel incerti, differentia consistit in hoc, quod qui sunt certi, non debent citari generaliter quicumque sua putauerint interesse; sed nominatim tanquam principales, si eorum interesse sit primarium: at si sit interesse secundarium, debent pariter citari nominatim; sed pro eorum interesse. *Bart. in d. conſtitut. ad reprimen.* in verbo *per edictum*, cum alijs supra deductis *Cap.* 7. verſ. *de citatione per proclama nũ.* 349. *& ſeq.* non autem constitit differentia in citatione, vel per edictum, vel per proclama, vel per sonum tubæ, quia quouis modo tam certi nominatim, quàm incerti generaliter possunt vocari per proclama, & per edictum.

Qui autẽ censeantur certi, & qui incerti, & qui de facili certificari possint, dictum est *ſupra eodem Cap.* 7. *num.* 351. *cum ſeqq. & Cap.* 9. *ſub verſ. de exprimendo nomine eius, qui citandus eſt.* signanter *num.* 251. & 255.

& 259. sed qui citari debeant vti principales, vel vti tertij, & pro eorum intereſſe ſuo loco dicemus infra in *cap.* 14. qui ſint citandi.

237 Nunc videamus, qui & quãdo citati poſſint per proclama.

238 Certa perſona contumax poteſt citari per proclama ſono tubæ, & voce præconis. *Auth. qua in prouincia*, *C. vbi de crimin. agi oportet.* cum alijs adductis ſupra *Cap.* 7. *verſ. de citatione per ſonum tubæ*, *num.* 359. ſic litigator, qui poſt litem conteſtatam ſe abſentat, & non reperitur, citari poteſt per proclama. *Bal. in l. ſi quando in* 11. *quæſt. C. de teſt.* Non tamen in principio litis. *Alex. in l.* 4. *§. prætor ait*, *col.* 2. *verſ. item in quantum*, *ff. de dam. infec. Maran. in ſpecul. par.* 6. *rectè concipiatur citatio*, *num.* 99. & 101. in fin. & quando quis latitare dicatur poſtquam in iudicio comparuit, vide *Alex. d. §. prætor ait nu.* 18. & 19.

239 Terribilis perſona, etiam non contumax, quæ ſcilicet ſolet nuncios citantes male tractare, citari poteſt per proclama. *Rom. conſ.* 433. cum alijs adductis d. *cap.* 7. *num.* 361.

240 Illi qui expulerunt Epiſcopum à ſua Sede, & Ciuitate, tametſi ſint certi, poſſunt per eumdem Epiſcopum citari per publicum proclama in Eccleſijs illius conuicinæ Diœceſis, ad quã acceſſit, in diebus ſcilicet feſtiuis, quando populus in Eccleſijs congregatur, & hoc quando non poſſet illos expulſores perſonaliter citare propter acceſſum non tutũ, vt eſt *tex.* in *Clem* 1. *de for. compet.*

241 Incerti autem in pluribus caſibus poſſunt citari p proclama. Primus eſt quando hæres vult conficere inuentarium, iuxta *l. fin. C. de iur. delib.* quia tunc creditores incerti poſſunt citari per proclama generaliter, & multo magis per edictum. *Bart. Bal.* & alij in *d. l. fin. §. cum igitur*, *C. de iure delib. Maran. vbi ſupra*, *num.* 98.

Sed illi creditores qui sũt certi, debent nominatim citari, quãdo ſcilicet ſunt præſentes, ſecus ſi abſentes. *Bald. in auth. ſed cùm teſtator*, *C. ad l. Falcid. Greg. deciſ.* 473. *nu.* 1. & ibi *adden. nu.* 22. vide ſupra

pra in *cap.7. num.*351.

Secundus est, quando minor adiuit hæreditatem, & aduersus aditionem vult restitui; nam in tali restitutione in integrum sunt citandi omnes creditores incerti per proclama, cum termino triũ mensium, *auth. si omnes, C. si min. ab hæred. se abstin. Maran. d. vers. rectè concipiatur citatio, nu.* 103. sed certi qui sunt præsentes nominatim debent citari. *gloss. ibi* in verbo *vocentur*, & pariter qui certi sunt, & absunt debent citari saltem ad domum. *gloss. in eadem auth. si omnes.* in verbo *citentur*.

Tertius est, quando hæres vult deliberare an velit adire hæreditatem; nam potest facere per proclama denunciari cũctis creditoribus, vt veniant ad dandum instrumenta debiti hæreditarij ipsi hæredi, vt possit deliberare; alias creditores sibi præiudicarent, secundum *Bart. in l. Aristo, ff. de iur. delib. Maran. vbi supra, nu.* 108. & est *tex.* in *l.* 1. §. *cùm dicitur, ff. si cui plusquam per l. Falcid.* ibi *solet tamen ab hærede etiam cæteris denunciari fideicommissarijs, vt veniant ad arbitrum, ibique causam suam agant, plerumque etiam creditoribus, vt de ære alieno probent.* vbi *gloss.* in verbo *probent* ait *si ergo non venerint præiudicatur eis; alias ad quid vocarentur.*

Quartus, quando quis moritur ab intestato, & non apparet quod aliquem habeat successorem, quo casu succedit hęres fiscus, videtur quod per proclama generaliter sint citandi, qui volunt esse hæredes: generalis enim citatio valet, quando contradictores sunt incerti, secus si certi. *Gemin. in cap. fin. de elect. in 6. num.* 5.

Sed si sint aliqui, quos proxima causa successionis tangit, debent citari, & non sufficeret proclama generale, quod qui vult esse hæres cõpareat. *Bal. in l. si curatoris, C. de iure delib. Mars. sing.* 259. *incip. Generalis citatio.* & idem *Fel. in cap.* 2. *nu.* 8. *in fin. de constit.*

Quintus, quando testamẽtum priuatũ esset publicandũ iuxta formam *l. publicati, C. de testam.* si hæres petens publicationem esset certus de aduersario, illũ citare deberet; sed si non esset certus, sufficeret generale proclama. *Bal.*

in d. *l. publicati, nu. 6. Maran. vbi supra, num.* 109.

Sextus, quando agnoscenda est bonorum possessio ex Carboniano Edicto ventris nomine; quia si contradictores sunt incerti, debent citari per proclama, vt per *Bar. in l. certum, col. 4. vers. viso, C. vnde legitimi. Maran. vers. rectè cōcipiatur citatio, n.* 110.

Septimus, quando vxor, vergente viro ad inopiam, vult eius dotem poni in tuto, iuxta *tex.* in *l. vbi adhuc, C. de iure dot.* quo casu potest excussis bonis Mariti agere contra tertios possessores. *Negus. de pignor. in primo membro* 8. *partis, num.* 23. vers. 9. *fallit.* quia in dicta excussione bonorum Mariti facienda debēt nominatim citari tertij possessores, qui sunt certi, vel de facili certificari possunt. qui vero sunt incerti vocari debent per proclama generale, si quis esset, qui vellet excussioni interesse, & contradicere. *Angel. in §. si quis in fraudem, col.* 4. vers. *quaero quando excussio, instit. de act.* cum alijs allegat. per *Rolan. cons. 9. nu. 8. lib. 1. qui nu. 36. ait*, quod quamuis d. excussio fuisset facta nulliter non citatis tertijs, reualidaretur si excussioni interuenissent etiam non citati. *Bal. Ias. & alij in l. 1. ff. de ferijs, Alex. cons.* 113. *col. 2. vol. 2. Felin. in cap. illud in 4. declarat. de praesūpt. Dec. cons.* 187. *col. 2. vers. & quia iste citatus.*

Octauus, quando creditor vult pignus conuentionale, vel propria, vel Iudicis auctoritate vendere, nā potest creditores incertos anteriores citari facere per publicum proclama, vt veniant ad contradicendum infra certum tempus, quo tempore elapso non audiuntur vlterius: *tex.* est in *l. si eo tempore, C. de remiss. pignor.* vbi dicitur *si eo tempore quo praedium distrahebatur, programmate admoniti creditores, cùm praesentes essent, ius suum executi non sunt; possunt videri obligationem pignoris amisisse*, vbi *gloss.* in verbo *programmate*, exponit, *id est scriptura publicè proposita*, & in verbo *praesentes*, declarat, *sic, quod edictum potuerit ad eos peruenire.* & ibidem not. *Bal.* & alij *Maran. d. vers. rectè concipiatur citatio, num.* 104.

Nonus, quando quis vult rem aliquā tutò emere, quia tunc

tunc potest à Iudice petere, vt ex officio faciat fieri bannimenta, & proclamata, seu cridas, quod si quis velit dicere talem rem fuisse in bonis alicuius, antequam per Titium possideretur, veniat, & compareat. vt per *Bar. in l. rem quæ nobis, nu.* 4. *ff. de acquir. poss.* & sequitur *Boer. decis.* 42. *num.* 31. *par.* 1.

Decimus, quando ob maleficium alicuius bona confiscantur, tunc fieri possunt publica proclamata, vt qui prætendunt se eiusdem condemnati esse creditores, cōpareant intra certum tempus, & iura sua deducant, intra quem terminum si non comparent, amplius non audientur. iuxta *tex.* in *l. diffamari, C. de ingen. manum. Peregr. de iur. fisci, lib.* 5 *tit.* 1. *n.* 199.

Vndecimus, quando petitur immissio ex primo decreto in bonis pupilli indefensi: tunc enim citandi sunt tutores, vel curatores, si eos habeat, sin minus per publicum proclama generaliter requirendi sunt consanguinei, affines, & amici, vt veniant ad illum defendendum, vt est *tex.* expressus in *l. hæc autem, §. non defendi, ff. quib. ex cauf. in poss. eatur,* & ibi *Bar.* & alij. *Maran.* d. *versi. recte concipi. num.* 106.

Duodecimus, quando cōtra absentem in defensum petitur immissio; quia p proclama debent requiri eius consanguinei, & amici, si eum velint defendere, iuxta *tex.* in *l. item ait Prætor*, iuncta *l. seq. ff. ex quibus cauf. maior. Maran. vbi supra num.* 107.

Decimustertius, quia nè matrimonia fiant clandestine antequam inter aliquos matrimonium contrahatur, ter à proprio parocho tribus diebus festiuis continuis denunciatur, ex dispositione *Sacr. Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 1. *de reform. matr.* & ita per proclama requirūtur omnes, qui nouerint subesse aliquod impedimentum, vt reuelent, vt est *tex.* in *cap. cùm inhibitio, de clandestina desponsat.*

Et qui denunciare omisit in termino præfixo, non auditur postea, nisi probabiliter ignorauerit denunciationem, vel nisi iuret de nouo didicisse, & malitiose non opponere, *cap. cùm in tua, qui matr. accus. poss.* quæ tamen denunciationes, ne contingeret, vt per malitiam, vel in-

 ui-

uidiam, impedirentur matrimonia, solēt iudicio Ordinarij remitti, ex eadem dispositione *Sac.Conc.Trid.d.cap.* 1. *de reform. matr. sess.* 24. adde ad hanc materiam *Menoch.de arbitr. iud. lib.* 2. *cent.* 5. *casu* 453. per tot.

Decimusquartus, quando esset citāda multitudo, vt putà plures creditores, quia tali casu licet certi essent aliqui creditores qui viderentur nominatim citandi, iuxta prædicta.

242 Tamen quando citanda est multitudo personarum, sufficit quod generaliter citentur omnes creditores, ꝙ sentit *Bar. in extrauag. ad reprimendum*, in verbo *citatū.* quod expressè notauit *Io: Bapt. de sancto Seuer.* in repet. *l. cunctos populos, C. de sum. Trin. & fide Cathol.* qui dicit ita fecisse alias practicari, à quo se didicisse, & esse perpetuo menti tenendum, & paucis esse notum, dicit *Ias.* in *l.decē* 116. *ff.de verb.oblig. nu.* 43. in fin. vers. *limita tamen singulariter*, & sequuntur *Negus.de pignor.* 8. *par. memb.* 1. *nu.* 13. *vers.* 3. *amplia.Rolan.cons.*9. *nu.*10. *lib.*1. & quæ sit multitudo statur arbitrio Iudicis ex pluribus relatis per *Grat. cap.*797. *n.*18. adde *Ias.* in *l.licet Imperator, ff.de leg.* 1. *nu.*19. *& seqq.* vbi dicit quod licet tria dicantur multa, nō tamen faciunt multitudinem, & quod multitudo, ac etiam multi dicantur arbitrio Iudicis secundum qualitatem negocij, dicit *Alber.* in dictionario, in verbo *multitudinem*, & in verbo *multa.* & sequitur *Alex.*in *d.l. licet Imperatorem*, exemplum ponit ibidem *Ias.sub nu.* 21. post *Bal.* quem allegat in *cap. cùm causam, il* 1. *de testibus*, quod si Statutum puniret vadentem cum multitudine armatorum, si quidam iuisset ad expugnandum Castrum cum quatuor armatis, non diceretur iuisse cum multitudine armatorū; quia inspecta rei qualitate quatuor essent pauci.

Sed re vera mihi non multum placet quod supra dicūt *Io:Baptista à S.Seuerino, Ias.* & alij, quod satis sit generaliter citare omnes creditores, posito quod extēt aliqui certi; quia illi nihilominus deberēt nominatim citari, prout diximus de citandis creditoribus inconfectione inuentarij, superius in casu 2.& in

in *cap.7. nu.*351. & in *cap.9. nu.*251. vbi vide, atque periculosum esset arbitrari, quando citata fuisset multitudo, ex traditis per *Menoch. de arbitr. Iud. quæst.*13. *& seq.*

Insuper quia dicunt vt supra id sentire *Bart. in extrau. ad reprim.* in verbo *citatum*, animaduerto quod ibi *Bar.* loquitur quomodo corpus, vel Collegium debeat citari, & tradit regulam, quod per edictum citatur per illius propositionem, seu affixionē in loco publico; per nuncium autem seu per litteras, vel citatur ipsa vniuersitas congregata more solito, vel citatur caput Vniuersitatis, vel eius Syndicus, & prout etiam latè diximus in *cap.*7. vers. *de citatione vniuersali, & particulari, nu.* 126. & ideo mihi placet vt in terminis nostris dicamus, quod si multitudo quæ venit citanda sit talis, quæ faciat Vniuersitatem, seu corpus, sed non habeat certū locum in quo congregari soleat, & hoc casu procedat dictum *Io: Bapt. d. S. Seuer. Ias. Neguſ. & Rol.* licet indistinctè loquantur, quia talis multitudo poterit, vel per publicum proclama voce præconis, seu per edictum poterit citari, iuxta dicta per *Caualer. decis.* 408. *nu.* 1. & dictum est supra dicto *cap.* 7. *num.*141.

243 At si multitudo citanda non faciat Vniuersitatem, seu corpus, vt sunt diuersi creditores, vel interesse habentes, & hoc casu procedat, quod dicebamus, vt qui sunt certi, vel de facili possunt certificari, debeant nominatim citari; quia tunc citarentur nō vti vniuersi, sed vti singuli. *Bisign. decis.* 1. *de dol. & cont.* & supra dictum est d. *cap.*7. *num.*133.

Et ita regula remanet firma, quod contradictores certi debent nominatim citari, vel personaliter, vel domi, vel per edictum, quando scilicet nec personaliter neque domi inueniuntur, iuxta sæpius dicta incerti vero per proclama generale, vel per edictum, vt pariter supra dictum est, & plura ad hoc allegat *Marſ. sing.*259. per tot. incip. *generalis citatio*.

244 Sed vide *Felin.* in *cap.* 2. *nu.*8. vers. *& possent ista non immeritò adduci ad materiam citationum, quæ fiunt per edicta publica, de constit.* vbi dicit

cit post *Cardin. conf.* 154. incip. *Redemptoris*, quod si multi sunt, quorum interest, si tangit eos omnes singulariter, oportet eos nominatim citare; sed si vniuersaliter tãgit, valet citatio generalis.

245 Et ideo sequitur dictum eiusdem *Cardinalis*, vbi supra, qui idem etiam consuluit in *conf.* 26. incip. *Abbas sancti Benedicti*, nempe quod edictum per quod iubentur vassalli venire ad accipiendã inuestituram intra tempus, sub pœna priuationis, non arctat eos, ex quo sunt certi, & vt ipse monet nunquam sis oblitus, quia poteris infringere mille similia edicta. & concludit quod vbi aduersarius est incertus, si tamen potuisset sciri, non valeret citatio generalis. idem dicit in *cap. exhibita, nu.* 3. *de iud.*

246 Vide etiam *Abb. in cap. fin. nu.* 5. *de vita, & hon. Cleric.* vbi not. quod non sufficit citatio generalis, vt omnes Clerici abstineant à negociationibus, imò debet esse citatio specifica, ita quod apprehendat ipsos negociatores, & dat notabilem regulã, quod vbicumque ad perdendum aliquod priuilegium clericale, iura requirunt trinam monitionem, fiendam ipsis clericis non rectè viuentibus, oportet quod citatio, seu monitio, si fieri potest, apprehẽdat ipsos clericos, quod vt inquit est contra quosdam Prælatos, qui faciunt monitionem in genere, vt quilibet clericus incedat in habitu, & tonsura, alias non gaudebit suo priuilegio clericali, subiungens quod talis monitio generalis non sufficit ad priuandum clericos, aliter incedentes, priuilegio clericali, & *Felin.* in d. *cap. exhibita, sub nu.* 3. *de iud.* addit se propter illam doctrinam Abbatis defendisse quendam, quẽ Vicarius dicebat priuatum priuilegio clericali, ex quo dicebat per dictam doctrinã, quod non sufficiebat proclama generale, quia erat certus, & ipse non fuerat comprehensus in tali proclamate. prædictis adde *Marf. d. sing.* 259. *Hercul. quis ten. prob. negat. num.* 271. *Menoch. de recuper. possess. remed.* 8. *num.* 109.

247 Sed an & quando proclamata, seu cridæ noceant ijs, qui agere non possunt, vide *Peregr. de iure fisci, lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 205.

*nu.*205. vbi distinguit plures casus.

DE EXECVTIONE Citationis per sonum, siue Tubæ, siue Campanæ.

248 Hactenus dictum est de executione citationis, quæ fit vel viua voce, vel litteris, de quibus etiam plura dixit *Spec. in tit. de citat.* §. *sequitur videre quot modis, & qualiter fiat citatio*, iuncto §. *sequenti*, modo dicemus de executione citationis, quæ nec voce fit, nec scriptis, sed solo sono vel tubæ, vel campanæ, licet pauca se offerant vltra ea, quę diximus supra *cap.*7. vers. *de citat. per sonum, siue tuba, siue camp. nu.*359.

Et in primis aduerto, quod solo sono tubæ nemo citatur, sed conuocatur populus in loco publico, ad audiendum quid præconis voce exponẽdum sit. accedente autem voce præconis, tunc dicitur potius citatio per proclama, de qua supra dictum est, quàm per sonum solum tubæ.

249 Deinde noto, quod eo respectu quo vox pręconis paucis innotescit, fortior dicitur citatio per sonum campanæ, qui longe à pluribus audiri potest, sed alio respectu est efficacior vox præconis, quã sonus campanæ, quia præco loquitur, & edictum exponit ex parte mandantis, ideo cõtemptor vocis pręconiæ magis delinquit, quàm contemnens sonum campanæ. ita *gloss.* not. in *Clem.*2. in verbo *voce præconia, de sententia excommunicationis*, & sequitur *Felin.* in *cap. exhibita, n.*3. *in fin. de iud.* præsumptio autem contemptus Iudicis resultans ex eo, quod citatus voce præconis non venit in termino ad iudicium, tollitur ex eo, quod citatus confestim post terminum ad iudicium venit. ratio habetur in *l. diuus ff. de in integr. restit.* ibi *existimari potest non sua culpa, sed parum exaudita voce præconis defuisse*, & ibi *Bart.* not. *n.*3. *Cacher. decis.*71. *n.*31.

Non contemnetur autem vox præconis, neque erit vllo inaudita loco, quando in cõsumatione sæculi filius hominis veniẽs in nubibus Cœli, cũ virtute multa, & maiestate; & mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna congregabit electos, vt legitur *Matth. cap.*24. canet enim

tuba,

tuba, & mortui resurgent incorrupti, vt ait *Apost. ad Corinth.* 1. *cap.* 15. circa finem quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de Cœlo, & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi, vt per *Apost. ad Thessal.* 1. *cap.* 4. *in fine*. hæc de sono tubæ.

250 Campanæ solum in locis publicis, & Ecclesijs teneri, & pulsari possunt, non in priuatis absque licentia, seu priuilegio. *cap. patentibus litteris, de priuileg.* Pulsatur, & benedicitur campana, vt per illius tactum, & sonitum fideles inuitentur ad proemiũ, & crescat in eis deuotio fidei, fruges, mentes, & corpora credentium seruentur, procul pellantur Hostiles exercitus, & omnes insidiæ inimici, fragor & grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum, & fulgurum temperentur infestaque tonitrua, & ventorum flamina suspendãtur, spiritus procellarum, diabolicæ potestates proterantur, & vt hoc audientes confugiant ad sanctæ Matris Ecclesiæ gremium, ante sanctæ Crucis vexillum, cui flectitur omne genu. sicut hæc singula habentur in benedictionibus cãpanę, & notat *Specul. lib.* 1. *tit. de cãpanis* in *lib. nuncup. rationale diuini officij*, & refert *Ioannes de Selua de benef. par.* 1. *quæst.* 5. *tit. de quarto requisito beneficij*, vbi etiã notat quod campanæ, quarũ sonitu conuocantur fideles ad Ecclesiam, significant tubas argenteas, quibus in veteri lege populus ad sacrificandum cõuocabatur, & quẽadmodum vigiles in castris, tubis, sic & Ecclesiarum Ministri campanarum sonitu se excitant, vt contra insidiantem diabolum pernoctent.

251 Per sonum campanæ vocantur Canonici ad capitulum. *cap. in causis, de elect.* ibi *subsequenti die campanã pulsari fecerunt, sicut moris est, ad capitulum congregandum*, in electionibus autem præsentes sunt vocandi per sonũ campanæ, non autem absentes; qui vocandi sunt per nuncium, vel Epistolam. *Felin. in cap. cùm omnes, n.* 22. *vers.* 2. *opinio, de constitut.* Sed neque absentes sunt vocandi, quando sunt in loco valde remoto, vel quando commodè, & sine periculo non possunt vocari. *cap. cùm*

inter

inter vniuersas, 18. & ibi *gloss.* in verbo *remoti*, & in *cap. quia propter*. 42. & ibi *gloss.* in *verbo qui volunt*, & in verbo *commodè*, & *cap. quod sicut*. 28. *de elect.* ibi *si tamen sine periculo potuerint conuocari, siue nequiuerint, siue noluerint ad electionem celebrãdam accedere*. at illi, qui sunt in eadem Diœcesi, vel Prouincia, præsentes intelliguntur. *l. vlt. C. de præscript. longi temp.* ibi & *si vterque domicilium in eadem habeat Prouincia, causam inter præsentes esse videri*, & debent omnino per nuncium citari, cùm sonũ campanæ nequeant audire. *Mantic. decis.* 288. *nu.* 1. & 2.

Sed quod absentes in omnibus actibus capitularibus non sint citandi; sed solum quãdo agitur de grauibus, arduisuè negocijs, sentit *gloss. in cap.* 2. in verbo *ipsum. de testibus in 6. Abbas in cap.* 1. *n.* 15. *de his, quę fiunt à maior. par. cap. Felin. in cap. cùm omnes, nu.* 22. *de constit.*

252 Et quod eodem modo per campanæ sonum congregari debeat quælibet vniuersitas, quodque ad officium rectoris vniuersitatis spectet congregari facere Vniuersitatẽ. *tex.* est in *l.* 2. *C. de decur. lib.* 10. vbi *gloss.* in verbo *solemniter*, exponit *ad sonum tubæ, vel campanæ*, & ibidem not. *Bar.* & alij, & in negocijs minoribus, vel quæ possunt expediri per præsẽtes, sufficit vocari Collegium, seu Vniuersitatem per sonum campanæ, vbi est de more, & dummodo talis sit campana, quod ipsius sonus possit peruenire ad intelligentiam existentium in loco, & præsentatio facta à Capitulo non potest censeri nulla ex eo solo, quod non dicatur in instrumento fuisse conuocatum Capitulum ad sonum campanæ; quia sufficit alius modus solitus, *gloss.* in *cap. si Capitulo*, in verbo *factam. de cõcess. præben. lib.* 6. vbi autem vocandi essent absentes, requiritur citatio per nuncium, vel per litteras, vt declarat *Abb.* in *cap. in causis*, 30. *nu.* 5. *de elect.* & quod in die Veneris sancti, quando non pulsantur campanæ, possit Vniuersitas citari ad sonũ tabellæ, dixit *Alex. in addit. ad Bar. in l. non potest dolo carere, ff. de reg. iur. Maran. in spec. vers. rectè concipiatur citatio, num.* 111. & *seq.*

Sic

253 Sic quãdo ius patronatus spectat ad plures in Ecclesia non vti singulos, sed vti vniuersos, illi pro præsentatione facienda debent sono campanæ congregari; qui tamen modus eos congregandi non facit beneficium electiuum, nec Ecclesiam Collegiatam, nisi constiterit de signis,& insignijs de iure, ad faciendum Collegium requisitis, vt per *Rom. conf.*436. & de iure illa beneficia dicuntur electiua, quæ sunt caput collegij, non autem alia in Ecclesia Collegiata consistentia. *gloss. in cap. quia propter, de elect. Caput. decis.*295. *per tot. par.*1.

Sic etiam vbi iuspatronatus spectat ad homines alicuius terræ vel castri, non vti singulos, sed vti vniuersos, si volunt constituere aliquem procuratorem ad præsentandum, debent, sono campanæ præcedente, cõgregari, ad dicta per *Rot. in recẽt. decis.*692. *nu.*6. *par.*2.

254 Et quod Capitulum, seu Vniuersitas, vel Collegium fuerit congregatum sono cãpanæ, sufficienter probatur ex enunciatiua facta per Notarium in instrumento mandati, seu alterius actus capitularis. *Seraphin. decis.*1247. *num.*1. potest enim Notarius attestari de solemnitate, cùm eius fides sit approbata. *Oldr. conf.*100. *nu.*5.

255 Imò quod sufficiat sola enunciatiua, quod Capitulũ enumeratis pluribus Canonicis enuncietur capitulariter congregatum in loco, est *decis. Achil.*2. *de his, quæ fiunt à maiori par. capit.* vbi addit quod quando non fuisset dictum Canonicos capitulariter congregatos illum procuratorem constituisse, tamen illud subintelligeretur, & quando personæ de capitulo nõ fuissent nominatæ, & specificatæ in mandato procuræ, si tamen sigillum Capituli esset appositum, quod valeret, censuit *Rot. in ant. decis.*9. *& decis.*29. *de procurat.* Sed quod nomina Canonicorum non sint necessario exprimenda, notat *gloss. in cap. fin.* in verbo *expressi, de procur.* & comprobat *Oldrad. conf.* 100. *per tot.* adde in hac materia *Capic. decis.*4. *num.*1. *usque* 9. *& Bellon. conf.* 39. *nu.*1. *&* 2.

256 Conuocantur etiã homines campanæ sono ad diuina officia, & ad conciones in Ecclesijs audiendas, ad pro-

processiones, & ad Christi Corpus honorandum, & de sero pro salutatione B. Virginis Mariæ. Item ad extinguendum ignem, necnon ad suscipiendum arma contra Bannitos, & hostes, & in honorem, & occursum alicuius personæ in signis, & aliquando etiam campanæ pulsantur in signum lætitiæ, & gratiarũ actionis ob res fœliciter gestas, & pro obtenta victoria, necnon die noctuque in signum horarum, vt notat *Hostien. in cap.* 1. *de off. custodis*, & ibi *Io: Andr. num.* 13. *Abb. num.* 2. *Maran. d. vers. rectè concipiatur citatio, num.* 114. *Paul. Fusc. de visitatione lib.* 1. *cap.* 14. *de campanili, & campanis, per tot.*

257 Item pulsatur campana, quando alicui traditur possessio alicuius beneficij, seù Ecclesiæ, vt populus frequens adsit, nè possessio sit occulta; sed publica. *Rebuff. in praxi benef. par.* 1. *tit. de missione in possessionem, num.* 32.

Et aliquo moriente campanę debent pulsari, sicut etiã quando Cadauer portatur ad sepulturam, vt populus audiens oret pro eo. *Io: de Selua de benef.* 1. *par. quæst.* 5. *tit. de quarto requisito.* vbi circa finem subiungit, quod dum cãpanæ pulsantur Ecclesiæ militãtis, quasi tubas æterni Regis audiẽtes perterriti fugiũt, sicut Tirannus timet, audiens in terra sua tubas potẽtis Regis inimici sui, & hæc est causa, vt ait, quare Ecclesia, videns concitari tempestatẽ, campanas pulsat, vt dęmones perterriti fugiant, & à tempestatis concitatione quiescant, vtquæ ad cãpanæ pulsationem fideles admoneantur, & prouocentur pro instanti periculo orationi insistere, & quod ad prædictos, & alios effectus fiat sonus cãpanarum, vide *Vital. in Clem.* 2. *nu.* 13. & 14. *de sent. excom.*

258 Et an tempore interdicti prohibeatur indistinctè campanarũ pulsatio, tradũt *Doct. in d. Clem.* 2. *de sententia excom.* vbi *Card. num.* 13. dicit quod non. & *Gemin. in cap. Alma Mater, §. adijcimus, de sent. excom. num.* 4. dicit quod prohibetur sonus campanæ, quatenus est signum conuocationis populi ad diuina, quod tunc fieri non debet; quia si non debent admitti, ergo nec vocari, & *ibid. Frãc. num.* 4. notat. quod tempore gene-

generalis interdicti non sunt pulsandæ campanæ etiam paruæ, siue sint in Ecclesia, siue extra, quod dicit intelligendum, si pulsarentur pro Missa, vel alijs diuinis officijs dicendis. imo nec etiam pro horis Canonicis notificandis licet campanas pulsare, puta tertijs, vel nonis, & similibus, licet de facto non celebrarẽt, tamen præsumeretur quod pro celebratione diuinorum pulsarentur.

259 Sed nunquid Clericus pulsans, vel pulsari iubens campanam ad arma sumenda pro capiendo aliquo rebelli, vel malefactore, incurrat irregularitatem, si ob illum sonum captus fuerit reus, & damnatus in pœnam sanguinis, respõdit *Maiol. de irregul. lib. 2. cap. 10.* quod sic, vbi idem dicit in pulsante, vt conuocetur populus, quando reus ducitur ad supplicium, declarando dummodo pulset ad finem vt reus ducatur securius ad mortem, secus vero si pulset tantum ad signum, & publicum exemplum.

260 Cãpanella pulsatur ad eleuationem Sacratissimi Corporis Christi, & dum portatur ad infirmum Sancta Eucharistia, vt eius sonitu præmonitus præparetur populus ad adorationem D. N. Iesu Christi. *Fusc. de visit. lib. 1. cap. 14. num. 11.*

261 In fulminatione excõmunicationis nedum adhibetur sonus cãpanæ, vt sic fiat actus publicus, vt p *Doct. in cap. 1. de offic. custodis*. sed etiam aliæ fiunt ceremoniæ, vt intelligatur qualis futurus sit excommunicati status. proijciuntur faces, seu candelæ in terram, & pedibus conculcantur. *cap. debent. 11. quæst. 3.* & ne sumantur ad aliquem vsum, proijciuntur foras. *cap. non omnes. 2. quæst. 7.* & est *tex.* in *cap. vn. de furtis, in extrauag. com.* ibi *pulsatis campanis, & candelis extinctis excommunicatos publicè nunciari*, quæ candelæ proiectio, & extinctio denotat excommunicatum à Christo proiectum, quasi mortuum iacere. *cap. nihil. 11. quæst. 3.* ibi. *nihil sic debet formidare Christianus, quàm separari à corpore Christi: si enim separatur à corpore Christi, non est mẽbrum eius; si non est membrũ eius, nõ vegetatur spiritu eius. quisquis autem, inquit Apostolus, spiritum Christi non habet,* *hic*

hic non est eius.

Conculcatio similiter candelæ, quæ pedibus fit, demõstrat excommunicatum eiectum esse ab Ecclesia, & dæmonibus traditum. *cap. absit.* 11. *quæst.* 3. ibi, *& eiectus ab Ecclesia rabido dæmonum ore discerpitur*, & *cap. omnis Christianus*, eadem 11. *quæst.* 3. ibi, *qui à Sacerdotibus excommunicatur, sathanæ traditur, quomodo? scilicet quia extra Ecclesiam diabolus est, sicut in Ecclesiâ Christus, ac per hoc quasi diabolo traditur, qui ab Ecclesiastica communione remouetur*.

262 Campanam dictam putant à Campania, quasi quod primum ibi cãpanæ vsus fuerit inuentus. *Io. Andr.* in *cap.* 1. *n.* 13. *in fin. & ibi Abb. nu.* 2. *circa fin. de off. Custodis*, & refert *gloss. in Clem. vn.* in verbo *Zabazala, de Iudæis, & Sarracen.* quod licet Sarraceni multum cõmendent campanas; tamen quia in earum vsu præuenerant Christiani, ideo illis vti noluerunt, sed earum loco vtuntur præconia voce cuiusdam ministri, quem vocant *Muerdem*. & de his hactenus.

DE RELATIONE Citationis.

263 Hic quinque videnda se offerunt. primo, quare citationis relatio sit necessaria. secũdo, cui fieri debeat. tertio, an ei credatur. quarto, quid continere debeat. quinto, & vltimo an & quãdo, relatione deficiente, citatio præsumatur, vel non.

Quo ad primum, necessariũ est vt nuncius referat in actis qualiter citauit, ad hoc vt Iudici liqueat. *l. hæc autem, §. non defēdi, ff. ex quibus caus. in poss. eatur*, ibi *constare debet liquereq; prætori. cap. quoniam contra, de probat.* ibi, *qui fideliter vniuersa iudicij acta conscribant. videlicet citationes*; id est relationes nuncij, vt per *Innocent. ibi n.* 3.

Quando enim non constat in actis de relatione nuncij, nec etiam constat quod quis fuerit citatus, & contumax: *Seraph. decis.* 290. *n.* 5. *Rot. post Zach. de oblig. Cam. dec.* 74. *n.* 3. è conuerso de citatione, & cõtumacia cõstare dicitur, quãdo relatio reperitur in actis. *Rot. dec.* 161. *n.* 14. *p.* 1. *recent.*

264 Et hac ratione relatio nũcij censetur de ordine substã-

tiali iudicij, quia si de ea non constaret, non valeret quod ageretur: quandoquidem omnia, quę gerũtur sine citatione contra absentẽ, sunt ipso iure nulla. *cap. omnia, 3. q. 9. l. ea quæ, C. quom. & quando iud.* dũ igitur de citatione, & contumacia partis nõ potest Iudici constare, nisi ex relatione in actis vt sup. sequitur vt actus relationis sit de ordine substantiali, cuius omissio reddit acta nulla. *Bar. in l. multũ interest, ff. de cond. & demonstr.* & in *l. hæc autẽ, §. non defendi, ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eat. Bal. in l. 3. C. de proc. in fin.* & in *l. 2. C. de ſportul. Franc. in cap. cùm parati, n. 42. de appellat. Gram. conſ. 1. de for. iud. n. 10.*

265 Hinc infertur, quod si Iudex mandasset citari aliquem ad cõparendum intra certum tempus, & fuisset citatus; sed elapso tẽpore, antequã tamen nũcius in actis retulisset se citasse, fuisset lata sententia cõtra illum tanquã contumacẽ; licet postea relatio facta fuisset, nihilominus sententia, & processus esset nullus, & non cõualesceret: quia licet re vera citatus, fuisset contumax, nõ tamen ex actis liquebat Iudici de citatione, neque de contumacia, & ideo nesciebat se habere ius ita pronũciandi, vt post *Innoc.* in *cap. prudentiã de off. deleg.* docet *Bar.* in *d. l. hæc autem, §. non defendi, n. 2,* & in *l. multũ interest,* & in *l. si finita, §. Iulianus, ff. de dam. inf.* vbi refert se semel reprobasse vnum processum, cùm reperijsset relationẽ fuisse factam per nunciũ post Iudicis pronunciationẽ, & ita etiam respondit *Abb. conſ. 84. n. 1. par. 2. Frãc. in d. cap. cũ parati, n. 43. Soc. de citat. art. 15. n. 3. Vant. de null. ex def. cit. n. 146.*

Hoc tamen declarant Doctores pluribus modis, & primo, vt non procedat, quando Iudex pronunciasset parte presente; quia præsentia supplet defectum citationis. *l. de vnoquoque, ff. de re iud. auth. si omnes, C. si min. ab hær. se abſtin.* & ibi *Bal. n. 2. & 3. Franc.* in *d. cap. cùm parati, n. 44.*

Secundo, quãdo Iudex aliqua ratione potuisset credere partem fuisse citatã, ex aliqua verisimili præsumptione, vel informatione, vtputa quia vel pars, vel notarius attestatus fuisset, & informasset Iudicem, quod citatio fuisset facta, ita *Bal. in l. falſus, n. 20. C. de furt. & ſer. cor.* sequitur

Franc.

Prac. in d. cap. cū parati, n. 45.
Tertio, quando Iudex ante relationem in actis factā festinasset pronūciare propter periculum in mora, vtpotè quia terminus, vel statuti, vel rescripti, vel compromissi expiraret, vel instantia esset peritura, & nuncius forte corruptus differebat relationē facere. idem *Bal. in d. l. falsus*, sub *n. 20. Fr. d. cap. cū parati, n. 46.*
266 Occasione prędictorū *Bar.* in d. *l. multū interest, n. 4. ff. de cond. & demon.* & in d. *l. Iulianus, §. si finita, n. 18. ff. de dam. infec.* ait cautelā esse, & ita practicari, quod in ipsa pronūciatione ponātur hæc verba. visa citatione, & relatione, & contumacia, & toto processu. quia ea postea facta, processus cōualesceret. & *Ang. in l. bonorū*, la 2. *C. qui admitti*, dat aliam cautelam non multū diuersā, quam etiam not. *Fel.* in d. *cap. sciscitatus, de rescr. n. 15. in fin.* quod describatur in actis, q Iudex sciens facit.
Sed istæ cautelæ parū sufficerēt, quādo verisimiliter Iudex aliūdè nō potuisset habere scientiā, seu informationē.
267 Quia Iudici aliquid asserēti nō creditur, nisi quatęnus ex actis appareret. *cap. quoniam contra*, cum ibi not. per *Doct. de prob. Ias. in l. properandum, §. & si quidem, n. 8. & seq. C. de iud.* & huiusmodi enūciatiua non potest probare citationē, seu relationem, cùm sit solēnitas extrinseca. *Doct. in auth. si quis in aliquo, C. de eden.* & Canonistæ not. in d. *cap. quoniā cōtra. Vant. de null. ex def. cit. n.* 147. & dum ex reuolutione actorū constat, quod relatio de tempore enūciatiuæ Iudicis non erat facta, cōuincitur quod Iudex nō erat certus de relatione, & successiue neque de facultate ita pronūciandi, posito etiam quod in rei veritate pars fuisset citata, Iudex enim cui nihil cōstat, nihil decernere, pronunciareuè potest. *l. vn. cū gloss. fin. C. de bon. poss. secundū tab.* ita *Bal. in d. l. falsus, n. 20. in fin. C. de furt. Franc. in d. cap. cùm parati, sub d. n.* 45.
268 Dato autē casu, quo de citationis executione, & relatione in actis constaret, prædictæ cautelę parū prodesséţ; quia Iudex præsumitur acta vidisse, & ex eis instructū esse. *gloss. in l. sane §. sin autē*, in verbo *contum. C. ad Treb. Bal. in l. edicto, C. de ed. D. Adr. toll. Abb. in cap. quoniā contra, de prob.*

I 2 *Franc.*

Franc. vbi sup. d. n.45. in fin.

269 Hic nõnulla noto,& primo quod dum ex actis constat, quod per nunciũ relatio facta non fuit, onus probandi citationes debitas præcessisse incumbit ei ad cuius fauorẽ est pronunciatũ:cùm alteri sufficiat negare. *Fed.de sen.cõs.*165. *Abb. in d. cons.*84. *n.*2.*par.*2.

270 Secũdo noto,quod citatio licet sit executa,si tamen eius relatio per nunciũ non sit facta in actis,non arctat,nec inducit litis pendentiã, neq; interrumpit præscriptionẽ. *Fel. in cap.illud, de præscript.n.*11. in fin.vers.2. *conclusio. Alex.in l.fin.in princ. col.*4.vbi *Ias. in* 5.*limit.ff.de eo per quem factũ erit. Guid.Pap.quæst.*488.*n.*1. *Surd.dec.*5.*n.*3.*Balb.de pręsc.*3 *par.*6.*& vlt.par.princip.n.*25.

271 Tunc autem citatio quando relata est in actis,operatur suos effectus,firmat iudiciũ,& Iudicem constituit sic,vt corã eo Iudice iudiciũ debeat finiri. *l.vbi cœptũ,ff.de iud.*inducit pręuentionẽ iurisdictionis,vt si citatus facta relatione citationis mutet forũ,& conditionẽ, vtpotè si fiat clericus,vel miles, nõ tamen ius reuocãdi forũ habet. *l.si quis postea,ff.de iud.cap.proposuisti,de for.cõpet.* & not. *Doct.in l.cùm quædam puella, ff. de iurisd. omn. iud.* vbi *Ias.n.*5. operatur electionem Iudicis,vbi scilicet reus potest conueniri in pluribus locis, putà vel in loco rei sitę, vel contractus, vel destinatæ solutionis; quia si citatus sit reus in vno loco,post quã facta sit relatio in actis,ille censetur Iudex. *Abb.in cap.fanè, n.*4.*de foro comp.Castr.& Ias. in l.*3.*n.*5.*ff.de eo quod certo loco,& tex.est in cap.cũ sit generale,de for. cõp.* & ibi *Abb.n.*2.

272 Licet enim in alternatiua rerũ electio sit debitoris,attamen in alternatiua iudicum electio est actoris. *gloss. in l.fin.in fine,C.vbi in rem. act.* quam ibi sequuntur *Doct.Ias. vbi supra. d. n.*5.

273 Efficit rem litigiosã, sic vt amplius alienari non possit. *l.*2.& in *auth.litigiosa, C.de litigiosis*,vbi *Bar.* & alij, *Abb.in cap.Ecclesia,vt lit.pend. Guid. Pap.quæst.*488.*n.*3.vbi ponit sex requisita. interrũpit præscriptionẽ 30.& 40. annorũ. *l.omnes*,& *l. cùm notissimi*, in princ.& *§.imò,C.de pręscr.*30. *ann. Bar.in l.naturaliter,ff.de vsuc.Balb.*vbi sup.*de pręscr.*3. *par.*6. *& vlt. par. princ.n.*25. *Paris. cons.*104. *n.*150. *lib.* 1.

Rol.

Rol.cōſ.79.n.30.lib.1.Pereg.in tract.var.ad rubr.de iud.lib.2. n.48. & 49. cum tribus ſeqq.

274 Tertio noto, quod ſi prima citatio cōtra aliquem fuit executa, & ipſe, antequam nuncius faciat relationem in actis, aliquid noui faciat, id poſtea quam fuerit facta relatio, non poteſt per viam attentati reuocari, ita poſt *Lapum*, quem alleg.not. *Card.in Clem.2.vt lit.pend.nu.19.*& ibidem *Anchar.n.9.*

275 Poſtremo noto, quod in relatione citationis facienda non requiritur præſentia, nec citatio partis. *Bald.in l.conſentaneum,n.37.C.quom.& quan.iud.*

276 Quantum ad ſecundum cui fieri debeat relatio.*Bar.*&*Bal.* reperiuntur diſcordes, an fieri debeat Iudici, vel Notario.

Tenet *Bar.*in *auth.quæ ſupplicatio,n.1.C.de precib.imp.offer.*per illum *tex.*quod fieri poſſit notario, quia libellus, & alia acta, & inſtrumenta poſſunt produci coram ipſis notarijs, licet non producantur coram ipſo Iudice principali,& idem dicit in *Leos qui,§.ſuper his,n.3.C.de appellat.* & latius in *l.ſi finita,§.Iulianus,n.19.ff.de dam.infec.* dicit ſufficere ſi nuncius referat notario, & non Iudici; ſicut etiā inſtrumenta poſſunt ipſi notario produci,& nō eſſe neceſſarium, quod relatio nūcij fiat Iudice p tribunali ſedēte.

Sed *Bal.* in d.*auth.quæ ſupplicatio,C.de precib.imp.offer.n.2.* inquit non credere verū eſſe dictum *Bar.* in inſtrumētis,quæ producuntur ad probandum;quia fides debet fieri Iudici, non notario, vel Tabellioni. ex iuribus per eum allegatis ſubiungens, quod licet ſcriptura fiat per Tabellionem actorum, tamen non ſunt acta, niſi fiant coram Iudice, vel niſi tabellio habeat in hoc cōmiſſionem Iudicis. *cap.quoniā contra,de prob.*& in *l.in minorum,C.in quibus cauſ.in integr.reſtitut.non ſit neceſſ.nu.6.* dicit quod hic actus relationis debet fieri in iudicio,& apud tribunal.

Cæterum idem *Bal.*ab hac opinione videtur receſſiſſe in d.*l.præcipimus,C.de appellat.n.1.* dum dixit,quod nuncius publicus benè poteſt referre ambaſciatā ſuam actuario tabellioni; quia non requiritur cauſæ cognitio; ſed eſt quoddam referre.

Verum hoc non obſtante,

Angel. in d. *l. si finita*, §. *Iulianus*, *ff. de damn. infec.* sequitur primam opinionem Baldi, dicens quod productio instrumentorum, & actorum, & nuncij relatio, sunt actus probatorij, quare sicut probationes per testes, vel per confessionem debent fieri Iudici, & non possunt fieri parte absente; ita nec corā Notario dumtaxat. *l. testium*, *C. de testib. l. interrogatam*, *C. de lib. caus.* & refert *Soc. de cit. art. 13. n. 2.*

In hanc etiam partem inclinat *Franc. in cap. cùm parati, n. 50. de appellat.* dum dixit aduerte, quia dubium facit, si relatio nuncij non potest fieri die feriato, ergo nec absente Iudice; quia vbi abest Iudex, non est iudicium. *cap. forus. de verb. sign.* eo maximè cùm notarius non possit expedire, & gerere acta causæ in absentia Iudicis, vt est *gloss.* not. in *l. iubemus*, *C. de liberal. causa*.

Opinionem autem *Bar.* sequitur *Abb. in cap. quoniam*, *de probat.* secundum quam in *cons. 112. lib. 2.* consuluit valere relationem citationis factam per nuncium, nō ad bācum Iudicis, nec Iudice præsente; sed soli notario existenti extra locū vbi ius redditur; Notarius tamen scripsit citationem in actis antequam sententia ferretur, & pro hoc allegat *tex.* cū *gloss.* not. in *l. voluit*, §. 1. in verbo, *itinere*, *ff. de interrog. act.* vbi dum dicitur in *tex.* quod interrogationes dicuntur fieri in iure, quando fiunt coram Iudice, siue consistat in loco vbi ius dicit, vel si domi, vel in itinere hoc agat. *gloss.* ita declarat, quod vbi res exigit plenam causæ cognitionem, Iudex debet locum consuetum seruare in negocio examinando; sed vbi semiplenè fit, ideo etiam in itinere expedire potest. & ad idem est *tex.* in *l. à procedente*, *C. de dilat.* & in *cap. 2. eodem tit. de dilat.* vnde infert, quod cùm relatio nuncij non requirat summariam cognitionem, nec sit actus iudicialis; sed sit simplex notificatio executionis iam factæ, ideo non requirit locum iudicij, quod autem relatio non requirat etiam summariam causæ cognitionem ita ratiocinatur.

277 Citatio habet tres partes, prima est interlocutoria Iudicis de citando, quæ cùm sit

sit actus iudicialis, & iurisdictionalis non potest fieri extra territorium. *Clem. pastoralis de re iud.* altera est executio, seu actus nuncij citantis, & postrema est ipsius nūcij relatio, qui actus cùm non sint iurisdictionales, possunt fieri extra territorium. *l. omnis, §. verum si apparitor C. de Episc. & Cleric.* & not. in *cap. fin. de for. compet.*

278 Et propterea concludit, quod relatio non exigit Iudicis præsentiam, sed satis est quod fiat notario causæ, & per eum scribatur in actis: cùm ad eius officium pertineat scribere citationes. *cap. quoniam contra* & ibi not. *Innoc. Io: Andr.* & alij *de probat.*

279 Concludendo in hac materia considero, quod si nuncius citat in loco iudicij oretenus ad solam instantiam partis, sufficit vt relatio fiat Notario, quia est actus non requirens causæ cognitionē. d. *l. voluit,* iuncta *gloss. ff. de interrogat. act.* cum alijs per *Abb. d. cons. 112. lib. 2.* antequam tamen Iudex pronunciet, quia alias nihil decernere posset, si ei non liqueret. *l. 1. cum gloss. final. C. de bon. poss. secundum tab.* nec creditur Iudici, nisi de eo, quod est in actis. d. *cap. quoniam contra*, cum ibi not. per *Doct. de prob. Ias. in l. properandum, §. & si quidem, n. 8. & seq. C. de iud.*

280 Et quando probatio non est in actis, habenda non est in consideratione. *Bal. in l. 2. n. 19. C. de eden.*

281 Et ratione iudicij, quæ sūt extra acta, dicuntur extra mundum, perinde ac si in rerū natura non essent. *Castr. in l. ait prętor, § si Iud. ff. de re iud.*

282 Si verò citat cum cędula ad instantiam partis pariter in loco iudicij, si non facit relationē in pede citationis, seu à tergo, debet referre siue Iudici, siue Notario, dummodo tamen in actis scribatur.

283 At si relationem facit in pede, seu à tergo cędulæ citationis, prout in Curia faciunt Cursores, tunc illa relatio dicitur fieri coram notario, cui in termino citationis per partem traditur, & deinde per notarium hora audientiæ legitur coram Iudice: relationes autem quas faciunt de monitorio executo notarius non legit coram Iudice, sed notat in actis.

284 Si autem de mandato Iudicis nuncius citat extra lo-

cum iudicij, prout faciunt nuncij, seu Notarij, qui in partibus exequuntur monitoria, seu citationes Romanæ Curiæ, tunc idem nuncius, seu executor facit relationē alicui notario publico, qui de ea facit, adhibitis testibus, publicum instrumentum.

Quæ citatio sic executa cum dicto relationis instrumento reproducitur coram Notario causæ, quæ nec etiā coram Iudice legitur; sed ponitur in actis. & ita in omni casu verificatur opinio *Bart.* & *Abbatis*, sufficere quod relatio fiat notario.

Reliquum est, vt ad rationes *Bal.& Angel.* respondeā.

285 Prima ratio, fidem esse faciendam Iudici, non autem notario, vtique vera est, quā probat *tex.* in *l.quingenta,* in fine, *ff.de probat.* ibi *hæres ipse id probare Iudici debet*, vbi *gloss.* in verbo *Iudici,* notat Iudici, non aduersario faciendam fidem; quia semper negaret.

Sed quæro, quando dicatur fides facta Iudici, & quando notario. & dico quod Iudici potest fieri fides, vel vti priuato, vel vti Iudici. vti Iudici cuius officium est veritatem inuestigare. *l.is apud quem, C. de edend.* tunc fit fides, quando fit in figura iudicij parte citata, at vti priuato, quando fit parte non citata. Notario autem fides fieri dicitur, vel vti publico notario, seu actuario, vel vti priuato. vti actuario, cuius officiū est vniuersa acta iudicij conscribere fideliter, vt ex eis veritas possit declarari. *cap. quoniam cōtra, de probat.* tunc fit, quando in figura iudicij fit parte citata. at vti priuato, quando fit parte non citata.

286 Qui igitur additur tanquā Iudex, curare debet, & committere vt altera pars citetur; negociorum siquidem merita partium assertione pandūtur. *l. fin. C. si per vim, vel alio modo,* & nihil occultè agi debet in iudicio. *Specul. in tit. de teste, §. qualiter sunt testes producendi, n. 1.* & præbere debet signatores, siue actuarios, quò faciliùs negocia explicētur, & probatio rerum salua sit. *l. curent Magistratus, ff. de testibus.*

287 Et propterea instrumenta, siue parti ostendantur, siue tradantur notario, non probant, nisi corā Iudice producantur parte præsente, vel citata,

rata, vt possit opponere *l. properandum*, *§. fin autem reus*, vbi *Doct.* & *Iaf. n.* 5. *C. de Iud. l. Iudices*, vbi *Bald. in* 4. not. *C. de fid. instr. Caput. decis.* 117. *n.* 5. *par.* 3.

288 Sic etiam testes non probant, nisi parte citata producantur. *l. si quando*, *C. de test.* & nisi per eundem Iudicem recipiantur, vel de eius commissione per notarium in loco iudicij, & extra per alium Iudicem deputatum. *d. l. Iudices*, *C. de iud. Bart. in l. videamus*, *§. differre*, *ff. de in lit. iur. Bal. in l. testium*, *C. de testib.*

Et quæ fiunt etiam coram Iudice, sed non in forma iudicij, præiudicium non generant. *l. cùm scimus*, *C. de agric. & censit*, *lib.* 11. *gloss. in l. iubemus*, in verbo *aliud iudiciū*, *C. de liber. caus.*

289 Sic testium depositiones factæ non in figura iudicij, nō præiudicant. *l. solam*, iuncta *gloss. C. de testib.*

290 Maximè quia Iudex non tenetur stare testimonijs, sed testibus, quorum qualitatem iudicialiter, & cum partis citatione, & oppositione debet examinare. *l.* 3. *§. ideoque diuus*, *ff. de testib.*

291 Atque ita nec sufficit testamentum Iudici exhibere, cuius priuata scientia nō sufficit. *Angel. in l. fin. C. de edic. Diui Adr. toll.* sed requiritur productio, & quod fiat de actis. *Bal. in d. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. nu.* 42. *Menoch. de adipisc. rem.* 4. *n.* 656. *q.* 75. sed quando nullus extaret cōtradictor, tunc sufficeret exhibere testamentum soli Iudici. *Angel. in d. l. fin. & ibi Dec. n.* 13. *Menoch. d. quæst.* 75. *n.* 657.

Sed in contradictorio iudicio instrumenta, & iura sunt producenda. *Iaf. in auth. quæ supplicatio*, *n.* 3. *in fine*, *C. de precib. imp. offer. Dec. in rubr. de probat. n.* 7.

292 His itaque stantibus d. prima ratio adducta pro opinione *Bald.* non obstat, quia quando relatio per nuncium fit actuario, & ille eam scribit in actis, non dicitur fieri fides Notario, sed Iudici cui vti tali nihil constare dicitur, nisi quod est in actis; non autem id quod vti priuatus extra acta vidit, vel audiuit. *l. illicitas*, *§. veritas*, & ibi *gloss. ff. de off. præsid.*

293 Altera ratio, quod sicut actus probatorij, qui fiunt vel per scripturas, vel per testes,

vel

vel per confessionem partis, nequeunt fieri absente Iudice, coram solo Notario. *cap. contingit*, iuncta *gloss. in verbo præsente Iudice, de fid. instr.* ita nec actus relationis nuncij tendens ad probandam citationis executionem, non concludit propter diuersitatem rationis; quia probationes per iura, testes, vel per partis confessionem, non possunt fieri, nisi in figura iudicij, parte citata, vt possit opponere. & ideo nequeunt fieri absente Iudice, qui iura testesuè productos admittere debet, vel reijcere.

Sed relatio nuncij non requirit præsentiam, nec citationem partis, neque etiam Iudicis decretum, seu admissionem, nullamque causæ cognitionem, ex iam dictis.

294 Postrema ratio, quam vt supra adducit *Franc. in cap. cùm parati, n.* 50. quod si relatio nuncij non potest fieri die feriato, ergo nec absente Iudice, maximè cum notarius non possit in absentia Iudicis expedire, nec gerere acta causæ: tollitur negando assumptum, & assignando differentiam, quia acta causæ, quæ fiunt coram Tabellione in figura iudicij, non possunt fieri absente Iudice; sed relatio nuncij non fit in figura iudicij, ergo.

Et quod sufficere debeat, vt relatio fiat soli notario, non autem Iudici pro tribunali sedenti, facit *tex.* in *l. eos, §. super his, C. de appellat.* ibi *ad scrinia*.

Et ita interpretata est diuturna cõsuetudo respectu relationis nuncij; non tamen respectu aliarum probationũ. *Io: de Imola* in *l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. infec. Soc. de citat. art.* 13. *n.* 2. in fin. adde *Maran. de ord. iudiciorum, par.* 6. vers. *rectè concipiatur citatio, n.* 57.

295 Et quantum ad assumptũ negatum, ex quo relatio non fit in figura iudicij, & nullam requirit causæ cognitionem, ideo potest fieri etiam tempore feriato in honorem hominum, non autem in honorẽ Dei. vt declarauimus *supra cap.* 10. *n.* 252. vbi vide. adde *Maran. d. vers. rectè concipiatur citatio, n.* 55. *Rol. cons.* 47. *n.* 60. *lib.* 2.

296 Finita itaque hac disputatione firmandũ est, quod relatio siue fiat Iudici, siue Notario, omnino debet per eundem

dem Notarium actuarium redigi in scriptis. d. *cap. quoniã contra*, & ibi *Doct. de probat. Rol. conf.* 90. *n.* 35. *lib.* 1. est enim actus substantialis, & de processu. *Bal. in l. fin. C. de fer.* etsi in actis non reperiatur, citatio non valet. *Maran. d. vers. rectè concipiatur citatio, n.* 55. *Rol. d. conf.* 47. *n.* 70. *lib.* 2.

297 Et ex relatione citationis probatur, quod quis fuerit citatus, cùm in hoc credatur nuncio, tanquam de re spectãte ad eius officium. *gloss. in cap. cùm parati*, in verbo *suus nuncius*, in fin. *de appell. Bar. in extrauag. ad reprimendum*, in verbo *per nuncium*, *n.* 10. *Vant. de nullit. ex desec. citat. n.* 150. *Rot. in recẽt. decis.* 561. *n.* 14. *par.* 1. alia vide supra *Cap.* 7. *vers. de citatione per nuncium publicum, n.* 55.

In contrariũ autem si persona suspecta, & fide digna iuraret se non fuisse citatum, quod crederetur, quodque possint recipi probationes in contrarium, dicunt *Doct.* in d. *cap. cùm parati, de appellat. Specul.* in tit. *de cit. §. sequitur, vers. sed nunquid, n.* 6. & ibi *Io: Andr. in addit.* in verbo *quoniam hunc articulum. Maran. vers. rectè concipiatur citatio, n.* 54. alia vide supra d. *cap.* 7. *sub d. vers. de cit. per nũc. publ. n.* 82. *& seqq.*

298 Et non sufficit citationem fuisse commissam à Iudice, & ad partis instantiam, vel etiã reo intimatam; sed oportet vt relata sit in actis, alias citatum non afficit. *Bar. in l. hac au* [illegible] *§.* 1. *ff. quib. ex caus. in possess. eatur*, & in *l. si finita, §. Iulianus, ff. de damn. infec.* non interrumpit præscriptionem, adde *Balb. de præscr.* in *tertia par. sextæ part. princ. nu.* 25. *Surd. decis.* 5. *col.* 1. *Peregr. in tract. var. lib.* 2. *ad rubr. de iud. n.* 48.

299 Et quando citatio non reperitur descripta, & relata in actis, non potest aliquis contumax reputari. *Castr. cõs.* 81. *col.* 4. *vol.* 3.

300 Et propterea quando quis condemnatus fuit in contumaciam, cautela est, vt perquirat in actis, an scripta sit nuncij relatio; quia sine ea nihil valet citatio, nec sententia, neque constat de contumacia. *Maran. in d. vers. rectè concipiatur citatio, n.* 55. *&* 56. *Mars. in l. de vno, n.* 119. *ff. de re iud. Rol. conf.* 47. *n.* 67. *&* 70. *lib.* 2.

Et

301 Et quod quis nõ fuerit citatus, probatur ex lectura processus, ex eius inspectione, & reuolutione hæc negatiua probatur, & excluditur omnis præsumptio. *Castr.cõs.*81. *n.*3. *lib.*2. *Greg.decis.*416. *n.*5. & ibi *add.* referunt alias decisiones, *n.*8.

302 Et si notarius assereret ex actis citationem apparere, ei non crederetur, nisi exhiberetur citatio relata. *l. asse toto, ff. de hæred. instit. auth. si quis in aliquo, C. de eden. & Paris. cons.* 31. *n.*14. *vol.*4.

Item si Notarius assereret nuncium sibi retulisse, se citasse N. prout in cedula, si cedula non est registrata in actis, non constat de tenore citationis. *Felin. in cap. quoniã contra, sub nu.* 51. *de probat. Rot. diuers. decis.* 55. *n.*1. *par.*1. cum alijs per *Rot. in recent. par.*1. *decis.* 492. *n.*3.

303 At si Cursor assereret aliquem intimasse, & intimatio non esset in actis relata, nullam faceret fidem, nisi examinaretur tanquam testis cũ iuramento, & parte citata. ex adductis per *Gratian. cap.* 715. *n.*4.

Et ad sustinendum condemnationem factam ob cõtumaciam, dum de relatione in actis non appareret, non essent admittendi testes, quãdo esset suspecti, ad dicta per *Seraph. decis.* 290. *n.*5. *& seqq.*

304 Quando nuncius facit relationẽ citationis apud acta, non est necesse, vt notarius actuarius adhibeat testes, sed satis est, quod scribat actum in præsentia Iudicis, vel ad bancum iuris; quoniã acta suscipiunt authoritatẽ ex præsentia Iudicis, non autem ex persona tabellionis. *Innoc. in d. cap. quoniã contra, de probat. n.*1. & ibidem *Lanfr. n.*24. & vt dicitur in *l. in donationibus quæ actis, C. de donat. superfluũ est priuatum testimonium, cùm publica monumenta sufficiant.*

305 Et ideo acta iudicij non requirunt testes, quia sine testibus habent publicam fidẽ. *Bar. in l. emancipatione, C. de fide instrum. Bal. in l. gesta, vers. quædam vero sunt, n.*6. *C. de re iud. Mar. in spec. par.*6. *vers. actorũ editio fieri debet, n.* 30.

306 In Curia Cursores, & Mandatarij faciunt relationem, non apud acta, sed in pede citationis, vnde relatio simul cum citatione in actis producitur, & si Cursor faceret rela-

relationes diuersas, vnam in pede citationis, & alteram in manibus partis, quod attendenda sit ea, quæ est in scriptura originali citationis, dixit *Greg.decis.*131.*n.*2.

Sed quando refert alteri notario non actuario, seu nō deputato à Iudice, debent adhiberi testes, cùm ei soli non credatur, ad tradita per *Bart. in l. si finita, §. Iulianus, n.*7. *ff.de damn.infec. Bero. in cap. quoniam contra, de probation. n.*131.*&*147.*Rot.in recentiss. decis.*628.*n.*3,*par.*1.

307 Quando vero nuncius citat extra locum iudicij, tunc debent testes adhiberi, & fieri instrumentum publicū, prout fit in citationibus, quæ mittuntur extra Romanam Curiam, quibus executis, nuncius alicui notario, ibidem existenti, refert se citasse, & executum fuisse, & per notarium fit publicum instrumētum, vt refert etiam *Mandos. in reg.*24.*de annali, quæst.*35. *n.*10. *circa fin.* vel alias idem nūcius de tempore quo exequitur citationem, posset secum adhibere duos testes, & fieri facere publicum instrumentum, ad dicta per *Put.decis.*86.*lib.*1.

308 Quādo vero notarius exequitur in partibus citationes Curiæ Romanæ, in actu executionis debet testes adhibere, & publicum instrumentum conficere, ei enim sine testibus non creditur in his, quæ nō pertinent ad eius officium. *Put.decis.*5.*n.*1. *lib.*3. *Rot.in recent.decis.*492.*n.*3.*&* 624.*n.*10.*par.*1.*& decis.*209. *n.*1.*par.*2.& quod notario nō credatur de citatione à se facta, hoc est sine testibus, est decis. *Greg.*71.*n.*2.sed vbi viget consuetudo, quod notarij in exequendis citationibus fungantur vice publici nuncij, tunc sola attestatio notarij sine testibus probat executionem citationis.*Greg.decis.*426.*n.*5.*&* 453.*n.*4.quod intellige quoad citationes illarum partium, non autem quoad citationes Rom. Curiæ: quia vt, siue nuncius publicus, siue notarius fungens officio nuncij faciat fidem, & relationem sufficientem de citatione executa extra locum iudicij, debet fieri publicū instrumentum; cùm tunc nō fiat relatio apud acta, quæ testibus non indiget, vt superius dictum est, alia de hac materia vide sup. *Cap.* 7.

vers.

verſ.de citat.per nuncium publicum, *n*.97. & inſtrumentũ executionis an & quando ſit reproducendum inferius dicemus, in *verſ.de reproductione citationis*.

309 Pone modo quod nuncius poſt factam executionem citationis, relationem facere nequeat propter impedimẽtum infirmitatis, an poſſit referre per alium. diſtingue inter actum citandi, & actum referendi: quando in eadem Curia ſunt nuncij publici, tũc actũ executionis poteſt vnus alteri demandare, quamuis à parte, vel à Iudice fuiſſet ſibi idem actus commiſſus, quando ſcilicet in itinere infirmaretur, aut alio iuſto impedimento citare non poſſet per ſe; tunc enim poteſt citare per alium, non obſtante quod Curſor, ſeu nuncius deputatus in aliqua cauſa à principio debeat vſque ad finem in ea perſiſtere. ad *tex*. in *l*.1.*C. de ſportulis*, vt enim dicitur in *l. vn. ff. de officio Conſul. ſanè ſi qua ex cauſa collega non poterit manumittere, infirmitate, vel aliqua iuſta cauſa impeditus, collegam poſſe manumiſſiones expedire Senatus cẽſuit*.

Relationem autem ipſe nuncius nõ poteſt facere per alium; cùm nuncius tunc ſit quidam teſtis, & ideo ſi vel propter infirmitatem, aliudve impedimentum nõ poſſet ire ad faciendam relationem, Iudex deberet ad eum mittere pro relatione habenda. *Bal.in cap.cùm dilecti, n*.9.*de dol. & cont.Franc*. in *cap.cùm parati, de appellat. n*.51. ſed hoc caſu poſſet nuncius referre alicui notario publico in præſentia duorum teſtium, qui conficeret inſtrumentum publicum, iuxta prædicta.

310 Sed quid ſi nuncius, qui citauit, ſit mortuus antequam referat, reſpondet *Bal. in l.cõſentaneum, n*.38. *C. quom. & quand. iud*. quod citatio poterit probari per teſtes, & per inſtrumenta, quæ recipiet Iudex etiam ex officio, antequam ferat ſententiam.

311 Qualiter relatio per nuncium fieri, & per tabellionem debeat ſcribi ponit *Specul.in tit. de citat*. §. *ſequitur*, *n*.10. nempe quod idem nuncius redire debet ad Iudicem, & præſente notario referre Iudici qualiter, vbi, quando, & quibus præſentibus citauit. & idem dicit *Ioan.Andr.in cap.*

quo-

quoniã contra,de probat.n.17. quod tabellio scribet, quod Iudex iusserit nuncio vt citaret talem, & quod nuncius reuersus retulit, quod tali die coram talibus citauerit; nam, vt ait, testes sunt adhibendi ad *tex. in cap. sacro, de sententia excomm.* quod intellige in casu quo testes sint adhibendi, vt in nuncio priuato, de quo supra *cap.7. vers. de citat. per nuncium priuatum, n.30.* & *vers. seq. de citat. per nuncium publicum, n.53.* & etiam in nuncio publico, quando facit relationem alteri notario, non actuario, vt paulò superius diximus, & idem repetit *Socin. in tract. de citat. art.13.n.5.* & quamuis in Curia Cursores in pede citationum, & monitoriorũ abbreuiatam faciant relationem; tamen ea in confectione, siue extractus coram AC. & Prælatis, siue regestri, coram Auditoribus Rotæ, pluribus verbis extenditur, exprimendo qualiter nuncius Cursor retulit in iudicio, coram D. Auditore in loco vbi iura reddi solent, de mandato D. Aud. sibi super hoc, vt asseruit legitimè facto; quod intelligitur de mandato generali in initio sui officij dato, & ad instantiam N. citasse tali die N. personaliter inuentum, & apprehensum ad dicen. vt legitur in formulario termin. seu regestr. Rom. Curiæ, quem quotidie pręmanibus habent extratistæ, in *tit. de relat. Curs. fol. mihi 96.*

Cæterum hanc materiam, quam alij sicco pede transierunt importantem agnosco, & serius explicandam.

Distinguo igitur, aut nuncius citauit oretenus, aut cum schedula, vel cum litteris, & vel citauit reum in personã, vel ad domum, vel in locis publicis.

Si citauit oretenus, debet referre quem citauerit, coram quo, ad cuius instantiam, & ad quid, & pro qua die, quæ in citando diximus esse exprimenda *in cap.9.*

312 Et notarius debet scribere per extensum, quia alias ex actis, & ex sola relatione non constaret de citatione, quæ non præsumitur. *cap. tenor.* & ibi not. *Doct. de re iud. Alciat. de præsumpt. reg.3. præsumpt.9. n.19. Rol. consil.63.n.35. lib.1.*

Et quãuis crederetur nuncio de citatione facta, & executa, non tamen creditur de teno-

tenore, quando illum non expressit, ad dicta per *Felin. in cap. quoniam contra, col. penult. vers. limita hanc conclusionē, de probat.* & si de tenore citationis non constat, impossibile est dicere, quem fuisse legitimè citatum. *Cassad. dec. 1. de præsumpt. Rot. diuers. par. 1. decis. 55. n. 1.*

Si vero citauit cum schedula, vel in scriptis, sufficit, absque prædicta expressione, sola relatio cum exhibitione, & traditione eiusdem schedulæ, vel scripturæ, quam notarius debet ponere, seu registrare in actis, vt de ea constet.

313 Sed an necesse sit, vt exprimat de quo tempore, quo in loco, & quibus præsentibus, & quo modo, seu quo ordine citauerit, breuiter dicemus.

Tempus, quo citationem fuit executus debet nuncius exprimere in relatione, vt constet nedum citationem fuisse legitimè factam; sed etiā legitimè relatam tempore, scilicet congruo; cùm alias citatio vel minus legitimè facta, vel male relata, sit nulla, & reddat sententiam nullam. *Bar. in l. 4. §. prætor, n. 13. ff. de dam. infec. Soc. de citat. art. 13. n. 4. Gabr. conf. 40. n. 5. lib. 1.*

Nam si fuisset facta de nocte, non valeret, vt supra hoc eodem *cap. n. 146.*

Item si in die feriata, iuxta latè dicta supra *cap. 10. vers. citatio an possit fieri in die feriata, n. 195.*

Item si in tempore tam breui, vt citatus non potuisset comparere iuxta deducta supra in *cap. 9. n. 530. & seq.*

314 Locus non exprimitur in relatione per Cursores in Curia, de stylo tamen, hoc est, vt ait *Cæsar. de Graff. decis. 1. n. 1. & 10. de dol. & cont.* qui autem in partibus exequuntur citationes Curię Romanæ, debent in instrumento executionis, & relationis apponere locum loci, qui in instrumētis est de substantia. *Rot. in ant. decis. 5. de fide instrum. Cæs. de Graffis d. decis. 1. de dol. & cont. n. 10. & n. 11.* subiungit, quod de mandato Iudicis idem notarius supplere potest addendo locum loci vbi citatus repertus fuit, per *doctrin. Bar. in l. librarius, n. 4. ff. de reg. iur.* & per *cons. Natta 329. n. 2. lib. 2.* & locus in quo citatus reperitur videtur esse de pertinentibus ad citationē; quia

quia posset esse talis, in quo citari non potest, vt not. *Bal. in cap.cùm parati*, & sequitur *Dec.ibidem*, *n.*12. *de appellat.* de qua re alia dicta sunt supra *Cap.* 11. *n.* 28. *& seqq.* & superius hoc eodē *Cap. n.* 139. *& seq.*

Item quãdo nuncius refert citasse maritum in personam vxoris, vel famuli, debet exprimere locum loci, quia si citationem fuisset executus extra domum, non valeret, vt dictū est superius hoc eodem *Cap.vers.de execut.citat. ad domum*, *n.*187. *& seq.*

315 Testes in executione, & relatione citationum in Curia, Cursores de stylo, non exprimunt, & in partibus etiam nuncijs creditur, sine testibus ratione eorum officij. *Burat. decis.*146. *n.*4. vbi aliæ referuntur.

Sed nūcij, alijve, qui exequūtur citationes Curiæ Romanæ, debent testes adhibere, & referre coram quibus fuerint executi. *Specul. in tit. de citat.* §. *sequitur*, *n.*9. *Put. decis.*5. *lib.*3. *Seraph.dec.*1087. *n.* 1. & *decis.* 1094. *sub n.* 3. & paulò superius dictum est *n.*308.

316 Modum denique, & ordinem, quem nuncius citando seruauit, debet exprimere in relatione citationis, vt appareat, an formam citationis impleuerit, quam omnino implendam esse diximus superius *hoc eodem capite*, *n.*150.

DE RELATIONE Citationis personalis.

317 Quando personaliter citāt Cursores in Curia, dicunt simpliciter in relatione se fecisse, absque eo quod exprimant aliud, & ita intelliguntur dicta verba, quod Cursor fecerit personaliter, & seruatur de stylo. *Rot. in recent. decis.* 561. *n.* 14. *par.* 1. qui stylus censetur rationabilis, vt dum Cursor non dicit citasse domi dimissa copia, nec per affixionem, debeat intelligi citasse personaliter.

318 Quia in dubio actus præsumitur per executorem legitimè factus. *Abb. cons.* 41. *n.* 2. *lib.* 1. *Bal. in l.scire oportet*, §. *multa vero*, in fine, vers. *contra seruatur*, *ff. de excusat. tut. Rot. in recentiss.decis.*577. *n.*4. *par.*2. & in extensione, quæ fit in registro extenditur, Cursorem fecisse personaliter, vt in *formulario*, *tit.de*

K rela-

relatione Cursorũ, fol. mihi 96.

319 De iure autem an valeat relatio nuncij, qui dicit omnia fecisse, ad quæ tenebatur, seu prout habuit in mandatis; quando scilicet citatus non comparuit: controuersia est. & quod non valeat, dicit *Bellam. decis.* 200. adducens rationem; quia in litteris cõtinetur multiplex modus citandi, videlicet in persona, vel in domo, vel in Ecclesia, & propterea talis relatio est incerta, & obscura, & non valet, & huic opinioni negatiuæ adhærent. *Alex. cons. 2. n. 3. & 4. lib. 3.* & *Decius* in *cap. quoniam contra, n. 21.* in fin. *de probat.*

In contrarium quod talis relatio valeat, & incertitudo, & obscuritas cesset, ex quo præsumendum sit, quod nuncius citauerit ad domum, non autem in personam, vt sic in benigniorem partem citatus fiat fictus, non autem verus contumax, fuit notabile dictum *Bald.* in *l. properandum, §. & si quidem, n. 13. C. de iud.* quem secuti sunt *Anchar.* in *Clem. vn.* in fin. *de dol. & cont. Alex. cons. 219. n. 8. lib. 6. additio ad Rot. in nou. decis. 1. nu. 3. de dol. & cont.* ita pro hac opinione affirmatiua fuisse iudicatum, referũt *Cattel. Cott. in suis memoral.* in verbo *citationis forma*, & *Benint. decis. 57. n. 3.*

Puto vtramque opinionẽ esse veram in casu suo, ita distinguendo. aut commissio continet vnicum modum citandi, vtputà in personam, & tunc si nuncius refert citasse prout sibi commissum fuit, seu prout habuit in mandatis, sine dubio talis relatio valet: quia est certa, vti referens se ad mandatum, quod non est obscurum, tanquam continens vnicum modum citandi: nam certum dicitur nedum, quod per se certum est; sed etiam quod est certum per relationem ad aliud, quod certum est. *l. asse toto, ff. de hæred. instit. l. si ita scripsero, ff. de cond. & demonstr.*

Aut continet plures modos alternatiuè, cites vel in personam, vel ad domum, vel ad Ecclesiam, quo casu commissio non est certa, & successiuè relatio ad illam certificari non potest.

320 Quia alternatiua facit incertitudinem. *l. prætor, §. quod autem, ff. de iniur.* iuncta *gloss.*

gloss. in verbo *neque sub alternatione*, & in hoc casu verificatur opinio negatiua.

Licet enim certum sit de iure, quod illa alternatiua sit ordinis, vt de iure primo citetur in personam, deinde domi solitæ habitationis, si persona non inueniatur. *Bar.* & alij in *l.4. §. prætor ait, ff. de damn. infec.* & latè dictum est *supra in cap. 11. n. 243. & 262.* tamen hæc certitudo potest præsumi in Iudice, non autem in nuncio ignaro.

321 Et propterea licet verba Iudicis, ita ambigua interpretentur, & recipiant declarationem à iure. *cap. causam, de rescript. l. si stipulatus,* in princ. *ff. de vsuris, l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liberis, & posthum.* tamen verba nuncij debent esse clara, vt interpretatione non indigeant, & ita intelligenda sunt, prout verba apta sunt comprehendere, sicut dicitur etiam de verbis testis, qui non debet deponere de iure; sed de facto. *l.1. cum ibi not. C. de vsur. l. sciendum, cum ibi not. ff. de verb. obligat.* ita declarat *Bar.* in *d. l.4. §. prætor ait, ff. de damn. infec.* & sequitur *Alex.* *d. cons. 2. n. 2. & 3. lib. 3.* & approbat *Dec.* in *cap. cùm parati, n. 10.* & in *d. cap. quoniam contra, n. 2. de probat.*

322 Posset tamen nuncius admitti ad declarandum suam relationem, sicut admittitur testis, in continenti tamen, & non post multum tempus, itaut non posset suspicari de subornatione, ad *tex.* in *cap. præterea, de test. cogen.* ibi *quorum testimonia, si quandoque non studiosè; sed in proferendo errauerint, & se in continenti correxerint, reprobari non debent: secus autem erit, si correctioni suæ interposuerint interuallum.* adde *Rot.* in *nou. decis. 19. de testib.* vbi dicitur, quod si testis redierit post triduum ad se corrigendum, præsumi debeat informatus, & subornatus.

323 Et quamuis Iudex possit factum suum, ac etiam sui antecessoris interpretari; tamen non potest relationem, & verba nuncij interpretari: quia in eius locum non successit. *Alex. in l. inter stipulantem, §. si Stichum, n. 16. circa fin, ff. de verborum obligat.*

324 Et declaratio citationis, seu relationis dubiæ potius pertineret ad eum, ad cuius

instantiam citatio facta est. *Specul. de citat.* §. 1. *n.* 10. *Aurel. Dauid. de verborum signif. cap.* 9. *n.* 80.

325 Quando vero mandatum, seu commissio de citando cōtinet plures modos, non alternatiuè, sed ordinatè, vt putà, si non inueneris personam, cites ad domum; tunc commissio est certa: quia ordinat vt in subsidium fiat ad domum, & propterea relatio nuncij, quando se refert ad illam, est certa, & valet. quo casu verificatur opinio affirmatiua *Baldi*, vt quamuis nūcius non referat non potuisse reperire personam, & ideo citasse ad domum, nihilominus in benigniorem partem, ad excludendam veram contumaciam præsumitur citatio ad domum, non autem in personam. ad *l. interpretatione, ff. de pœnis,* & *l. meritò, ff. pro socio.*

326 Sed quid si nuncius in relatione citationis erraret in nomine, vel cognomine citati? Dico quod si ex tenore citationis, vel ex aliqua circumstantia possit constare, quæ persona fuerit citata, talis error in relatione non vitiaret, §. *si quidem in nomine. instit. de legat.* sic in simili error nominis, vel cognominis non vitiat commissionē, si per circumstantias pōtest de persona constare. *Rota in nou. decis.* 16. *de rescr. Crescent. decis.* 14. *n.* 4. *eodem tit. de rescript.*

327 Quid autem si nuncius referat intimasse monitorium; sed non dicat legisse, nec dedisse copiam? dic quod iuxta *tex.* in *Clem. causam, de elect.* relatio non valeret. sed si referret se obtulisse lecturum, & copiam daturū, & expleuisse contenta in eo, valeret: quia sic monitus non posset se excusare; quin habuisset notitiā de contentis in eo, vt per *Rot. diu. decis.* 202. per tot. *par.* 3. *lib.* 3.

328 Quid demum si nuncius non retulit infra quem terminum citauerit? dic quod relatio non valeret, nisi terminus constaret ex tenore eiusdem citationis: alias enim potuisset esse facta tam breui, in quo impossibile fuisset comparere, & sic nulliter. *Bar.* in *l. aut qui aliter, ff. quod vi aut clam. Abb.* in *cap. cùm dilectè, col. pen.* vers. & *satis placet, de dol. & cont. Rolan. cons.* 39. *n.* 27. *lib.* 1.

DE

DE RELATIONE Citationis ad Domum.

329 Relatio citationis ad domum vt valeat, plura de iure videntur necessaria, vt per *Grămat.* in *conſ.1. in materia fori iudicationis, n.3. & ſeqq.* nempe quod nuncius referat feciſſe domi ſolitæ habitationis, prout requiritur ex doctrina *Bar.* in *l.4.§. prætor ait, n.8. ff. de dam. infec.* quando enim de iure permittitur citatio domi, intelligitur de domo ſolitæ habitationis de tempore citationis, iuxta ea quæ latè dicta ſunt ſupra *Cap.7. verſ. de citatione domi, n.250. & ſeqq.* & *cap.11. verſ. citatio in qua domo fieri debeat, n.355. & ſeq.*

Item quod nuncius referat, & nominet cui de domo citationem ipſam notificauerit. *Ant. de Butr. in cap. fin. de eo, qui mitt. in poſſ. Soc. de cit. art.17.* verſ. *circa ſeptimam ſpeciem, Gram. d. conſ.1 .n.4.*

Similiter quod debeat referre perquiſiuiſſe citandum perſonaliter, & eo non reperto citaſſe domi. ad dicta per *Bar.* in *d.l.4.§. prætor ait, n.12.* vbi etiam *Alex. ff. de damn. infec. Butr.* & *Abb.* in *cap. cùm cauſam, de dol. & cont. Doct.* in *cap. cùm parati, de appellat.* & ibi *Dec. n.14. Gram. vbi ſupra n.6.* & quod Iudex, antequam decernere poſſit citationem ad domum, debeat committere, vt fiat per nuncium perquiſitio perſonæ, dictum eſt *ſup. cap.11. ſub verſ. de decreto citationis, quando ſit nullum, n.263.*

Item quod nuncius debeat referre cum iuramento, quod non potuit reperire principalem, vel procuratorem, iuxta *deciſ. Bellam. 309. Caput. deciſ. 111. n.10. par. 1.*

Item relatio citationis domi factæ non valet, ſi ibi eo tempore citatus non habitabat, nec aliquis de ſuis. *Alex. in l.4. §. prætor ait, n.9. ff. de damn. infec.* & in *l. hæres inſtitutus, ff. de acq. hæred. Gabr. conſ.31. n.34. lib.2.*

330 Cęterum aduertendum eſt, quod Curſores de ſtylo referũt feciſſe domi dim. cop. & ſic intelligitur de domo ſolitæ habitationis; in dubio enim præſumitur, quod actus per nuncium fuerit legitimè factus. *Bal. in l. ſcire oportet, §. multa vero, n.5.* in fine verſ. *contra ſeruatur, ff. de excuſation. tutor. Rota in recentiſſ.*

decis. 577. *nu.* 4. *par.* 2.

331 Et quod citatio sit facta domi solitæ habitationis, statur relationi nuncij, nisi contrarium probetur. *Bar. in l. si tamen, in fin. ff. de leg.* 2. *Bal. in l. properandum*, §. *etsi quidem*, *n.* 13. *C. de iud. Dec. in d. cap. cùm parati*, *n.* 14. *d. appellat.* cum alijs adductis per *Mandos. cons.* 96. *n.* 10. & 11. & dictum est *supra cap.* 11. *vers. citatio in qua domo fieri debeat*, *n.* 356.

332 Et quando Iudex mandat citari personaliter, vel domi solitæ habitationis, si nuncius referat citasse domi, modo & forma sibi commissa, relatio valet, etiam si non addiderit solitæ habitationis: quia forma citandi data erat, quæ cẽsetur adimpleta, dum nuncius dicit se citasse modo, & forma commissa. *Bald.* in d. *l. properandum*, §. & *si quidem*, *C. de iud. n.* 13. *Franc. decis.* 322. *per tot.*

333 Et quamuis nuncius non dimittat schedulam in manibus familiarium; tamen sufficit de stylo si referat fecisse domi dim. copia. ex adductis per *Grat. cap.* 946. *n.* 17. & in Vrbe adest *constitut. Pauli V. super reformat. Tribunal.* quæ statuit quod relationes fiant aut personaliter, aut domi dim. copia, aut copia in domo affixa, vt in eadem *constit.* in *tit. de Cursor. & Mandatarijs*, §. *insuper curent.* vers. *vel dom. dim. cop.*

334 In beneficialibus, non reperta persona, fit citatio ad domum, & in Cathedrali. & tali casu non sufficit relatio citasse ad domum; nisi etiam fiat relatio citationis ad Ecclesiam. *Clem. causam, de elect.* in prophanis autem, perquisita persona, sufficit citatio ad domum.

335 De stylo Curiæ, etiam in prophanis, committitur, vt si non inueniatur persona, citetur domi, & si ad eam non pateat tutus accessus, citetur in parochiali; quæ vltima verba si notarius omitteret ponere in citatione, & nuncius solum referet citasse ad domum, citatio valeret, quia citatio esset facta secundum ius cõmune, quo non reperta persona citatur domi. *Bar.* & alij in *l.* 4. §. *prætor ait*, *ff. de dam. infec.* & ita nuncius exequendo, nullatenus peccasset. ita *Put. dec.* 355. per tot. *lib.* 3.

DE

DE RELATIONE executionis factæ ad Ecclesiam.

336 Quando nuncius, seu notarius refert se executum fuisse citationē in parochiali Ecclesia valet, licet non dicat tempore diuinorū. *Crescent. decis. 9. de dol. & cont.* quod intellige, quando citatio debet fieri in Ecclesia tanquam in domo, seu in loco residentiæ. iuxta *decis. 83. de appellat. in ant. Put. decis. 16. lib. 1.* secus autem quando fit in Ecclesia tanquā in loco publico: est enim Ecclesia locus publicus omnibus patens. *Clem. causam, de elect. Bal.* in *l. etiā, sub n. 13. C. de execut. rei iud.* quia tunc, vt censeatur facta in loco publico, debet fieri tempore diuinorum, quo cōcurrit populi multitudo. *gloss.* in d. *Clem. causam*, in verbo *solemniter, de elect.* & publicatio non fit nisi coram pluribus, & in *Clem. prima*, in verbo *publica, de sepult.*

337 Et propterea in casu, quo fieri deberet citatio in Ecclesia, tanquam in loco publico, non valeret relatio, si nuncius referret quod fecit tempore diuinorum, & publicauit in valuis Ecclesiæ; quia multitudo populi non manet apud valuas, sed intra Ecclesiam. si tamen referret, quod eo tempore multi intrabant, & exhibāt; relatio valeret. vt Rotā sæpius tenuisse testatur *Cresc. decis. 5. de dol. & cont.*

Similiter relatio non valeret, si diceret hora tertia; quia debet dicere hora diuinorū, vbi erat populi multitudo. *Rot. diuers. decis. 1057. par. 3. lib. 3.*

338 Et quādo nuncius, seu notarius affixit, & dimisit originale citationis in Cathedrali per certum tempus, si dicat similiter affixisse in parochiali, intelligitur eodem modo, quo in Cathedrali, scilicet quod etiam per certum temporis spacium dimiserit, propter verbum similiter, quod importat similitudinem facti, & modi, vt per *Crescent. decis. 4. per tot. de dol. & cont.*

339 At quando nuncius exequitur contra absentem citationem decretam ad valuas Ecclesiæ Cathedralis, debet referre affixisse, & reliquisse copiam publicā. *d. Clem. causam, de elect.* iuncta *gloss.* in verbo *modo præmisso*, alias citatio non censeretur validè exe-

executa, & effectum non operaretur, vt censuit *Rot. in Tuden. Parochialis, del Rosal. 15. Ianuarij 1595. corã Penia.*

DE RELATIONE Citationis factæ per edictũ ad loca publica.

340 Citatio per edictum requirit tres actus, lectionem scilicet, affixionem, & publicationem. *Cassad. decis. 4. de dol. & cont.* & latè dictum est supra *cap. 7. vers. de citatione per edictũ, n. 272.* & *cap. 11. vers. de citat. per edictum decernenda, n. 386.* & superius hoc eodem *capite vers. de execut. citationis per edictum.*

341 Itaque si nuncius referret se in valuis Ecclesiæ, dum diuina celebrarentur, affixisse, & contra tales executũ fuisse, relatio non valeret, quia per illa verba non probaretur lectio, sed sola affixio, quæ non sufficit, vt per *Put. decis. 168. lib. 2.* & hoc procedit quando citatur persona certa per edictum; quia tunc requiritur lectio, publicatio, & affixio.

342 Secus quando per edictum citantur incerti; quia non requiritur lectio, & publicatio, sed regulariter sufficit sola affixio, ad *tex.* in *Clem. 1. de iud. Cassad. d. dec. 4.* vers. *quod tamen palatiũ, de dol. & cont. Vestr. lib. 4. cap. 3. n. 5.* & propterea valeret relatio nuncij referentis tantum se affixisse. *Surd. cons. 181. n. 36. par. 1.*

343 Aduerte tamen, quia valeret etiã, quando citauit personam certam, & retulit affixisse, & citasse prout habuit in mandatis, seu prout in litteris continetur: hæc enim verba nedum probarent affixioné; sed etiam lectionem, & publicationem, tanquam necessarium antecedens, ad *tex.* in *cap. cùm quid, de reg. iur. lib. 6.* & relatio ad litteras citationis per edictum redit verba nuncij certa, cùm contineant vnũ modum citandi.

344 Incertum enim non dicitur, quod per relationem ad aliud certificatur. *l. asse toto, ff. de hæred. instit. l. si ita scripsero, ff. de cond. & demonstr.*

Sed quando nuncius se refert ad litteras citationis, cõtinentes triplicem modum citandi, ad personam, ad domum, & ad Ecclesiam; tunc verba nuncij non certificantur: cùm fieret relatio ad id, quod certũ non esset. *Bellam. decis. 200. Vant. de nullitat. ex defec.*

*desec. citat. n.*138. *& sequen.*

345 At quando nuncius referret simpliciter se affixisse, absque eo quod se referret ad mandatũ de citando per edictum, relatio non valeret, vt per *Achil. decis.* 14. *de dol. & cont.* valeret tamen, si referret publicasse, & affixisse, idem *Achil. decis.* 12. *eodem tit. de dol. & cont.*

DE RELATIONE Citationis per Proclama.

346 Publicatio citationis per Proclama fit per solum præconem, vel per ipsum præconem Notario dictante, seu legente, prout etiam hoc modo publicantur edicta, & banna, & alia huiusmodi proclamata, ad dicta per *Specul. de citat. §. sequitur, n.*4. *&* 12. qui preco debet alta voce proferre, & clamare, vt ex astantibus possit quilibet audire: hoc enim importat verbum proclamare, hoc est palã, & valde clamare.

347 Et quando facit relationẽ, debet referre præconizasse, & publicasse per Ciuitatem in locis publicis, & consuetis; quando scilicet citatur multitudo, & personæ incertæ, absque tamen alia eorumdem publicorum locorũ expressione, quæ superuacua esset; cum sint notoria. *l. cùm seruo, §. final. ff. de contrahen. empt.* ibi *demonstratione fundi facta, confines numerari super vacaneum est*. & ita obseruare consuetudinem retulerunt *Bar. in extrauag. ad reprim. in verbo publicè. Soc. de citat. art.* 25. *n.*6. sed quando citaretur persona certa, deberet proclama publicari ante domum, & in vico, seu in loco, vbi habitare consueuit, & in loco iudicij, & ita referre se publicasse, ad not. per *gloss.* in verbo *tribus edictis*, & *Bal. in auth. qui semel, n.*5. *C. quom. & quando iud.* facit. *tex.* in *l.*4. *§. toties, ff. de dam. infec.* ibi *est tamen tutius libellum ad ipsas ædes proponere: fieri enim potest, vt ita monitus defensor existat*.

348 Insuper quando præco cõuocauit Consiliarios, vel alios de Vniuersitate, debet referre de cuius mandato, seu commissione conuocauerit. *Bart. in l.*2. *C. de decur. lib.*10. *n.*2. & in *l. neminem, C. de exhib. reis. Bal. cons.*63. *lib.*5. *Rolan. cons.*90. *n.*33. *lib.*1.

Sic

349 Sic etiam quando refert subhastasse, debet exprimere de mandato cuius Iudicis, & ad cuius instantiam, & quam rem, & quo precio, & prout in formula posita per *Specul. de cit. §. sequitur, sub n.* 12. & per *Soc. de cit. art.* 13. *n.* 5. *& 6.*

DE EXECVTIONE, & relatione Citationis contra Vniuersitatem.

350 Citatio contra Vniuersitatem ijsdem modis exequi potest, quibus contra quamlibet personam, videlicet personaliter, vel domi, vel per edictum in locis publicis. *Bal.* in *l.* 1. *§. quod si nemo, ff. quod cuiusque vniuers. nomine*, & in *l. etiam, sub n.* 13. *C. de execut. rei iud. Alex. cons.* 219. *n.* 11. *lib.* 6.

Quando Vniuersitas est cõgregata in loco solito, tunc dicitur personaliter citari, cùm sit quædam persona politica. *l. mortuo, ff. de fideiuss.* ibi *quia hæreditas personæ defuncti vice fungitur: sicuti municipium, Curia, & Societas. Bal. in d. l. etiam*, & ita citata constituitur in vera contumacia, *Alex. vbi supra.*

Quãdo vero citatur ad domũ Vniuersitatis, seu in loco vbi congregari solet, affixa citatione vel in ianuis, vel in muro; tunc dicitur citari domi. *Bal. in d. l.* 1. *§. quod si nemo, ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine*, & ita citata nõ constituitur in vera, sed in ficta contumacia. *Bar. in extrauag. ad reprimendum*, in verbo *citatum*, & not. in *l. dolo carere, ff. de reg. iur. Alex.* in d. *cons.* 219. *n.* 11. *lib.* 6.

Et quando non est tutus accessus ad locum, seu domũ Vniuersitatis; tũc Vniuersitas citatur per affixionem citationis, seu edicti ad loca publica, nempe quando illi de Vniuersitate impediunt accessum ad locum Vniuersitatis; tunc edictum affigitur in portis Castri, vel Ciuitatis, vel in ianuis Ecclesiæ vicinioris, vel si impeditur ingressus Castri, seu Ciuitatis, apponitur edictum citatoriũ in loco viciniori, vel in Ecclesia magis vicina. *Bal.* in d. *l. etiam, sub n.* 13. *C. de execut. rei iud.* & ita citata propter impedimentum constituitur in vera contumacia, sicut alij, qui hoc modo citantur, vt dictum est supra de citatione per edictum. & alia præcipua de

de hac materia dicta sunt supra *Cap.7. vers. de citatione vniuersali, n.126.* & *cap. 11. n. 384. vers. ad domum Vniuersitatis citatio facta, quando valeat*.

351 Vniuersitas potest agere, & conueniri. *l. sicut municipij, ff. quod cuiusque vniuersit. nom.* & licet personæ mutentur, eadem tamen Vniuersitas remanet, & si vnus solus remanet, ius & nomen Vniuersitatis conseruatur in illo. d. *l. sicut municipij, §. in decurionibus, ff. quod cuiusque vniuers. nom.* vbi *gloss.* in verbo *nomen vniuersitatis* ait, quod licet ab initio Vniuersitas constitui non possit, cùm tres ad minus faciant Collegium. *l. neratius, ff. de verborum signific.*

352 Ius tamen Vniuersitatis, & nomen, per vnum remanentem retinetur. & in eadē *gloss. Bal.* ait quod Vniuersitas est nomen iuris, & representationem quandam habet; sed non prout est nomen personarum. & vt dicitur in *l.1. §. quibus, ff. de quod cuiusque vniu. nom.* habet res communes, archam communem, & actorem, siue syndicum.

353 Vbi *gloss.* in verbo *syndicū* notat differentiā inter yconomum, syndicum, & actorem, vt yconomus dicatur is, qui ab Episcopo constituitur in rebus Ecclesiasticis, syndicus, qui ab Vniuersitate, & actor qui ab vno, vt in ea. sed ibi *Bal.* post *Innoc.* quem allegat, ait, vim faciendam esse potius in qualitate constituētis, quàm in qualitate constituti, seu administratoris. vnde si Vniuersitas constituit N. procuratorem, ille est propriè syndicus: quia non est procurator vnius, sed pluriū. & quodlibet vocabulum eam habet significationem, quæ congruit qualitati constituētis. *Speco, tit. de act. vers. sed pone.* facit *tex.* in *l. pater, §. cōditionum, ff. de condit. & demonstr.* ibi *conditionum verba, quæ testamento præscribuntur, pro voluntate considerantur*.

354 Et ideo si Vniuersitas constituit syndicum, seu actorē, ille poterit tanquam talis citari. *l. sed si hac lege, §. qui manumittitur, ff. de in ius vocan.* ibi *etsi aduersus Rempublicā, vel Vniuersitatem velit experiri, veniam edicti petere debet; quamuis actorem eorum constitutū in ius sit vocaturus.*

& in

& in *Litem eorum*, §. *si Decuriones ff. quod cuiusque* - *niu. nom.* dicitur *parui enim refert, an ipse ordo elegerit, an is cui ordo negocium dedit.* Sed quia posset dubitari, an talis esset syndicus, & an haberet mandatum sufficiens, vel an fuisset legitimè constitutus, ad tradita per *Doct.* in *l. aliud*, §. *refertur, ff. de reg. iur.* & ibi *Cagnol. n.* 5. ideo tutius esset citare Vniuersitatem congregatam. *Bal.* in d. *l.* 1. §. *quod si nemo, ff. quod cuiusque vniu. nom.* qui subiungit, quod nõ sufficit citare potestatem, nec alium officialem; quia contumacia eius, non nocet subditis. sed quærendi sunt eius actores, & procuratores. *l. meminerint, C. vnde vi*.

355 Possunt etiã citari illi, qui præsunt Vniuersitati, Communitati, vel Collegio. *l. municipibus, ff. de cond. & demõst.* ibi *itaque iurabunt per quos municipij res reguntur. Bar. in extrauag. ad reprim.* in verbo *citatum* adducens rationem; quod sicut potest citari tutor in causa pupilli, ita & rectores in causa Vniuersitatis. *l.* 1. §. *sufficit, ff. de admin. tut.* ibi *sufficit tutoribus ad plenam defensionem, siue ipsi iudicium suscipiant siue pupilli ipsis auctoribus*, considerandum tamen est, an tales sint rectores, vt id de quo agendũ est, illis sit specialiter commissũ, vel libere. vt per *gloss.* in *l. litẽ magistri*, in verbo *constat*, in fin. *ff. de pactis*.

356 Aduertere itaque debet nunciũs, qua forma decreta, seu commissa sit citatio contra Vniuersitatem, vt illam impleat, & clarè referat quo citandi modo fuerit vsus.

Si enim cõmittitur vt citetur Vniuersitas, debet intelligi de personali citatione, vt citetur congregata, & facta diligentia de ea congreganda ad domum, seu ad locum vbi est solita congregari. & debet referre citasse homines, & Vniuersitatem congregatam in tali loco, vel fecisse diligentiam, & non potuisse congregari; & ideo citasse ad domum, seu locum congregationis.

At si committatur vt citetur N. syndicus, vel N. & N. Rectores Vniuersitatis, tanquam tales eosdem nomine Vniuersitatis debet citare, & referre tali nomine eosdem citasse.

Si denique committatur, vt

vt citetur Vniuersitas, per edictum legendum, affigendum, & publicandum in certis locis, debet nuncius eamdem citationem exequi in eisdem locis, & referre legisse affixisse, & publicasse.

357 Et aduertere debet, quod si citatio non emanauit nominatim contra Vniuersitatem; sed contra certas personas cũ clausulâ quoscumque, quia vigore illius clausulæ non potest citare Vniuersitatẽ, eiusue procuratores, cùm eadem clausula non comprehendat personas fictas. *Gem.in cap.2. n.8. de rescr. in 6. Rot. diuers. decis.248. n.1. par.3. lib.3.*

358 Quæ relatio si non sit in actis, citatio contra Communitatem nihil operatur. *Bald. in l.fin.C.de ferijs, Lancell. de attent.lit.pend.in præfat.n.13. Grat.cap.715.n.4.Soc.de citat. art.13.n.3. & seq.*

359 Et relatio citationis, seu præcepti de qua non constat in actis, nõ inducit contumaciam, siue malam fidem. *Bar. in l.hæc autem, §.1.ff.ex quib. caus. in poss. eat. Maran. in Specul.par.6. vers & rectè cõcipiatur citat. n.54. & 55.*

360 Et quamuis de relatione constet, tamen non releuat, si sit generalis, incerta, & obscura. *Bar.in l.4.§.prætor ait,n.12. ff.de dam.infec.Alex.d.cõs.219. n.10.lib.6.Soc.de citat.art.13. n.4.Rot.in recentiss.decis.667. n.7.par.1.*

361 Item non releuat, si constet citatam fuisse personam minus legitimam, carentem, scilicet mandato sufficienti, *gloss.in l.non potest dolo carere, ff.de reg.iur.Soc.de cit.art.17. quæst.10.n.54. Lancellott. de attẽt.par.1.cap.1.n.27.& 28.* vbi post alios, quos allegat, ait. quod citatio executa in personam syndici generalis, non potest inducere litem contra Communitatem, præsertim si aderat syndicus specialis in causa, & quod citatio facta massario Cõmunitatis, qui non habet facultatem à communi ad lites, aut negocia, non afficiat Communitatem, dixit *Rot.diuers.dec.200. par.3.lib.3.*

362 Et si citauit procuratorẽ, seu syndicum, non debet simpliciter referre citasse Vniuersitatem; differentia est enim, quia si citatio sit facta contra syndicum, vel procuratorem, tunc Vniuersitas non constituitur in dolo. *l.sed & si ex dolo,§.1.* & ibi *gloss.* in verbo

facere

facere possunt, ff. de dol. malo, atque citatio licet inducat litem, & attentata; tamen citato solo rectore, vel syndico, Vniuersitas non censeretur attentasse; quia scientia aliquorum officialium non sufficit pro scientia Vniuersitatis, *Afflict. decis.* 376. *n.* 1. *Seraph. decis.* 1046. *n.* 5. cum alijs adductis supra *cap.* 7. *n.* 143. *cum duobus seqq.*

363 Et vbi requiritur, quod principalis habeat notitiam alicuius actus, nõ sufficit quod procurator illam habuerit. *gloss. in Clem. causam,* in verbo *appellatum* ibi *non sufficit procuratorem sciuisse, de elect, Dec. cons.* 460. *n.* 33.

DE EXECVTIONE, & relatione Citationis factæ in alieno Territorio.

364 Iudex non potest decernere citationẽ extra eius territorium exequendam; sicut neque nuncius illam extra suum locũ exequi potest: distinctæ enim sunt iurisdictiones, & territoria. *cap. solitæ, de maior. & obed.* distinctæ sunt Parochiæ, & Diœceses. *cap. pastoralis, de his, quæ fiunt à Prel. sine consen. Capit.* & cõfunderetur Ecclesiasticus ordo; nisi sua cuique iurisdictio seruaretur. *cap. peruenit.* 11. *quæst.* 1. & Iudici obediendũ non est extra suã iurisdictionem. *l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. cap. fin. de constit. lib.* 6. & alibi quàm in suo territorio Iudex habetur tanquam priuatus. *l.* 3. *ff. de off. præsid.*

365 Sed quando contingit, vt degens extra territorium debeat citari, citare debens scribit Iudici illius loci, vt illum citet; qui, si sit superior, præcipit, & iussus tenetur obedire. *cap. pastoralis, de offic. deleg.* si vero sit par, cùm in parem non habeat imperium. *l.* 3. §. *tractemus, ff. de arbitr. l. ille à quo,* §. *tempestiuũ, ff. ad Trebel.* debet eum requirere, vel rogare, vt N. citari faciat, offerens se in simili casu ita facturum, quem dicit esse bonum modum citandi. *Oldrad. cons.* 88. *incip. tertio quæritur.* circa fin. fundatur hæc practica in *Clem. pastoralis,* §. *nos quoque, de re iud. cap. Romana,* §. *contrahentes, de for. compet. in* 6. & plura alia diximus supra *cap.* 5. *n.* 12. & *cap.* 6. *n.* 48. & *cap.* 11. *n.* 11.

366 Hic nota, quod Iudex alterius

rius territorij non posset citare pro alio sine litteris, quas dicunt requisitorias, seu rogatorias, ad *tex.* in *l.* 1. ibi *littera ad Magistratus dentur, ff. de seru. fugit. Rebuff. in tract. de litteris requisit. seu rogat. n.* 33. & si de eis non constaret, citatio esset nulliter executa, ex defectu iurisdictionis nedum Iudicis requirentis, qui in alterius territorio, vt dictũ est habetur pro priuato: sed etiam Iudicis requisiti, qui nequit citare aliquẽ ad locum extra suam iurisdictionem, extra quam, vt dictũ est ei non paretur. deficeret etiã facultas nuncij exequentis, cùm nuncius publicus habeatur pro priuato, respectu loci vbi non est deputatus. *Bal.* in *l. fin. n.* 5. in princ. *ff. de iurisd. omn. iud.* cum alijs, quæ diximus supra in d. *cap.* 11. *n.* 16. *&* 28.

367 Dictæ autem litteræ requisitoriæ non faciunt Iudicem illum, cui scribitur: cùm priuatorum consensu iurisdictio non tribuatur. *l. priuatorum, C. de iurisd. omn. iud.* & not. in *cap. fin. de for. compet. Rebuff. in d. tract. de lit. requisit. n.* 32.

In litteris prædictis debet Iudex requirens exprimere causam, propter quam ipse possit citare existentem in suo territorio, videlicet propter contractum in eius iurisdictione factum, vel propter aliam iustam causam. *cap. Romana, §. contrahentes, de for. compet. lib. 6. Rebuff. vbi sup. n.* 9.

Et si Iudex requirens sit delegatus, debet inserere eius rescriptum, seu authoritatem in citatione scilicet, alias requisitus posset non parere, & citatus non comparere. *Soc. de citat. art.* 4. *n.* 18. & dictum est sup. *cap.* 9. *n.* 8. & *cap.* 8. *n.* 244.

368 Sed non sufficit constare de litteris requisitorijs, quia debet etiam constare de litteris respõsalibus Iudicis requisiti, & de relatione nuncij, vt ex eis appareat, quod de mandato Iudicis requisiti fuit N. citatus, ad requisitionem Iudicis requirentis.

Cum quibus litteris debet transmitti idem originale per requirentem transmissũ, & authoritate Iudicis requisiti per nuncium executum, vt sic appareat nuncium citasse cum originali, non autem cum sumpto, cui citatus credere non debuisset. *Auth. si quis in aliquo, C. de eden.* ad-

dicta

dicta supra hoc eodem *capite vers. de executione cit. in personam*, & nuncius, qui exequitur huiusmodi citationē, debet referre executum fuisse de mandato eiusdem Iudicis requisiti. *Rolan. cons. 32. n. 23. lib. 1.* cum alijs adductis supra *cap. 11. n. 11.*

RELATIONI NVNCII an & quando fides sit adhibenda; contradicente Parte, vel Notario.

369 Certum est Iudicem posse citare vel per se ipsum, vel per nuncium publicum, vel priuatū, & neminem posse citare absque Iudicis cōmissione. *l. sed si hac lege, §. prætor ait, ff. de in ius voc. Bal. cōs. 63. par. 5. n. 2. Rol. cons. 94. n. 9. lib. 2.* & *cons. 32. n. 20. lib. 1.* & dictū est latè in *cap. 7. vers. de citat. per nuncium priuatū, n. 23.*

Per se potest Iudex partes præsentes monere, vt certa die compareant ad aliquid. *Spec. de citat. §. sequitur videre.* in princ. quæ monitio videtur esse, quid diuersum à citatione, maioris scilicet efficaciæ; cùm hæredem in mora constituat, quando ad monitionem Iudicis non implet voluntatem defuncti, cùmque habeat vim peremptorij, vt vnica sufficiat. *Socin. de citat. art. 1. n. 3.* & *art. 27. n. 53. & 55.* de qua re plura alia dicta sunt supra d. *cap. 7. vers. de cit. seu monitione Iudicis, n. 12.*

Per nuncium publicum, qui deputatur à publico, & præstat iuramentum de exercendo officium fideliter, vt latè dictum est supra *cap. 7. vers. de citat. per nuncium publicum, n. 38. & seq.*

Per nuncium priuatum, quando Iudex alicui alteri, quàm publico nuncio, committit citationem exequendam, quod tamen quilibet Iudex facere non potest, iuxta dicta supra in d. *cap. 7. n. 52.* quamuis autem quis in vno loco, seu etiam in vno tribunali sit nuncius publicus; tamen extra idem tribunal, & vbi non est in possessione citandi, & vbi citat non ex cōmissione sui Iudicis, loci, seu tribunalis, vbi deputatus est; sed de mandato alterius Iudicis, censetur nuncius priuatus, vt dictum est supra *cap. 11. n. 28.*

370 Executores publici citationum in iure varijs nominibus

nibus appellantur nuncij ſcilicet *cap. cùm parati, de appellat; cap. prudentiam, de off. deleg.* Miſſi, *cap. 1. de* immun. *Eccleſ. l. miſſi, C. de exact. tribut. lib.* 10. Officiales 4. *quæſt.* 4. *§. aliquando* Apparitores, *cap. tua*, propè fin. *de homicid.* Executores, *l. 2. C. de ſport.* Viatores, *inſtit. de act. §. tripli, & l. magis puto, §. ne tamen, ff. de reb. eorum, Spec. de citat. §. ſequitur videre*, verſ. *quandoque per nuncium*, & ibi *Ioan. Andr. in add. Soc. de cit. art. 9. n.* 2. & ſecundum conſuetudinem locorũ vocantur Plazarij, Mazzerij, Mandatarij, & in Romana Curia vocãtur Curſores, & latè dictum eſt ſupra *cap. 7. verſ. de citat. per nuncium publicum, n.* 38.

371 Qui Curſores in Curia Romana, & in omnibus cauſis commiſſarijs citant priuatiuè quoad mandatarios, iuxta eorum priuilegia conceſſa per *Clem. vij.* vt in eius *cõſtit.* 24. *in bull. nou. tom. 1. fol.* 591. *Caput. deciſ.* 159. *n. 2. par.* 1. quæ tamen Rota declarauit habere locum in cauſis commiſſarijs, in quibus iudicialiter procẽditur; non autem in quibus extraiudicialiter, vt in commiſſionibus ſuper alienatione rerum Eccleſiaſticarum, in quibus Papa committit Iudici, vt conſtito extraiudicialiter de euidenti vtilitate, & cæt: quę clauſula cõſtito, cùm requirat citationem partis. *gloſſ. in Clem. præſenti*, in verbo *conſtiterit, de cenſ. Bellam. deciſ.* 68. citationes non ſunt faciendæ per Curſores priuatiuè quoad alios; quia illæ poſſunt etiam fieri per Mandatarios, cùm non iudicialiter, ſed extraiudicialiter procedatur. *Creſcent. deciſ. 12. de priuil.* quorum Curſorum officium vile non eſt; ſed honorabile, vt ex eorum priuilegijs. *Mandoſ. reg. 6. reſeruat. quæſt. 3. n.* 1. & antequam præſtent iuramentum, illis non datur fides in eorum officio: *gloſſ. in cap. prudentiam, §. in hoc*, in verbo *per certum nuncium*, in fin. *de off. deleg. Mandoſ. dicta reg. 3. quæſt. 4. n.* 2.

372 Qui nuncij publici mercedem pro eorum labore percipiunt, iuxta ſtatuta, & locorum conſuetudines, prout etiam Curſores, vt in *conſtit. Pauli V. ſuper reformat. Tribunalium Vrbis, tit. de Curſoribus, & Mãdatarijs*, & quod Curſor portans communem

L duo-

duorum commissionem, non possit ab vno petere, nisi medium salarium, est *decis. Bellam.* 485.

373 Et stylus Curiæ Romanæ est, vt citationes, extra illam exequendæ, dirigantur vniuersis omnibus, & singulis, quibus committitur, pœnis expressis, vt ad illarum executionem procedant. & ita quilibet cui præsentantur, censetur nūcius particularis deputatus ad illum actum. *Bar. in extrauag. ad reprim.* in verbo *per nuncium*, *Vant. de nullit. ex desec. citat. n.* 148. ex generali tamen obseruantia solent præsētari notarijs, tanquam publicis personis, qui actū executionis, & præsentationis earumdem litterarum redigunt in formam publici instrumenti. *Vant. de nullit. ex defec. citat. n.* 149. & hoc quia citationes à Romana Curia emanant, quæ sunt exequendæ in causis Ecclesiasticis.

Et ita etiā aliæ Curiæ Ecclesiasticæ inferiores dirigunt suas citationes exequendas clericis, notarijs, & alijs. & ideo notarij possunt exequi.

Sed in Curijs sæcularibus nō diriguntur citationes exequendæ clericis; quia sæculares illis nequeunt iubere, neque pœnas comminari.

Et diriguntur nuncijs, seu apparitoribus, & ideo illas notarij exequi non possunt, nisi illis expresè committatur. *Rebuff. de citat. in præfat. n.* 71.

Hinc dubitatum fuit in Rota, an citatio per Iudicem Ecclesiasticum cōmissa cuicumque clerico, tabellioni, notario, potuisset demandari executioni per clericum, qui non esset tabellio: & Rota respondit quod sic, & intellexit verba illa, stare distributiuè; non autem copulatiuè, vt per *Put. decis.* 86. *lib.* 1.

374 Et quod per quemcumque in partibus poterunt citationes extra Curiam, simplices, vel per edictum exequi, & quod non oporteat, vt persona executoris sit qualificata, vel de comprehensis in citationis instrumento, imo quod per ipsum principalem poterunt exequi, dum tamen de huiusmodi executione constare possit, dicit *Vestr. in pra. xi, lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 7. & 8. eo motus ratione, quia sufficit quod citatio deuenerit ad notitiā citati, licet non fuerit legi-

legitimè executa. ad *tex.* in *Clem. causam,* in fin. *de elect. Rom. cons.* 410. *Rot. in nou. decis.* 11. *de dol. & cont.* maximè stante Innocentiana, vt per eum.

Sed hæc non puto indistinctè vera, nisi in casu necessitatis, & accedente mandato Iudicis, nam culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti. *l. culpa, ff. de reg. iur.* & nemo potest absque Iudicis commissione citare. *l. sed si hac lege, §. prætor ait, ff. de in ius voc. l. neminem, C. de exhib. reis,* & nuncius citans proprio motu debet puniri. *l. qui nomine prætoris. ff. ad l. Cornel. de falsis,* per quē *tex. Rom. in singul.* 317. dicit respondisse, quod nuncius, siue Cursor Papæ, citans aliquem eius mandato, & falsò, tenetur pœna falsi criminaliter, & ciuiliter ad interesse partis. & si loquimur de Iudice loci, non videtur quod ipse debeat committere vel parti, vel alteri priuato, vt citet in præiudiciū publici officialis; nisi in casu necessitatis, vtputà quando pars non inueniret nunciū, vel nuncius nollet citare, timens citandi potentiam; quia ipsa pars, duobus testibus adhibitis, per se posset, absque Iudicis commissione citare, & citatio valeret. *Bar. in extrauag. ad reprim.* in verbo *per litteras,* in fin. & sequitur *Alex. in l. iustè, n.* 31. *ff. de acquir. poss.* & *Ias. in l. iubere, n.* 7. *ff. de iurisd. om. iud.* necessitas enim non habet legem. *l.* 1. *ff. de off. Consul.* & quod alias illicitum esset, licitum facit necessitas. *cap. si quis propter necessitatem, de furt. Rebuff. de citat. in præfa'. n.* 80.

At si loquimur de Iudice transmittente suam citationē extra eius Curiam exequendam, nemini facit iniuriam, committendo executionem suæ citationis cuilibet. sed quod tali casu eadem pars, vel quilibet alius, qui non sit de comprehensis, possit exequi, non videtur verum, nisi, vt dictum est, in casu necessitatis.

Et quod dicitur de notitia citationis, procedit quando citatio est executa à nuncio, vel ab alio cum mandato Iudicis vel vero, vel præsumpto; non autem quando vel à parte, vel ab alio sine mandato, cui citatus non tenetur credere; & nimis credulus

est, qui inimico suo credit, quem verisimile est mentiri, & fingere, ad dicta per *Specul. de citat.* § *sequitur videre, n.2.* & quando notitia citationis sanet illiùs nullitatem, dicemus in seq. *cap.* & quod res non sit tuta, quod Iudex eidem parti committat citationem contra suum aduersariũ, nisi in subsidium, deficiente nuncio publico propter scandala, quæ possent oriri. *tex.* est in *l. non est singulis, ff. de reg. iur.* & quando Iudex possit deputare nuncium priuatum, dictum est supra *cap. 7. vers. de citat. per nuncium priuatum, n. 23.*

375 In vna causa sufficit adhibere vnicum nuncium, licet in causis grauissimis consiliũ sit, vt duo adhibeantur, qui eandem citationem faciant. ad *l. in offerẽdis, C. de appellat.* *Specul. de citat.* d. §. *sequitur videre*, vers. *quandoque per nunciũ, n. 6. Soc. de cit. art. 10. n. 4.*

376 Nuncius autem in principio causæ deputatus, potest in eadem causa citare vsque ad finem, absque alia Iudicis commissione. *gloss.* in *l. 1.* in verbo *traditus, C. de sportulis, Vant. de nullit. ex def. cit. n. 37.*

Et quamuis nuncius, seu apparitor, qui in principio causæ fuit deputatus, & cœpit citare, debeat persistere vsque ad finem, d. *l. 1. C. de sportulis*, de consuetudine tamen approbata nuncius, etiã deputatus in principio, potest mutari per Iudices, arbitrosuè, qui eum elegerunt, & alius potest deputari. *Bal.* & alij in d. *l. 1. C. de sportulis*, nisi vnicus nuncius à principio esset taliter deputatus, vt pro tota causa vnicum salarium deberetur; quia tunc censeretur gerere officium indiuiduum; secus autem si in singulis citationibus, singulum salarium solueretur; quia tunc labor, & pecunia diuisionem recipiunt. *Bald.* qui ita de facto seruari, ait in *l. 1. ff. de off. Consul. n. 11. quæst. 17.* adde *Soc. de citat. art. 10. in fin.* vbi dicit quod nuncius electus à superiore, non potest ab inferiore mutari, sed nuncius electus in vna causa, proprio Iudicis motu potest ab eodẽ mutari. addo ego, quod si nũcius fuisset electus per Iudicẽ de consensu partium, eodem consensu partiũ deberet mutari, ad *l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.*

His

377 His præmissis videamus de fide nuncijs adhibenda, & quantum ad nuncium publicum, in eodem loco vbi nuncius est, creditur sine testibus, quando citauit per litteras.

Et idem dicendum est de notarijs in illis locis, vbi de stylo funguntur vice nuncij, seu Cursoris. *Greg. decis.453. n.4. Coccin. decis.404.n.3. & decis.475.n.7.*

Sed quando citauit oretenus, sine testibus non creditur. *Spec. in tit. de citat. §. sequitur videre, vers. sed nunquid sufficit denunciare, n.16.* quē sequitur *Bal.* in *l. vt perfectius, n.5.vers. attende, C.de annali except. Vant.de nullit. ex defec. citat. n.89.*

378 Quantum autem ad nuncios priuatos, illis non creditur sine testibus. *cap.in omni. de testib. Specul. d. §. sequitur, n.6.* & quod nuncio credatur in concernentibus eius officium, sicut creditur alijs officialibus in pertinentibus ad eorum officia; & quod præsumptio semper sit pro nuncio, quod rectè, & ritè fuerit citationē executus, latè dictum est supra *cap.7. vers. de citat. per nuncium publicum, n.38.* vsque 105.

379 Et quia in his, quæ non concernunt eius officium, non creditur; ideo si referat se impeditum fuisse ab aliquo, vel verberatum, seu vulneratum, vel iniuriatum, non creditur, cùm non sint de cōnexis officio. *Alciat. de præsumpt. reg.3. præsumpt. 14. n.6. Menoch. de arbitr. iud. casu 112. n.12. & seq. Gabr. conclus. 4. de cit. n.4.* cum alijs, quæ latè dicta sunt supra, in *cap.7. vers. de citat. per publicum nunciū, n.71. & 79. & seq.*

380 In pertinentibus autem ad eius officiū creditur nuncio; sed quando deponit de sua deputatione, seu citasse de mandato, videtur quod deponendo de mandato, non deponat de pertinentibus ad eius officium; sed solum deponendo de citatione, cùm sint duo actus diuersi, vnus Iudicis, videlicet committere, & alter nuncij, id est citare, quò fit, vt si nuncio credendum sit de suo officio, nō sit credendum de alieno. *Soc. de citat. art.11. n.3.* sed cùm nuncius nequeat citare sine mandato Iudicis, videtur illi credendum etiam de suo mādato, ex pluribus adductis p *Vant. de nullit. ex defec. citat.*

n.41.

n.41. vbi sub *n*.42. ait in hac varietate inhærendum esse stylo, seu consuetudini cuiusuis Curiæ. hinc *Caput. decis.* 268.*par*.2. dicit, quod nuncio referenti, se citasse de cõmissione Iudicis, creditur de stylo Rotæ, sicut etiam creditur notario attestãti de eius deputatione, quidquid sit in contrarium de iure, vt per *Doct.* in *cap*.1. *de iud.* & subiungit quod ideo Domini saluarunt processum factum vigore compulsorialium, in quo non constabat de commissione Iudicis, nisi per relationẽ nuncij, nec de deputatione notarij, nisi per ejusdem notarij attestationem. & quod ex consuetudine præsumatur mandatum Iudicis, & citatio valeat, dixit *Rota*, post *cons. Farinac. decis.*363.*n*.2.*par*.2.

Sed quando nuncius non enunciat se de mandato Iudicis citasse; tunc mandatum nõ præsumitur. *Rot. post Cenc. de cens. decis.*161.*n*.8. vbi etiã dicit sub *n*.7. quod quando nuncius citauit extra iurisdictionem, seu territorium, non præsumitur citasse de mandato Iudicis: quia mandatum generale de citando non extenditur ad loca extra iurisdictionem, & mandatum speciale, ad citandum in loco sibi non subiecto, non præsumitur; cùm sit quid facti, de quo debet constare *cap. cùm in iure peritus, de off. deleg.* similiter in extra iudicialibus commissio de citando non præsumitur. *Rot. eadem post Cenc. d. decis.*161.*n*.6. sed hãc quæstionem latè examinauimus supra, *cap*.11. *vers. commissio Iudicis an præsumatur*, *n*.169.

Nuncij itaque relationi, referentis se citasse, creditur tãquam de re spectante ad eius officium. *gloss. in cap. cùm parati*, in verbo *suus nuncius* in fine *de appellat. Spec. in tit. de citat.* §. 1. *vers. sed nunquid. Greg. decis.*426.*n*.6. *Rot. in recent. par*.1. *decis.*561.*n*.14.

381 Ideoque exemplificando, quoad personalem citationẽ, si nuncius referat citasse, & legisse; sed non dedisse copiã: quia non fuit petita, creditur, & citatio valet. *Achil. decis.* 11. *de dol. & cont.*

Item si referat citasse, sed non dedisse copiam petitam, quam secum non habebat; sed illam misisse cuidam suo amico, qui illam dedit, creditur, & citatio valet. *Achil. decis.*18.

cis. 18. *de dol. & cont.*

Item creditur si referat citasse cum copia, quia citatus abstulit originale, iuxta *decis. Crescent. 4. de fide instr.*

382 Similiter si referat non citasse personaliter, quia non erat tutus accessus, creditur, etiam si non dicat fecisse diligentias. *Crescent. decis. 7. de dol. & cont.*

Item si referat quod citandus latitet, & impediat se citari; credendum est. *gloss. in cap. cùm parati*, in verbo *suus nuncius, de appellat.* & vide supra *cap. 11. n. 333. & seqq.*

383 Et quoad citationem domi, quod sit facta domi solitæ habitationis, statur nuncio referenti. *Bar.* in *l. si tamen*, in fine, *ff. de leg. 2.* cũ alijs supra adductis in *cap. 11. vers. citatio in qua domo fieri debeat, n. 356. & seqq.* vbi de hac materia plura vide.

384 Prout etiam creditur si referat non inuenisse personaliter citatum, & ideo domi citasse. *l. properandũ, C. de iud. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 14. n. 3.* diligentiam enim facere de reperiẽdo personam citandam, est de connexis officio. *Put. decis. 187. lib. 3. Seraph. decis. 1123. n. 3.* & tali relatione censetur probata absentia personæ. *Rota diuers. decis. 262. lib. 2. par. 3.* & supra d. *cap. 7. n. 71.*

385 Responsio etiam citati videtur, quod sit de connexis, adeo vt videatur credendum nuncio, referenti partem dixisse nolle venire, vt sic citatus dicatur manifestus contumax. *Alciat. d. præsumpt. 14. n. 2. Put. d. decis. 187. lib. 3. Gabr. de citat. conclus. 4. n. 1. & seq.* vbi refert contrarias opiniones, & concludit credendum esse, iuncta non cõparitione ipsius citati.

386 Demum quoad citationẽ per edictum, si referat publicasse, & affixisse, creditur; & citatio est bona. *Achil. dec. 12. de dol. & cont.*

387 Item creditur, si referat quod in Ecclesia de tempore citationis multi intrabant, & exibant. *Crescent. decis. 5. de dol. & cont.*

388 Sed pro declaratione prædictorum nota, quod quando relatio esset incerta, vt putà sine die, non valeret. *Rot. in recentiss. par. 1. decis. 667. n. 7.*

389 Vel quando esset generalis, & obscura, & non appareret quomodo citasset, an personaliter, an domi, an per edi-

ctum, quando vno, vel altero modo, cum conditione tamẽ, potuisset citare, quia non valeret. *Alex. cons.2. n.3. lib.3. Soc. de citat. art.13. n.4.*

390 Item nota quod relationi Cursoris credendum est, nisi contrarium appareat. *gloss. in cap. si testes, §. testes eos, quos accusator*, in verbo *in executionibus* 4. *quæst.3. Bart. in tract. de citat. n.14.*

391 Sed quando constabit de contrario? Dic quod nemo præsumitur citatus; nisi probetur. & citatio facta per nũcium priuatũ non probatur, nisi citauerit adhibitis duobus testibus. *cap. in nostra, de testib. l. vbi numerus, ff. de testib. Specul. in tit. de citat. §. sequitur, vers. sed nunquid credetur, n.6. circa fin.* vbi dicit quod si nõ potest haberi publicus nuncius, & iuratus, mittuntur duo.

392 Citatio vero facta per nũcium publicũ, probatur eius relatione; pro eo enim præsumitur, ratione officij, & ratione iuramenti præstiti. *cap. sancimus, 1. quæst.7.* cum alijs supra *cap.7. n.55. & seq.*

393 Modo quia omnis probatio, & præsumptio tollitur ꝑ contrariam; ideo quæ ex relatione facta per nuncium adhibitis testibus resultat probatio, non potest nisi contraria, & fortiori probatione tolli. *gloss. in cap. proposuisti*, in verbo *non probatur*, in princ. 82. *dist. Tir. de retract. consang. §.4. gloss.1. n.6. Grat. cap.697. n.19.*

Præsumptio autem, quæ oritur ex relatione publici, & iurati nuncij, contraria præsumptione tollitur, nempe per iuramentum illius, qui asserit se non fuisse citatum. *gloss. in cap. si testes, §. testes eos, quos accusator*, in verbo *in executoribus*, in fin. 4. *q.3. Soc. de citat. art.12. sub n.4. & n.7.*

Sed à generalibus ad specialia descendendo, considero, quod si nuncius refert citasse N. personaliter, tunc si nuncius facilè potuisset errare, citando vnum pro alio, vel quia persona citata in eo loco non esset valde nota, vel quod plures essent eiusdem nominis, tunc facilè, & tutum esset credere, vel contrarijs probationibus, vel iuramento negantis se citatum, at si omnis cessaret ambiguitas, & ageretur de graui præiudicio, & pars iurans esset persona

sona grauis, & fide digna, eius iuramento tolleretur præsūptio, quæ est pro nuncio arbitrio tamen Iudicis, qui inspecta, & attenta qualitate personæ negantis se citatam, poterit potius neganti iuramentum deferre, quàm nuncio. *Hostien. in cap. cùm parati, de appellat.* & in *summa in tit. de contum.* §. 2. vers. *quid si absens*, & sequitur *Soc. de citat. art. 16. n. 6. Ias. in l. properandum, §. & si quidem in 6. not. sub n. 7. C. de iud.*

394 Adde *Alciat. de præsumpt. d. reg. 3. præsūpt. 14. n. 10.* vbi dicit cōmunem esse opinionem, quod magis credendum sit nuncio, quam neganti, nisi Iudex ex aliqua coniectura arbitraretur contrariū, & subiungit hoc verùm non putare in causa graui, vt in criminali, in qua si nuncius affirmaret se attulisse præceptum Titio, vt compareret sub pœna cōfessi, & conuicti, & Titius negaret, neutri esset credendum.

395 Prout dicunt *Doct.* de teste contradicente notario, in *cap. cùm causam, il 1. in fin. de testibus*.

396 Addens se putare procedere etiā si in præcepto esset clausula, quod plena daretur fides nuncio; quia talis comminatio non debet operari, nisi in casibus, in quibus alias de iure plena fides illi esset danda: non enim licet Iudici alterare probationes, quæ sūt iuris gentium. *cap. licet vniuersis, de testibus*.

397 At si nuncius retulisset citasse N. domi solitæ habitationis, & pars negaret se fuisse citatam, distinguo, aut negat citationem factam, aut negat domum, in qua facta est citatio, esse eius solitam habitationem.

398 Primo casu difficile esset probare, quod non fuisset citatus domi; quia nec testes, nec ipsa pars cum suo iuramento posset reddere rationem concludentem, & concludenter probare, & coarctare negatiuā, nisi fortè probaretur affirmatiua, quod scilicet citatio fuisset facta in domo alterius, fortè per errorem; testes autem deponentes super negatiua non probant, nisi reddant concludentem rationem, etiam non interrogati. *Bal. in l. cùm hi, §. si integra, ff. de transact.* cum alijs per *Greg. decis. 42. n. 3.* & negatiua benè probatur per contrariam affirmatiuam.

uam. *l. optimam*, verſ. *niſi is, qui dicit*, *C. de contrah. & cõmiſſ. ſtipul. gloſſ.* in *l. 2.* in verbo *interceſſiſſe in fin. C. de errore aduoc.* cum alijs per *Hercul. quis teneatur probare negatiuam, n. 149.*

399 Secundo caſu, ſi negat domum ſolitæ habitationis illã eſſe, in qua fuit dimiſſa citatio; facilè erit probare vbi ſolitus ſit de illo tempore habitare, & probata alia habitatione, ceſſat præſumptio, quæ eſt pro nuncio. an autem ſufficiat ſolum iuramentum, videretur quod non, cùm poſſit probari per teſtes, ſed arbitrarium eſt Iudicis, iuxta prędicta, qui conſiderabit, an in vna domo, vel alia, vel tantiſper hoſpitatus ſit, & ad momentum, vel ſolus, vel tanquam peregrinus, vel cum familia, iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra *cap. 7. verſ. de citat. domi, n. 250. & ſeq.* & in *cap. 11. verſ. citatio in qua domo fieri debeat, n. 355.* cum pluribus ſequentibus.

400 Si vero nuncius referret citaſſe per edictum, & affixionem, pars non poſſet negare, etiam cum iuramento, non fuiſſe citatam, ſtante eius abſentia, qua non præſuppoſita nemo per edictum poteſt citari; abſens autem certus eſſe nequit de eis, quæ in eius abſentia geſta ſunt, & ſuper eis, quæ abſens nec videre, nec audire potuit, ad *l. 1. ff. de verborum oblig. §. item verborum. inſtit. de inutil. ſtipul.* pro veritate iurare non poſſet. alias autem probationes poſſet afferre, nempe per teſtes; ſed quia relatio citationis per edictum fit per publicum inſtrumentum, adhibitis teſtibus, valde difficile eſſet per alios teſtes probare negatiuam, quod citatio non fuiſſet executa, cùm plus credatur duobus teſtibus affirmantibus, quàm mille negantibus. *gloſſ.* in *l. diem proferre, §. ſi plures, ff. de recept. arbitr.* in verbo *conſenſerunt*.

401 Circa citationem licet nũcio credatur; non tamen contra citationem ei crederetur, quando ſcilicet contra relationem à ſe factam aliquid diceret. *gloſſ. in cap. cùm parati*, in verbo *ſuus nuncius*, in fin. *de appellat. Bart. in conſ. 86.* reddens rationem; quia tàm in iudicio, quàm extra ſtatur primo dicto. *cap. litteras, de præſumpt.* ſicut etiam teſti nõ creditur. in ſecundo dicto, ſi con-

contradixerit primo.*cap.cùm causam quae, cum gloss.* in verbo *voluerint, de testi*, & in *cap. veniens, il 2. eodem tit.* iuncta *gloss.* in verbo *vtraque pars*, in fin.

402 Prout nec crederetur nũcio, si diceret se non citasse; quãdo adesset relatio in actis, per actuarium scripta asserẽtem N. nuncium sibi retulisse, qualiter citauit N. cum expressione causæ; quia tunc magis crederetur notario, quàm nuncio.*Cyn.in l.si quis decurio, C. de falsis,* secus autem si nomen nuncij esset in albis, nec notarius expressisset ob quam causam fuisset facta citatio, vt declarat *Rot.in recent. par.1. decis.535.n.2. par. 1.* & dictum est supra *cap.7.n.84.*

403 Licet etiam credatur nuncijs, vti publicis, & iuratis officialibus, circa citationis executionem per ipsos factã; non tamen videtur illis credendũ, quando sunt adhibiti vti testes, cùm vt plurimum sint personæ viles. *l.probibitum,& l.defensionis, C.de iur. fisci, lib.10.* & multi solent facere falsas relationes, vt not. *Doct.* in *cap.quoniam cõtra, de probat.*& vt ait *Host. in summa, in rubr.de contum.* §. *qualiter*, vers. *contra* ibi *multo minus nuncio, qui fortè deieraret pro nummata vini, vel saltem pro quinque solidis*, quo circa extra eorum officium non creditur. in casu igitur, quo nuncius etiam publicus deberet adhibere testes, non tamen posset adhibere testes,non tamen posset adhibere alium nuncium, tanquam non idoneum, sed potius suspectum. *l.idonei*, cum sequentibus, *ff.de testib.* quia vt ait *Rebuff.de cit.art.1. gloss.2.n.2.* vnus pro altero posset falsum depònere, quẽadmodum, vt in adagio est, muli mutuò se scabunt.

404 Sed quando probaretur nuncium publicum falsum retulisse; tunc si pecunia corruptus hoc fecisset,puniretur vti falsus, pœna legis corneliæ de falsis.*l.1.§.sed & si quis ob renunciandum*, vbi *gloss.*& *Doct. ff. de falsis*, sed si simplicitate quadam sine dolo, quam columbinam vocant, excusaretur; secus si ex simplicitate dolosa, quam vulpinam dicunt: quia tunc officio priuaretur. *Bal.*in *cap.fin. n.5. de dol. & cont.* & est *tex.* in *§. fin.* in *auth. de armis, col.6.*

col.6. ibi *quia ex negligentia non solum pecuniarias sustinebunt pœnas; sed etiam in corpore supplicia patientur, & à militia cadent*, vbi *gloss. fin.* notat quod si tabellio delinquit in officio, non debet ammodo posse hoc officiũ exercere. & teneretur etiam actione in factum ad interesse, & ad mulctam. adde *tex.* in *l. qui nomine, ff. ad l. Cornel. de fals.* ibi *ex hac causa actione in factum pœnali tenetur*, quamquam lege Cornelia reus sit. *Rom. sing. 317. incip. hodie. Rebuff. de citat. art. 5. gloss. 7. n. 5. & 6.* & quod puniri debeat à Iudice, cui facta est relatio, & non ab alio. *Soc. de citat. art. 14. n. 2.*

DE REPRODVCTIONE Citationis.

405 Reproductio, & productio, idem significant; licet enim præpositio Re, aliquid in cõpositione augere soleat; aliquando tamen significationi sui simplicis nihil omnino addit, vt pluribus exemplis ostendit *Calep. in suo Dictionario*, in verbo *reproducere*, & ait *Bud. in annot. in pandect. l. 2. ff. de orig. iur.* magis propriè refertur ad testes, quàm ad instrumenta, sed in Curijs eodem verbo vtuntur Curiales promiscuè, tã in testibus, quàm in instrumentis. *Rebuff.* in *l. natura cauillationis*, in verbo *producatur, ff. de verborum signific.*

Testes producere est eos adhibere, & Iudici proferre, vt deponant. *l. produci, ff. de testib.* ibi *produci testis non potest, qui ante in eum reum testimonium dixit*, & in *l. pen. ff. eodem.* ibi *testes eos, quos accusator de domo produxerit, interrogari non placuit. l. 1 §. ad quæstionem, ff. de quæst.* ibi *ad quæstionem non esse prouocãdos eos, quos accusator de domo sua produxerit*, & in *l. maritus, ff. eodem.* ibi *& in eam rem vnum testem liberti sui filiũ produxerat.*

Instrumenta pariter producere, est ea in iudicio proferre, & apud acta deponere. *cap. imputari. de fid. instr.* ibi *imputari ei potest, qui cõtrarias inter se scripturas in iudicio protulit, fidem sibi inuicem derogantes, cùm in ipsius fuerit potestate, quam voluerat, non proferre.*

Productio autem dicitur actus producendi. *cap. quoniam*

niam contra, de probat. ibi *& instrumentorũ productiones. cap. vltra tertiam, de testib.* ibi *vltra tertiam productionẽ non debent testes produci in causa.*

Communiter etiam in iudicijs, quoad testes cõsueuerunt vti verbo inducere; & quoad instrumenta, & iura, verbo producere, quãdo dãtur in actis parte citata. & verbo exhibere, quando traduntur actuario, parte non citata, reproducere citationem solet dici de prima citatione, quæ à Iudice fuit decreta, & per notarium expedita, & parti tradita: quæ quando post illius executionem, & relationem, reportatur in actis, dicitur reproduci; quasi quod citationem reproducere, sit eamdem citationem iterum ad eumdem Iudicem producere, quo fit, vt aliæ citationes, quæ post litem cœptam, per partes ad libitum concipiuntur, reproduci non dicantur, sed produci.

406 Vsus aliquãdo verbis propriam significationem dare, & mutare potest. *l. Labeo, ff. de suppellect. leg.* ibi *nec mirum est moribus Ciuitatis, & vsu rerum appellationem eius mutatam esse,* vbi *gloss.* in verbo *mutatam*, refert versus Horatij.

Multa renascentur, quæ iã cecidere, cadentque,
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus,
Quem penes arbitrium lex est, & norma loquendi.

407 Verba tamen non sunt sophisticè intelligenda; sed secundum communem sensũ, & intellectum. *cap. ex litteris, il 1. de sponsal.* ibi *& cogatur vterque verba prolata in eo sensu retinere, quem solent rectè intelligentibus generare.*

408 Et de errore in solis verbis parum curatur; sed subtiles nominis quæstiones pertinacibus relinquuntur, ad *tex. in l. si in nomine, C. de testam.* ibi *si in nomine, vel prænomine, seu cognomine, seu agnomine, testator errauerit: nec tamen de quo senserit incertum sit, error huiusmodi nihil officit veritati. l. 2. in fin. C. de constit. pecun.* ibi *sed & vt subtilitati eorum satisfiat, qui non sensum, sed vana nominum vocabula amplecti desiderãt,* vbi *gloss.* in verbo *vocabula* notat imperatorem ibi controuersiam de nomine relinquere perti-

pertinacibus, & refert dictum *Ciceronis in Topica*, *cùm rex intelligitur*, *minus de nomine laborandum est*.

De reproductione igitur primarum citationum, quales sunt monitoria A.C. & citationes vigore commissionis, quæ fiunt in Rota, & coram Prælatis, & similes citationes ad totam causam, prout etiá est citatio Cameralis impressa, quæ exequitur extra Curiam cótra obligatos in form. Cam. & de productione successiuarum citationum, quales sunt illæ, quæ fiunt, vel ad actus probatorios, vel ordinatorios, vel decisorios, vt sunt citationes ad dicendum contra iura, & contra articulos, & ad terminos substantiales, & ad sententiam, cùm hic sumus dicturi, quæ potiora, & vtiliora videbuntur, seligemus.

409 Omnis citatio debet produci, seu reproduci in termino, sub quo cadit. *gloss.* in *cap. quoniam contra*, in verbo *instrumentorum productiones*, *de probat*.

Alias quidquid fit extra terminum citationis, dicitur fieri sine citatione, & non valet. *Bar.* in *l. aut qui aliter*, in princ. & in *l. vlt. §. fin. ff. quod vi, aut clam.* & *consil. 176. lib. 1.* cum alijs per *Rot. in recent. decis. 340. n. 1. & 409. n. 1. par. 1.*

410 Et quádo citatio cum eius executione, & relatione, non est in actis producta, non dicitur de ea constare. *Bar.* in *l. multum interest n. 4. ff de cond. & demonstr. Bal.* in *cap. cùm parati, n. 4. de appellat. Abb.* in *cap. quoniam contra, n. 11. de probat.* & in *cap. cùm ex officij, n. 28. de præscript. Rot. diuers. par. 4. decis. 3. n. 3.*

411 Et Iudex ante citationis reproductionem, non potest procedere, sine vitio nullitatis. *Franc.* in *cap. cùm parati, n. 42. de appell. Vant. de nullit. ex defec. cit. n. 146. Rot. diuers. par. 4. decis. 48. n. 2.*

412 Hinc quando Iudex facit decretum cum intimatione, si ea non fuerit in actis reproducta, decretum non afficit. *Greg. decis. 31. n. 8.* & quando Iudex præfixit alicui terminum cum intimatione, si de ea in actis non constet, terminus non currit, & actus, qui fieret, remaneret nullus: cùm pendente dilatione conquiescat officiũ Iudicis. *l. siue pars, C. de dilat.* ita *Put. decis. 1742. lib. 1.*

lib. 1. & quando mandatum fuit per Iudicem decretum, cum intimatione, si de ea nõ constet ex actis, executio, subhastatio, & omnia inde secuta, nulla sunt, *Rota diuers. decis. 3. n. 3. par. 4. Seraphin. decis. 1100. n. 9.* adde *Buratt. decis. 124. n. 22.* sed quod decretum ex defectu intimationis inpugnari non possit, si ad notitiam partis peruenerit, dixit *Seraph. decis. 1010. n. 7.*

413 Item quando Iudex dedit monitorium ad respondendum positionibus, antequam illud fuerit executum, & reproductum, non potest positiones pronunciare pro confessatis, tanquam non certus de sua iurisdictione. *Bar.* in *l. hac autem, §. non defendi, n. 2. ff. quibus ex causis in poss. eatur*, & in *l. si finita, §. Iulianus scribit, n. 18. ff. de damn. infec. Abb. cons. 84. lib. 2.* sub *n. 1. vers. corruit denique. Felin.* in *cap. quoniam contra, n. 16. de probat.* cum alijs per *Grat. cap. 639. n. 1.*

414 Similiter citatio facta pẽdente cursu præscriptionis, si reproducatur post eam completam, non potest amplius illam interrumpere. *Card. Zabarel. cons. 131. in fin. Abb. in cap. auditis, n. 10. de præscript. Felin. in cap. illud, n. 13. eodem tit. Martin. Andr. decis. 42.* in fine.

415 Et quod monitorium, seu citatio non inducat litis pendentiam, nisi etiam reproducatur, itaut constet Iudici de legitima executione, & relatione per nuncium facta, tradunt *Doct.* post *Bart. in l. hac autem, §. 1. ff. ex quib. caus. in poss. eatur. Card. Clem. vlt. n. 19. quæst. 7. vt lit. pend. Felin.* in *cap. illud, n. 5. & 10. de prescr. Rot. decis. 9. de dol. & cont. in ant.* & censuit *Rot. in Casalen. Canonic. 16. Nouembr. 1609. corã Card. Marquemon. apud Marches. par. 3. §. 4. fol. 76.* & quod citatio non reproducta, non faciat beneficium litigiosum, censuit *Rot. coram Gamb. decis. 40. incip. citatio circumducta*, & sequuta fuit in *Tud. beneficij, 8. Nouembr. 1593. coram Penia*, apud *Garz. de benef. fol. 567. n. 216.*

416 Item quod ille, qui citationem factam coram Iudice incompetenti non reproduxit, non dicatur turbasse iurisdictionem Iudicis competentis, consuluit *Gabr. cons. 166. n. 3. & cons. seq. lib. 2.*

417 Item quando locator, seu con-

conductor domus, qui ex pacto tenetur intimare per mensem ante, qualiter in locatione, conductioneuè non vult amplius continuare, si intimationem factam non reproduxerit infra eumdem mensem, nihil agit, & tenetur cõtinuare, ex adductis per *Grat. cap. 715. n. 2.*

418 Hæc citationis reproductio in Curia fit dupliciter, facto scilicet, quando dimittitur in actis, & solo verbo, quando non dimittitur, sed secum reportatur. *Vestr. in praxi, lib. 4. cap. 4. n. 5. Gonzalez. reg. 8. §. 7. proœmiali, quæst. 5. n. 145. Grat. discept. Forens. cap. 639. n. 2.*

419 Hæc praxis reproducendi solo verbo vtilis censetur, sed seruatur in solis citationibus, quæ fiunt in principio causæ, cõtra absentes de longinquo, quo casu si fortè citatio fuisset malè executa, & ex productione reali posset citatus, vel eius procurator instrui de citatione malè executa, forteque abstineret à cõparitione. facta autem sola productione verbali, etiam si pars non cõpareat, potest obtinere processum per Contradictas, & quandocumque contingeret, vt realiter citationem deberet reproducere; tunc productio, licet facta post terminum, retrotraheretur ad diẽ termini, vt censuit *Rota in Placẽtina Castri, 4. Iulij* 1605. *coram Card. Millino*, impress. per Picum ad Stat. Vrbis *dec.* 531. *n.* 1. & antea Iudex rectè processisset propter probabilem credulitatem, quod pars fuisset citata, ex dicta allegatione, seu reproductione verbali, causatam, vt per *Rot. diuers. decis.* 48. *n. 2. & 3. par. 4.* si autem pars citata compareat; tunc actor releuatur ab onere realiter producẽdi eãdem citationem, quia is, qui post emanatam citationem comparet, præsumitur citatus. *Bellam. decis.* 364. & citatio nulliter executa validatur p̃ comparitionẽ citati. *Caput. decis.* 97. *n.* 5. *par.* 1. & hoc casu actor non tenetur aliter citationem producere, & euitat impensam registri, quæ fieret pro registratione instrumenti citationis, & vt per *Vestr. Gonzalez, & Grat.* in locis præallegatis.

Quoad alias autem citationes, quæ fiunt contra præsentes, illarum productio realis omnino est necessaria; & non intrat

intrat prædicta practica producendi verbaliter; quia nisi producerentur, circumductæ remanerẽt, vt mox dicemus.

DE CIRCVMDVCTIONE Citationis.

420 Circumducere dicit *gloss.* in *l.si quis libertatem, ff.de petit.hæred.* in verbo *inducatur*, est circum circa pennam ducere. & ideo sumitur in iure nostro pro delere, & cassare. *l.& post edictum, ff.de iud.* vbi *gloss.* in verbo *circumducendũ*, exponit idest *delendum*, & in *l.acta, ff. de re iud.* in verbo *circumduci* exponit idest *destrui*, & citatio circumducta dicitur deleta, abolita, & abrogata, & habetur pro non facta.

421 Circumducitur autem citatio vel facto partis, quando citationem non reproducit, seu quod idem est in termino non comparet, item quando facit aliam citationem incõpatibilem. vel facto Iudicis, quando in termino non pronunciat, aut facit actum incompatibilem.

422 Quando citatio ad certam diem facta, & executa fuit, sed nõ est saltem in termino producta, remanet circumducta, & nullius efficaciæ, & non inducit litem, nec præscriptionem interrũpit. *cap.1. de dol. & cont.lib.6.l.& post edictum, §.1.ff.de iud.* & ibi *Bal.sub n.2.* dicens circumducitur non solum quoad processum, sed etiam quoad interruptionem præscriptionis. & idem dicit in *l.1.n.1.ff. de in ius vocan.* nempe quod per citationem circumductam, non comparente actore, non dicitur inchoatus processus, nec facta interruptio præscriptionis. *Felin.* in *cap.illud, n.5.* vers. *prima est de præscript. Afflict. decis.366.n.14. Alex.in rubr. ff.de in ius voc.* & ibi *Ias.Balb. de præscript.4.par.6.& vlt. partis princ. n.22. Rot.diuers. decis.110.n.2.par.3.lib.3.* & in *recentiss. par.1. decis.137. sub n.2.* vers. *tum quia*:

423 Sed hæc materia pleniori indigere videtur explicatione. ideo recenseo, quod vt quis efficiatur contumax, necesse est vt tribus edictis, vel vno pro tribus, quod vulgo peremptoriũ appellant, fuerit citatus. *l.contumacia*, vers. *cõtumax, ff.de re iud.* quæ citatio peremptoria fit à principio causæ, quando quis cita-

tur ad totam causam, vt dictum est supra *cap.9.n.*414.in successiuis autē citationibus non apponitur peremptoriū. d.*cap.9.n.*415.

424 Sed in Curia de stylo subintelligitur. *Rot. in nou. decis.* 10.*de re iud. Felin.in cap.consuluit, de off.deleg. n.*8. *&* 13. *Alex.cons.*123.*n.*1.*lib.*2.

425 Et post litem contestam omnes termini sunt peremptorij.*Vant.de nullit.ex defec. cit. n.*103. *&* 105.

426 Prout etiam omnes termini,qui præfiguntur à lege,vel Statuto, absque expressione, subintelligūtur peremptorij. *Sarnen.in reg.de annali,q.*72. *n.* 2. *Grauat. ad Vestr. lib.* 4. *cap.*2.*n.*12.& *lib.*5.*cap.*2.*n.*7.

427 Et de iure,vbi iudiciorum figura seruanda est,citatio ad sententiam debet fieri cum expressione peremptorij: sed in causis beneficialibus,& sūmarijs, citatio ad sententiam arctat, licet non fiat peremptoriè. *Clem.sæpe*, vers. *sententiam verò diffinitiuam*, & ibi *gloss.*in verbo *peremptoriè, de verb.signif.*

428 Quando peremptorium,vt supra, fit tribus edictis, ordo seruatur vt, vnum quodque edictum fiat cum interuallo dierum. *Auth.qui semel*, & ibi *gloss. C. quom. & quando iud.*

Et ait *gloss.* in *l. ad peremptorium*, in verbo *primum*, *ff. de iud.* primum est admonitorium,secundum conuentionale, tertium citatorium deinde proponitur,quartum, quod est peremptorium in quo scilicet Iudex comminatur, se, citato etiam non comparente, processurum,& cogniturum.*l.in peremptorio, ff. de iud.* vide supra *in cap.*7. vers.*de citat.cōuentionali monitoria, & perēptoria, n.*379. *&* 401. vbi in fine diximus tres citationes sufficere, etiā sine verbo peremptoriè, addicta per *Innoc.in cap.ad petitionem, n.*3. *in princ. de accus.* & est *tex. in l.tres denunciationes, C. quom. & quan. iud.*

Et hic notet curialis,quod non alia ratione citatur hæres ad declarandum an sit,vel esse velit hæres, primo, pro prima, secundo, pro secunda, tertio, pro tertia, quarto, pro quarta, & vltima, & superabundanti dilatione, nisi vt cum citatione peremptoria, ante litis ingressum, conuincatur eius contumacia; prout etiam seruatur cōtra eos, qui non parent litteris

teris executorialibus Rotæ, alijsue litteris Apostolicis. cõtra quos, vt possit ferri declatoria, necessario sunt seruandi dicti termini: & quod ita seruetur, ferè omnes practici sciunt; sed an omnes sciant, qua ratione ita seruetur, firmare non auderem.

429 Quando autem quis citatur vno edicto pro tribus, tũc in eodem præfiguntur tres termini, vnus pro primo, secundus, pro secundo, & tertius, pro tertio: & peremptorio termino, & monitione canonica, & de hoc vide supra d. *cap. 7. n. 397. & seqq.*

430 Modo ad rem nostram. si post executam primam citationem peremptoriam, actor in termino non compareat; sed solus citatus veniat, tunc eadem citatio circũducitur. *l. & post edictum, §. 1. ff. de iud.* ibi *quod si is, qui edictum impetrauit, absit die cognitionis, is vero, aduersus quem impetratum est, adsit; tunc circumducendum erit edictum peremptorium. neque de causa cognoscetur, neque secundum præsentem pronunciabitur.*

431 Effectus autem circumductionis est, vt pereat instantia, hoc est illa citatio; non autem lis, hoc est facultas litigandi, seu iterum citandi, vt in fine eiusdẽ *tex.* ibi *& magis est, vt instantia tantum perierit, ex integro autem litigari possit.*

432 Sed actor iterũ citari volens peremptoriè suum aduersarium, non debet audiri, nisi refectis expensis, & cum promissione, quod comparebit in termino, vt est *tex.* expressus in *cap. 1. de dol. & cont. lib. 6.* & quatenus actor aliter non compareat; tunc eo etiam absente poterit negocium liquidari, & ad fauorem rei pronunciari. *Authen. qui semel, C. quom. & quando iud.*

433 Si vero actor compareat in termino, & citatus non comparuerit, tunc contrahitur hermodicium. *l. properandum, §. sin autem reus, C. de iud.* vbi *gloss.* in verbo *hermodicium*, explicat hermodicium contrahi, idest iudicium deseri, sic vt diffinitiuè possit pronunciari. sed quod debeat eius contumacia accusari, dictũ est supra *cap. 11. n. 424.*

434 Si denique neque actor, neque reus in termino compareant; tunc nec circum-

ducitur citatio, nec deseritur iudicium, neque citatio noua requiritur. *Dec. in cap. fin.* in fin. *de iud.* sed nihil allegat, & indistinctè loquitur.

435 Quamobrem ego distinguo, aut citatio peremptoria fuit facta ad vnum actum solum, & tunc neutro comparente in termino, citatio circumducitur, & fit compensatio negligentiæ, & contumaciæ hinc inde. ad *tex.* in *l. si ambo, ff. de compensat.* ita dixit *Rot. in ant. decis. 7. n. 1. de verb. signif.*

436 Aut citatio peremptoria fuit facta ad plures actus, & hoc casu dixit *Rot. in nou. decis.* 14. vers. *tamen neutro veniente, de dol. & cont.* quod licet circumducatur edictum quoad illum actum, pro tunc in illo termino faciendum; non tamen circumducitur in totum quoad alios actus. & tunc vno, vel altero quandocumque veniente, poterit in causa procedi. & addit

437 rationem: quia reus citatus ad duo tenetur, videlicet cōparere, & in certo termino comparere. ideo si neuter in termino compareat, citatio quoad vnum, scilicet quoad comparendum in termino; circumducitur; sed quoad aliud, scilicet quoad comparendum non circumducitur, & hoc casu iterum distinguo, aut postea comparet actor, aut reus.

438 Si comparet actor, non autem reus; tunc actore instante proceditur contra reū, vti contumacem, per edictum publicum. *cap. fin. de dol. & cont.* & factis probationibus condemnatur. *Rota in ant. d. decis. 7. de verborum significat.* & dictum est supra *hoc eodem capite, n. 209. vers. de execut. citationis per Contradictas*, & *cap. 7. vers. de citatione per Contradictas, nu.* 310. & *cap. 11. vers. citatio, seu processus per Contradictas, quando possit decerni, n. 406.*

439 Et hic addo, quod dicit *Innoc.* in *cap. consuluit, de off. & pot. iud. deleg. in princ.* q̄ si reus, citatus solēniter ad sētentiam, cōpareat; actore non veniente, absoluetur ab instātia edicti; nisi ex gestis liqueret causā posse decidi, sed hodie cùm per contumaciam actoris, sicut rei, contrahitur hermodicium, poterit ad diffinitiuā procedi: tamen si potius velit ab instantia Iudicij absolui, audietur.

Et

440 Et ideo infero, quod si actor, reo vt supra non comparente, nolit vlterius procedere; sed præcludere viam reo, ne si forte compareret, posset aduersus eum procedere, potest petere, vel vt edictũ circũducatur, vel vt ipse absoluatur ab instantia iudicij, vt per eundem *Innoc.* vbi supra ibi, *vel melius semper si is, qui præsens est, siue sit actor, siue reus, petat circumduci.*

Edictum circumducitur, quia qui præsens est, si vult, absoluitur in vltimo termino assignato. potest etiam absolui ab instantia iudicij.

441 Sed subiũgit, quod absolutio ab instantia iudicij debet fieri cum maiori solemnitate, & cum citatione partis; quia tunc pereunt omnia acta iudicij. *l. properandum*, §. 1. *C. de iud.* sed absolutio, quæ fit à termino assignato, fit sine vlla citatione.

442 Si vero comparet reus, & non actor; tunc dicit *gloss.* loquens in causa status, in *cap. Christianis*, in verbo *contempserint*, 11. *quæst.* 1. quod est in electione, rei, an velit, vt circumducatur edictum, vel quod admittãtur suę probationes, sed quod Iudex nõ pronũciabit pro eo, nisi probationes sint euidentissimæ, allegat *l. diui fratres, ff. de lib. caus.* vbi eleganter dicitur, *rectè atque ordine Iudices puto fa*[illegible] *urus si hanc formã fuerint secuti, vt vbi deest is, qui in seruitutem petit electionem aduersario deferat, vtrum malit cognitionem circumduci, & differri, an audita causa sententiam proferri, & si cognouerint, pronunciare debebunt, seruum illius non videri*, & inferius, *quod si ex seruitute in ingenuitatem, quis se allegat, melius fecerint, si cognitionem circumduxerint; ne sine aduersaria pronuncient ingenuum videri; nisi magna causa sit ea, & euidentes probationes suggerant, secundum libertatem pronunciandum, vt & rescripto D. Adriani continetur.*

Et de alijs causis loquens *Innocent.* in d. *cap. consuluit, de off. deleg.* in princ. dicit quod reus absoluetur ab instantia edicti, nisi ex gestis liqueret causam posse decidi; tamen si potius velit ab instantia iudicij absolui, audietur.

443 Notans aliud esse absolui ab instantia iudicij, quia tunc omnia acta pereunt; sed re-

quiritur noua citatio;& aliud absolui abstantia edicti, seu edictum circumduci, quia tunc deletur edictum, sed lis remanet salua. sequitur *Archid.*in d.*cap.Christianis*, 11. *quaest.*1.*n.*2.

444 Et in Curia reus, quando comparet actore nō veniēte, obtinet processum per contradictas.vt per *Vestr.in praxi,lib.*4.*cap.*3.*n.*2.& dictum est supra *cap.* 11. *nu.*416. *&* 417.

445 Praedictis addo, quod nedum primae citationes, quae fiunt cū termino peremptorio,circūducuntur facto partis citantis, quando nō comparet, sed etiam secundae citationes, quae fiunt post litis ingressū ad certos actus, pro certa die, quia si non producantur, vel producantur extra tempus, remanent circūductae. *Alex.cons.*92. *perspectis, col. pen. ad med. vers.pro hoc facit,n.*11.*lib.*1.*Tiraq.de retract.lignag.§.*35.*glos.*2.*n.*9. in fin. vers. *& idem cùm pars aduersa,Gratian.cap.*66.*n.*43.

446 Hinc citatio ad sententiā, si cadit sub vno die,& producatur extra illū, vti circūducta reddit omnia gesta nulla. *Felin.in cap.consuluit,n.*3.*de off. deleg. Bar.in l. aut qui aliter, in princip.*& in *l.vlt.§. fin. ff quod vi,aut clam.Vant.de nullit. ex defect. citat. nu.* 73. *Rot.in recent.par.*1.*decis.*340. *nu.*1.

446 Item si citatio ad sententiam per actorē fuit producta in termino, sub qua cadebat, si tamen non fuit per Iudicem seruatus terminus, & per eundem actorem nō fuit accusata contumacia rei non comparentis, citatio remanet circumducta,& sentētia postea lata, nulla esset. *Alex. in l. si finita,§. Iulianus,nu.* 24. *ff.de dam.infect.Ias.in l.properandum,§. & si quidem, nu.*7. *C.de iud.Rom.cons.*454.*n.*13. *Tiraq. de retract. lignag.§.*15. *gloss.*2.sub *nu.*9.vers. *& idem cū pars aduersa, Cas.de Grass. decis.*11. *n.* 2. *de sent. & re iud.*

448 At si in termino citationis comparuisset actor, & accusasset contumaciam rei non comparentis; tunc non circūduceretur citatio, sed Iudex posset expectare partē, & altera sequenti die sententiā ferre, absque alia citatione, quae non posset dici nulla ex defectu citationis & etiā absque expressa prorogatione.

ne. *Alex.* in *l. de vno quoque, nu.7. de iud.* & in *l. si finita, §. Iulianus, nu.* 18. *ff. de damn. infect. Gabr. de citat. conclus.* 1. *limit.69.nu.447. & 449. Rot. in recent. par.1. decis.365.n.4. & decis.409.n.2.*

449 Sic etiam si pro extractione iurium fuisset facta citatio ad videndũ extrahi iura pro certa die, in qua si citatus nõ comparuit, sed solus citans, qui accusauit contumaciam; tũc si diebus sequẽtibus fuit facta extractio, valida est: quia eo quo fuit accusata contumacia citati, non erat circũductus terminis citationis. *l. & post edictũ, §. 1. ff. de iud. Put. decis.381. n.2. lib.2.*

450 Facto etiam partis circũducitur citatio, seu eius terminus, quando scilicet citatio fuit producta in termino, & terminus per Iudicem fuit seruatus, seu quando conclusum fuit in causa, & postea idẽ actor producit noua iura; tunc enim terminus circumducitur per productionẽ iurium. *Rot. decis.* 1. *de test. lib. in nou. Alex. cons.* 89. *nu.*4. & citatio habetur pro cancellaria. *d. l. & post edictum, § circumducto, ff. de iud. l. acta,* & ibi *gloss.* in verbo *circumduci, ff. de re iud. Coccin. decis.* 414. *n.4. Greg decis.457.n.5.*

Item quando producit nouos articulos, etiam non citata parte. *Greg. decis.140. n.7.* item quãdo producit nouam commissionem, idem *Gregor. decis.339.n.3.*

451 Sed aduerte quia sola productio iurium, articulorum, seu commissionis, non inducit circumductionem cõclusionis in causa: cùm non pendeat à sola voluntate partiũ. *Greg. d. decis.457. nu.7. adden. ad illum d. decis 140. n.10.*

452 Modo dicamus, quando circumductio citationis proueniat ex facto Iudicis. Quãdo Iudex habuit terminum proseruato, & illum permisit labi, & in eo non pronunciauit; tunc citatio remanet circũducta, & quidquid postea fieret, nullũ esset, iuxta *Constitutionem Pij Quarti* 58. §. 12. *in Bullar. nouo lib.2. fol.80.* sententia enim, lapso termino, nulliter fertur, ex defectu citationis. *Bar. cons.* 176. incipit *pluries*, sub *n.* 2. *Gonzalez reg.8. gloss.9. in annotat. n.122 Rot. in recent. decis.* 252. *nu.* 1. & 2. *par.*1.

493 Similiter quando Iudex, post terminũ proseruato habitum,

bitum, vel post conclusionē in causa factam, admittit noua iura, vel articulos, circumducitur terminus, & conclusio. *Seraphin. decis.* 536. *nu.* 3. *Rot. in recentiss. par.* 1. *decis.* 576. *nu.* 11. *Coccin. decis.* 414. *n.* 4. item quando testes recipit. *Rol. cons.* 19. *n.* 47. *lib.* 1. vel quando facit alium actū contrarium; cùm natura contrariorum sit, vt vno posito tollatur alterum. *l. illud, ff. de acquir. hered. Rot. in nou. decis.* 1. *de testib. n.* 1.

Modo quæro, quid si Iudex admitteret iura sine præiudicio vel termini seruati, vel decreti facti, vel conclusionis.

454 Et præmitto, quod Iudex potest quandocumque reuocare suam sententiam interlocutoriam, quæ non transit in iudicatum quoad Iudicē, sed quoad partem, quæ intra decem dies potest appellare; & postea reuocationē interlocutoria; petere non potest; *l. quod iussit*, & ibi *Bar. nu.* 11. & *Rip. n.* 32. *ff. de re iud.*

Iudex vero potest suam interlocutoriam reuocare, etiā post decem dies, & vsque ad sententiam diffinitiuam. *l.* 1. *C. si ex fals. instr. cap. cùm cessante, de appellat. glos. fin. in cap.* 2. *de praec. Bar.* in *d. l. quod iussit sub d. n.* 11. & *Ripa sub d. n.* 31. post diffinitiuam autem non; quia tunc desinit esse Iudex. *l. Iudex, ff. de re iud.*

At quando sententia interlocutoria fuisset executioni demandata, Iudex illam non posset reuocare. *gloss. in l.* 2. *§. fin. ff. de prat. stipulat. Bar. sub d. n.* 11. in fin. & *Rip. n.* 13. si tamen Iudex vellet, ex iusta causa reuocare posset, par. re citata. *Rip. l.* 2. *quod iussit, sub n.* 34.

Prout etiam quando sententia interlocutoria lata fuisset de consensu partium, Iudex non posset illam, absque earundem cōsensu, reuocare. *cap. significante, de appellat. Rip. in d. l. quod iussit, nu.* 29.

455 In casu autem, quo Iudex possit reuocare interlocutoriam, tenet *Castr.* & *Rip.* in d. *l. quod iussit, n.* 49. *vers. tertio contra Rotam*, quod Iudex debeat expresse reuocare, & nō sufficiat tacitè.

Sed cōtrarium verius est, quod etiam tacitè per solum admissionem iuriū possit reuocare. *Felin. in cap. quoniam contra, nu.* 18. *de probat.* non enim videtur interesse, siue

Iudex

Iudex expresse reuocet, siue faciat actum per quem in necessarium antecedens eadem interlocutoria corruat. *Rota decis.1.de testib.in nou.*& in *recentiss.decis.90.n.2.par.1.*

459 His præmissis dico,quod quando Iudex admittit iura sine preiudicio termini proseruato habiti, puta ad sententiam; tunc terminus circumducitur, non obstante dicta protestatione, tanquam contraria facto, quæ nihil iuuat.*Seraph.decis.773.nu.19.* cũ alijs supra *in cap.6.n.121.*

Et si sententia postea feratur, seu subscribatur licet subscriptio retrotrahatur ad diem termini proseruato habiti, iuxta stylum Curiæ, vt per *Vestr.in praxi c.1.nu.12.lib.7.* & dictum est supra in *c.8.n.126.* & in *cap.9.n.501.* itaut sententia lata appareret ante admissionem iurium;tamen stãte admissione iurium præsumptio est, quod tunc sententia non fuisset lata, seu subscripta; quia alias Iudex tanquam functus officio suo post sententiam iura non admisisset, & pars ad cuius fauorem antea subscripta fuisset sententia verisimiliter ex hoc capite,contradixisset iurium admissioni. *Rot. diuers.decis.705.par.3.lib.3.*quo circa eo ipso, quod in die cadẽtis citationis apparet habitũ fuisse terminum proseruato, apparet etiam successiue sententiam non fuisse latam,nec subscriptam illa die, & ideo ista practica, & forma admittendi iura sine preiudicio termini proseruato habiti non est recepta à Curialibus;quia nihilominus citatio circumducitur, & sentẽtia remanet nulla, vt fuit resolutum in *Romana pecuniaria, seu restitutionis in integrum* 15. *Decembris* 1618 *coram Ottembergo* post *Fenzon. ad Stat. Vrb.decis.*161.& apud *Marches.de commiss.par.3.fol.*104. *Grat. discept.forens.cap.*438. *nu.*11.

457 Sed quando Iudex antea fecit decretum, & post illud admittit iura sine preiudicio decreti facti, dico quod non circũducitur si sit executũ, vel sit factum cum consensu vtriusq; partis,vel sit lapsum decendium, & transiuerit in iudicatum quoad partem; quia Iudex nõ tenetur reuocare iuxta premissa,& potest admittere iura ad effectum se informandi,& deliberandi an

velit

velit interlocutoriam, transactam in rem iudicatam, reuocare; sed si admitteret iura nondum lapso decendio, quo pars posset petere reuocationem, per admissionem iuriũ videretur circumductũ decretum non obstante dicta reseruatione, tanquam contraria facto, & stante facultate partis contradicendi, & ideo praxis tuta est, vt iterũ pars citet pro nouo decreto.

458 Quando denique Iudex conclusit in causa, & postea admittit iura, sine eiusdem conclusionis præiudicio, tũc dico, aut conclusio est necessaria, vt in prophanis, & tunc non circumducitur, quia post cõclusionem in causa Iudex nõ tenetur admittere nouas probationes. *cap. cùm dilectus, de fide instr.* cũ ibi notat per *Innoc.* & in *cap. pastoralis* super verbo *conclusum, de caus. poss. & propr. Rot. in ant. dec. 1. de probat.* & conclusio in causa dicitur renunciatio omnibus defensionibus, & probationibus producendis. *gloss.* in *cap. cùm dilectus*, in verbo *conclusum, de fide instr.* cum alijs supra in *cap. 6. n. 5. Rip. in d. l. quod iussit, nu. 49.* & ideo quando Iudex admittit iura, sine præiudicio conclusionis in causa, declarat nolle infringere actum de consensu partium factum.

Aut conclusio non est necessaria, vt in beneficialibus: *Clem. sæpe, de verborũ signific.* & in causis, quæ in Curia passim committuntur cum clausula summariè, & prout in beneficialibus, & tunc non obstante dicta protestatione, circumducitur conclusio. *Rot. in ant. d. decis. 1. de probat. & decis. 1. de testib. in nou.*

DILATIO VNA, an circumducat alium.

459 Videamus modo an idem dicendum sit de dilatione, vt vna circũducatur per aliã. Dic. quod dilatio, aut est legalis, aut iudicialis. legalis est quæ dari debet ex legis dispositione; & hæc quando Iudex illam præfigit; potest postea ex causa ab eodem coarctari, vel prorogari. *Bar. in l. 2. n. 4. vers. ego teneo. ff. de re iud.* & ibidem *Alex. Maran. de ord. iud. par. 6. tit. de dilat. nu. 16. Menoch. de arbitr. cons. 52. n. 4. in fine.*

Et ideo si semel Iudex dedit dilationem, quæ ex legis dispo-

dispositione debet dari, & postea det alium: tunc primam non circumducit; nam aut illa nõ est finita, & tunc subsequẽs dilatio habet vim prorogationis, quæ non dicitur, nec incipit nisi finito tempore *l. sed & si manẽte*, in princ. *ff. de precar. gloss. in l. 4.* in verbo *protelare*, & in verbo *renouare*, *ff. de damno infect. Gabr. de dilat. conclus. 3. n. 1.* aut est finita, & tunc subsequens dilatio habet vim nouę dilationis. d. *l. sed et si manente*, vers. *si verò præterita*, & pariter primam non tollit; quia ex quo dilatio legis semel fuit data, eidẽ legi satisfactũ est, quælibet enim dispositio verificatur in primo actu. *l. boues*, §. *hoc sermone*, *ff. de verb. signif.*

460 Iudicialis autem est, quæ datur arbitrio Iudicis; & tũc si vna data fuerit, & ea finita detur alia, non potest dici, quòd secunda circumducat primam iuxta prędicta.

Et hæc licet videantur satis plana, tamen aduertendũ est, quia Rota aliter sensisse videtur in infrascriptis decisionibus.

Nempe in Romana Spolij domus Lunæ 19. Ianu. 1615. coram Em. Card. Pamphilio iuniore, vbi respondit in hæc verba.

461 Fuit resolutum sententiã, de qua in dubio, esse reuocandam: quia declarat subhastationem fuisse ritè factã; attamen contrarium colligitur ex actis, ex quibus apparet, quod decretum de deliberando fuit interpositum die 19. Iunij 1600. quo tẽpore maiores oblationes scutorum 800. & 850. fuerunt per oblatores legitimè reuocatæ, vt fuit firmatum in decisione in hac causa iacta, & in alię tres oblationes 500. 600. & 700. non reperiebantur tunc in actis exhibitæ, prout requiritur, cum deliberatio fieri debeat plus offerẽti. *Auth. hoc ius porrectum*, & ibi *Doct. C. de sac. sanct. Eccles.* & antequam fiat decretum mãdati de deliberãdo, plures debẽt esse in actis oblationes, vt per *Gallesf. de obligat. Camer. in quæst. post process. incid. n. 31. Moder. pract. in tit. de subhast. pign. cap. 42. nu. 12. lib. 1.* vbi testantur, quod de stylo Curiæ tres ad minus debent esse oblatores.

Præterea cõsiderabant Domini, quod huiusmodi decretum, quod emanauit sub die 19. Iu-

29. Iunij, nō habuit effectum: quia elapso mense non fuit expeditum mandatum de deliberando maiori tunc oblatori; & vlterius fuit circūductum per aliud subsequēs decretum, emanatum sub die 4. Augusti, cum assignatione noui termini. *Felin. in cap. 11. n. 22. de Iud. Pedemont. decis. 142. nu. 37. Rot. in causa Leodien. Priorat. 21. Iunij 1596. coram Orano.*

Nec subhastatio visa fuit posse sustineri vigore huius secundi decreti; quia in eo Iudex mandauit domum deliberari plus offerenti, nisi infra tres, & tamen de styloCuriæ in stabilibus iste terminus debet esse vnius mēsis. *Galles. de obligat. Cam. in quæst. post process. incid. d. n. 31. Moderni d. lib. 1. cap. 43. n. 3. & seqq.*

Præsertim quia iste terminus conceditur pauperibus debitoribus, quorum bona distrahuntur, vt possint vel pignus luere, vel per maiores oblationes cōditionem ipsorum, & creditorum meliorē facere. *Magon. decis. Florent. 132. n. 9.*

Vltra quod nec etiam dicta die 4. Augusti aderant in actis tres oblationes, quia illa scutorum 700. fuerat validè reuocata, ex alleg. in alia decisione, & oblatio Caroli, cui domus fuerat deliberata, emanauit etiam elapso d. termino trium dierum dato ad reluendum, quo tempore nullus alius oblator haberi poterat. *Magon. d. decis. Florent. 131. n. 2.*

46 Hanc decisionem secuta fuit *Rota in Perus. Spolij, 4. Aprilis 1626. corā Rpd. Rojas*, quæ est *decisio 106. post tract. Mangil. de subhastat.* & est *decis. 117. in 7. par. diuers.* vt in infrascripta particula.

Et licet dicatur, quod alij licitatores, qui plus obtulerunt, illorum oblationi renūciauerint, ex hoc sequitur vnum de duobus, vel quod eorum renunciatio non fuit valida, ex quo remanēt obligati, nec posse quemquā pœnitere, nisi Reipub. expedierit, firmant *Bar. in l. licitatio, n. 48. de public. Asin. in d. §. 6. cap. 2. fol. 38. Rot. decis. 376. nu. 5. par. 4. recent.* & in *Rom. domus 19. Decembris 1631. coram Rpd. meo Verospio.* Alterū quod sequitur est, quod si fuit valida renunciatio, perinde est, ac si licitatores non obtulissent, & consequenter rema-

remanet deliberatio nulliter facta non præcedentibus ad minus tribus licitatoribus. *Bal. in l. ordo, n. 4. C. de execut. rei iud. Salust. Tib. in praxi, lib. 1. cap. 42. Grat. discept. Forens. cap. 739. n. 22.* & fuit resolutum in præalleg. Romana Spolij domus, coram Cardinali Pamphilio.

Vlterius dicta deliberatio fuit etiam nulla; quia emanauit sub decreto, nisi ad p. d. quod per Iudicem fieri non potuit, tam attento stylo subhastandi stabilia, nisi infra mensem, de quo testatur *Salust. Tiber. vbi supra cap. 43. n. 2. Gratian. d. cap. 439. n. 22. Rot. in d. Romana Vineæ, corã Buratt.* & in d. *Romana Spolij domus*, quàm etiam attenta dispositione iuris communis, secundum quod in subhastatione bonorum minorum requiritur saltem spacium 20. dierum. *Auth. hoc ius porrectum, C. de sac. sanct. Eccles. Surd. cons. 49. n. 15. ad fin. & n. 19. Grat. cap. 375. n. 16. Rot. decis. 406. n. 5. par. 4.* quia ex defectu subhastationis venditio Curiæ fit nulla tradit *Belluga Rubr. 41. §. leges Regni, n. 43. in fin. & n. 45. Bart. in l. Fulcinius, §. si quis bona, ff. quib. ex caus. in poss. eatur: Franc. Leo, decis. 173. n. 3. l. 2.* & ita obseruari in supremis Hispaniæ Tribunalibus, docet *Couar. lib. 2. var. cap. 11. n. 1.* quia etsi terminus dicatur pẽdere à Iudicis arbitrio, in subhastationibus tamen rerum Eccles. vel minorum, augeri quidem potest, ex quo potest venire plus offerens, sed nõ minui, vt docent *Bar. & Io: de Platea l. si tempora, vterque, n. 1. C. de fid. instr. lib. 10. Surd. vbi supra, n. 21. Menoch. de arbitr. casu 185. n. 22.* & declarat *Grat. d. cap. 375. n. 15.*

463 Idem Rota confirmauit in eadem *Perus. Spolij, coram eodem Rpd. Rojas, die Merc. 18. Iunij 1642.* in verbis. Perstiterunt Domini in decisis, &c.

Subsistere etiam visa fuit tertia nullitas, elicita ex eo, quod dicta deliberatio emanauerat sub decreto nisi ad p. d. cùm tamen de stylo esset facienda cum termino nisi infra mensem, vt per *Grat. discept. 739. n. 22. Burat. decis. 574. n. 10. & in Romana domus 19. Ianuarij 1615. coram Em. Card. Pamphilio*, & de iure communi in subhastatione

ducitur citatio, nec deseritur iudicium, neque citatio noua requiritur. *Dec. in cap. fin.* in fin. *de iud.* sed nihil allegat, & indistinctè loquitur.

435 Quamobrem ego distinguo, aut citatio peremptoria fuit facta ad vnum actum solum, & tunc neutro comparente in termino, citatio circumducitur, & fit compensatio negligentiæ, & contumaciæ hinc inde. ad *tex.* in *l. si ambo, ff. de compensat.* ita dixit *Rot. in ant. decis. 7. n. 1. de verb. signif.*

436 Aut citatio peremptoria fuit facta ad plures actus, & hoc casu dixit *Rot. in nou. decis.* 14. vers. *tamen neutro veniente, de dol. & cont.* quod licet circumducatur edictum quoad illum actum, pro tunc in illo termino faciendum; non tamen circumducitur in totum quoad alios actus. & tunc vno, vel altero quandocumque veniente, poterit in causa procedi. & addit

437 rationem: quia reus citatus ad duo tenetur, videlicet cōparere, & in certo termino comparere. ideo si neuter in termino compareat, citatio quoad vnum, scilicet quoad comparendum in termino, circumducitur; sed quoad aliud, scilicet quoad comparendum non circumducitur, & hoc casu iterum distinguo, aut postea comparet actor, aut reus.

438 Si comparet actor, non autem reus; tunc actore instante proceditur contra reū, vti contumacem, per edictum publicum. *cap. fin. de dol. & cont.* & factis probationibus condemnatur. *Rota in ant. d. decis. 7. de verborum significat.* & dictum est supra *hoc eodem capite, n. 209. vers. de execut. citationis per Contradictas*, & *cap. 7. vers. de citatione per Contradictas, nu.* 310. & *cap. 11. vers. citatio, seu processus per Contradictas, quando possit decerni, n. 406.*

439 Et hic addo, quod dicit *Innoc.* in *cap. consuluit, de off. & pot. iud. deleg. in princ.* ꝙ si reus, citatus solēniter ad sētentiam, cōpareat; actore non veniente, absoluetur ab instātia edicti; nisi ex gestis liqueret causā posse decidi, sed hodie cùm per contumaciam actoris, sicut rei, contrahitur hermodicium, poterit ad diffinitiuā procedi: tamen si potius velit ab instantia Iudicij absolui, audietur.

Et

440 Et ideo infero, quod si actor, reo vt supra non comparente, nolit vlterius procedere; sed præcludere viam reo, ne si forte compareret, posset aduersus eum procedere, potest petere, vel vt edictũ circũducatur, vel vt ipse absoluatur ab instantia iudicij, vt per eundem *Innoc.* vbi supra ibi, *vel melius semper si is, qui præsens est, siue sit actor, siue reus, petat circumduci*.

Edictum circumducitur, quia qui præsens est, si vult, absoluitur in vltimo termino assignato. potest etiam absolui ab instantia iudicij.

441 Sed subiũgit, quod absolutio ab instantia iudicij debet fieri cum maiori solemnitate, & cum citatione partis; quia tunc pereunt omnia acta iudicij. *l. properandum*, §. 1. *C. de iud.* sed absolutio, quæ fit à termino assignato, fit sine vlla citatione.

442 Si vero comparet reus, & non actor; tunc dicit *gloss.* loquens in causa status, in *cap. Christianis*, in verbo *contempserint*, 11. *quæst.* 1. quod est in electione, rei, an velit, vt circumducatur edictum, vel quod admittãtur suę probationes, sed quod Iudex nõ pronũciabit pro eo, nisi probationes sint euidentissimæ, allegat *l diui fratres, ff. de lib. caus.* vbi eleganter dicitur, *rectè atque ordine Iudices puto fa urus si hanc formã fuerint secuti, vt vbi deest is, qui in seruitutem petit electionem aduersario deferat, vtrum malit cognitionem circumduci, & differri, an audita causa sententiam proferri, & si cognouerint, pronunciare debebunt, seruum illius non videri*, & inferius, *quod si ex seruitute in ingenuitatem, quis se allegat, melius fecerint, si cognitionem circumduxerint; ne sine aduersaria pronuncient ingenuum videri; nisi magna causa sit ea, & euidentes probationes suggerant, secundum libertatem pronunciandum, vt & rescripto D. Adriani continetur*.

Et de alijs causis loquens *Innocent.* in d *cap. consuluit, de off. deleg.* in princ. dicit quod reus absoluetur ab instantia edicti, nisi ex gestis liqueret causam posse decidi; tamen si potius velit ab instantia iudicij absolui, audietur.

443 Notans aliud esse absolui ab instantia iudicij, quia tunc omnia acta pereunt; sed re-

quiritur noua citatio;& aliud absolui abstantia edicti, seu edictum circumduci, quia tunc deletur edictum, sed lis remanet salua. sequitur *Archid.*in d.*cap.Christianis*, 11. *quaest.*1.*n.*2.

444 Et in Curia reus, quando comparet actore nō veniēte, obtinet processum per contradictas.vt per *Vestr.in praxi,lib.*4.*cap.*3.*n.*2.& dictum est supra *cap.* 11. *nu.* 416. & 417.

445 Prædictis addo, quod nedum primæ citationes, quæ fiunt cū termino peremptorio, circūducuntur facto partis citantis, quando nō comparet, sed etiam secundæ citationes, quæ fiunt post litis ingressū ad certos actus, pro certa die, quia si non producantur, vel producantur extra tempus, remanent circūductæ. *Alex. cons.*92. *perspectis, col. pen. ad med. vers.pro hoc facit,n.*11.*lib.*1.*Tiraq.de retract.lignag.*§.35.*glos.*2.*n.*9. in fin. vers. *& idem cùm pars aduersa,Gratian.cap.*66.*n.*43.

446 Hinc citatio ad sententiā, si cadit sub vno die,& producatur extra illū, vti circūducta reddit omnia gesta nulla. *Felin.in cap.consuluit,n.*3.*de off. deleg. Bar.in l. aut qui aliter, in princip.*& in *l.vlt.*§. *fin. ff quod vi,aut clam.Vant. de nullit. ex defect. citat. nu.* 73. *Rot.in recent.par.*1.*decis.*340. *nu.*1.

446 Item si citatio ad sententiam per actorē fuit producta in termino, sub qua cadebat, si tamen non fuit per Iudicem seruatus terminus, & per eundem actorem nō fuit accusata contumacia rei non comparentis, citatio remanet circumducta,& sentētia postea lata, nulla esset. *Alex. in l. si finita,*§. *Iulianus,nu.* 24. *ff.de dam.infect.Ias.in l.properandum,*§. *& si quidem, nu.*7. *C.de iud.Rom.cons.*454.*n.*13. *Tiraq. de retract. lignag.*§.15. *gloss.*2.sub *nu.*9.vers. *& idem cū pars aduersa, Cas.de Grass. decis.*11. *n.* 2. *de sent. & re iud.*

448 At si in termino citationis comparuisset actor, & accusasset contumaciam rei non comparentis, tunc non circūduceretur citatio, sed Iudex posset expectare partē, & altera sequenti die sententiā ferre, absque alia citatione, quæ non posset dici nulla ex defectu citationis, & etiā absque expressa prorogatione.

ne. *Alex.* in *l. de vno quoque, nu. 7. de iud.* & in *l. si finita, §. Iulianus, nu. 18. ff. de damn. infect. Gabr. de citat. conclus. 1. limit. 69. nu. 447. & 449. Rot. in recent. par. 1. decis. 365. n. 4. & decis. 409. n. 2.*

449 Sic etiam si pro extractione iurium fuisset facta citatio ad videndũ extrahi iura pro certa die, in qua si citatus nõ comparuit, sed solus citans, qui accusauit contumaciam; tũc si diebus sequẽtibus fuit facta extractio, valida est: quia eo quo fuit accusata contumacia citati, non erat circũductus terminis citationis. *l. & post edictũ, §. 1. ff. de iud. Put. decis. 381. n. 2. lib. 2.*

450 Facto etiam partis circũducitur citatio, seu eius terminus, quando scilicet citatio fuit producta in termino, & terminus per Iudicem fuit seruatus, seu quando conclusum fuit in causa, & postea idẽ actor producit noua iura; tunc enim terminus circumducitur per productionẽ iurium. *Rot. decis. 1. de testib. in nou. Alex. cons. 89. nu. 4.* & citatio habetur pro cancellaria. *d. l. & post edictum, § circumducto, ff. de iud. l. acta,* & ibi *gloss.* in verbo *circumduci, ff. de re iud. Coccin. decis. 414. n. 4. Greg decis. 457. n. 5.*

Item quando producit nouos articulos, etiam non citata parte. *Greg. decis. 140. n. 7.* item quãdo producit nouam commissionem, idem *Gregor. decis. 339. n. 3.*

451 Sed aduerte quia sola productio iurium, articulorum, seu commissionis, non inducit circumductionem cõclusionis in causa: cùm non pendeat à sola voluntate partiũ. *Greg. d. decis. 457. nu. 7. adden. ad illum d. decis. 140. n. 10.*

452 Modo dicamus, quando circumductio citationis proueniat ex facto Iudicis. Quãdo Iudex habuit terminum proseruato, & illum permisit labi, & in eo non pronunciauit; tunc citatio remanet circũducta, & quidquid postea fieret, nullũ esset. iuxta *Constitutionem Pij Quarti 58. §. 12. in Bullar. nouo lib. 2. fol. 80.* sententia enim, lapso termino, nulliter fertur, ex defectu citationis. *Bar. cons. 176.* incipit *pluries,* sub *n. 2. Gonzalez reg. 8. gloss. 9. in annotat. n. 122 Rot. in recent. decis. 252. nu. 1. & 2. par. 1.*

493 Similiter quando Iudex, post terminũ proseruato habitum,

bitum, vel post conclusionē in causa factam, admittit noua iura, vel articulos, circumducitur terminus, & conclusio. *Seraphin. decis.* 536. *nu.* 3. *Rot. in recentiss. par.* 1. *decis.* 576. *nu.* 11. *Coccin. decis.* 414. *n.* 4. item quando testes recipit. *Rol. cons.* 19. *n.* 47. *lib.* 1. vel quando facit alium actū contrarium; cùm natura contrariorum sit, vt vno posito tollatur alterum. *l. illud, ff. de acquir. hæred. Rot. in nou. decis.* 1. *de testib. n.* 1.

Modo quæro, quid si Iudex admitteret iura sine præiudicio vel termini seruati, vel decreti facti, vel conclusionis.

454 Et præmitto, quod Iudex potest quandocumque reuocare suam sententiam interlocutoriam, quæ non transit in iudicatum quoad Iudicē, sed quoad partem, quæ intra decem dies potest appellare; & postea reuocationē interlocutoria, petere non potest; *l. quod iussit*, & ibi *Bar. nu.* 11. & *Rip. n.* 32. *ff. de re iud.*

Iudex vero potest suam interlocutoriam reuocare, etiā post decem dies, & vsque ad sententiam diffinitiuam. *l.* 1. *C. si ex fals. instr. cap. cùm cessante, de appellat. gloss. fin. in cap.* 2. *de proc. Bar.* in *d. l. quod iussit sub d. n.* 11. & *Ripa sub d. n.* 32. post diffinitiuam autem non; quia tunc desinit esse Iudex. *l. Iudex, ff. de re iud.*

At quando sententia interlocutoria fuisset executioni demandata, Iudex illam non posset reuocare. *gloss. in l.* 2. *§. fin. ff. de prat. stipulat. Bar. sub d. n.* 11. in fin. & *Rip. n.* 13. si tamen Iudex vellet, ex iusta causa reuocare posset, par. re citata. *Rip. l.* 2. *quod iussit, sub n.* 34.

Prout etiam quando sententia interlocutoria lata fuisset de consensu partium, Iudex non posset illam, absque earundem cōsensu, reuocare. *cap. significante, de appellat. Rip. in d. l. quod iussit, nu.* 29.

455 In casu autem, quo Iudex possit reuocare interlocutoriam, tenet *Castr.* & *Rip.* in d. *l. quod iussit, n.* 49. *vers. tertio contra Rotam*, quod Iudex debeat expresse reuocare, & nō sufficiat tacitè.

Sed cōtrarium verius est, quod etiam tacitè per solam admissionem iuriū possit reuocare. *Felin. in cap. quoniam contra, nu.* 18. *de probat.* non enim videtur interesse, siue

Iudex

Iudex expresse reuocet, siue faciat actum per quem in necessarium antecedens eadem interlocutoria corruat. *Rota decis. 1. de test. lib. in nou.* & in *recentiss. decis. 90. n. 2. par. 1.*

459 His præmissis dico, quod quando Iudex admittit iura sine præiudicio termini proseruato habiti, puta ad sententiam; tunc terminus circumducitur, non obstante dicta protestatione, tanquam contraria facto, quæ nihil iuuat. *Seraph. decis. 773. nu. 19.* cũ alijs supra *in cap. 6. n. 121.*

Et si sententia postea feratur, seu subscribatur licet subscriptio retrotrahatur ad diem termini proseruato habiti, iuxta stylum Curiæ, vt per *Vestr. in praxi c. 1. nu. 12. lib. 7.* & dictum est supra in *c. 8. n. 126.* & in *cap. 9. n. 501.* itaut sententia lata appareret ante admissionem iurium; tamen stãte admissione iurium præsumptio est, quod tunc sententia non fuisset lata, seu subscripta; quia alias Iudex tanquam functus officio suo post sententiam iura non admisisset, & pars ad cuius fauorem antea subscripta fuisset sententia verisimiliter ex hoc capite, contradixisset iurium admissioni. *Rot. diuers. decis. 705. par. 3. lib. 3.* quo circa eo ipso, quod in die cadẽtis citationis apparet habitũ fuisse terminum proseruato, apparet etiam successiue sententiam non fuisse latam, nec subscriptam illa die, & ideo ista practica, & forma admittendi iura sine præiudicio termini proseruato habiti non est recepta à Curialibus; quia nihilominus citatio circumducitur, & sentẽtia remanet nulla, vt fuit resolutum in *Romana pecuniaria, seu restitutionis in integrum 15. Decembris 1618 coram Ottembergo* post *Fenzon. ad Stat. Vrb. decis. 161.* & apud *Marches. de commiss. par. 3. fol. 104. Grat. discept. forens. cap. 438. nu. 11.*

457 Sed quando Iudex antea fecit decretum, & post illud admittit iura sine præiudicio decreti facti, dico quod non circũducitur si sit executũ, vel sit factum cum consensu vtriusq; partis, vel sit lapsum decendium, & transiuerit in iudicatum quoad partem; quia Iudex nõ tenetur reuocare iuxta præmissa, & potest admittere iura ad effectum se informandi, & deliberandi an velit

velit interlocutoriam, transactam in rem iudicatam, reuocare; sed si admitteret iura nondum lapso decendio, quo pars posset petere reuocationem, per admissionem iuriũ videretur circumductũ decretum non obstante dicta reseruatione, tanquam contraria facto, & stante facultate partis contradicendi, & ideo praxis tuta est, vt iterũ pars citet pro nouo decreto.

458 Quando denique Iudex conclusit in causa, & postea admittit iura, sine eiusdem conclusionis præiudicio, tũc dico, aut conclusio est necessaria, vt in prophanis, & tunc non circumducitur, quia post cõclusionem in causa Iudex nõ tenetur admittere nouas probationes. *cap. cùm dilectus, de fide instr.* cũ ibi notat per *Innoc.* & in *cap. pastoralis* super verbo *conclusum, de caus. poss. & propr. Rot. in ant. dec.* 1. *de probat.* & conclusio in causa dicitur renunciatio omnibus defensionibus, & probationibus producendis. *gloss.* in *cap. cùm dilectus*, in verbo *conclusum, de fide instr.* cum alijs supra in *cap. 6. n. 5. Rip. in d. l. quod iussit*, *nu.* 49. & ideo quando Iudex admittit iura, sine præiudicio conclusionis in causa, declarat nolle infringere actum de consensu partium factum.

Aut conclusio non est necessaria, vt in beneficialibus. *Clem. sæpe, de verborũ signific.* & in causis, quæ in Curia passim committuntur cum clausula summariè, & prout in beneficialibus, & tunc non obstante dicta protestatione, circumducitur conclusio. *Rot. in ant. d. decis.* 1. *de probat. & decis.* 1. *de testib. in nou.*

DILATIO VNA, an circumducat alium.

459 Videamus modo an idem dicendum sit de dilatione, vt vna circũducatur per aliã. Dic. quod dilatio, aut est legalis, aut iudicialis. legalis est quæ dari debet ex legis dispositione; & hæc quando Iudex illam præfigit; potest postea ex causa ab eodem coarctari, vel prorogari. *Bar. in l.* 2. *n.* 4. *vers. ego teneo, ff de re iud.* & ibidem *Alex. Maran. de ord iud. par.* 6 *tit. de dilat. nu.* 16. *Menoch. de arbitr. conf.* 52. *n.* 4. *in fine.*

Et ideo si semel Iudex dedit dilationem, quæ ex legis dispo-

dispositione debet dari, & postea det alium: tunc primam non circumducit; nam aut illa nō est finita, & tunc subsequēs dilatio habet vim prorogationis, quæ non dicitur, nec incipit nisi finito tempore *l. sed & si manēte*, in princ. *ff. de precar. gloss. in l.* 4. in verbo *protelare*, & in verbo *renouare, ff. de damno infect. Gabr. de dilat. conclus.* 3. *n.* 1. aut est finita, & tunc subsequens dilatio habet vim nouę dilationis. d. *l. sed et si manente*, vers. *si verò præterita*, & pariter primam non tollit; quia ex quo dilatio legis semel fuit data, eidē legi satisfactū est, quælibet enim dispositio verificatur in primo actu. *l. boues*, §. *hoc sermone, ff. de verb. signif.*

460 Iudicialis autem est, quæ datur arbitrio Iudicis; & tūc si vna data fuerit, & ea finita detur alia, non potest dici, quòd secunda circumducat primam iuxta prędicta.

Et hæc licet videantur satis plana, tamen aduertendū est, quia Rota aliter sensisse videtur in infrascriptis decisionibus.

Nempe in Romana Spolij domus Lunæ 19. Ianu. 1615. coram Em. Card. Pamphilio iuniore, vbi respondit in hæc verba.

461 Fuit resolutum sententiā, de qua in dubio, esse reuocandam: quia declarat subhastationem fuisse ritè factā; attamen contrarium colligitur ex actis, ex quibus apparet, quod decretum de deliberando fuit interpositum die 19. Iunij 1600. quo tēpore maiores oblationes scutorum 800. & 850. fuerunt per oblatores legitimè reuocatæ, vt fuit firmatum in decisione in hac causa iacta, & in alię tres oblationes 500. 600. & 700. non reperiebantur tunc in actis exhibitæ, prout requiritur: cum deliberatio fieri debeat plus offerēti. *Auth. hoc ius porrectum*, & ibi *Doct. C. de sac sanct. Eccles.* & antequam fiat decretum mādati de deliberādo, plures debēt esse in actis oblationes, vt per *Gallesi. de obligat. Camer. in quæst. post process. incid. n.* 31. *Moder. pract. in tit. de subhast. pign. cap.* 42. *nu.* 12. *lib.* 1. vbi testantur, quod de stylo Curiæ tres ad minus debent esse oblatores.

Præterea cōsiderabant Domini, quod huiusmodi decretum, quod emanauit sub die 19. Iu-

remanet deliberatio nulliter facta non præcedentibus ad minus tribus licitatoribus. *Bal.in l.ordo, n.4.C.de execut. rei iud. Saluſt. Tib. in praxi, lib.1. cap.42. Grat. diſcept.Forenſ. cap.739. n.22.* & fuit reſolutum in prælleg.Romana Spolij domus, coram Cardinali Pamphilio.

Vlterius dicta deliberatio fuit etiam nulla; quia emanauit ſub decreto, niſi ad p.d. quod per Iudicem fieri non potuit, tam attento ſtylo ſubhaſtandi ſtabilia, niſi infra menſem, de quo teſtatur *Saluſt. Tiber. vbi ſupra cap.43. n.2. Gratian. d.cap.439.n.22. Rot. in d. Romana Vineæ, corā Buratt.* & in d. *Romana Spolij domus*, quàm etiam attenta diſpoſitione iuris communis, ſecundum quod in ſubhaſtatione bonorum minorum requiritur ſaltem ſpacium 20. dierum. *Auth. hoc ius porrectum, C. de ſac. ſanct. Eccleſ. Surd. conſ.49. n.15. ad fin. & n.19. Grat. cap.375.n.16.Rot. deciſ.406.n.5. par.4.* quia ex defectu ſubhaſtationis venditio Curiæ fit nulla tradit *Belluga Rubr. 41. §. leges Regni, n.43. in fin. & n.45. Bart. in l. Fulcinius, §. ſi quis bona, ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur: Franc.Leo, deciſ.173. n.3. l.2.* & ita obſeruari in ſupremis Hiſpaniæ Tribunalibus, docet *Couar. lib.2. var. cap.11. n.1.* quia etſi terminus dicatur pēdere à Iudicis arbitrio, in ſubhaſtationibus tamen rerum Eccleſ. vel minorum, augeri quidem poteſt, ex quo poteſt venire plus offerens, ſed nō minui, vt docent *Bar. & Io: de Platea l. ſi tempora, vterque, n.1. C. de fid. inſtr. lib.10. Surd. vbi ſupra, n.21. Menoch. de arbitr. caſu 185. n.22.* & declarat *Grat. d. cap. 375. n.15.*

463 Idem Rota confirmauit in eadem *Peruſ.Spolij, coram eodem Rpd.Rojas, die Merc. 18. Iunij 1642.* in verbis. Perſtiterunt Domini in deciſis, &c.

Subſiſtere etiam viſa fuit tertia nullitas, elicita ex eo, quod dicta deliberatio emanauerat ſub decreto niſi ad p.d. cùm tamen de ſtylo eſſet facienda cum termino niſi infra menſem, vt per *Grat. diſcept.739.n.22. Burat.deciſ. 574. n.10. & in Romana domus 19. Ianuarij 1615. coram Em.Card.Pamphilio,* & de iure communi in ſubhaſtatione

ne bonorum minorum requirebatur saltem spacium 20. dierum, iuxta *tex.* in *auth. hoc ius porrectum, C. de sac. sanct. Eccles. Surd. cons.* 49. *Rot. in recent. decis.* 406. *n.* 5. *par.* 4.

Nec obstare visum fuit, q antea emanauerit decretum de subhastando, cum termino infra mensem, quia fuit animaduersum, postea fuisse circumductum, ideoque in decreto de deliberando subsecuto, denuo requirebatur assignatio termini vnius mensis, vt per *Felin. in cap.* 1. *n.* 22. *de iud. Osasc. decis.* 142. *n.* 37. & in puncto *Rot. in d. Romana Domus* 19. *Ianuarij* 1613. *coram Eminentiss. Pamphilio.*

464 Ex istis decisionibus, quātum attinet ad rem nostram, quatuor colliguntur conclusiones, quæ meo quidem iudicio, indigēt animaduersione. Prima est, quod si fuit factum decretum de deliberādo, de tempore quo nulli aderant oblatores, subhastatio, & deliberatio est nulla, nisi postquam oblatores comparuerunt, esset factum aliud decretum nisi infra mensem.

Hanc conclusionem puto veram duplici ratione, prima quia dilatio legalis debet dari, & assignari per Iudicem in tempore habili, non autem inhabili.

Secunda, quia citatio ad viden. mandari deliberari est nulla, si fiat tempore non cōcesso, quando scilicet non adsunt oblatores; quia lex tunc prohibet actum, non ratione effectus, sed ratione principij, iuxta ea, quæ latè diximus in *cap.* 10. *sub vers. citatio an fieri possit in die feriata, vel ad diē feriatam, n.* 209. cum tribus sequentibus, & ideo prædicta citatio, & prædictum decretū de deliberando debet de nouo fieri tempore habili, existentibus oblatoribus.

Secunda cōclusio est, quod si decretum de deliberando fuerit factum nisi infra mensem, circumducitur per assignationem noui termini postea factam.

Sed hanc conclusionem non puto veram; quia dilatio aut prorogat primā, aut operatur nouam dilationem: quocirca in dilationibus non potest cadere circumductio, vt vna tollat aliam, iuxta ea, quæ superius dicta sunt.

Et *Felin. in cap.* 1. *n.* 22. *de iud. & Osasc. in dec.* 142. *n.* 37. qui vt supra per Rotam allegan-

gantur, loquuntur in citationibus; quia vna circumducit aliam, data incompatibilitate, iuxta ea quæ dicta sunt supra, sub vers. de Circumductione, *n.* 420. *& seqq.*

Non autẽ in dilationibus, in quibus cessat incompatibilitas; quia plures dilationes dari possunt. *Specul. in tit. de dilat.* & ideo vna non potest alteram finitã circumducere.

Tertia conclusio est, quod elapso mense dato ad videndum mandari deliberari, si non sit in tempore expeditum mandatum, debet dari nouus terminus.

Cæterum hæc conclusio nõ potest esse indistinctè vera; quia si prima dilatio fuit validè assignata, & tempore habili, tunc ea finita non est opus altera, quando scilicet dispositio legis vnicam exigit dilationem. cessante autẽ legis dispositione, dilationes sunt Iudicis arbitrariæ. *gloss. in cap.* 1. in verbo *nimis breuem, de dilat. Felin. in cap. cùm sit Romana, n.* 1. *de dilat. Cassad. decis.* 3. *de dilat. Menoch. de arbitr. iud. casu* 52. *n.* 1. & ideo non cogitur Iudex ad dandum nouam dilationem, nisi ex suo arbitrio, iure tamẽ regulato. *l. non nunquam, ff. de iud.* ibi *hoc autem æstimare oportet eum, qui ius dicit, pro conditione causæ, vel personæ, vel temporis, & ita ordinem edictorum, vel compendium moderari.*

Si vero prima dilatio fuit nulliter data, tunc conclusio vera est, vt eadem dilatio debeat iterum assignari, tempore habili, perinde ac si prima non fuisset data; quia quod nulliter fit, habetur ac si factum non fuisset. *cap. non præstat, de reg. iur. in* 6.

Quarta, & vltima conclusio est, quod elapso mense dato ad deliberandum, si non sit in termino expeditum mandatum, debet dari nouus terminus alterius mensis.

At hæc conclusio nullatenus vera mihi videtur; quia durante mense nõ potest fieri deliberatio, cùm durante dilatione conquiescat officium Iudicis. *l. siue pars, C. de dilat.* quod autem statim finita dilatione mensis debeat necessario expediri mandatum, & fieri deliberatio, nullo iure cauetur, nec vlla consuetudo admittit, & nemo inuitus cogitur agere. *l. pure, §. fin. ff. de dol. mali except. l. si quando,*

C. de

C. de dilat. neque solutionem sui debiti petere potius hodie, quam cras, & pars. potest suo arbitrio expectare suum debitorem, cùm quilibet sit rei suæ moderator, & arbiter. *l. in re mandata, C. mandati.*

Quod pariter si Iudex ex arbitrio, & ex voluntate actoris velit dare nouum terminum, illum debeat dare alterius mensis nullo iure probatur, cùm dilationes sint arbitrariæ, vt supra.

Verum est, quod secunda dilatio debet esse æqualis primæ, quando scilicet à lege, vel statuto, vel etiam ab homine non est in secunda dilatione præfixum certum tempus. *l. 3. in principio* ibi *licet non fuerit adiectum æquis pensionibus, ff. de annuis legatis*, vbi *Bar. n. 1.* notat quod si Statutum dicat, quod reus in personam citatus habeat dilationem decem dierum ad comparendum, etsi non cõparuit, tunc bis citetur, tali casu, quia non repetit dilationẽ, debet intelligi, vt omnes dilationes sint æquales.

Et ibidem *Alex. sub n. 6. vers. 2. responde*, dicit quod in concessione secundæ dilationis facta à lege debet esse integra, sicut prima; secus in ea, quæ venit concedenda à Iudice; quod eo magis procedit, quando Iudex assignat tempus in secunda dilatione; nam tunc non sumus in dubio, vt in casu eiusdem legis. & ex his sit absolutum hoc Caput.

De defectu, & nullitate Citationis.. & quando sanari possit, & qualiter debeant euitari in conficiendis processibus cõpulsorialibus, & remissorialibus extra Curiam. Caput XIII.

SVMMARIVM.

1 *Defectus, & nullitas citationis an sint vnũ, & idem, & vnde proueniant.*
Defectus citationis propriè dicitur quando quis non fuit citatus.
Nullitas citationis dicitur, quando quis fuit citatus; sed non legitimè.
Vnum autem sæpius ponitur pro alio.

Defe-

2 *Defectus totalis citationis sanari non poteſt.*
Nullitas citationis ſanari poteſt.

3 *Defectus citationis prouenit ex facto partis, quando ea omittit citationem, vel illam executam non reproduxit in termino, vel poſt illius circumductionem omittit de nouo citare.*

4 *Nullitas citationis prouenit facto partis, quando in ea concipienda non exprimit, quæ de iure ſunt exprimenda.*

5 *Defectus citationis prouenit ex facto Iudicis, quando vel eſt incompetens, vel quando inter ſubditos ſine citatione pronunciat.*

6 *Nullitas citationis prouenit ex facto Iudicis, quando citationem decreuit, vel in die feriato, vel ad diem feriatã; vel peruerſo ordine iuris citandi ad faciem, ad domum, & per edictum, & quando aliud egit, quàm citatio dictet. & quando proceſſit ſine adiuncto. & quando vnus ex pluribus delegatis ſolus citauit.*
Adiunctus quando non fuit legitimè vocatus, proceſſus eſt nullus.

7 *Defectus citationis prouenit ex facto nuncij, quando vel illam non exequitur, vel illius relationem debito tempore non facit.*

8 *Nullitas citationis facto nũcij prouenit, quando citauit non ſeruata forma mandati.*

9 *Citatio pluribus modis poteſt impugnari. Vide.*

DEFECTVS, ET NVLLItas, quid operentur.

10 *Citatio eſt fundamentũ, & principium iudicij, & quidquid fit ſine ea, omnino corruit.*
Fundamentum vbi deeſt, nihil ſuperædificari poteſt. Principium vbi non eſt, neque finis eſſe poteſt.

11 *Iudicium tres habet partes principium à citatione, vſque ad litis conteſtationem, medium à conteſtatione vſque ad concluſionem in cauſa, finem à concluſione vſque ad ſententiam incluſiuè.*

12 *Citatio eſt neceſſaria ratione defenſionis, & omnis actus ſine ea remanet nullus.*

13 *Abſenti, & non citato actus non præiudicat, tàm in iudicio, quàm extra.*

N Cita-

14 *Citatio non sufficit, nisi legitimè fiat, & processus est ipso iure nullus.*
Citatio si non sit facta, siue non legitimè, nullum parit iuris effectum, & reddit nulla omnia inde secuta.

15 *Contumax non redditur absens, si legitimè non fuit citatus.*

16 *Præscriptio non interrumpitur per citationem nullam.*

17 *Compulsorialis processus redditur nullus, tàm ex defectu, quàm ex nullitate citationis.*

18 *Remissorialis processus, & examen testium corruit ex defectu, & nullitate citationis.*

19 *Sententia redditur nulla, quando pars non fuit citata, videlicet minus legitimè.*

20 *Sententia est nulla ex defectu citationis, quando coram eodem Iudice sunt duæ, diuersæ causæ, & vnica citatio fuit facta ad sententiam. Vide rationem.*

21 *Sententia sustinetur quoad citatos; sed nulla remanet quoad non citatos.*

22 *Sententia corruit ex defectu, & nullitate citationis, etiãsi sit lata ad fauorem non citati. Fallit in criminali.*

23 *Interlocutoria quãdo infert aliquod præiudicium parti, nulla est ex defectu citationis.*

24 *Actus iudicialis omnes requirunt partis citationem.*

25 *Citatio non necessaria, si fiat nulliter, non vitiat actum.*

26 *Intimatio supplet defectum citationis in interlocutorijs, seu decretis. Vide rationem.*

27 *Depositum quamuis non valeat absque citatione, tamen valet quãdo Iudex mandauit intimari.*

28 *Intimari non est necesse, vt Iudex mandet, quando interloquitur parte præsente.*

29 *Intimatio necessaria quando deficit, & ex actis non constat de illius reproductione, decretum remanet nullum, cum inde secutis.*

30 *Spolium iudiciale dicitur, quando non citatus, vel minus legitimè citatus, per Iudicem fuit amotus à sua possessione.*

31 *Spolium iudiciale, vltra duo extrema, requirit vel nullitatem, vel notoriam iniustitiam.*

32 *Excommunicationis sententia est nulla ex defectu citationis personalis.*

A QVO,

A QVO, ET QVANDO defectus, & nullitas Citationis possint opponi.

33 *Nullitas, & defectus citationis deduci potest, vel agẽdo, vel excipiendo. de nullitate citationis dare potest is, qui citari debebat.*

34 *Hæres potest dare de nullitate, & de defectu citationis.*

35 *Singularis successor, seu cessionarius potest dare de nullitate, & defectu citationis.*

37 *Actio cui datur, multo magis datur exceptio.*

38 *De nullitate citationis dare non potest, qui eodem modo citandi vsus fuit, in eadem causa.*

Fallit quoad ea, quæ sunt contra ius.

39 *De nullitate citationis dare non potest, qui causam dedit nullitati.*

40 *Nulliter, qui obtinuit sententiam, & dedit causam nullitati sequentium instantiarum, non potest dare de nullitate.*

Fallit, quando aliæ nullitates non habent causã à prima, & prima non influit in sequentes.

41 *De nullitate non potest dare, qui nihil releuans allegat, quod potuisset actum impedire.*

42 *Tertius, qui non est passus nullitatem, non potest dare de ea.*

43 *Citandus potest habere se pro citato, & non est citandus.*

44 *Sententia lata sine citatione sustinetur per ratificationem.*

45 *De nullitate non potest dare, qui non fuit in causa.*

46 *De nullitate dare non potest, qui non potuisset contradicere.*

Citatio requiritur ad fauorem eius, qui potest contradicere.

47 *Forma quando est introducta ad fauorem vnius, tunc actus factus contra illam est nullus, si ille velit.*

48 *Nullitatis exceptio nõ potest opponi inuito eo ad cuius fauorem competit.*

49 *Tertius non potest dare de nullitate fauore Ecclesiæ inducta.*

50 *Tertius non potest opponere de defectu beneplaciti Apostolici.*

51 *Nullus si sit contractus ex defe-*

defectu solemnitatis, potest ratificari ab Ecclesia, si sit vtilis, & ab alio non potest impugnari.

52 *Contractus minoris si sit vtilis, non sunt necessaria solemnitates.*
Et si sit damnosus nullitas potest allegari à solo minore, vel eius hærede, non à tertio.

53 *Actus nullus conualidari potest, quando nullitas prouenit ex defectu consensus.*

54 *Tertius potest dare de nullitate, quando nullitas ex consensu sanari non potest.*
Item quando habens interesse non contradicit.
Item quando nullitas est detecta.
Item quando nullitas non est inducta ad fauorem certæ personæ.

55 *Sententia super statu facit ius quoad omnes.*

56 *Tertius non potest opponere de nullitate sententiæ super statu, si sua non intersit; secus ratione sui interesse.*

57 *A tertio potest allegari nullitas, non tanquam ius illius; sed tanquam ius exclusiuii actoris.*

58 *Sententia super statu, vt faciat ius quoad omnes, plura requiruntur.*
Primo, quod certi nominatim, incerti vero per proclama, fuerint citati.
Secundo, quod fuerit lata sententia cum contradictore legitimo, & ab eo defensa.
Tertio, & vltimo, quod non fuerit lata per collusionem.

59 *Collusionis suspicio sufficit, si sit vehemens, & concludens.*

60 *Nullitas, & defectus citationis semper opponi potest.*

61 *Imperator non potest tollere citationem.*

62 *Statutum prohibens omnem exceptionem, non tollit exceptionem nullitatis, & defectus citationis.*

63 *Statutum quod absens possit condemnari, & non possit dici de nullitate; debet intelligi, si fuerit legitimè citatus; alias non valeret.*

64 *Statutum potest præfigere tempus ad dicen. de nullitate.*
Statutum Vrbis quod non possit agi de nullitate, nec replicari post annum, intelligitur, tàm agendo, quam excipiendo.

65 *De nullitate potest agi vsque ad 30. annos.*

66 *De nullitate excipi non potest,*

test, post 40. annos.

67 *Præsumuntur omnia solemnia post 40. annos, etiam quoad processum.*

68 *Præscribitur 40. annis remedium can. redintegranda.*

69 *De nullitate, & defectu citationis si pateat, dari potest etiam post tempus à statuto præfixum.*

70 *De nullitate sententiæ dari potest semper excipiendo, donec potest instari pro eius executione.*

71 *Executioni sententia demãdari non potest, quando ex eisdem actis euidenter est nulla.*

72 *Exceptiones sunt perpetuæ, quia non est in potestate rei excipere, donec ab actore conueniatur.*

73 *De nullitate ex defectu citationis dici potest, etiam in causa, qua sit probibitum appellare.*

74 *Nullitas, & defectus citationis nõ tollitur ex eo, quod pars non appellauerit.*

75 *De nullitate, & defectu citationis dari nõ potest quãdo sententia fuit confirmata per sententiam, quæ transiuit in iudicatum.*

76 *Nullitas citationis vt tollatur per sententiam confirmatoriã, duo requiruntur, quod non fuerit oppositũ, & quod confirmatoria transierit in iudicatum.*

77 *Nullitas parte instante imprimis est reuocanda; parte vero non instante, potest simul pronunciari super iustitia, & super nullitate.*

78 *Nullitatem allegare nõ sufficit, nisi specificetur.*

79 *Nullitas etiam si non fuerit specificata; nihilominus Iudex debet pronunciare sententiam iustam, & validam; alias sententia confirmatoria esset nulla.*

80 *Nullitates releuantes, qui specificauit, sibi præiudicat in alijs.*

81 *Nullitas si vnica fuit expressa, tunc sententia confirmatoria illam tollit, nõ alias.*

QVOMODO PROBETVR defectus, & nullitas Citationis.

82 *Defectus citationis probatur ex inspectione actorum.*

83 *Defectus citationis probatur, licet in actis sint plures citationes, quando non reperitur illa, quæ cadat in die, qua sententia fuit lata.*

84 *De defectu citationis constare non potest, nisi producto processu.*

85 *Processus, nisi sit integer, non sufficit ad probandam negatiuam citationis.*

86 *Processus integer non censetur, quando in eo enunciantur aliqua acta, quæ in eo non leguntur.*

87 *In processu licet enuncietur citatio facta, non sufficit, nisi appareat. Iudici enim non creditur, neque Notario de citatione facta.*

88 *Clausula visis actis, operatur circa acta probatoria, non autem quoad ordinatoria.*

89 *Defectus citationis non excluditur, licet de ea fiat mẽtio in sententia.*

90 *Nullitas citationis probatur ex tenore decreti, vel instrumenti executionis, seu relationis, nempe si adsint omnia requisita, vel non.*

91 *Defectus citationis non potest probari in extraiudicialibus.*

92 *Solemnitas præsumitur in iudicialibus, quando proceditur de plano inter consentientes.*

AN, ET QVANDO Citatio præsumatur.

93 *Citatio probari debet legitimè duobus testibus, vel per instrumentum publicum, vel per relationem nuncij, cum sit quid facti.*

94 *Citationis decretum non potest probari per testes; quia requirit scripturam.*

95 *Citationis tenor probari potest per testes, ac per iuramentũ partis quando amissa est culpa, vel Notarij, vel partis citatæ.*

96 *Citationis executio, & relatio potest probari per testes, quando instrumentum executionis, & relationis fuit amissum.*

97 *Citatio regulariter non præsumitur; nisi de ea constet ex actis.*

98 *Si in sententia non fit mentio de citatione, ea non potest præsumi.*

99 *Præsumitur citatio, vel ex præsentia, videlicet comparitione citati, vel ex temporis diuturnitate.*

100 *Ex præsentia præsumitur citatio.*
Sed debet constare ex actis actum fuisse factum parte præsente.

Præ-

101 *Præsens in iudicio præsumitur citatus.*
Quando scilicet ab eo consueuit abesse.
102 *Sententia in dubio non præsumitur lata in præsentia partis.*
103 *Sententia, quando transsuit in iudicatum, præsumitur lata partibus præsentibus secundum opinionem Io. de Imola.*
104 *Author non placet hac opinio; quia sententia tanquam nulla, nequit transire in iudicatum, quando non constat de citatione, nec de præsentia.*
105 *Præsens in iudicio, etiamsi alleget se non fuisse citatum, nihilominus citatus præsumitur; quando longè aberat; quia alias non venisset.*
Eo autem præsente lata sententia valet, etiamsi non præsumeretur citatio; quia potuisset se defendere.
106 *Præsens in iudicio si petit dilationem, debet dari.*
107 *Præsens idē est, siue sit principalis, siue procurator, de cuius mandato constet.*
108 *Ex comparitione præsumitur quis citatus, quando protestatur, vel producit mandatum, quando aliter non constat de citatione; quia alias non comparuisset.*
109 *Ex comparitione præsumitur executio citationis facta, vel contra se, vel procuratorem suum.*
110 *Ex comparitione procuratoris præsumitur citatio, etsi habeat solum mandatum generale.*
111 *Ex comparitione partis citantis non præsumitur citatio.*
112 *Ex temporis diuturnitate præsumitur citatio.*
113 *Præsumitur solemnitas extrinseca, & citatio ex diuturnitate temporis.*
114 *Præsumũtur omnia solemniter acta ex lapsu 30. annorum.*
115 *Præsumitur citatio etiam in grauibus, & contra tertium, ex lapsu 30. annorum.*
116 *Sententia ex lapsu 30. annorum præsumitur lata præcedente citatione, siue de ea facta fuerit mentio, siue non.*
117 *Antiquitas temporis non inducit aliquam præsumptionem, nec validitatem citationis; quando ex processu apparet, quod citatio fuit facta, & executa nulliter, & inualidè.*
118 *Præsumptio ob temporis antiquitatem procedit in dubio,*

bio, secus in claris.

119 *Antiquitas nō operatur præsumptionē tituli, quando cōstat de inualiditate.*
Citatio ob antiquitatem tēporis non potest censeri valida, quando ex processu constat de citatione inualida.

120 *Sententia est nulla cum omnibus inde secutis, quando etiā in antiquis constat fuisse latam extra illam diem, sub qua cadebat citatio.*

121 *Sententia etiam antiqua censetur nulla, quando ex processu apparet, quod fuit lata eadem die, qua fuit facta citatio.*

122 *Nullitates reuocare sūt partes Iudicis.*

123 *Nullus est actus, quando etiam in antiquis fuit aliter gestus, quam fuerit expressum in citatione.*

125 *Citatio præsumpta ex præsentia partis sufficit, etiam vbi requiritur legitima citatio.*

126 *Præsēs in iudicio alicui actui, nec contradicens, neque appellans, illi censetur consentire.*

127 *Forma citandi ex legis dispositione est, vt citetur ad faciem, vel ad domum.*

128 *Forma tradita siue per rescriptum, siue per statutum est seruanda.*

129 *Qui comparuit, non tamen de tempore actus gesti, non præsumitur citatus, ex sola comparitione.*
Nisi in comparitione fuisset expressum aliquid, ex quo posset inferri, fuisse citatum.

130 *Citatio præsumpta non sufficit in grauibus.*

131 *Citatio præsumpta ex antiquitate temporis sufficit, etiā in grauibus causis.*

QVALITER PROBETVR Citationem nulliter factā, deueniſſe ad notitiam, & quis sit effectus eius notitiæ.

132 *Notitia citationis potest probari vel per testes, vel per instrumenta, vel per acta.*

133 *Notitiam citationis probant testes, deponentes audiuisse citatum id confitentem.*

134 *Notitiam citationis, qui habuit, efficitur contumax, si non compareat.*

135 *Notitia citationis probatur, quando ex instrumento cōstat de constitutione procuratoris.*
Quando constitutio fuit ad illā causā, secus si in genere.

Noti-

136 *Notitia citationis probatur, quando constat ex actis de comparitione citati.*
Idem de comparitione procuratoris, etiam generalis.
Quando comparuit sponte in eadem causa, post citationem principalis.

137 *Notitia citationis probatur, quando ex actis constat de productione mandati, siue specialis, siue generalis facta, post executam citationem.*

AN, ET QVANDO defectus, & nullitas Citationis suppleri, sanarive possit.

138 *Defectus citationis suppletur.*

139 *Sanatur autem citatio nulliter facta.*

140 *Defectus citationis suppletur facto partis, quando quis vult haberi pro citato.*
Item quando quis impediuit se citari; quia habetur pro citato.
Item quando dixit nolle cõparere.
Item quando præsens est.

141 *Præsens vbi quis est, iudicium valet, etiam sine citatione.*

142 *Per præsentiam partis suppletur citatio, vbi requiritur.*

143 *Præsentia siue principalis, siue procuratoris sufficit ad sustinendam sententiam sine citatione.*

144 *Sanatur nullitas citationis ex præsentia, & comparitione citati.*

145 *Defectus citationis nõ reproducta sanatur ex comparitione.*

146 *Nullitas ex defectu citationis allegari non potest, etiãsi non esset seruata forma statuti.*

147 *Finem quæ respiciunt, cessant adepto fine.*

148 *Cũ procuratore generali potest incboari iudicium.*

149 *Sanatur nullitas citationis per comparitionem procuratoris, siue specialis, siue generalis.*
Etiamsi comparuisset allegando suspectum Iudicem, vel opponendo de citatione illegitima, & eius nullitate.

150 *Scientia vbi requiritur, non sufficit eã probare in genere.*

151 *Cõparitio generalis est, quãdo præcessit citatio generalis, & incerta.*

152 *Comparere quis nõ tenetur, quando citatio est generalis, & vaga.*

Sanari

153 *Sanari non potest nullitas citationis ex sola taciturnitate partis.*

154 *Ex comparitione procuratoris non conualidatur citatio; nisi constet de mandato.*

155 *Productio mandati æquipollet citationi.*

156 *Comparitio non sanat defectum iurisdictionis.*

157 *Defectus citationis suppletur facto Iudicis per monitionẽ.*

158 *Defectus citationis suppletur per præfixionem termini.*

159 *Præfixio termini habet vim citationis.*

160 *Defectus citationis suppletur per intimationem.*

161 *Intimatio habet vim citationis.*
Non tamen in actu grauis præiudicij.

162 *Intimari quãdo Iudex mãdat sententiam partibus, si notarius scribat sententiam latam partibus præsentibus, sententia detegitur nulla.*

163 *Defectus citationis suppletur, & sanatur per obseruationem terminorum substantialium.*

164 *Termini substãtiales, vt sanentur, sufficit quod interuenerint tot audientiæ, vt potuerint seruari.*

165 *Defectus citationis suppletur per conclusionem in causa.*

166 *Conclusio causæ sufficit pro citatione, data consuetudine fori.*

167 *Defectus, seu nullitas citationis suppletur, sanaturuè ex stylo.*

168 *Stylus potest supplere, & sanare defectum, & nullitatem citationis; dummodo stylus probetur.*

169 *Stylus in decisorijs quomodo debeat probari.*

170 *Defectus citationis quando est totalis, sanari non potest Principis rescripto, quando citatio quæ deficit respicit defensionem, quæ est iuris naturalis.*

171 *Defensio nemini est deneganda.*
Neque denegaretur etiam Diabolo.

172 *Defectus citationis totaliter omissæ omnium est maximus, & insanabilis facto Principis, quando omissa citatio tollit naturalem defensionem.*

173 *Defectus citationis, quæ respicit defensionem iuris Ciuilis, suppleri potest per Principem.*

174 *Princeps potest sanare defectum duarum citationum, seu peremptoriæ, quando sit facta*

facta vna, etiam sine termino peremptorio.

175 *Princeps potest supplere vel sanare defectū citationis ad viden. iurare testes; cum sit inducta à iure Ciuili.*

176 *Princeps supplere potest, & sanare defectū citationis ad sententiam, quando est conclusum in causa, & non remanet alia probatio facienda; quia tunc non est de iure naturali, sed Ciuili.*

177 *Principis rescripto facilius potest sanari nullitas citationis, quando non fuit omissa: sed legitimè non fuit, siue decreta, siue executa, siue relata.*

178 *Sanatio nullitatum petitur per commissionis porrectionē in Signatura Gratiæ.*

179 *Signatura Iustitiæ non rescribit, nisi prout de iure.*

180 *Pro sanatione nullitatum Papa consueuit rescribere, vel simpliciter, reiectis nullitatibus.*
Vel cum conditione, constito de bono iure.
Vel refectis expensis.
Vel dummodo citatio ad notitiam partis peruenerit.
Vel arbitrio Rotæ.

181 *In Sanatoria commissione sunt specificandæ nullitates.*

182 *Papa non intelligitur tollere, quod ignorat.*

183 *Quando Papa sanauit vnā nullitatem in commissione expressam, non censetur sanasse non expressas.*

184 *Papa si expresè sanet nullitatem expressam, deinde apponat clausulam, dummodo non sit ex tribus, illa intelligitur quoad expressas in genere.*

185 *Pro sanatione, seu commissione Sanatoria obtinēda debet pars citari.*

186 *Priuilegium à Principe potest impetrari sine partis citatione, quando partem modicè lædit, & nullam exigit causæ cognitionem; alias secus.*

187 *Commissio in Curia regulariter nō proponitur, nisi parte citata.*

188 *Papa in Signatura Gratiæ vtraque parte citata, pro sanatione nullitatum rescribit cū clausula, reiectis nullitatibus. quando nullitates cognoscit esse turbidas, vel leues.*

189 *Sanat, seu rescribit aliquando cum clausula, constito de bono iure.*

190 *Clausula constito de bono iure, apposita in rescripto Sanato-*

natorio cõsulit vtrique parti, cui vt sit locus sufficit dare sumum boni iuris, & sententia potest confirmari.

191 *Etsi non constat de bono iure nullitas sanari non potest; quia Papa non tollit defectũ iniustitiæ, nec ius quæsitum.*

192 *Sanat Papa, seu rescribit aliquando cum clausula. refectis expensis.*

Quæ clausula refectis expensis, non admittit oblationem verbalem.

193 *Sanat, seu Papa rescribit aliquando cum clausula, dummodo ad notitiã partis peruenerit. vide rationem, & quibus modis probetur.*

194 *Sanat etiam, seu rescribit Papa aliquando cum clausula. Arbitrio Rotæ.*

195 *Arbitrium aliud est liberũ, aliud regulatum.*

Clausula arbitrio Rotæ importat arbitrium regulatũ, & prout de iure, & boni viri; ita tamen vt ex causa remittat aliquid de rigore iuris.

Non autem vt lædatur ius alterius.

Neque vt totaliter recedatur à dispositione, & regulis iuris cõmunis; sed prout æquitas suggerit.

Et hoc quando commissio dirigitur habenti iurisdictionem.

196 *Sanari non possunt nullitates vigore clausulæ arbitrio Rotæ, quando sunt claræ, releuãtes scilicet ex defectu iurisdictionis, mandati, & citationis.*

Et quando defectus est totalis.

Item quando ex ea quis cõfoueretur in spolio.

197 *In rescripto sanante omnes, & quascumque nullitates, & supplente omnes, & quoscumque defectus, non intelliguntur sanatæ nullitates claræ, & ex totali defectu iurisdictionis, mandati, & citationis.*

198 *Sanari possunt nullitates ex clausula arbitrio, quãdo circa illas insisteretur inutiliter, cum partium dispendio.*

Et quando proponuntur calumniosè.

198 *Item quando nullitates propositæ vel non sunt tales, vel sunt leues, vel turbidæ.*

199 *Attentata quando redduntur multũ turbida, reijciuntur, ex clausula arbitrio.*

200 *Sanatur nullitas vigore clausulæ arbitrio, quando nõ est totalis defectus, siue iurisdi-*

risdictionis, siue mandati, siue citationis.

201 *Sanatur nullitas arbitrio, quando requirit altiorem indaginem.*

202 *Non sanantur nullitates arbitrio, quando decretum, seu sententia esset iniusta.*

DE PROCESSV Compulsoriali validè conficiendo.

203 *Compulsoriales litteræ, qua ratione concedantur.*

204 *Litteræ compulsoriales generales non retardant processũ, & dantur sine termino, & etiam parte non citata, imò etiam inuita, nec constito an sint releuantes, & decerni possunt etiam tempore feriato, & pendente dilatione ad deliberandũ, an velit cedere, vel contendere.*
Et decreta in iudicio principali, deseruiunt etiam in iudicio restitutionis in integrum.

205 *Compulsoriales speciales dãtur pro compulsandis certis scripturis, & retardant processum.*
Et debet constare de existentia, & releuantia scripturæ, & debet dari sumptum, vt de ea cognoscatur, alias vti petita calumniosè denegantur.

206 *Forma citationis pro compulsoria generali.*

207 *Forma citationis pro cõpulsoria speciali.*

208 *Pro executione compulsorialium Iudex deputat Iudices, vel de consensu partium, vel ex officio, eligit locum, vbi iura existunt, & præfigit terminum, & decernit processum per affixionem, non constituto procuratore.*

209 *Pro cõpulsoria citatur principalis, si est in Curia, vel procurator si sit legitimus.*

210 *Pro compulsoria instare debet, vel principalis, vel legitimus procurator.*

211 *Notarius tenetur edere in publicam formam.*
Et faciens fidem sed de instrumento super tali re fuisse rogatum, non meretur fidem.

212 *Notarius potest cogi edere ei, qui mandauit instrumentũ confici, quando eius interest.*
Et de stylo Rotæ potest cogi etiam ab eo, qui non mandauit; quando eius interest.

213 *Compulsoria non est necessaria etiam lite pendente, quãdo iura sunt extrahenda per nota-*

notarium rogatum.

214 *Notarius nedum poteſt dare tranſumptum publicum totius inſtrumenti à ſe rogati; ſed etiam illius ſolam particulam.*

215 *Notarius rogatus quamuis in ſubſcriptione ſe enunciaret ſimpliciter notariũ, abſque eo quod adderet rogatũ, tamẽ præſumeretur rogitus.*

216 *Notarius rogatus, ſi in extractione dicat quod eſt copia, non cenſetur in forma probanti.*

217 *Notarius actuarius ſine compulſoria, & citatione, poteſt ſuum proceſſum extrahere, & etiam inſtrumenta alterius notarij, quæ coram eo fuerunt producta.*

218 *A notario actuario ſcripturæ extractæ, & ſubſcriptæ habentur loco originalium.*

219 *Notarius in officio ſucceſſor, ſeu ſubrogatus poteſt extrahere iura ſine compulſoria, & partis citatione.*

220 *Notarius præſumitur ſucceſſor in officio, eo ipſo quod ſe ſubſcripſit, quamuis ſe ſucceſſorem non nominet.*

221 *Notario ſucceſſori, aſſerenti ſcripturas repertas fuiſſe in originalibus ſui anteceſſoris, creditur.*

222 *Notarius ſucceſſor, quando vult inſtrumentum anteceſſoris conſumptum extrahere, tunc requiritur citatio partis; quia illud extractum eſt manſurum loco originalis.*

223 *Archiuiſta poteſt extrahere iura ſine compulſoria, & citatione partis.*

224 *Archiuiſta quod quis ſit, probatur ex eiuſdẽ ſubſcriptione, & aſſertione.*

225 *Compulſoria eſt neceſſaria, quando iura exiſtunt penes alios notarios, qui non ſunt rogati, nec ſucceſſores, nec Archiuiſtæ, ſed ſunt priuati, & hæredes.*

226 *Compulſoriæ triplex eſt effectus. Vide.*

227 *Compulſoriales, quando dãtur ſine citatione partis, diriguntur omnibus, & ſingulis.*
Et quando dantur cum citatione partis, cõcordatur de Iudice.

228 *Clauſula vt vnus veſtrum aliũ non expectet, quid operetur.*

229 *Compulſoriæ Iudex non eſt neceſſe, quod ſit conſtitutus in dignitate.*

230 *Compulſor non poteſt deputari religioſus.*
Religioſus non poteſt ſine con-

consensu sui superioris in iudicialibus se intromittere. Nisi viueret extra claustra.

231 *Compulsoriæ Iudices deputati iurisdictionem non exercent; sed sunt nudi executores eorum, quæ sibi cōmittuntur.*

232 *Compulsor Iudex in Curia deputatus, vel ex officio, vel de consensu, non potest de stylo allegari suspectus in partibus; nisi ex causa ardua, & de nouo superueniente.*

233 *Suspicionis allegatio non admittitur, quando proponitur sine speciali mandato.*

234 *Suspectum Iudicem allegans, si non appellat ab vlteriori processu, processus tenet de iure Canonico, & ex obseruantia Rotæ.*

235 *Suspecto vno recusato, si alter non recusatus procedat cū eo, an valeat processus. Vide.*

236 *Compulsorialis processus, factus extra locum deputatū, est nullus; nisi partes consenserint expresiè. tamen secus si tacitè.*

237 *Compulsorialis processus, factus extra terminum concordatum, est nullus.*

238 *Compulsorialis processus per affixionem valet, non constituto procuratore in partibus. Quid si fuit substitutus aliquis, qui non acceptauit. Vide.*

239 *Compulsoriæ Iudex præsentatis sibi litteris, deputat locum, notarium, & nuncium, absque partis citatione.*

240 *Intimatio in interlocutorijs habet vim citationis.*

241 *In cōpulsoria iudicio, si pars intimata nō contradicat deputationi loci notarij, & nūcij, censetur approbare. Si vero contradicat, potest Iudex facere aliam deputationem. si petat copiam compulsorialium, debet dari.*

242 *Notarius à Iudice compulsore deputatus, potest recusari solo iuramento. Vide rationem.*

243 *Monitorium contra detinētes scripturas quomodo decernitur.*

244 *Monitorium contra partes non potest Iudex compulsor decernere; sed pro eo recurrendum est ad Rotam.*

245 *Edere vt vna pars alteri teneatur, debet probari existentia scripturæ, & interesse petentis.*

246 *Interesse petentis edi sibi scripturam, probatur solo iuramento.*

Exi-

247 *Existentia scripturæ, quæ petitur edi per aduersariũ, probari debet de tẽpore motæ litis in negotio principali.*

248 *Incidens quæstio super exhibitione, non facit litem nouam, nisi quando lis principaliter esset mota super exhibitione.*

249 *Allegans scripturam amisisse, an admittendus sit ad probandum cum iuramento.*

250 *Iudex compulsor non potest monere sub censuris per eum fulminandis.*

251 *Forma citationis ad dicendum contra iura in iudicio compulsoriæ.*

252 *Copia iurium, quæ coram Iudice producuntur, est danda; secus eorum, quæ coram Iudice compulsore producũtur.*

253 *Iudex compulsor debet inspicere iura, & ea mandare exemplari, cùm designationibus signorum, & vitiorum.*

254 *Notarius compulsoriæ debet iura extrahere de verbo ad verbum, cum apostillis, inter lineationibus, & cassaturis.*

255 *Tex. in cap. fin. de fid. instr. non loquitur in casu compulsoriæ; sed in casu quo instrumentum propter vetustatẽ sit transumptandum, seu renouandum.*

256 *Solemnitas inspiciendi per Iudicem scripturas, extrahendas vigore compulsoriæ, non est necessaria.*

257 *Coram compulsore si non opponitur contra iura, potest opponi in Curia.*

258 *Citatio ad viden. iurare testes super iurium recognitione coram compulsore, est omnino necessaria.*

Testes debent iurare parte citata, vel præuia Iudicis monitione.

259 *Citatio ad viden. iurare testes pro omnibus, & singulis diebus, in iudicio compulsoriæ, quando sustineatur.*

260 *Iudex compulsoriæ non potest notario, alterive, committere examen testium; nisi hæc facultas detur in litteris.*

261 *Subdelegatus delegati à Principe non potest alteri vices suas committere, etiam de partium consensu.*

262 *Examen testium committere aliud est, quàm receptionem testium cõmittere.*

263 *Iurisdictionis quæ sint, vt per subdelegatum commitri nequeant.*

264 *Compulsorialis processus non vale-*

valeret, quando Iudex compulsor totum examen alteri comisisset; secùs si solam receptionem iuramentorum, & depositionum testium.

265 *Stylus de partibus, quod testes inducantur coram notario, & in eiusdem manibus deferatur iuramentum, probatur per solam fidem Curialium.*

266 *Compulsori debet dari facultas citandi, alias transumptatio iurium fieret parte nō citata, & non valeret.*

267 *Recognitio iuriū potest fieri in vim compulsorialiū alias pro recognitione opus esset remissoriam accipere; quod esset absurdum.*

268 *Recognitio iurium si fieret sine partis citatione, compulsatio esset nulla.*

269 *Iura non dicuntur in forma probanti, deficiente citatione ad viden. iurare testes super recognitione. Vide rationem. Testes sicut non probant contra non citatum, ita nec probant pro non citato.*

270 *Citatio ad viden iurare testes non requiritur, quando extrahit siue idem notarius rogatus, siue eius successor.*

271 *Processus compulsorialis, etiā nulliter fabricatus tenet, quando est fabricatus per notarium actuarium.*

272 *Recognitio iurium est necessaria, alias remanerent tanquam scriptura priuata.*

273 *Recognosci debent scripturæ, tàm publicæ, quàm priuatæ.*

274 *Recognitio iurium non est necessaria, parte non opponente.*

275 *Et pars, quæ non opponit in prima instantia, non potest opponere in secunda, quod iura non sint recognita. Quando scilicet Iudex super illis pronunciauit, alias secus.*

275 *Recognitio iurium si non fuit facta coram compulsore, potest opponi de defectu recognitionis in Curia cùm compulsor super iuribus non iudicet.*

276 *Exceptio generalis contra, præseruat ius specificandi defectus in processu causæ, & specificatione non facta nihil releuat.*

277 *Recognitio non est necessaria, quando instrumentum non continet vitium visibile, & quando pars citata non opposuit de recognitione. Item quando adest legalitas in tribunali nota. Item quando iura sunt antiqua.*

O Anti-

278 *Antiquitas temporis facit præsumi omnia solemniter acta, & etiam quod stetur probationi imperfectæ.*

279 *Antiquum instrumentum, quando non super sunt testes, qui possint recognoscere manum notarij, non est necessaria recognitio.*

280 *Antiquitas 60. annorum sufficit, vt recognitio non sit necessaria per testes.*

281 *Antiquitas centum annorũ requiritur ad hoc, vt non sit necessaria recognitio, nec etiam probatio notariatus.*
Imò sufficeret etiam antiquitas supra 90. annos, concurrentibus tamen adminiculis, etiam leuioribus.

282 *Antiquitas supra centum annos requiritur, vt enunciatiua probet.*

283 *Antiquitas scripturæ non probatur per solam datam.*

284 *Antiquitas scripturæ non supplet vitia visibilia.*

285 *Data probat antiquitatem scripturæ, cum adminiculis, non autem sine.*

286 *Data probat antiquitatem, si ex oculari inspectione appareat scripturam esse antiquam.*
Vt putà si habeat signa publici instrumenti.

287 *Notarius in subscriptione licet non dicat se rogatum, tamen fidem facit, donec contrarium probetur.*

288 *Bulla Apostolica antiqua, censetur originalis, si habet solemnitates Bullarum.*

289 *Data probat antiquitatem, si constat de obseruantia scripturæ.*
Item quando alias fuit producta in iudicium, & nihil fuit oppositum.
Item si fuisset extracta ex Archiuio publico, & testes deponerent de publica voce, & fama.

290 *Data non probat antiquitatem, si ex oculari inspectione apparet de vitio visibili, vtputà quod esset copia.*

291 *Instrumentum non dicitur publicum, si caret nomine, & subscriptione notarij, nec suppletur ex antiquitate.*

292 *Ad effectum antiquitatis deducendum est tempus litis, vt scilicet recognitio instrumenti per comparationem, & probatio notariatus non sit necessaria.*
Sed ad effectum, vt non sit necessaria recognitio per testes, distingue, vt ibi.

293 *Testes pro recognitione iuriũ sufficit, vt iurent de veri-*

tate

tate dicenda, super sola recognitione.

294 *Iuramentum testis non præsumitur, nisi probetur.*

295 *Iuramenti testis remissio nõ præsumitur.*

296 *Iuramentum testis non præsumitur, quamuis notarius dicat testis iuratus, etiam si addat, tactis scripturis, quia tunc notarius attestatur de præterito, & non coram se gesto.*

297 *Iuramentum testis probatur, quando notarius dispositiue scripsit, testis iurauit, &c. Item si dicat cui delato iuramento, vel cum iuramento examinatus.*

298 *Iuramentum testis probatur, quamuis non dicatur, tactis scripturis. Vide rationem.*

299 *Examen testium est nullũ, quando non constat de eorũ iuramento.*
Etiam si essent religiosi, nisi tamen fuisset remissum.

300 *Examinari debent testes distinctim, non autem coniunctim: alias non probant.*

301 *Processus compulsorialis non valet, quando testes super recognitione deposuerunt per eundem præmeditatum sermonem, per hæc verba, interrogati dixerunt.*

302 *Scriptura, vt mereatur fidem, debet esse reperta in loco publico, & non suspecto, vel apud notarium rogatũ, vel successorem, vel in Archiuio publico.*

303 *In Archiuio scriptura reperta non facit fidem inter non subditos, & extra territorium.*

304 *Archiuium probat inter subditos etiam ratione contractus, extra territorium.*

305 *Archiuium non dat robur scripturæ informi.*

306 *In Archiuio scriptura, posita lite pendente, fidem facit, quando habet omnia requisita, alias non.*

307 *Notariatus debet probari, vt instrumentum censeatur publicum.*

308 *Notariatus potest probari, vel per testes.*
Vel per matriculam notariorum.
Vel per exhibitionem aliorũ instrumentorum eiusdem notarij, vel per litteras legalitatis.

309 *Legalitas obtenta lite pendẽte, parte non citata, non prodest.*

310 *Instrumentum, vt censeatur publicum, plura debet ha-*

habere, quod intelligitur de instrumentis extensis, secus de protbocollis.

Annum, & alia potest apponere notarius, qui extrahit ex imbreuiatura. Vide.

311 *Notarij subscriptio, si deficiat in instrumento in protbocollo reperto, sufficit quod in principio protbocolli sit generalis subscriptio.*

312 *In protbocollo solemnitates adhibitæ in præcedētibus instrumentis, intelliguntur repetitæ in sequentibus.*

313 *Testes coram compulsore debent recognoscere scripturā, personamq; manum, signum, sigillumue, locum, & locum loci.*

314 *Recognoscere debent testes scripturam, an sit publica, vel priuata, & an sit legibilis, vel ne.*

315 *Legibilis scriptura si non sit, nihil probat. Declara, vt ibi.*

316 *Manum recognoscere possūt testes vel quia interfuerunt, vel quia notam habent manum, vel per comparationem.*

317 *Testes recognoscere possunt, quando fuerunt adhibiti, vel subscripserunt se in scriptura; & tunc plenè probant.*

318 *Testes recognoscere possunt, quando habent notam manum, sed non probant plenè, & concludenter, sed semiplenè.*

319 *Periti possunt per comparationem recognoscere manū. possunt tamen de facili decipi, & faciunt semiplenam probationem.*

320 *Ad comparationem deuenitur, quando mortui sunt testes, aut absunt, vel alias de facili nequeunt haberi.*

321 *Cōparatio, vt fieri possit, duplex requiritur scriptura, ex qua, & ad quam.*

322 *Comparatio potest fieri ex scriptura priuata, subscripta per testes, & recognita.*

323 *Comparatio potest fieri ex publica scriptura, si sit extracta, vel per notarium rogatum, vel per successorem, vel per Archiuium, vel si fuerit producta per partem.*

324 *Comparationem fieri petens, debet iurare.*

325 *Comparationem facturi iurare debent.*

326 *Comparatio fit ex arbitrio Iudicis.*

327 *Comparatio vt fieri possit, an Iudex possit cogere partem*

tem ad scribend. Bartol. & Bald. sunt contrarij. Declara.

328 *Pro recognitione iurium in Curia admittũtur testes habentes notam manum, quando iura sunt publica.*
Quando sunt priuata, tunc Curia requirit adminicula.
Sed quando agitur de recognitione apocæ, tunc absque adminiculis admittit recognitionem testium habentiũ notam manum.
Idem de recognitione litterarum cambij.

329 *Quando agitur de scripturis publicis, si adsit suspicio, non admittitur recognitio sine adminiculis; alias secus idem de scriptura testamenti scripti manu propria testatoris.*

330 *Filius quãdo recognoscit scripturam patris, satis est si dicat sibi videri scriptam manu sui patris. Vide rationem.*

331 *Periti pro comparatione eliguntur hinc inde, & in casu discordiæ eligitur tertius, & nonnisi cum iuramento debent referre.*

332 *Recognitio iurium, quando est notoria Iudici, sufficit.*

333 *Recognitio quando est facienda in Curia, si adsit suspicio, dantur interrogatoria, & adhibetur modus rigorosus recognoscendi per fenestrellas, quo casu sufficiunt testes sine adminiculis.*

334 *Adminicula pro comprobatione recognitionis testium habentium notam manum, remissiuè.*

335 *Signum notarij non est necessarium in prothocollo, nisi adsit consuetudo.*
Sed potest opponi in extensione.

336 *Signum notarij non est de substantia instrumenti extensi, nisi adsit consuetudo.*

337 *In instrumento extenso sufficit subscriptio, & rogitus notarij.*

338 *Scriptura notarij debet habere tres perfectiones. Vide.*

339 *Sigillum aliud est publicum, aliud priuatum.*

340 *Sigillum publicum dat robur scripturæ.*

341 *In recognitione sigilli publici debet recognosci illud esse Principis, siue eiusdem Vniuersitatis, & solitum opponi in similibus scripturis.*

342 *Sigillum debent testes recognoscere an sit integrum, vel læsum, vel aliquo modo suspectum.*

O 3 Sigil-

343 *Sigillum priuatum quisque habere potest ad libitum, & operatur idem, quod subscriptio priuata.*

344 *Debitor quando apocam non subscripsit, sed sigillauit, tunc recognito sigillo, fidem facit. Nisi neget sigillum sua voluntate appositum.*
At quando subscripsit sigillũ operatur faciliorem recognitionem.

345 *Locum, vbi scriptura compulsandæ reperiuntur, debent testes recognoscere, hoc est an penes notarium, vel successorem, vel in Archiuio publico, vel priuato.*
Item locum loci, videlicet an in libro protbocolli, vel in fasciculo, vel in filcijs.

346 *Instrumentum dicitur habere faciem publici instrumẽti, si continet diem, mensem, annũ, testes, clausulam actũ, & notarij subscriptionem, & signum.*

347 *Instrumentum, si ex sui facie non sit perfectum, si non reperitur inter alias scripturas authenticas, habetur pro suspecto.*

348 *Scripturam priuatam repertam in Archiuio, debent recognoscere testes, inter quas scripturas existeret.*

349 *Instrumenta, & rogitus notarij, si sunt in posse aduersarij, non carent suspicione.*

350 *Iudex compulsor, postquam iura sunt recognita, debet mandare extrahi. Vide rationem.*

351 *Per notarium compulsorem, quando est facta extractio, fit citatio ad viden. collationarij, & auscultari, alias processus non esset in forma probanti.*

352 *Collationatio, & auscultatio iurium extractorum debet fieri in præsentia Iudicis cõpulsoris, qui debet inspicere qualia sint, & attendere an sumptum concordet cum originali, & fuerit extractum cum omnibus signis, & mendis, in originali contentis.*
Notarius compulsoriæ debet fidem facere, processum fuisse ausculatum, & collationatum in præsentia Iudicis, & concordare cum originali.

353 *Notarius compulsoriæ, si non faceret mentionem de die collationis, in dubio præsumeretur facta ea die, qua cadebat citatio.*

354 *Compulsoriæ Iudex, facta auscultatione, & collatione, interponere debet suam authoritatem, & processũ clausum,*

sum, & sigillatum, cum suis litteris missiuis transmittere ad Auditorem.

355 *Compulsorialis processus parti consignari non debet, propter fraudes, quæ possint fieri, propter eius interesse.*

356 *Compulsoriali processui Rota, quando fidem adhibeat.*

357 *Cõpulsorialis processus aliud est an sit in forma probanti, & aliud an sit validus.*
In forma probanti dicitur, si sit subscriptus, & publicatus per notarium, de eo rogatum, etiam si non fuerit compulsatus, sed extractus ab alio; non est in forma probanti; nisi sit compulsatus.
Recognosci tamen debet subscriptio, & manus notarij.

358 *Compulsorialis processus, quando sit nullus ex defectu iurisdictionis.*

359 *Compulsorialis processus, quando sit nullus ex defectu mandati.*

360 *Compulsorialis processus, quando sit nullus ex defectu citationis.*

DE PROCESSV Remissoriali.

361 *Remissoria pro examinandis testibus existentibus extra locum iudicij datur, & quare.*

362 *Remissoriã petens debet partem citare.*
Partis autem appellatione venit nedum principalis, sed etiam procurator.

363 *Citatio pro remissoria, qua forma concipiatur, & quare.*

364 *Pro remissoria citari debet persona legitima.*
Persona legitima nõ dicitur, qui fecit actus extraiudiciales, vtputà informando Iudicem.
Mandati acceptatio non inducitur ex actibus extraiudicialiter factis.

365 *Articuli dãtur citata parte, vt possit contradicere.*
Contra articulos plura possunt opponi, vt non admittantur.

366 *Articuli cõtinentes quid iuris, & non quid facti, quod cadat in mentem testis, non sunt admittendi.*
Articuli sunt reijciendi si sunt euentuales, si generales, incerti, & obscuri.
Si negatiue formati; quia debent concipi per verba affirmatiua; si non sunt concludentes.
Si non sunt formati super iure suo; sed alterius partis.

367 *Articuli si sunt impertinẽtes, & irreleuantes, non facientes ad causã, sunt reijciendi. Item si continent inuerisimilia.*

368 *Ad probandum id, quod probatum non releuaret, nemo debet admitti.*

369 *Articuli non releuant, quando continent idem, quod continetur in scripturis, authenticis.*
Item si continent contrariũ eius, quod in authenticis scripturis continetur.

370 *Articuli sunt releuantes, quando contradicunt partiũ conuentionibus. Item quando sunt improbabiles.*

371 *Articuli quando dubitatur an releuent, solent per Rotã admitti.*

372 *Articuli quando in effectu sunt ijdem super quibus testes antea deposuerunt, non sunt admittendi.*
Idem quando sunt ijdem in effectu, qui alias fuerũt reiecti tanquam calumniosi.

373 *Articuli continentes contraria, seu diuersa ab ijs, quæ antea in alijs fuerunt articulata non sunt admittendi. Idem si articuli essent inter se contrarij.*

374 *Articuli quando dantur extra terminum, non sunt admittendi, vtputà post litem finitam per rem iudicatam.*

375 *Articuli post didicita testificata, seu publicationem testium, non sunt admittendi, si dantur super ijsdem, vel directè contrarijs, propter timorem subornationis.*
Secus si post habitum summarium.

376 *De summario testium non idem iudicatur, quod de publicatione.*

377 *Testes, quando possint post didicita testificata, examinari de nouo.*

378 *Articuli dati post lapsum terminum ad probandum, & probatum habendum, nõ sunt admittendi.*
Idem post seruatos terminos substantiales in Curia.
Et extra post conclusum in causa.

379 *Post terminum articuli sũt admittendi ex æquitate; quia probationes nõ sunt angustandæ.*

480 *Probatio non admittitur post terminum ad proban. declara, vt pars excludatur à probatione, non autem Iudex ab admissione.*

381 *Conclusio in causa censetur reuocata eo ipso, quod post eam*

eam Iudex admisit articulos.

382 *Articuli, & testes magis recipiuntur officio Iudicis, quã ad instantiam partis.*

383 *Officium suum Iudex potest adhibere, quãdo sibi videtur.*

384 *Articuli obiectiui, seù criminosi, in Curia non solent admitti, post seruatos terminos substantiales, vel post terminum ad articulandũ, rectè seruatum.*

385 *Termini substantiales ad articulandum, & declarandũ, quid importent.*

386 *Articuli, quando sunt de iure dantis, etiam post terminum dari possunt, & debent admitti.*

387 *Defectus citationis ad dicen. contra articulos suppleretur ex intimatione commissionis receptoris, in partibus facta.*

388 *Pro remissoria articuli sunt in actis producendi facto, non verbo, & coram Iudice causa, non autem remissoriæ.*

389 *Articuli super liquidatione fructuum, vel reprobatione testium, non dantur in Curia; sed coram Iudice remissoriæ.*

Nisi decerneretur remissoria principaliter super liquidatione.

390 *Admissio articulorum non est de substantia ordinis iudicij, sed quando sunt pertinentes, censentur admissi. Citatio pro admissione articulorum vtilis est, & quare.*

391 *Admissio articulorum fit cũ clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, & quare.*

392 *De articulorum impertinentia, quando excipitur, & dubitatur, tunc solet in Rota disputari, an sint admittẽdi.*

393 *Citatio ad viden. decerni litteras remissoriales, an sit necessaria.*

394 *Remissoria est species dilationis, ideo non datur sine causæ cognitione, & partis citatione.*

395 *Remissoriæ concessio pendet ab arbitrio Iudicis, regulato tamen.*

396 *Remissoria danda est, si sint examinandæ mulieres, personæ illustres, infirmi, senes, dummodo valetudinarij, & dummodo specifisentur eorũ nomina.*

397 *Remissoria nõ datur in causis criminalibus.*

398 *Testibus venientibus ad ferendum testimonium, sunt subministrandæ expensæ, nec ob id censentur suspecti.*

Re-

399 *Remissoria quãdo agitur de crimine Ciuiliter, non datur sine magno fumo. Vide exẽpla.*

400 *Remissoria quando crimen deducitur per viam exceptionis, debet concedi, dato magno fumo.*

401 *Fumus sufficiens pro remissoria, resultat ex testibus sine citatione, seu alias nulliter, examinatis.*
Nisi tamen adsint alij testes in contrarium.

402 *Fumus, in materia obiectiua, debet esse talis, vt faciat semiplenam probationem.*

403 *Remißoria potest concedi ad probandam simulationem contractus, quando deducitur per viam exceptionis, & datur fumus.*

404 *Remissoria in causa beneficiali, an & quando detur; siue in prima, siue in alijs instantijs. Vide exempla.*

405 *Remissoria in prophanis datur indistinctè, in qualibet instantia, etiam sine fumo.*
Dummodo sit releuans.
Et non adsit præsumptio in contrarium.
Vel magna suspicio calumniæ.

406 *Releuãtia vnius articuli sufficit, vt remissoria detur etiam pro alijs.*

407 *Fumum de articulatis dare non est necesse in prophanis.*

408 *Causa prophana ad effectum remissoriæ censetur qualibet alia causa, in qua non agitur de titulo beneficij, vtputà causa decimarum.*
Iurispatronatus.
Et causa matrimonialis.

409 *Remissoria in prophanis datur, nedum in tertia instantia, sed etiam in gradu restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam.*

410 *Remissoria non datur in gradu nullitatis, & notitia iniustitiæ, cùm nõnisi ex processu colligi possint.*

411 *Remissoria in possessorio datur, sine tamen retardatione, nisi daretur fumus vrgens.*

412 *Remissoria non datur ad effectum impediendi manutentionem.*
Mandatum de manutenendo hodie datur vni, & cras alteri.

413 *Remissoria non datur in remedio l. fin. C. de edic. Diui Adriani toll.*
Intellige ad effectum impediendi immissionẽ, secus autem ad effectũ probandi requisita.

414 *Remissoriam petere non potest*

test prouisus Apostolicus, quando alter prouisus iustificauit suam gratiam.

415 *Remissoria non datur in Saluiano ad retardandum immissionem.*

416 *Remissoria in spolio datur spoliato, sed non spoliatori. Quando scilicet suspensum est petitorium.*

417 *Suspensio petitorij non admittitur, quando fieret calumniosè, ad effectum solum impediendi remissoriam.*

418 *Remissoria tunc dicitur peti ad confouendum se in spolio, quãdo illud est benè probatũ.*

419 *Remissoria non datur, quando probatũ est spolium, si petatur pro articulis cõcernentibus petitorium; secus si pro concernentibus possessorium, concurrente tamen fumo, & cessante calumnia.*

420 *Remissoria non datur agenti super attentatis; sed datur terminus ad probandum in Curia.*

Sed si nõ possint probari nisi extra Curiam, daretur remissoria.

421 *Probandi facultas est ampliãda.*

422 *Remissoria nõ datur ad excusandum attentata sine magno fumo.*

423 *Remissoria non datur in causis executiuis, & alijs requirentibus celerem expeditionem; nisi sine retardatione.*

Daretur tamen cum retardatione, dato magno fumo. Et quando alias sequeretur damnum irreparabile.

424 *Remissoria aliquando denegatur; sed cum causa cognitione.*

Remissoria pendet ex arbitrio Iudicis.

425 *Remissoria dari nequit sine iurisdictione.*

Ideo non datur vbi non constaret de lite.

Item vbi non essent transportata acta.

Vel vbi adesset res iudicata, quæ imponit finem liti.

Nisi tamen commissa esset causa restitutionis in integrum.

Vel etiam vbi adesset transactio.

Nisi tamen commissa esset causa super eius rescissione.

426 *Remissoria denegaretur illi, qui ex causa repellendus esset à limine iudicij, exemplum in excommunicato.*

427 *Remissoria denegatur quando subest timor subornationis testium.*

Exem-

Exemplum si illam petens, alias corrupisset testes, vel si testibus minatus fuisset.
Vel si aliquis testis alias ad eiusdem petentis instantiam confessus fuisset, falsum deposuisse.

428 *Remissoria datur ad locum in regno, non obstante praua consuetudine subornandi testes, quæ solet allegari.*
Sed quando daretur fumus vehemens subornationis testium, tunc nominantur testes in Curia, & aliqui adducuntur ad Curiam quibus postea per Auditorem auditis solet dari remissoria.

429 *Remissoria denegatur, quando vrget calumniæ præsumptio.*

430 *Remissoriam petens, si non possidet, cessat præsũptio calumniæ.*
Si possidet, excluditur, si testes nominentur in Curia.
Vel si articuli sunt releuantes, & sufficit releuantia vnius.
Vel si datur fumus de articulatis.

431 *Fumum dare in materia remissoriæ, significat dare colorem, præsumptionem, seu inditium, quod materiæ articulatæ sint probabiles.*
Fumum hunc præstant reuelationes testium.
Testes nulliter examinati, dummodò conueniant in dicto.
Item simplex fides.
Fumus tamen non sufficit, quando excluditur ex contrarijs.

432 *Remissoria vt denegetur ratione calumniæ, nemo cogitur illam probare, cum pendeat ab animo.*
Ab animo, quæ pendent non possunt probari per testes; nisi ea colligantur, vel ex verbis, vel factis.

433 *Remissoriam petentis calumnia præsumitur, quando petitur ad probandum id, quod vel est impossibile, vel inuèrisimile, vel improbabile, vel imaginarium.*

434 *Impossibile est probare, quãdo non possunt reperiri testes legitimæ ætatis, qui de ea re possent deponere.*

435 *Inuerisimile est probare velle priuilegium, seu consuetudinem præscriptam, quæ contineret materiam criminosam, punibilem, & irrationabilem, vel quod mulier in quinquagesimo anno peperisset.*

436 *Remissoria non denegatur, quan-*

quando id quod est inuerisimile, est tamen possibile, dato fumo non leui.

437 *Mulieris quinquagenariæ partus, licet sit mirabilis, tamen ex ea natus debet admitti ad successionem.*

438 *Articuli, quando continent inuerisimile, non tamen impossibile, resultat sola suspicio calumniæ, propter quam non denegatur remissoria, nisi sit patens.*

439 *Inuerisimile si testes velint deponere, non facilè audiendi sunt.*

440 *Remissoria denegatur, quando articulatur quid impossibile.*

441 *Remissoria denegatur, quando articulatur quid imaginarium, vel ad euitandas rationes decisionum Rotæ, in contrarium factas, vel vt articuli appareant releuantes, cùm verè non sint.*

442 *Remissoria censetur calumniosè petita, quando articulatur id, cuius contrarium constat, vel ex propria confessione, vel ex scripturis authenticis, vel ex decisionibus Rotæ.*

Contra propriam confessionē nemo auditur.

443 *Remissoria denegatur propter præsumptam calumniā, quando petitur ad probandū contrarium eius, quod constat ex scripturis authenticis.*

444 *Remissoria tanquam calumniosè petita denegatur, quādo articulatur contra interpretationem, putà statuti per Rotam in decisionibus traditam.*

445 *Remissoria denegatur, quando petitur ad probandum illud, quod non facit ad causam, & probatum non releuat.*

Irreleuantia articulorum, ex quibus colligi possit.

446 *Remissoria nō denegatur ratione irreleuantiæ, quando vnus solus articulus sit releuans.*

Vel quando articuli, siue directè, siue indirectè faciunt ad causam.

Et in dubio habentur pro releuantibus, & datur remissoria.

447 *Remissoria, quando articulatur materia obiectiua, non datur sine fumo.*

448 *Remissoria non datur, quando quis articulat plura, quæ sunt inter se varia, & contraria.*

449 *Remissoria nō datur ad proban-*

bandum illud, quod per scripturas publicas probari potest. Exempla vide.

450 *Remissoria datur ad probandam immemorabilem. quia negatiua, quod non extet memoria in contrarium, non potest probari per scripturas.*

451 *Remissoria datur ad probandum amissionem scripturæ, causa scilicet incendij, ruinæ, vel naufragij, vel alia simili.*

452 *Articulans aliquid factum per scripturam priuatam, ea debet exhiberi, vel probari amissio.*

453 *Remissoria ad probandam solutionẽ magnæ summæ non daretur, quia deberent exhiberi quietantiæ, sine quibus non solent magnæ sũmæ exbursari.*

454 *Negatiua, quamuis probari possit per productionem scripturæ, nihilominus potest etiam probari per testes.*

455 *Remissoria datur, licet plures sint articuli, qui possunt probari per scripturas, quando etiã vnus solus existeret, qui per scripturas non posset probari.*

456 *Remissoria nõ denegatur ad probandum illos actus, qui possunt fieri vel per scripturam, vel sine probatio quãdo fieri potest, tàm per scripturas, quàm per testes. probatio non est coangustanda.*

457 *Remissoria non datur ei, qui distulit petere illam in vltimis audientijs, tunc enim præsumitur calumnia, ad differendum.*

Fallit, quando tunc causa non reperiretur in statu expeditionis.

Item quando daretur fumus ad excludendum calumniã præsumptam.

458 *Remissoria non datur illi qui in præcedentibus instantijs potuit probare, & non probauit.*

459 *Remissoria, quando prima instantia fit in Curia, conceditur, data releuantia articulorum.*

Quando causa prius fuit agitata in partibus in prima instantia & aliqua de causa fuit ad Curiam auocata, si peteretur remissoria, daretur sine retardatione.

Et si causa fuisset cœpta in Curia in prima instantia, & post longum tempus peteretur remissoria, non concederetur cum retardatione ob præsumptam calumniam.

460 *Remissoria non conceditur nisi*

nisi sine retardatione processus, quando articuli vel sunt irreleuantes, vel suspecti de calumnia.

461 *Remissoria, quando per negligentiam non fuit expedita, iterum concedenda est.*

462 *Remissoria, quando fuit decreta in prima instantia, non tamen expedita, potest, qui eam obtinuit expedire, & prosequi in secunda instantia, ex benignitate Canonica.*

463 *Remissoriam petens in secũda instantia, si in prima instantia potuisset probare, præsumeretur calũniosè petere.*

464 *Remissoriam calumniosè petere non præsumitur, qui etiã diu litigauit in partibus vel si in partibus obtinuisset sententiam fauorabilem.*
Vel si in partibus tali probatione non indigebat.
Vel si in partibus non fuisset actum super negocio principali, super quo peteretur remissoria.

465 *In secunda instantia non deducta deducam, & non probata probabo.*

466 *Remissoriam calumniosè petere non censetur, qui in secunda instantia examinari fecisset aliquos testes, & pro alijs peteret remissoriam.*

467 *Remissoriam si quis in secũda instantia peteret ad probandum illud, super quo testes iam deposuissent, oriretur præsumptio calumniæ, & subornationis, itaut remissoria denegaretur.*

468 *Iuramentum in supplementum probationis non est deferendum illi, qui cùm potuisset plenè probare, semiplenè antum probauit.*
Succurrendum nõ est illi, qui se in necessitate posuit.

469 *Calumniæ præsumptio cessaret, quando testes prius fuissent nulliter examinati; nisi tamen nullitas facto suo prouenisset.*
Item cessaret d. præsumptio, quando primi testes non deposuissent super omnibus articulis.
Item si articuli essent magis specificati, quàm primi.
Item si alij testes non deposuissent in prima instantia, vel propter metum, vel aliud impedimentum.

470 *Remissoria regulariter bis nõ conceditur in eadem causa, siue super eisdem, siue super nouis; nisi subesset iusta causa.*

471 *Remissoria noua concederetur,*

tur, quando quis illam peteret ad comprobandum aliquid.

Item quando illam petens se obligaret stare vnica sententia.

Item si receptio primorum testium non valeret.

Item quando prima remissoria vigore testes non fuissent examinati, vel non potuissent examinari in tempore.

Item quando ex primis depositionibus constaret de veritate materia articulata; sed testes paterentur aliquẽ defectum.

Item quando primi articuli fuissent confusi, & secundi essent magis specificati.

Item quando testes essent de nouo reperti.

Item quando secunda peteretur ad diuersum finem prima.

472 *Testes noui an possint induci post publicationem testium, & didicita testificata.*

473 *Iudex remissoria, si daretur absque citatione partis, posset recusari; sed datus parte citata, non potest recusari; nisi superueniente noua causa.*

474 *Recusare volens Iudicem remissoriæ, debet exprimere causam, & appellare ab vlteriori processu, & recusatio potest proponi coram Iudice.*

475 *Procurator recusans Iudicẽ debet habere speciale mandatum.*

Mandatum speciale ad recusandum, quando censeatur.

A recusatione quando censeatur recessum.

Coram Iudice recusato testes sunt nulliter examinati.

476 *Remissoria debet dirigi Iudici Ecclesiastico, si causa sit Ecclesiastica, si verò sit prophana, Iudici laico dirigi potest.*

477 *Remissoria potest dirigi pluribus, etiam cum clausula, si non omnes.*

478 *Iudices remissoriæ, quando sunt plures dati simpliciter, omnes in simul debent procedere; secus cum clausula, & si non omnes; nisi altera pars protestaretur vt omnes insimul procederent.*

479 *Iudicem pro sua parte electum quilibet potest omittere, & procedere solum coram electo per aliam partem.*

480 *Qui pro sua parte in Iudicem nominauit Franciscum, & in eius absentia Titium, potest procedere coram Titio, etiã non constito de absentia Francisci.*

Iudex

481 *Iudex electus pro vna parte, si se excuset, vel recuset, potest electus pro altera parte solus procedere.*

482 *Coniudex remissoria sufficit, vt semel requisitus, seu monitus fuerit.*

483 *Remissoria licet decernenda sit ad locum, vbi testes reperiũtur, & quilibet ordinarius habeat suum tribunal, tamen citari debet pars ad concordan. de loco, & loco loci: quia alias pars posset habere illum locum pro suspecto, & non tuti accessus.*

484 *Remissoria potest etiam dirigi alicui ad examinandos testes, per totam Diœcesim; quo casu debet intimari locus præcisus.*

485 *Locus loci in citatione coram Iudice receptore non debet necessario exprimi; quia intelligitur locus iudicij, quoad Iudicem ordinariũ, & quoad delegatum, locus deputatus per eum.*

486 *Defectus citationis ob non expressionem loci non vitiat, quando pars sciuit.*

487 *Iudex remissoriæ non potest mutare locum concordatum; sed locum loci potest mutare.*

488 *Extra locum deputatum testes examinantur nulliter ex defectu iurisdictionis sufficit tamen, vt in loco deputato iurauerint, licet extra illum deposuerint.*

489 *Extra locum intimatum testes sunt nulliter examinati. Et examen non præsumitur factum in loco designato; nisi probetur.*

490 *Terminus in remissoria debet præfigi, alias non valeret. Et regulariter in Italia triũ mensium, & extra plurium, attenta distantia locorum, & est communis vtrique parti ad probandum, & reprobandum.*

491 *Remissoria ad reprobandum non datur separatim. Sed si non daretur in remissoria, Iudex non posset admittere partem ad reprobandum, & processus reprobatorius esset nullus.*

492 *Remissoria ad reprobandum daretur, quando in prima remissoria nõ esset datus terminus ad reprobandum.*

493 *Terminus remissoriæ ad probandum, currit à die consignationis; nisi Iudex aliter statuerit.*
Non tamen currit stante controuersia inter coniudices, seu alio impedimento.
Terminus ad probandum potest

P

test semel, bis, & alias arbitrio Auditoris prorogari, cessante tamen calumnia petentis.

495 *Termino finito nō intrat prorogatio; sed nouus terminus.*

496 *Termini prorogatio concessa, non est necessario Iudici intimanda.*

497 *Remissoria quando fuit sæpius prorogata, & nouissime cum termino sine spe vlterioris prorogationis, alia dilatio dari non debet.*

498 *Terminus remissoriæ ad reproban. non potest currere nisi finito termino, siue dato, siue prorogato, ad probandū, vel facta renunciatione, & deducta ad notitiam.*

499 *Terminus ad reprobandum raro solet prorogari, propter præsūmptam calumniam.*

500 *Terminus ad reproban. non datur in casibus, quibus admittuntur testes, alias inhabiles, & in quibus contra testes non dantur obiectus, vt in summarijssimo, & vbi leuiores probationes sufficiunt.*

501 *Termino remissoriæ elapso, testes sūt nulliter examinati.*

502 *Terminus in remissoria censetur præfixus iuramento, non autem depositioni. Vide. nationem.*

503 *Testes qui iurarunt in termino, licet post terminum deposuerint sunt validè examinati.*

504 *Terminus in remissoria licet sit datus ad probandum, & probatum habendum; tamē testes iurati in termino validè deponunt eo finito.*

505 *Terminus per decretum si sit datus ad probandum, & probatum habendum, an sufficiat testes iurasse in tempore. distingue.*

506 *Interrogatoria formātur secundum circumstantias causæ, & personarum testium.*

507 *Articuli sunt necessarij pro examinandis testibus.*

508 *Interrogatoria verò si non dentur, Iudex interrogat ex officio, de causis, personis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, credulitate, fama, & certitudine.*

509 *Examen nullum non potest dici, quando est factum sine interrogatorijs, & pars citata illa non dedit.*

510 *Interrogatoria possunt dari, tam in Curia, Rotulo includenda, quàm coram receptore in partibus.*

Qui coram ipso data potest resecare, non autem transmissa in Rotulo.

Clau-

511 *Clausulula remissoria, & alias iuxta discretionem vestram, intelligitur vltra expressa.*

512 *Interrogatoria dans, debet in actis protestari, vt sine illis non examinentur testes, nec sufficeret ea dare interpreti.*

513 *Protestatio, quod non examinetur sine interrogatorijs, necessaria est, quando dantur coram receptore, secus quando transmittuntur inclusa.*

514 *Interrogatorium, an testis eo anno fuerit confessus, & communicatus si fuerit omissum, examen non valet.*

515 *Interrogatoria data coram Iudice remissoriæ si sint omissa, examen non est nullum, sed testibus non adhibetur fides; nisi essent repetiti. Declara tamen.*

516 *Interrogatoria qui dat, censetur examini consentire, & vt fiat eo etiam absente, & absque alia eius citatione.*

517 *Interrogatoria dans coram Iudice recusato etiam cum protestatione, censetur recedere à recusatione.*

518 *Interrogatoria dans videtur profiteri velle posse vti testium dictis; ideo non obstaret si contra eorum personas opposuisset.*

519 *Cum interrogatorijs testes examinati, etiam nulliter, probant.*

520 *Interrogatoria primo loco data, non faciunt sustineri examen aliorum testium postea inductorum.*

521 *Interrogatoria si testis non vult euacuare, non habetur pro idoneo.*

522 *Super interrogatorijs dictum testis attenditur, non super articulis.*

523 *Super interrogatorijs an prius sint interrogandi testes, quã super articulis, iure cautum non est; & ideo attenditur forma decreti.*

524 *Interpres, quod adhibeatur in examine testium, non est de iure; sed de stylo. Interpres iurare debet, & se subscribere.*

525 *Interpres debet necessario adhiberi, quando daretur in remissoria pro forma, vel pars esset protestata.*

526 *Sine interprete testis validè examinatur, quando pars citata, vel non comparuit, vel non expectauit vsque ad finem horæ intimatæ.*

527 *Citatio ad videndum per D. deputari, eligi, & præfigi ex officio cur sit necessaria.*

528 *Iudex non interponit suum officium, nisi parte petente.*
529 *Citatio ad constituendum in partibus procuratorem reperibilem, & acceptantem, est necessaria.*
530 *Procuratorẽ partis, qui mãdatum non acceptauit, nemo tenetur citare.*
531 *Portitori consignatur Rotulus remissoriæ, de quo debet concordari, vel ex officio deputari.*
532 *Citatio pro remissoria debet fieri ad diem iuridicam; quia non potest decerni die feriato.*
533 *Sanatur rescripto Papæ nullitas examinis facti vigore remissoriæ, decreta tempore feriato.*
534 *Remissoria potest peti ab vtraque parte.*
Et nedum à principali; sed etiam à procuratore, habente tamen sufficiens mandatum.
535 *Forma decreti pro remissoria.*
536 *Articuli admittuntur cum clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendorum: per quam consulitur reo.*
537 *Remissoriæ forma vnde deducta sit.*
538 *Remissorialis Iudex bene debet inspicere, & obseruare formam remissoriæ.*
539 *Remissoriales litteræ sũt præsentandæ Iudici, vt sit certus de sua iurisdictione, qui requiri debet pro earum executione.*
Quid si sint directa pluribus.
540 *Delegatus non potest citare; sed requirere, vel monere alium coniudicem, vt veniat.*
Et vnica monitio sufficit, cũ præsentatione litterarum.
541 *Remissoriæ Iudices, quando sunt plures, si vnus se excusat propter aliquod impedimentum, statur eius assertioni.*
Si vnus solus, vel duo acceptant, ipsi validè procedunt, stante clausula, quod si omnes.
Si omnes acceptarunt, vnus sine alijs non procedit.
Si duo procedunt asserentes facere de consensu tertij, vel propter eius impedimentum, vel recusationem, nisi de assertis constet, processus est nullus.
Omnes ideo debẽt vocari, & expectari in quolibet actu.

541 *Negligens venire in termino, præsumitur quod nolit, vel non possit.*
Negligentiam vnius, non est inconueniens, vt alius suppleat.

543 *Remissoriales coniudices, qui acceptarunt, licet in aliquibus actibus nõ interuenerint, in alijs requisiti, admittendi sunt, in statu, & terminis.*

544 *Iudex remissoriæ degens extra locum remissoriæ, debet ad illum conduci sumptibus instantis pro executione.*

545 *Remissoriæ Iudex, debet instante parte, deputare nuncium, locum, dies, & horas, & citare ad totam causam, cum insertione litterarum.*

546 *Forma prima citationis pro deputatione nuncij, & aliorum coram Iudice remissoriæ.*

547 *Citatus quilibet intelligitur, vt compareat vel per se, vel per procuratorem.*

548 *Citandi sunt pro executione remissoriæ illi, qui sunt descripti in litteris, & in personam, & si nõ reperiuntur, ad domum, & in subsidium per affixionem, & eo modo quo mandatur eos citari in remissoria.*

549 *Remissoriales sunt reproducendæ parte citata.*

550 *Rotulus remissoriæ clausus transmittitur, & citata parte debet aperiri coram Iudice causæ.*

551 *Citatio ad dicen. contra litteras remissoriales, est necessaria; quia antea non acquiritur iurisdictionis exercitiũ. Et fit, vt pars citata possit opponere.*

552 *Commissionis, seu facultatis tenor debet attendi.*
Forma non seruata Iudex nulliter procedit.

553 *Dies pro executione remissoriæ deputari debent iuridici.*

554 *Iuramentum testes præstare debent in die iuridico.*

555 *In remissoria si sint assignati dies Lunæ, Mercurij, & Veneris, qui sunt iuridici in Rota, nõ posset Iudex remissoriæ deputare alios dies iuridicos.*

556 *Delegatus tenetur seruare ferias loci iudicij, & eiusdem loci stylum, quoad ordinatoria, non quoad decisoria.*

557 *Iudices debent horas iudicij statuere de die, non de nocte.*
Actus iudiciales de nocte fieri nequeunt.

558 *Remissorialis Iudex non potest mutare locum concorda-*

P 3 tum;

tum; nisi de expresso partiũ consensu; locum autem loci ad libitum. & partibus debet notificare, itaut non resultet æquiuocatio.

559 *Remissoriæ Iudex si pro iuramento testiũ citet ad vnũ locum, & testes iurent in alio, examen est nullum.*

560 *Citatio alternatiuè facta adhunc, vel alium locum seu copulatiuè adhunc, & ad alium, non valet, tanquam incerta.*

561 *Examen est nullum factum extra locum deputatum in remissoria, nisi iuramentum fuisset in loco designato præstitum; quando scilicet locũ examinis fuisset intimatus, vel posset præsumi scientia.*

562 *Remissoriæ Iudex non ita citat, vt cogat; sed vt compareat quatenus sua interesse putet; & sic eius citatio ligat, etiam in aliena iurisdictione.*

563 *Iudex remissoriæ potest deputare notarium.*

564 *Notarius suspectus allegatus, debet remoueri.*

Nec sufficit illi dare adiunctum.

565 *Notarij duo quando sunt deputati, ambo debent se subscribere.*

566 *Iudex remissoriæ deputat nuncium ex deputatis à publico.*

567 *Notarius remissoriæ non tenetur iurare; quia sufficit iuramentum præstitum in initio sui officij.*

Idem de nuncio publico.

568 *Citatio generalis ad totam causam fit in genere.*

569 *Comminatio habet vim peremptorij, sine quo citatus non fit contumax.*

570 *Citatus generali citatione ad totam causam, si comparet, debet postea citari ad singulos actus.*

571 *Formula secundæ citationis pro executione remissoriæ, ad viden. iurare.*

572 *Inducere testes quid significet.*

573 *Inductio testis operatur approbationem personæ.*

574 *Iurare debent testes parte citata; quia tota vis depositionis consistit in iuramento. Et ideo depositio retrotrabitur ad diem iuramenti.*

575 *Iuramentum, vt per testes non præstetur, Papa dispensare non potest.*

576 *Iuramentum testi pars potest remittere; non autem procurator.*

577 *Citatio ad viden. iurare testes*

stes necessaria est, & debet esse præcisa.
Nec sufficeret citare ad viden. fieri probationem.
Neque ad viden. committi notario iuramenta testium.
578 *Citatio ad viden. iurare testes coram receptore, non est necessaria.*
Quando fuisset semel legitimè facta corā Iudice causa, vel quando idem causa Iudex ad id partes monuisset.
Item quãdo pars comparuisset; declara tamen, vt ibi.
579 *Forma in litteris remissorialibus data, præcisè implenda est, non autem per æquipollens.*
580 *Stylus citandi ad videndum induci testes, non autem ad videndum iurare, non censetur ordinatorius, sed decisorius.*
581 *Citatio ad videndum iurare testes omissa, non annullat examen, quando altera pars in suo examine illam omisit.*
582 *Iuramenti forma est, quod iuret dicere veritatem, &c.*
583 *Iudex remissoriæ, in termino probatorio, non potest examinare super alijs articulis, quàm super inclusis in Rotulo.*
584 *Iuramentum super articulis non refertur ad articulos impertinentes, super quibus deponens falsum, non efficitur periurus.*
585 *Iurare simpliciter dicere veritatem, & iurare dicere veritatem super tota causa, an & quomodo differant.*
Limitata causa limitatum producit effectum.
586 *Testis falsus in vno, in alijs non meretur fidem, nec potest propter ignorantiam excusari; cùm non debeat deponere, nisi de quo nouerit.*
587 *Imperator non potest facere, quod dictum testis falsum in vno, valeat in alio, quo dixisset verum.*
588 *Testis qui iurauit dicere veritatem super articulis, & tota causa, potest etiam vltra articulata deponere, secus si limitatè.*
589 *Citatio qua non continet terminum expressum, tanquã incerta ratione temporis, an possit sustineri. Vide.*
Et in citatione ad viden. iurare testes, tutum est citare ad p. d. & addere cum omnibus, & singulis diebus, & horis, & pro toto termino probatorio.
590 *Loci expressio in citatione ad viden. iurare testes, quando*

sit necessaria, vel non.

591 *Citatio ad viden. iurare, nõ sufficit pro toto termino probatorio, quando fuisset mutatus Iudex remissoriæ, sed requiritur noua.*

592 *Citatio ad viden. committi notario receptionem iuramẽtorum, & examen testium, est necessaria.*

593 *Testes conducendi sunt post executam citationem personaliter, si fieri potest, & relatam.*

594 *Testibus possunt ostendi articuli, ad effectum vt melius possint recordari.*

595 *Iuramentum receptum ab vno, spretis alijs coniudicibus, est nulliter præstitum.*

596 *Iuramentum debet adnotari dispositiuè, de præsenti, non autem enunciatiuè, seu assertiuè de præterito; nisi constaret de stylo in contrariũ.*

597 *Testis, qui non requisitus, se ingerit ad deponendum, non probat.*

598 *Testis requisitus à parte recusare non debet.*
Sed recusans potest compelli.
Etiam à Iudice remissoriæ, quando datur in litteris hæc facultas; alias consulenda esset Rota.

599 *Testes præstito iuramento debent examinari per Iudicem remissoriæ.*
Vel per notarium, præcedente Iudicis commissione, siue expressa, siue præsumpta.

600 *Termino probatorio finito succedit terminus reprobatorius, in quo testes pro remissoria inducti non possunt iurare.*

601 *Reprobandi facultas, nisi daretur in remissoria, Iudex non posset recipere testes super reprobatione.*

602 *Reprobandi facultas intelligitur, non quoad dicta; sed quoad personas testium.*

603 *Reprobatorio termino finito, non possunt testes deponere, etiam si iurassẽt in termino.*
Et rarò solet prorogari.

604 *Examen testium, quãdo faciendum sit, debet parti intimari.*

605 *Interrogatoria super confessione, & communione non possunt resecari.*

606 *Forma data in remissoria in recipiendis articulis, & interrogatorijs, in testium depositionibus super reprobatione debet attendi.*
Et in quo non sit data forma, debet seruari stylus loci.

607 *Super interrogatorijs, deinde super articulis examinandi sunt*

sunt testes, si talis forma data sit in remissoria.

608 *Examinandi sunt testes disiunctim, non autem coniunctim.*

Testes non probant, quando deponunt per eundem præmeditatum sermonem, etiã disiunctim examinati.

609 *Testis, qui non vult deponere super interrogatorijs, nõ probat, non autem cogendus est.*

Item quando respondet, sed non vult euacuare interrogatorium.

610 *Testis referens se ad primũ examen, & illud petat sibi legi, si lectum ratificet, validè deponit.*

611 *Interrogare debet receptor super omnibus interrogatorijs remissoria, alias examen esset nullum.*

612 *Forma citationis ad videndum collationari instrumentum actorum, & depositionũ testium.*

613 *Processus remissorialis non est integer, si deficiunt testes reprobatorij.*

614 *Processus remissorialis quomodo debeat claudi, & consignari.*

615 *Iudex remissoriæ, quando teneatur fidem facere Iudici causæ de legalitate testium.*

616 *Modus est, non forma, vbi aliquid est implendum post perfectum actum.*

Et non impletus non annullat actum.

617 *Iudex remissoriæ, quod debeat rescribere Iudici causæ, quanta sit fides adhibenda testibus, an importet modum, vel formam, vel facultatem.*

618 *Testis fides, & legalitas, vnde colligi possit.*

619 *Iudex remissoriæ quomodo debeat attestari super legalitate testium.*

620 *Citationis forma pro apertione processus.*

621 *Processus remissorialis debet aperiri.*

Sententia, lata nõ aperto processu remissoriali, esset nulla.

622 *Citatio ad dicen. contra, facit iura producta de actis.*

623 *Citatio ad videndum iurare testes super recognitione, est necessaria, vt constet processum esse in forma probanti.*

624 *Processus remissorialis ex pluribus potest impugnari, vt putà quia habet additiones, & emendationes.*

625 *Additiones, & cassaturæ nõ vitiant, si notarius eas approbat.*

Pro-

626 *Processus subscriptus & publicatus per notarium recusatum, non valet.*

627 *Nullitas processus facti per notarium recusatum non sanatur ex clausula, arbitrio Rotæ.*

628 *Processus factus vigore remissoriæ, decreta per Iudicẽ non habentem iurisdictionẽ, est nullus.*

629 *Processus est nullus, factus vigore remissoriæ decretæ parte non citata.*

630 *Processus remissorialis est nullus, factus coram alio Iudice, quàm deputato in remissoria.*

631 *Testes examinati à non cõpetenti Iudice non probant, etiam si iurauerint parte præsente.*

632 *Iudici laico remissoria in causa beneficiali, seu Ecclesiastica, committi non potest.*
Testium examen, coram laico in causa beneficiali, seu Ecclesiastica, est nullum.

633 *Remissoria in prophanis dirigitur per Rotam etiam iudici laico; secus in beneficialibus, vel Ecclesiasticis, in quibus tamen potest cõmitti laico nudum examen, prout est quid facti.*

634 *Remissoria si duo Iudices fuerunt deputati, processus ab vno factus, est nullus.*
Nisi constet alterum noluisse, vel non potuisse, vel obijsse.

635 *Processus, factus per Iudicẽ recusatũ legitimè, est nullus.*
Recusationi censetur renunciare, qui postea comparuit, & dedit interrogatoria.

636 *Ad recusandũ, quando procurator censeatur habere sufficiens mandatum.*

637 *Processus remissorialis ratione formæ, est nullus, si forma non fuisset obseruata.*
Vtputà si interrogatoria fuissent omissa, vel prius examinatum super articulis, quàm super interrogatorijs.
Item si fuisset examinatum sine interprete, quando id esset datum pro forma.

638 *Processus remissorialis esset nullus, si contra formam remissoriæ pars fuisset citata ad valuas Palatij, & non Ecclesiæ.*
Item si non fuisset facta diligentia de reperienda parte citanda.

639 *Processus remissorialis esset nullus, si fuisset data forma exequendi citationẽ per edictum affigendam, publicandam,*

dam, & exequendam.

640 *Processus remissorialis est nullus ratione iuramenti, si in remissoria Iudex mandauit citari partem, ad viden. iurare, & cùm iurassent in termino probatorio, fuerunt postea examinati, non aliter factà eadem citatione.*
Item si iurassent testes corã notario, absque commissione.

641 *Processus remissorialis est nullus, si Iudex examinasset super alijs materijs.*

642 *Processus remissorialis esset nullus, si fuisset factus extra locum in remissoria deputatum.*
Sufficit tamen testes iurasse in loco remissoriæ, licet examen fuerit factum in alio.

643 *Nullitas examinis, ratione incertudinis loci, non est defectus totalis iurisdictionis, ideo sanari potest ex clausula, arbitrio.*

644 *Citatio ad accedendum ad locum examinis, quando in remissoria sũt assignata plura loca, requiritur.*

645 *Locus certus iuramentorum testium si fuit intimatus, & postea testes iurarunt in alio loco, examen est nullum.*

646 *Locus loci in remissoria expressus, si non reperitur, potest fieri examen in alio.*

647 *Locus si fuit allegatus suspectus, examen in illo factum est nullum.*

648 *Processus remissorialis est nullus ratione termini, si intra terminum testes non iurarunt.*

649 *Examen factum extra terminum est nullum, ex defectu citationis, qua non durat, nisi durante termino.*

650 *Iuramentum testium admittitur de æquitate, in die sequenti post lapsum terminũ.*

651 *In termino citationis ad viden. iurare testes, si Iudex præfigat terminum ad dandum interrogatoria, illo durante testes nulliter iurarẽt.*

652 *Iuramenti defectu examen non valet, si testis non iurauit.*

653 *Iuramentum non probatur verbis enunciatiuis notarij, nisi cõcurrerent adminicula.*

654 *Iurasse testem, vel secundum morem, vel in forma, si notarius dicat, quid importet.*

655 *Iuratus, & interrogatus testis si notarius dicat, per hæc verba probatur iuramentũ, saltem ad effectum sanationis, ex clausula, arbitrio.*

656 *Iurare verbis sufficit absque*

tactu

tactu scripturarum.

657 *Iuramentum præsumitur eo ipso, quo pars dedit interrogatoria, & non opposuit de defectu iuramenti, licet de eo non constet, nisi ex enunciatiua notarij.*

658 *Nullum est examen ex defectu citationis, quando testes iurarunt, parte non citata. Vel in die, qua non cadebat citatio.*

659 *Processus est nullus ex defectu iuramenti, quando testes iurarunt in die, qua fuit facta citatio.*

660 *Testes sunt nulliter examinati, quando citatio fuit facta ad viden. iurare testes, ad diem non iuridicam, licet iuramentum fuerit præstitum in die sequenti iuridica. Nisi Iudex prorogasset terminum in crastinum.*

661 *Testes sunt nulliter examinati, quando iurarunt die feriata, non tamen processus est nullus.*

662 *Testes nulliter iurant, quando in actis non constat de relatione citationis ad videndum iurare.*

663 *Iuramentum testi delatum valet, etiam si tunc non constaret de relatione citationis ad videndũ iurare, quando postea fieret relatio.*

664 *Processus remissorialis est nullus, quando remissoria fuisset expedita parte non citata.*

665 *Testium examen est nullũ, quando fuerunt examinati sub citatione facta sine die, & hora examinis.*

666 *Processus, & examen testiũ est nullum, ex defectu iuramenti, quando iurarunt extra locum remissoriæ.*

667 *Testium examen est nullũ, quando iurarunt vel in manibus vnius ex duobus delegatis, vel notarij, sine commissione Iudicis.*

668 *Processus remissorialis est nullus, quando fuit factus ad instantiam illius, qui remissoriam non obtinuit. Sustineretur tamen ex æquitate, si testes nequeunt de nouo examinari.*

669 *Processus remissorialis ex defectu mandati est nullus, quando vel remissoria fuit obtenta à non habente mandatum, vel testes fuissent examinati instante procuratore non legitimo. Nisi præsumeretur mandatum, vel ex impensa, vel nisi constaret de ratificatione.*

670 *Processus remissorialis est nullus,*

nullus, quando testes iurarunt coram notario, absque commissione Iudicis.
Vel coram vno ex pluribus Iudicibus.
Vel lapso termino absque prorogatione.

671 *Processus remissorialis quãdo possit sanari.*

672 *Processus remissorialis sanari non potest, si sit nullus ex defectu totalis iurisdictionis.*

673 *Clausula arbitrio, sanatur defectus iurisdictionis, quando non est totalis in examine testium.*

674 *Examen testium vigore remissoriæ est nullum ex defectu iurisdictionis, quando fuit factum litteris nondum expeditis.*

675 *Regula Cancellariæ 31. quod non valeant cõmissiones causarum, nisi litteris expeditis, solet derogari cum clausula, dummodo ante terminum ad articulandum expediantur.*

676 *Derogatio regulæ 31. quod commissiones causarum non valeant nisi litteris expeditis, quid operetur.*

677 *Terminus ad articulandum male seruatus, an faciat deficere conditionem derogationis regulæ 31.*

678 *Examen testium, factum per Auditorem subrogatũ in locum alterius, non valet, quãdo non constat de commissione eius, in cuius locum fuit subrogatus.*

679 *Testes examinati post inhibitionem Rotalem, sunt nulliter examinati, & examen corruit vti attentatum.*

680 *Testes examinati post recusationem, & appellationem interpositã à processu ad vlteriora, sunt nulliter examinati.*

681 *Testes examinati per vnum ex duobus Iudicibus non probant.*

682 *Nullitas examinis testium, facti per notariũ est insanabilis ex defectu iurisdictionis.*
Iuramentorum testium receptio est iurisdictionis, & subdelegari non potest.
Nisi de stylo Curiarum.

683 *Sanari potest examen vigore clausulæ, arbitrio Rotæ, quando fuisset commissum notario de consensu partium.*

684 *Sanari potest examen testiũ, nullũ ex defectu iurisdictionis, quando fuit factum cum interrogatorijs partis.*

685 *Iurisdictionis defectus non sanatur per solam comparitionem.*

Testi-

686 *Testibus nulliter examinatis fides adhibetur contra illum, qui eorum depositiones in iudicio produxit.*

687 *Clausula, arbitrio Rotæ, sanat, quando principale fundamentum partis non est in depositione testium; sed in scripturis.*

688 *Examen nullum ex defectu citationis sanari non potest, quando est totalis, qui auferat defensionem.*

689 *Defectus citationis, quando non est totalis, non tollit defensionem.*

690 *Sanatur defectus citationis in examine testium, quando fuerunt data interrogatoria.*

691 *Comparens, & non contradicens, censetur examini testium consentire.*

692 *Examen testium nullum ex defectu citationis sustinetur ex scientia partis.*

693 *Examen nullum ex defectu mandati non sanatur, nisi præsumi possit ex coniecturis. Nullitas turbida sanari potest.*

694 *Testes nulliter examinati nõ probant.*

695 *Testibus nulliter examinatis fides adhibetur, quando nullitas prouenit ex facto partis.*

996 *Testes nulliter examinati, quãdo sunt mortui, vel alias repeti non possunt, fidem merentur.*

697 *Testes nulliter examinati, licet non probent, faciunt tamen adminiculum.*

De defectu, & nullitate Citationis, & quando sanari possint. Cap. XIII.

MATERIA hæc præcipua est, & valde vtilis, at non parùm inuoluta, quam vt aliquo ordine disponam, septem discutiẽda propono. Primò, an defectus, & nullitas citationis sint vnum, & idem, & vnde proueniant. Secundò, quid operentur. Tertiò, à quo, & quando possint opponi. Quartò, quomodo probentur. Quintò, an, & quando citatio præsumatur. Sextò, qualiter probetur citationem nulliter executam, deuenisse ad notitiam citati. Septimò, & vltimo, an, & quando defectus, & nullitas citationis suppleri, sanariue possit. Venio ad primum.

AN

AN DEFECTVS, ET NVLlitas Citationis sint vnum, & idem, & vnde proueniant.

Et præmitto quod de quolibet actu in iudicijs duo in primis quæri solent. An sit, & qualis sit. vtputà an contractus initus sit, & an validè. An sit conditum testamentum, & solemniter. An sit lata sententia, & an rectè, & ritè, & sic de alijs.

1 Hinc de citatione quæritur an fuerit omissa, & an validè fuerit facta; seu an quis citatus fuerit, & an legitimè. *l. 1. §. item cùm ex edict. ff. quæ sententiæ sine appellat. rescind.* ibi *item cùm ex edicto peremptorio, quod neque propositum est, neque in notitiam peruenit absentis.*

Quo circa differentiam constituo inter defectum, & nullitatem citationis; vt tūc defectus dicatur, quando citatio fuit omissa. nullitas autem, quando fuit facta citatio, sed non legitimè, seu validè: alias ineptum esset dicere citationem esse nullam, seu inualidam; quando nullatenus facta est: cùm non entiū nullæ sint qualitates. *l. eius, qui in prouincia, ff. si cert. pet.* & quia vtroque modo citatio deficere videtur; cū id quod nulliter fit, perinde habeatur, ac si factum non fuisset. *gloss. in l. quid tamen,* in verbo *dicat sententiam, ff. de recept. arbitr.*

Ideo Doctores appellant defectum totalem citationis, quando ea non fuit facta; quādo verò legitimè facta non fuit, appellant simpliciter defectum, seu nullitatem citationis, & quando actus gestus, lataue sententia vel nulla, vel non legitima præcedente citatione, appellant actum, seu sententiam nullam ex defectu citationis; quo casu sumunt defectum citationis in genere, siue fuerit omissa, siue fuerit inualidè facta.

2 Differētia est autem inter defectum, seu omissionem citationis; quia totalis defectus citationis sanari non potest, & inter nullitatem citationis, quæ inualida est, tanquam facta non legitimè; quia ea sanari potest, prout inferius suo loco dicetur. Sed vnde proueniant videamus.

Et breuiter dico, quod siue defectus, siue nullitas citationis proueniunt, vel ex facto.

cto partis citantis, vel Iudicis, vel nuncij.

3 Defectus citationis prouenit ex facto citantis, vel quãdo quis omittit citare partẽ ad aliquem actum, qui sine citatione fieri nequit, an autem, & quando citatio sit necessaria, vel possit omitti generaliter diximus supra in *Cap.*8. At qui debeant citari, & ad quos actus specialiter, dicemus in duobus proximè sequentibus Capitibus. Vel quando quis citationem factam, & executã omittit reproducere in termino iuxta dicta in præcedenti capite, vers. de reproductione citationis, *n.* 405.

Vel etiam quãdo post circumductam citationem omisit de nouo citare, vt in præcedenti capite vers. de circũductione citationis, *n.*420.

4 Nullitas autem citationis facto eiusdem citantis, tunc contingit, quando in concipienda citatione legitimè, & clarè non expressit ea, quæ sunt in citatione exprimenda, videlicet nomen citantis, citandi, Iudicis, causam, locum, & terminum, vt latè diximus in cap. 9.

5 Iudicis facto prouenit citationis defectus, quando Iudex est incompetens ratione territorij, fori, priuilegijs, seu exemptionis, iuxta latè dicta, in d. *cap.9. n.29. & seqq.* Item quando etiam inter subditos pronũciauit absque partis citatione. *l. de vno quoque, ff. de re iud.* iuxta ea quæ dicta sunt in *cap.*8.

6 Nullitas autem citationis eiusdem Iudicis facto tunc prouenit, quando citationem decreuit, vel in die feriata, vel ad diem feriatam, vt d. *cap.9. n.195. & seqq.* vel peruerso ordine iuris citandi ad faciem, ad domum, & per edictum in locis publicis, vt dictum est in *cap.11.* vers. *de decreto citationis personalis, n.227. & seqq.*

Item quando Iudex actum explicauit, decreuit, vel pronunciauit alio modo, quàm citatio dictet. *l. aut qui aliter,* vbi *Bar. in princ. ff. quod vi, aut clam. Caput. decis.123. n.2. par.3. Rot. in recent. decis.18. n.2. in fin. par.1.* Item quando Iudex processit sine adiuncto; eius enim omissio parit nullitatem ex defectu citationis, ad dicta per *Achil. decis.8. de constit.*

Et quando adiunctus non fuit

fuit legitimè vocatus, sententia non valet. *l. quoties, ff. qui satisd. cog. Crau. cõs.* 181. *n.* 11. Item quando ex pluribus delegatis vnus solus citauit. *Rota in nouis decis.* 2. *de off. deleg.*

7 Nuncij facto defectus citationis prouenit, quando vel illam non exequitur iuxta dicta in præcedenti *capite*, vers. *de execut. citat. n.* 129. vel illius relationem debito tempore non facit, vt in eodem præcedenti *capite*, vers. *de relat. citat. n.* 263.

8 Nullitas autem citationis eiusdem nuncij facto contingit, quando non citauit seruata forma mandati, iuxta ea quæ diximus *sub dd. versicul. de execut. & de relatione citationis*, & in *cap.* 11. *vers. de perquisit. personæ, n.* 267. & in *vers. citatio in qua domo fieri debeat, n.* 355.

9 Et huc pertinet quod dicit *Io: And. in addit. ad Specul. in tit. de citat. §. contra citationem autem excipi potest*, in verbo *continuando*, nempe quod citatio pluribus modis potest impugnari. Primò, ratione citantis. Secundò, ratione citati. Tertiò, ratione vtriusque. Quartò, ratione loci in quo. Quintò, ratione loci ad quem. Sextò, ratione vtriusque loci. Septimò, ratione temporis quo fit. Octauò, ratione temporis ad quod. Nonò, ratione temporis vtriusque. Decimò, ratione formæ, scilicet ipsius citationis, vel executionis eiusdem, quod repetit *Vant. de nullit. ex defectu citat. n.* 26.

Et aliter, ad eumdem tamen finem, dicit *Bal. in addit. ad eumdem Specul. de citat. in §. final. in fin. vers. citatio est nulla* nempe, quod euidenter est nulla citatio, quando continet euidenter iniustum, vel iniquum prima facie, vel impossibile. & quod potest esse nulla ratione Iudicis, vt quia citat non subditum, vel clericum, vel exemptum hoc expresso, quod sit exemptus. item, & ratione actoris, vt si Iudęus petat mancipium Christianum, vel bigamus beneficium, vel laicus ius decimãdi, vel monachus vxorem. Item, & ratione conuenti, vt si citatus verbo, vel vi detentus, & scitur impedimentum. Item, & ratione temporis, vt si citat pro die feriato, vel quod in vna die ex Roma compareat Carthagini. Item rationem loci,

vt si citatur ad locum inhonestum, vel notoriè suspectum; vel extra prouinciam.

Prædictis adde *gloss. in cap. si Episcopus 3. quæst. 2.* in verbo *conuocari*, quæ pariter diuersimode loquitur; sed tendit ad comprobandum, id quod diximus in locis præallegatis, dicens, quod quãdoque citatio non valet, vel quia intra angusta tempora fit. *cap. vlt. 5. quæst. 2.* vel quia non exprimitur causa, quare fiat citatio, *d. cap. vlt.* vel quia nimis maturatur peremptorium. *cap. dilecti, de dilat.* vel ratione temporis, vt si fiat tempore feriato. *cap. 1. & 2. 15. quæst. 4. & lib. 1. ff. de fer.* vel ratione loci, vt si citatur extra prouinciam, vltra duas dietas. *cap. nonnulli, de rescr.* vel si citatur ad locum periculosum, vel inhonestum. *cap. ex parte, de appellat. l. si cùm dies, §. si arbiter, ff. de arbitris*, vel ratione Iudicis, vt si euidens est ipsum non esse Iudicem, qui citat. *cap. ex litteris, de off. deleg. cap. si duobus, de appellat.* vel si rescriptum Apostolicum non inseritur. *cap. præterea, de dilat. cap. cùm in iure, de off. deleg.* vel si euidens est Iudicem esse minimum. *cap. quia, 3. q. 5.* & hæc eadem prædictæ glossæ dicta repetit *Bart.* in tractatu casuum, in quibus citatio non valet. fol. mihi 47. à tergo, & breuius quod duo vitiant citationẽ scilicet vitium formæ, & defectus potentiæ. dixit *Bald. in cap. fin. n. 5. de ferijs*, & quod citatio debeat habere tres partes, videlicet commissionem Iudicis de citando, executionẽ nuncij, & relationem citationis factæ, dixit idem *Bald. in l. nã ita diuus, in fin. ff. de adopt.* venio ad secundum.

DEFECTVS, ET NVLLItas Citationis, quid operentur.

10 Citationem esse necessariã de iure naturali gentium, propter defensionem, ostendimus supra in *cap. 8. n. 1. & seqq.* & an & quãdo tolli possit per legem, Principem, statutum, consuetudinem, stylum, & partium conuentionem, diximus supra eodẽ *cap. 8. n. 37. & seqq.* & etiam quãdo possit omitti per Principem, Iudicem delegatum, Ordinarium, Arbitrum, Arbitratorem, Executorem, &

Peri-

Peritum. declarauimus in eodem *cap.8. à n.150.* vſque ad finem.

Hic ſat erit dicere, quod citatio eſt fundamentum, & principium iudicij, & proceſſus iudicialis. *cap. quoniam contra, de probat. §. fin. inſtit. de pœna tem. litig.* & ſine citatione Iudex non eſt Iudex. *cap. 1. 2. quaſt. 1.* vbi dicitur *nos in quemquam ſententiam ferre non poſſumus, niſi aut conuictum, aut ſponte confeſſum*. & *cap. 1. de cauſ. poſſ. & propr.* ibi *nec nos contra inauditam partem aliquid poſſumus diffinire*. atque reus non eſt niſi poſtquam fuerit vocatus, hoc eſt per citationem apprehenſus, vt veniat corā Iudice. *l. ſi quis ex aliena, & l. ſi quis poſtea, ff. de iud. Vital. in Clem. fin. vt lit. pend. n. 18.*

Et ideo quidquid fit per Iudicem, vel omiſſa citatione, vel parte legitimè non citata, omnino corruit; quia vbi deeſt fundamentum, nihil ſuperædificari poteſt. *cap. cùm Paulus, 1. quaſt. 1. cap. veniens, de presbyt. non baptiz. Rota in nouis deciſ. 39. in fin. de appellat.*

Et vbi non conſideratur principium, neque medium, neque finis poteſt conſiderari. *l. Titio vſusfructus, ff. de cond. & demonſtr.* ibi *deſiſſe non videtur, quod non incæpit*.

11 Iudicium autem tres habet partes, principium, à citatione vſque ad litis conteſtationem. medium, à conteſtatione vſque ad concluſionem in cauſa. finem, à cōcluſione vſque ad ſententiam incluſiuè. & ideo ſi deficit principium; neceſſe eſt, vt deficiat, & corruat medium, & finis. cùm principium ſit potiſſima pars cuiuſque rei. *l. 1. ff. de orig. iur.* vbi *gloſſ.* & *Cagnol. n. 23. Peregrin. de iud. lib. 2. n. 47. in tract. var.*

12 Et quia citatio neceſſaria eſt ratione defenſionis, ideo omitti non poteſt. & ita etiam quilibet actus iudicialis, factus ſine citatione, eſt ipſo iure nullus. *Clem. paſtoralis, de re iud. l. de vno quoque, ff. de re iud. l. ſi quando, & ibi Bal. C. de teſtib. cap. 2. de teſtibus, Maran. in Speculo par. 4. verſ. validum, vel inualidum, n. 10.*

13 Et in qualibet cauſa debet interuenire citatio omnium perſonarum, de quarum præiudicio agitur, alioquin iu-

dicium parti absenti, & non citatæ nullum potest inferre præiudicium. *l. nam ita diuus, ff. de adopt. d. l. de vnoquoque, ff. de re iud. Soc. iun. cons. 122. n. 34. vol. 2. Rolan. cons. 53. n. 21. lib. 4.*

Sed nedum actus iudicialis; sed etiam extraiudicialis corruit, deficiente citatione, & non potest præiudicare tertio, qui non fuit citatus. *l. in concedendo, ff. de aqua pluuia arcen.* ibi *nec immeritò cùm enim. ius eorum minuitur, consequens fuit exquiri, an consentiant. Surd. cons. 227. n. 1. par. 1.* & dicemus infra suo loco in *cap. 15. ad quos actus citatio sit necessaria.*

14 Nec sufficit, quod citatio fiat, nisi legitimè, & validè fiat: quia si citatio non est legitima, processus ipso iure est nullus. *l. 2. & l. absentem, C. de accusat. Bald. in cap. causam quæ, n. 1. de rescr.*

Sicut enim processus est nullus, quando non fuit facta citatio. *l. nam ita diuus, ff. de adopt. l. de vnoquoque, ff. de re iud.* ita etiam quando citatio est inualida. *l. 1. ff. de fer. Innoc. in cap. 1. de dilat. Bal. cons. 411. n. 2. lib. 4.*

Citatio igitur, siue non facta, siue facta, sed non validè, nullum parit iuris effectum. *Bal. in cap. in nomine Domini, de testib. Afflict. decis. 366. n. 16. Bal. in l. accusare, ff. de adult. Felin. in cap. illud, de præscr. Rol. cons. 68. n. 18. lib. 2.*

Et reddit nulla omnia inde secuta *l. si accusatoribus, C. de accusat. Bal. in auth. si omnes, col. fin. C. vt se ab hæred. abstin. Rol. cons. 32. n. 23. & cons. 39. n. 11. lib. 1. Rota diuers. decis. 277. n. 3. par. 3. lib. 3.*

15 Citatio igitur nulliter facta absentem contumacem reddere non potest. *Bal. in l. 1. in fin. ff. si quis, ius dicen. non obtemp. l. vir bonus, ff. iudic. solui. Vant. de nullit. ex defectu citat. n. 22.*

16 Neque potest præscriptionem interrumpere. *Afflict. d. decis. 366. n. 16. Rol. d. cons. 68. n. 19. lib. 2.*

17 Et tàm defectus, quàm nullitas citationis reddit processum compulsorialem nullum. *Rot. diuers. decis. 42. n. 1. par. 4. & in recent. decis. 22. n. 1. par. 2.*

18 Prout etiam reddit nullū processum remissorialem, & examen testium. vt est textus in *cap. 2. de testib. auth. sed, & si quis, C. eodem.*

Prout

Prout etiam annullat publicationem testamenti facti coram parrocho, & testibus, iuxta dispositionem *cap. cùm esses, de testam.* quando scilicet fuerunt examinati testes non citatis illis,qui erant successuri ab intestato, & de quorum præiudicio agitur, cuius ratione qui certi sunt, nominatim debent citari; & qui incerti per proclama.. *Castr. in l.2.n.3.C. de testam. Io: Dilect. de arte testan. tit.2. de testam.ord.caut.7.n.1.Honded. cons 26.n.16.& 17.lib.2.*

19 Reddit pariter sententiam nullam *Clem.2.de re iud.*

20 Et quando sunt duæ causæ diuersæ inter partes easdem coram eodem Iudice, si fiat vnica citatio ad sententiam, sententia redditur nulla;quia tunc opus est duabus citationibus, vna enim sola dicitur incerta, & obscura; cùm nescire possit citatus,de qua causa sit pronunciandũ. *l.duo sũt Titij, ff.de testam.tut.Tiraq. de retract. consang.* §.8.*gloss.2. n.5. Lader. cons.93.n.3.*

21 Et quando sententia est lata contra plures, quorum aliqui fuerunt legitimè citati, & alij non; tunc licet sententia valeat quoad citatos; tamen defectus citationis operatur nullitatem sententiæ, quoad non citatos.*Ruin.cons. 129.n.12.lib.5.Gabr.cons.56. n.19.lib.1. Rota in recentiss. par.1.decis.657.n.3.*

Et quando citatio reperitur facta, non seruata forma, siue rescripti, siue mandati, siue legis, siue statuti, operatur nullitatem actus. *Bal. in cap.1.n.2.* propè fin. *de mil. vassal. qui contum. est Soc. de citat. art.* 20.*n.*4. idem *Bald.* in *auth. qui semel,* C. *quom.& quan.Iud.Alex. cons.*137.*n.*1. *lib.*2.

22 Atque defectus,& nullitas citationis operantur etiã nullitatem sententiæ, quamuis latæ ad fauorem non citati. *Bar. in l. ea quæ, C. quom. & quando iud.* & in *l.si furioso,* & ibi *Alex.* & *Ias.ff.de re iud.* cum alijs alleg. per *Gabr. de citat. conclus.*1. *n.*67.quod tamen non procedit in causa criminali, quando fertur sententia in fauorem absentis nõ citati; quia tunc valet. Secus quando fertur contra ipsum. *Bal.in l.si accusatoribus, col.fin. C.de accusat. Alex.in d.l.si furioso, col.2. ff. de re iud.* per *l.quamuis indubitati, C. de accusat. Maran.par.6.vers.rectè*

concip. cit. n. 16. verſ. *nono limita*.

23 Et defectus, & nullitas citationis, non ſolum reddit nullam ſententiam diffinitiuam; ſed etiam interlocutoriam, ac etiam ſententiam prouiſionalem, quando infert aliquod præiudicium parti. *gloſ. in Clem. ſæpe, de verborũ ſignific. Vant. de nullit. ex def. citat. n.* 56.

24 Et generaliter in omnibus actibus iudicialibus requiritur citatio partis. *cap. inter quatuor, de maior. & obed.* & *cap. in nomine Domini, de teſtib. Bellam. deciſ.* 176. *n.* 3. & Iudex procedens ſine citatione, & cauſæ cognitione, habetur pro priuato. *Zabarel. in Clem.* 2. *n.* 10. *de celebrat. Miſſ. adden. ad Capell. Thol. dec.* 441. *n.* 3.

25 In caſibus tamen in quibus non requiritur citatio, ſi fiat minus ſolemnis, actus tamen valet. *l.* 1. *in princ. C. de rei vxor. act. Ant. Nicell. in cõcor. gloſſ. concor.* 52. *in fin. Rota deciſ.* 15. *n.* 2. *de dol. & cont. in nou.* & *in recentiſſ. par.* 1. *deciſ.* 365. *n.* 4.

26 Sed hic noto, quod defectus citationis in interlocutorijs, ſeu decretis ſuppletur per intimationem *Seraphin. deciſ.* 1057. *n.* 4. *Surd. conſ.* 86. *n.* 31. in fin. *Greg. deciſ.* 457. *n.* 11. & ibi *adden. n.* 10.

Et adduco rationem, quia ſententiam interlocutoriam idem Iudex poteſt reuocare, non autem diffinitiuam. *l. quod iuſſit, ff. de re iud.* ideo ſententia diffinitiua, lata non præcedente citatione, non valet, quia eſt lata contra inauditã partem, & ipſe illam reuocare non poteſt, & ita non remanet illæſum ius partis. Sed ſententia interlocutoria, lata etiam parte inaudita valet, quando Iudex mandat illam parti intimari, quod fit ea ratione, vt pars poſſit opponere, & contradicere, & vt ipſe Iudex poſſit illam reuocare, & partem, vt aiunt in Curia, reponere prout iuris ſibi videbitur, & ita remanet ius ſaluum ipſi parti contradicẽdi, & obtinendi repoſitionẽ à decreto præiudiciali.

Et cùm citatio fiat hac ratione, vt pars poſſit opponere, & contradicere ratione ſui intereſſe. *Clem. ſæpe de verbor. ſignific.* cum alijs ſupra deductis *cap.* 8. *n.* 15. *vſque* 22.

Ideo in interlocutorijs intima-

timatio supplet defectum citationis; quia per eam saluũ, & illæsum remanet ius partis.

Sic Iudices monẽt,& præcipiunt cum clausula, si senseris te grauatum. *gloß.in l.de pupillo, §. meminisse*, in verbo eum, *ff. de nou. oper. nunc.*

Quia comparendo,& contradicendo, monitorium, seu præceptum resoluitur in vim simplicis citationis, vt pars possit contradicere receptura complementum iustitiæ. *Angel. & alij in d.§.meminisse*, cũ alijs adductis supra *cap.2. n.6.* sed quãdo in aliquo actu magni præiudicij requiritur, vt præcedat citatio, tunc nõ sufficit intimatio decreti iam facti. *Alex. in l. si opus, n.3. ff.de oper. nou. nunc. Rot. in recent.par.1. decis.274.n.3.*

27 Et ideo quamuis depositũ non valeat absque citatione. *Rol. cons.63.n.31. lib.1. Greg. decis.* 146. *n.6.* & ibi *adden. n.23.& decis.505.n.7.* tamen quando Iudex mandauit deponi, & intimari; tunc illa intimatio supplet vicem citationis, vt respondit *Crauet. in suo respõso pro genero,n.259. vsque* 264.*Surd. cons.86.n.32.*

28 Non est autem necesse, vt Iudex mandet intimari, quãdo interloquitur, seu decernit parte præsente; cùm enim citatio, & intimatio fiat, vt se defendat, satis est partem esse præsentem. *l.de vno quoque, ff.de re iud.Cassad.decis.2.n.3. de iud. Mantic. decis.172.sub n.1. vers. præterea.*

29 Quando igitur intimatio necessaria deficit, & ex actis non constat de illius reproductione, eius defectus, seu nullitas operatur nullitatem decreti, & executionis illius necnõ subhastationis, & aliorum, quæ inde secuta sunt. *Put.decis.174.lib.1.Rot.diuer. decis.3.n.3. par.4.& decis. seq. n.5. Gregor. decis.* 31. *n.*8. nisi deuenisset ad notitiã *Seraph. decis.* 1010. in fin. *Gregor. d. decis.31. n.8.*

30 Et consequenter operatur spolium iudiciale; quando nõ citatus, vel minus legitimè citatus, fuit à sua possessione per Iudicem amotus. *Bal. in cons.357. lib.2. Abb.in cap. cõquerente, n.12. de restit. spoliat. Aym. cons.18. n.8.Caput. decis.186. par.3. Cæs.de Graff. decis.1. n.4. de constit. Gregor. decis.* 105. *n.5. & 6.*

31 In quo spolio iudiciali, vltra duo extrema, debet pro-

bari, vel nullitas, vel notoria in iustitia. *Pont. de spol. lib.* 1. *n.* 141. *& lib.* 2. *n.* 183.

32 Defectus etiam, & nullitas citationis operatur nullitatem sententiæ excommunicationis, quando quis non fuit citatus personaliter. *Rot. decis.* 15. *in fine, de sententia excomm. in ant. Cassad. dec.* 2. *de pension. Rota in recent. decis.* 90. *n.* 1. *par.* 1. Venio ad tertiam.

A QVO, ET QVANDO defectus, & nullitas Citationis possint opponi.

33 Vt hæc materia plana fiat distinguo, quod de nullitate dari potest dupliciter, aut agendo, aut excipiendo.

Et firmo, quod agere de defectu, seu nullitate citationis, potest ille, qui citari debebat. *Greg. decis.* 137. *n.* 4.

34 Item eius hæres, in quem iura tàm actiuè, quàm passiuè transeunt, & etiam actio spolij. *§. non autem,* vers. *sed hæredibus, instit. de perpet. & temp. act. l.* 1. *§. hoc interdictũ, ff. de vi, & vi arm. Crescent. decis.* 3. *de restit. spoliat.* & actio quæ datur defuncto, datur etiam hæredi. *l. hæres in omne, ff. de acq. hæred.*

35 Item singularis successor, seu eius cessionarius, cùm etiam iura spolij possint cedi. *Mohed. de cit. dec.* 3. *de restit. spoliat. Gabr. eodem tit. de restit. spoliat. conclus.* 5. *n.* 13. *Pont. de spol. lib.* 1. *n.* 131 *in fin.*

36 Item in beneficialibus is, qui in ius defuncti collitigãtis subrogatus est. arg. *l. si eũ, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut. l. qui in ius, ff. de reg. iur. Coccin. decis.* 82. *n.* 5.

37 Et isti sicut possunt agendo, ita etiam possunt excipiendo dare de prædicto defectu, & nullitate citationis: nam cui datur actio, multò magis datur exceptio. *cap. qui ad agendum, de reg. iur. in* 6. *l. inuitus, §. cui damus, ff. de reg. iur.*

38 Declara tamen, quod ille non potest dare de nullitate citationis, qui eodem modo citandi vsus fuit in eadem causa. *tot. tit. ff. quod quisque iur. Coccin. decis.* 141. *n.* 3. quod non videtur intelligendum, quod ea, quæ sunt contra ius. idem *Coccin. decis.* 182. *in fin.*

39 Item non potest dare de nullitate is, qui causam dedit nulli-

nullitati. *Bar. in l. 2. ff. de except. rei iud. Alex. conf. 38. col. fin. propè fin. lib. 2. Ruin. cōf. 40. n. 6. verf. non obftat, lib. 5. Cephal. conf. 133. n. 125. Gregor. decif. 140. n. 10.*

40 Et qui nulliter obtinuit sē-tentiam, & dedit caufam nullitatibus fequentium inftantiarum, tanquam author omnium nullitatum, non poteft illas deducere in commodū proprium. *Ferrett. conf. 15. n. 7.* fecus autem quando aliæ nullitates non habent causā à prima; fed feparatam, itaut prima nullitas non influat in fequentes. *l. licet, §. ea obligat.* vbi *Bal. de procur. Tiraq. in tract. ceffante caufa. limit. 20. n. 12.* ita cenfuit *Rota in Tirafonen. conftructionis Capellæ 15. Febr. 1599. coram Iufto*, item dare non poteft de nullitate citationis is, qui nihil releuans allegat, quod potuiffet actum impedire. *Alex. in l. non folū, §. morte, n. 47. ff. de oper. nou. nunc. Crauet. cōf. 179. n. 5. & 6. Vant. de nullitat. tit. vlt. n. 108. Surd. cōf. 181. n. 28. & conf. 227. n. 17.*

41 Tertius autem, qui non paffus eft nullitatem, & qui non erat in caufa, non poteft dare de nullitate; nifi volente eo, ad cuius fauorem inducta eft nullitas, ea nempe ratione; quia

42 Qui citandus erat, potuit habere fe pro citato. *Gabr. de citat. conclus. 1. n. 513. lim. 17. Greg. d. decif. 137. n. 4. & ibi adden.*

43 Et qui vult haberi pro citato, non eft citandus. *l. amplius non peti, ff. rem. rat. hab. Rot. in recentiff. par. 2. decif. 248. n. 3.*

44 Et fententia, ad quam pars non fuit citata, per eius ratificationem fuftinetur. *Seraph. decif. 1427. n. 1.*

45 Et qui non fuit in caufa, non poteft dare de nullitate. *Coccin. decif. 81. n. 6.*

46 Citatio enim requiritur ad fauorem eius, qui poteft contradicere, & de cuius præiudicio agitur, ne illi auferatur defenfio. *Clem. paftoralis, de re iud. Ruin. conf. 89. n. 13. circa fin. vol. 5. Gabr. de citat. d. conclus. 1. n. 513. lim. 18.*

47 Et forma quando eft introducta ad fauorem vnius, tunc actus, factus contra illā, eft nullus, fi ille velit. *Clem. conftitutionem*, cum ibi not. *de elect.*

48 Hinc generaliter nullitatis exceptio non poteft opponi à ter-

à tertio inuito eo, ad cuius fauorem resultat nullitas. *Seraphin.decis.421.n.7. Rot. diuers. decis.* 247. *n.5.par.1.* & in *recentiss.decis.153.n.7.p.1.*

49 Et in specie, quod tertius non possit dare de nullitate, fauore Ecclesiæ inducta, ait *Crescent.decis.1. de loc.Seraph. decis.256. n. 2. Buratt. decis. 937.n.7.*

50 Atque tertius non potest opponere, quod non sit obtentum beneplacitum Apostolicum, quod respicit fauorem Ecclesiæ. *Put.decis.302. lib.1.Rot.diuers.decis.262.n.7. & 9.par.3. lib.3.Caualer. decis.605.n.3.*

51 Si enim contractus, qui est nullus ex defectu solemnitatis sit vtilis Ecclesiæ ab ea potest ratificari, & in eius præiudicium ad instantiam alterius non potest declarari nullus. *Mantic. decis.201. n. 1. Rot. diuers. par.5. decis.179. n.6.* alienatio enim rei Ecclesiæ est nulla Ecclesia volente, sed ab alio nullitas nõ potest allegari. *Rot.diuers.decis.133. n.11. & 12.par.2.*

52 Idem est in contractu minoris, qui si sit vtilis, non sunt necessariæ solemnitates. *Ram. cons.453. in princ.Soc.cõs.160. n.12. & 17.lib.2.Rot.in recent. par.1. decis.545.n.4.* & si sit damnosus, nullitas potest allegari à solo minore, vel eius hærede, non à tertio. *Surd. cons.284. n.7.* & *decis.179. n.17. & 18. Rot.diuers.par.6. decis.51. n.3. & 4.*

53 Quod autem actus nullus ratificari, & conualidari nequeat. *l.quod ab initio, ff. de reg. iur.* non procedit, quando nullitas prouenit ex defectu consensus, quia tunc eo superueniente validatur. *Decius cons.367. sub n.4.* & interim actus habet implicitum statũ validitatis. *Ruin.cõs.90. sub n.3.* vers. *& similiter non obstat. lib.3.Greg.decis.41.n.5. Rot.diuers.decis.302. n.3.p.4.*

54 Sed quod tertius nõ possit dare de nullitate, recipit plures declarationes. Prima est iuxta prædicta, quando nullitas est talis, quæ per consensum sanari non potest. *Seraph. decis.256. n.3.* quia tunc tertius nullitatem opponere potest. Secunda, quando ille, qui habet interesse non contradicit; sed patitur tertium dare de nullitate; secus si actum approbauit. *Seraph. d. decis.256. n.4.*

Tertia, quando nullitas est iam

iam derecta; quia tunc à quolibet potest allegari. *Felin. in cap. lator, de re iud. Seraphin. decis.356.n.16.*

Quarta, & vltima, quando nullitas nõ est inducta ad fauorem certæ personæ: quia tunc à quocumque, cuius interest, potest opponi. *Cassad. decis.10.n.1. super regul. Rot. diuers. decis.247.n.5.par.1. Castr. Alex. & alij in l. ille à quo, §. si de testamento, ff. ad Trebell.* cum alijs per *Grat. cap.855.n.20.*

55 Quæro modo quid in sententia lata super statu, quæ facit ius, quo ad omnes. *Ingenuum, ff. de stat. hom.* & ibi *gloss.* & *Doct. Abb. & Felin.* in *cap. super eo, il 2. de testibus*, alias enim necesse esset millies idem probare. *Cas. de Grass. decis.2. de iud.* an scilicet de eius nullitate possit p tertium opponi.

56 Et respondeo, quod si sua non interest, non potest tertius opponere; non enim auditur is, cuius non interfit. *Clem.1.* & ibi *Card. Zab. n.7. vers.6. nota, vt lit. pend. cap. suscitata, de in integr. restit. cap. veniens, il 2. de test. cap. cum causa, de re iud.*

Si autem sua interest, dare potest. & sine dubio adest interesse tertij, quando agitur, vt sententia super statu, inter alios lata faciat etiã ius, quoad illum. & ideo poterit ratione eius interesse, & præiudicij opponere de eius nullitate. *Castr.* & *Alex.* in *l. ille à quo, §. si testamento, ff. ad Trebell. Cephal. cons.133.n.125. lib.1. Grat. d. cap.855.n.20.*

57 Et tali casu allegatur nullitas, non tanquam simplex ius tertij; sed tanquam exclusiuum iuris agendi ipsius actoris. *Ruin. cons.40. n.7. & 8. lib.5. Alex. cons.38. n.6. lib.2. Roland. cons.15. n.22. lib.1. Grat. d. cap.855. n.19.*

58 Sed vlterius sciendum est, quod vt sententia super statu faciat ius quoad omnes, plura requiruntur, & primo quod alij interesse habentes fuerint citati, nominatim scilicet illi, qui certi sunt, & qui incerti per proclama. *Felin. in cap. quamuis, col.4. & 15. circa fin. de re iud. Put. decis.91. n.2. lib.3.* vel per contradictas *Put. decis.336. n.3. lib.3. Rota in recentiss. par.1. decis.17.n.4.* ergo tertius opponens contra sententiã super statu dat de iure suo, & non alterius propter suum interesse, quando.

do ipse, vel non fuit citatus, vel citatus fuit nulliter.

Secundo requiritur, quod fuerit lata cum contradictore legitimo, & per eum defensa; alias vim nomenuè rei iudicatæ habere non potest, nec alijs præiudicare. *l. cùm non iusto, ff. de collus. deteg. Bellam. decis.* 688. *n.* 1. *& decis.* 746. *n.* 7. *Mobed. decis.* 8. *de re iud. Caualer. decis.* 250. *n.* 5. *Greg. decis.* 43. *n.* 12. *Rota in recentiss. decis.* 339. *n.* 5. *par.* 1.

Ergo tertius poterit opponere contra sententiam, cùm non fuerit citatus: sententia enim licet afficiat citatos, nō tamen afficere potest non citatos. *Bald. in auth. si omnes, n.* 11. *&* 12. *C. si minor ab hæred. se abstin. Castr. in l. de vno quoque, n.* 1. *ff. de re iud. Felin. in cap. cū inter, n.* 10. *fallen.* 4. *eodem tit.* tot enim censentur sententiæ, quot sunt personæ. *Castr. in l. idcirco, n.* 2. *ff. de iud. Gabr. conf.* 56. *n.* 19. *lib.* 1. *Rot. in recent. par.* 1. *decis.* 561. *n.* 13. & talis defectus citationis non operatur nullitatem quoad citatos, sed operatur quoad non citatos, vt illos sententia non afficiat. *Ruin. conf.* 129. *n.* 12. *lib.* 3. *Gabr. d. conf.* 56. *n.* 19. *lib.* 1. *Rota in recentiss. decis.* 657. *n.* 3. *par.* 1.

Tertiò, & vltimo requiritur, quod non fuerit lata per collusionem, quia tunc sententia super statu non facit ius quoad alios.

Et sufficit quod adsit suspicio collusionis. *Felin. in cap. fin. de re iud. n.* 6. *Decius conf.* 44. *n.* 32. *Seraphin. decis.* 1200. *n.* 4. quæ tamen suspicio debet esse vehemens, & concludens. *cap. audiuimus, de collus. detegen. Rot. in recent. decis.* 319. *n.* 6. *par.* 1.

Ergo tertius cui obijcitur sententia status, poterit audiri super collusione illius detegenda, & super eius iniustitia.

60 Videamus modo quando defectus, & nullitas citationis possint opponi, cùm ita propter defensionem sit necessaria citatio, vt tolli non possit per Principem, vel statutū, iuxta latè dicta in *cap.* 8. consequens est, vt citationis defectus, & nullitas semper opponi possit. *Dec. conf.* 63. *col. fin. Rolan. conf.* 53. *n.* 24. *lib.* 4.

61 Et sicut Imperator non potest tollere citationē: quia subtraheretur facultas defensionis. *Clem. pastoralis, de re iud.*

iud. multò minus poterit tollere statutū. *Anchar.conf.*200. *col.*2. *verf. fubfequenter. Bald. conf.*201. *col.* 1. *vol.* 5. *Franc. in cap.dilecto, quaest.*53. *verf.* 2. *limita, de appellat.Crauett.cōf.* 255. *col.*5. *Rol. conf.*29. *n.*41. *lib.*1.

62 Et ideo si statutum vellet, quod contra sententiam nulla exceptio posset opponi, nō intelligeretur prohibita hæc exceptio defectus, & nullitatis citationis. *Marf. fing.* 57. *incip. citatio Gabr.de citat.conclus.*1. *n.*63.

63 Et etiam si statutum disponat, quod absens possit condemnari,& quod de nullitate dici non possit; tamen debet statutum intelligi, si absens fuerit legitimè citatus, alias non valeret, in eo quod dici non posset de nullitate. *Bald. in l.* 1. *col.* 3. *C. quomodo, & quādo iud. Ruin. cōf.*24. *col.*2. *vol.*4. *Rolan. d. conf.*29. *n.*42. *lib.*1.

64 Quamuis autem statutum nequeat prædictā exceptionem tollere, potest tamen tempus ad illam proponendam præfigere, & coarctare; itaut eo elapso opponi nequeat. sic Statum Vrbis *cap.* 191. *de cauf. nullit.* mandat, quod de nullitate sententiæ agi non possit, nec replicari post annum à die sententiæ numerandum, quod Rota in pluribus causis approbauit. & quamuis non loquatur in specie de nullitate ex defectu citationis, tamen censetur illam post annum reijcere, vt per *Achil. decif.*15. *de constit.* quod ètiam Rota intellexit procedere tàm agendo, quàm excipiendo. *Achil. decif.* 16. *eodem tit. de constit.*

65 Circumscripto statuto potest de nullitate dici agendo scilicet, vsque ad triginta annos. *Crauett. conf.* 108. *n.* 4. præsertim stāte nullitatis euidentia. *Balb. de præfcript.* 4. *par. quartæ partis principalis, quæft.* 32. *Seraphin. decif.*957. *n.* 14.

66 Excipiendo autem non potest dici post 40. annos, non quia exceptiones nō sint perpetuæ. *Llicet,* vbi *gloff.C.de except. Felin. in cap. fi autem, n.*6. *de refcr. Gregor.decif.*489. *n.*12.

67 Sed quia stante tanti temporis cursu omnia solemnia præsumuntur, etiam quoad processum. *Gabr.* qui plures cumulat *tit. de fentētijs cōcl.*4. *n.*35. ita censuit *Rot.in Roma-*

na

na Cottiui 6. Martij 1606. coram Card. Sacrato, impressa post *Fenzon. ad Stat. Vrbis*, *decis.*170.

68 Vbi etiam adducitur, quod per eumdem cursum 40. annorum præscribitur remediũ canonis redintegrandæ, iuxta opinionem, quam tenet *Rot.* moderna, de qua per *Seraph. decis.*1360. *per tot.*

69 Aduerte tamen, quia si defectus, nullitasuè citationis pateat ex actis, tunc de eo potest dari, non obstante statuto præfigente tempus ad dicendum de nullitate; quia tale statutum non intelligitur de nullitate notoria ex eisdem actis. *Cardin. cons.* 8. *de iud. Ancbar. cons.*207.*&* 211. *Alex. in l.*4. §. *condemnatum*, *n.*7.*de dam. infec. Vant.de nullit.tit.qui poss.dic.de nullit.n.*54. *Rot.in recent.par.*1.*decis.*365. *n.*8. vbi allegatur *Ossasc.decis.* 142. *n.*33. *& Surd. cons.*354. *n.* 16.

70 Et de nullitate excipiendo semper potest dari contra sententiam, donec pro illius executione instari potest.

71 Quandoquidem sententia, ipso iure, & apparenter ex actis nulla, nomen sententiæ non meretur, & executioni non est demandanda. *Vant. de nullit. tit. quoties, & infra quod tempus*, *n.*8. *Rot. diuers. par.*5. *decis.*240. *n.*18.

72 Et exceptiones sunt perpetuæ; quia non est in potestate rei excipere, donec cõueniatur ab actore. *Decian. cons.* 13. *n.*48. *lib.*2. *Surd. decis.*277. *n.*17. *Rot.diuers d.decis.*240. *n.*20. *par.*6.

73 Et in casu etiam quo sit prohibitum appellare, non tamen prohibitum est dicere de nullitate ex defectu citationis. *Alex.cons.*6. *n.*9.*lib.*4. *Benintend.decis.* 73. *n.*3. *Contard. in l. vn. limit.* 16. *n.* 10. *C.si de mom. poss. Grat.discept. forens cap.*850. *n.*19. sed quid de alijs nullitatibus, distingue vt per *Vant. de nullit. tit.quoties, & intra quod tempus*, *n.*8. *Vestr.lib.*8.*cap.*1.*n.*6.*& adden. n.*24.

74 Defectus autem, & nullitas citationis non tollitur ex eo quod pars non appellauerit, cùm dici possit de nullitate vsque ad 30. annos. *Alex. cons.*191.*n.*6. *lib.*6. *Rot. in recent. decis.*577. *n.*7. *par.*2.

75 Hic noto alium casum, in quo de defectu nullitateuè citationis dari non potest, quãdo scilicet sententia nulla, fuit

fuit parte non opponente, confirmata per aliam sententiam validam, quæ transiuit in iudicatum. *Rot. in recent. decis.* 512. *n.* 2. *par.* 2. *Alex. cons.* 11. *n.* 3. *vers. tamen fallit, lib.* 5. *Gabr. cons.* 49. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 1. *Vant. de nullit. tit. qualiter, & quib. mod. sentent. & processs. n.* 25. & fuit dictum in *Ripana Parochialis*, 10. *Decembris* 1608. *coram Ortembergo*, & prius in *causa Elboren. iuris conferendi*, 8. *Februarij* 1600. *coram Corduba*, impressa apud *Marches. par.* 3. fol. 393.

76 Et ita duo requiruntur, ad hoc, vt defectus, & nullitas citationis tollatur per sententiam confirmatoriam. Primum, quod nullitas non fuerit proposita. Secundum, quod sententia confirmans transitum fecerit in iudicatũ. *Rot. diuers. decis.* 240. *n.* 15. *par.* 5. *Bart. in l. si expressim, n.* 3. *de appellat. Vant. d. tit. qualiter, & quib. mod. sen. & process. n.* 25.

77 Sed notandum est, quod quando datur de nullitate, tunc in primis, & ante omnia nullitas est reuocanda parte petente; parte verò nõ opponente potest in simul pronunciari super iustitia, & nullitate. *l. contra maiores, C. de inoff. test. Bellam. decis.* 295. *Cas. de Grass. decis.* 9. *n.* 8. *&* 12. *de caus. poss. & propr. & dec.* 11. *n.* 3. *de sentent. & re iud. Cocc. decis.* 206. *n.* 2.

78 Cùm autẽ plures sint nullitatis species, quæ ex diuersis capitibus possunt oriri, nõ sufficit allegare processum nullum, nisi specificetur causa nullitatis; sicut non sufficit appellare à grauamine, nisi illud exprimatur. ita censuit *Rot. in ant. decis.* 70. *n.* 1. *de appellat. Vant. vbi sup. n.* 29. *&* 30. & fuit dictum in *Toletana parietum*, 5. *Nouembris* 1605. *coram Card. Sacrato*.

79 Aduerte tamen, quia si fuisset petitum in primis, & ante omnia super nullitatibus pronunciari, tunc Iudex, etiã si nulla sit specificata, nihilominus debet pronunciare, & sic declarare sententiam iustam, & validam, si talis sit. & tunc sententia confirmatoria tolleret nullitatem, si qua adesset, etiam non specificata, sed si omitteret pronunciare super nullitatibus, & pronunciaret solum super iustitia, tunc sententia confirmatoria esset nulla: quia stante

ſtante petitione in primis, & ante omnia pronunciari ſuper nullitatibus, Iudex non potuit procedere ad confirmationem ſententiæ ratione iuſtitiæ. *Bar. in l. ſi vt proponis, la 1. in fin. C. quom. & quando iud. Franc. in cap. dilecto, n. 25.* verſ. *vlterius aduerte, de appell. Aym. conſ.* 270. *n.* 7. in fin. *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 11. *de ſententia, & re iud. n.* 3. & ita firmauit *Rot. in recent. deciſ.* 129. *n.* 8. *& deciſ.* 486. *n.* 9. *par.* 2.

80 At ſi is, qui generaliter dixit de nullitate, & proteſtatus fuit in primis ſuper nullitatibus pronunciari, & deinde in proſecutione cauſæ ſe reſtrinxit ad aliquas nullitates irreleuantes, ſibi præiudicat in aliis, ſi ſententia confirmatoria tranſeat in iudicatum. *Bar. in l. ſi expreſſim, n.* 16. *de appellat. l.* 1. *n.* 19. *C. quan. prouoc. non eſt neceſſ. Imol. in d. l. ſi expreſſim, n.* 17. *& in cap. cùm contingat, n.* 38. *de off. deleg. Butr. in cap. dilecto, n.* 13. *circa fin.* & ibi *Franc. n.* 49. *verſ. ſi verò libellus fuit generalis, de appellat.*

81 Sin autem in libello, & in proſecutione cauſæ non fuit expreſſa niſi vna nullitas, tūc ſententia confirmatoria illam tollit, non autem alias, quæ nec in genere, nec in ſpecie fuerunt expreſſæ. *Bar. in d. l. ſi expreſſim, n.* 16. *Rota in deciſ.* 572. *per totam par.* 2. *in recent.* Venio ad quartum.

QVOMODO PROBETVR defectus, nullitasuè Citationis.

82 Quod citatio non fuerit facta, concludenter probatur ex inſpectione actorum; cùm in eis ſint conſcribendæ citationes, dilationes, cæteraque acta iudicialia. *cap. quoniam contra, de probat.* in quibus ſi citatio de qua agitur, non reperiatur, non poteſt præſumi facta, cùm præſumptio cedat veritati. *l. fin. in princ. ff. quod met. cauſ. Greg. deciſ.* 416. *n.* 5. & ibi *adden. n.* 8. & ex reuolutione proceſſus remanet probata negatiua citationis. vt per *Bar.* in *l. hi, qui ad ciuilia, n.* 4. *C. de appellat. Dec. cõſ.* 483. *n.* 4. *Vant. de nullit. ex defect. citat. n.* 14. *&* 15. *Afflict. deciſ.* 107. *n.* 5. *Martin. Andr. deciſ.* 9. *n.* 2.

83 Et non ſufficit, quod in proceſſu reperiantur aliquæ citationes factæ ad eumdem actum, putà ad ſententiam; niſi

nisi reperiatur illa, quæ cadat in die, qua fuit actus factus, seu sententia lata: nam quando citatio deficit pro illa die, qua fuit lata sententia, dicitur adesse totalis defectus citationis, & proinde est insanabilis, etiam stante clausula, arbitrio. quamuis adessent aliæ citationes pro alijs diebus. *Maran. de ord. iud. par.6.* in verbo *rectè concipiatur citatio, n.68. Felin. in cap. consuluit, n.3. de off. deleg. Rot. in recent. par.1. decis.340. n.1.* & *409. n.1.* & in *recētiss. par.2. decis.312. n.4.*

84 Et propterea, non producto processu, non potest constare de defectu citationis. *Rot. diuers. decis.636. n.3. par.1. & post tract. Possij, de manutenen. decis.236. n.4.*

85 Sed ad probandum negatiuam citationis, non sufficit productio processus, nisi processus sit integer. *Seraphin. decis.1307. n.3. Rot. in recent. decis.684. n.4. par.2.*

86 Processus autē integer non censetur, quando in eo enunciantur aliqua acta, quæ in eo non leguntur: ea enim enunciatiua probat contra enunciantem. *l. optimam, C. de contrab. & committ. stipulat. Rot. in ant. decis.1. de fide instr.* ita respondit *Rot. in Virdunen. repetitionis fructuum 23. Iunij 1597. coram Penia.*

87 Et quamuis in processu legeretur assertio, seu enunciatiua notarij, vel Iudicis de citatione facta, nisi appareat præcisè eum fuisse citatum, non sufficit; quia non creditur in hoc notario, neque Iudici. *cap. quoniam contra, de probat. Rot. in recent. decis.703. n.2. par.2. Aym. cons.48. n.1. Menoch. de arbitr. Iud. q.73. n.8. Gabr. cons.40. n.3. lib.1.*

88 Et quamuis clausula visis actis, quæ solet præmitti in prolatione sententiæ, aliquā præsumptionē operetur circa acta probatoria. *Crauet. de antiquit. temporis, par. 2. n. 8. Menoch. cons. 100. n.234. & seqq. Buratt. decis.266. n.3.* non tamen operatur quoad acta ordinatoria, & citationes, quę si in processu nō reperiantur, non potest præsumi, quod præcesserint; cùm ad probandum solemnitatem extrinsecam sola narratiua non sufficiat. *Bar. & alij, in auth. si quis in aliquo, C. de eden. Alex. cons.42. viso processu, n.3. lib.4.* cum alijs adductis per *Vant. de nullit. ex defec. citat. n.147.*

89 Item quando de citatione non constat in processu, neque sufficit si de ea fiat mentio in sententia, & præsumptio est, quod sententia sit nulla, quando deficit processus substātialis,& effectualis citatio. *Rot. diuers. 4. par. decis.* 207. *n.* 33. & in *Camarinen.* 28. *Nouembris* 1603. *coram Iusto.* apud *Marches. de Commiss. par.* 2. *fol.* 234.

90 Quod autē citatio sit nulla, non aliunde potest probari, quàm ex processu: nempe ex tenore, vel decreti, vel instrumenti executionis, seu relationis eiusdem citationis, si adsint omnia requisita, vel non. de quibus supra diximus *cap.* 9. 10. 11. *&* 12.

91 Et hæc procedunt in iudicialibus, non autem in extra. iudicialibus, in quibus citatio verè probari non potest, cùm in eis non interueniat notarius, qui citationes in actis redigere debeat. *Sarmien. select. interpret. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 3. *Rot. in recent. decis.* 210. *n.* 2. *&* *decis.* 434. *n.* 2. *par.* 1.

29 Imò, quod etiam in iudicialibus præsumatur solemnitas, quando non proceditur per viam disceptationis, & controuersiæ; sed de plano, vt inter consentientes, dicit singulariter *Bal. in l. cùm hi*, *§. si prætor in fin. ff. de transact.* Venio ad tertium.

AN, ET QVANDO citatio præsumatur.

93 Regula est, quod citatio probari debet legitimè duobus testibus, vel per instrumentum publicum, vel per relationem nuncij, cùm sit quid facti. *Archid. in cap. proposuisti, n.* 3. *distin.* 82. *Innoc. & alij in cap. quoniam contra, de probat.* probatio enim testibus, aut fide tabularum constat. *cap. forus, §. iurgium,* in fine, *de verborum signific.*

Et ad id, quod per relationem nuncij probetur citatio, vide, quæ superiùs dicta sunt de relatione. *cap.* 11. *n.* 263.

Et quantum ad aliud, quod citatio possit probari per testes, adde *Soc. de citat. art.* 30. *n.* 3. *Grat. discept. forens. cap.* 503. *n.* 11.

94 Sed aduerte, quia si quærimus an decretum citationis possit probari per testes, dicendum est, quod non; quia acta iudicialia ad sui substantiam exigunt scripturam,

&

& ideo non possunt probari per testes. *cap. quoniã contra*, & ibi *Doct. de probat. Socin. d. art.*30.*n.*1. alia verò acta, quæ necessariò non requirunt scripturam, bene possunt probari per testes.

95 Similiter si quærimus an tenor citationis possit probari per testes, dicendum est in primis constare debere, q citatio fuerit facta, & relata, sed amissa. ad dicta per *Bar. Castr.* & alios de tenore instrumenti deperditi probando, loquentes, in *l.testiũ, C. de testibus, Felin. in cap. sicut, n.*2. *de re iud. Ofasch. decis.*69. *n.*1.

Et si amissio contigerit facto, & culpa, siue partis, siue notarij, videtur quod ad tenorem citationis probandum, nedũ possent admitti testes; sed quod sufficere debeat iuramentum partis in supplementum probationis. *gloss. in l.sicut, in verbo facilè, in fine, C. de fide instr. Lanfranc. de Orian. in tract. de instr. product. post n.* 47. *vers. quæro vlterius*.

96 Si verò quærimus de actu nuncij in exequendo, vel referendo, quod scilicet ipse executus fuerit citationem in personam, vel ad domum, vel per edictum, & quod fecerit relationem alicui notario, vel notario actuario, se aliquem citasse, casu scilicet, quo, vel instrumentum executionis, vel relationis fuisset amissum, eodem modo dicendum videtur, posse probari per testes, tanquam factum, iuxta prædicta. adde *tex.* in *cap. cùm à nobis, de testibus. l. magis, §. illud, ff. de reb. eorum, auth. de Ecclesiastic. §. si autem pro redemptione*.

97 Regulariter autem citatio non præsumitur, nisi probetur, vel de ea constet ex actis. *cap. tenor, & ibi Dec. de re iud. Alciat. de præsumpt. reg.*3. *præsumpt.*9. *n.*19. *Menoch. lib.*2. *præsumpt.*22. *n.*1.

98 Et quando de citatione non fit mentio in sententia, citatio non potest præsumi. *Soc consf.*158. *n.*11. *lib.*1. *Rot. diuers. decis.*64. *n.*5. *par.*1. nec etiam præsumi potest, quando in ea nominatur; sed ex actis constat de contrario; quia nõ reperitur, *d. decis.*64. *n.*9.

99 Præsumitur tamen, vel ex præsentia citati, vel ex comparitione, vel ex temporis diuturnitate, vt infra.

100 Ex præsentia, quando scilicet ex actis constat actũ fuisse

fuisse factam in præsentia partis. *Vant. de nullit. tit. vlt. n.* 115. *& tit. de defectu citat. n.* 16. *&* 17.

101 Quia citatus præsumitur, qui præsens in iudicio reperitur. *cap. bonæ, il 2. de elect.* vbi Abb. & alij, *Specul. in tit. de reo, n.* 15. *Menoch. d. præsumpt.* 22. *n.* 2. *lib.* 2. *Rot. decis.* 22. vers. *nam quemadmodum*, & vers. *tum etiam quia, de testib. in nou. Buratt. decis.* 118. *n.* 11. quando scilicet ab illo abesse consueuit. *Vant. de nullit. ex defec. citat. n.* 16. *Rot. dec.* 406. *n.* 1. *par.* 5. *diuers.*

102 In dubio autem sententia non præsumitur in præsentia partis lata; sed in absentia, nisi hoc in sententia exprimatur. *Innoc. in cap. cùm in iure, de off. deleg. Io: Andr. in addit. ad Specul. in tit. de sententia*, §. *iuxta, vers.* & nota. *Abb. cons.* 93. *incip. contra sententiam latam, vol.* 1. & in *cap. tenor, de re iud. Anchar. quæst.* 29. *n.* 12. quod indubitanter procedit in actibus extraiudicialibus, & etiam in iudicialibus, antequam transierint in iudicatum.

103 Secus verò in sententia, quæ transiuit in iudicatum, quia tunc videtur verior, & tutior opinio. *Io: de Imola, in cap. in præsentia, de renunciat. & Rom. in l. sciendum, ff. de verborum obligat.* quod præsumatur lata partibus præsentibus. vt per *Felinum*, in d. *cap. tenor, n.* 2. *de sententia, & re iud.*

104 Quæ tamen opinio mihi non placet; quia si ex processu non constat de citatione, nec de præsentia, nulla potest fieri vis in transitu in rem iudicatam: cùm sententia nulla ex defectu citationis in rem iudicatam transire nequeat, etiam si non fuerit appellatum. *auth. hodie, C. de appellat.* & ita etiam sentit *Anchar. d. quæst.* 29. *n.* 12. 15. *&* 16.

105 Quid autẽ, quando actus non est gestus in præsentia partis; sed vnus reperitur præsens, & alter à Iudice petit contra eum aliquid fieri, si is allegèt se non fuisse citatum, an, quia præsens est, citatus præsumatur? dic quod quando quis longè aberat, & in iudicio reperitur, præsumitur citatus: quia alias non venisset. *Arcbid. d. dist.* 82. *cap. proposuisti, n.* 4. *Vant. de nullitate ex defect. citationis, n.* 16.

Sed

Sed quamuis non præsumeretur citatus; tamen cùm de tempore sententiæ esset præsens,& potuerit se defendere, satisfactum est legi,quæ ad hunc effectum citationem requirit. *l. de vnoquoque, ff. de re iud. ibi præsentibus, &c.*

Et in *l. si etiam, §. fin. ff. de minor.* ibi *præsente, vel vocato. Bar. Bal. & alij in l. 1. ff. de in ius voc. Vant. de nullit. ex def. citat. n. 17.*

106 Si tamen ille, qui præsens est, petit dilationem ad deliberandum, æquitas suadet, vt dari debeat. *Butr. in cap. fin. de iud. Lanfr. in cap. quoniam contra, de probat. in cap. 1. de citat. n. 8.*

107 Et sententia de defectu citationis argui non potest, quæ fuit lata præsente procuratore partis, de cuius mādato constat in actis. *Seraph. decis. 388. n. 4. Rot. in recentiss. par. 1. decis. 357. n. 2.* adde *Archid. d. cap. proposuisti, 82. dist. & Bal. in l. 2. n. 4. C. quom. & quando iud.*

108 Ex comparitione, quando aliter non constat de citatione, ea presumitur, si vnus altera etiam parte absente comparet in iudicio, vel aliquid protestans, vel mandatum producens; præsumitur enim, quod non comparuisset, nisi fuisset citatus. *Bald. in l. 2. ff. de cond. & demonstr.*

109 Et quando citatio emanauit, tunc præsumitur executa contra eum, qui per se, vel per procuratorem legitimè deputatū cōparet. *Bellam. decis. 364.*

110 Etiam si procurator haberet solum generale mandatum. *Seraphin. decis. 1094. n. 4. Rot. in recent. decis. 736. n. 1. par. 2.*

111 Nihil autem faceret si reperiretur comparitio partis citantis, allegantis contumaciam partis citatæ: quia comparitio partis citatæ, non autem partis citantis, facit, vt citatio præsumatur. *Rot. in recent. decis. 488. n. 4. par. 2.*

112 Ex diuturnitate etiam temporis præsumitur citatio. *Put. decis. 210. n. 6. lib. 2.*

113 Sicut quælibet alia solēnitas extrinseca, ad dicta per *Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. n. 3. & 6. Felin. in cap. Alberius, n. 4.* vers. *si autem in instrumento, de testib. Rot. in recent. decis. 684. n. 4. par. 2. Menoch. lib. 2. præsumpt. 22. n. 3. & 4. Cassad. decis. 3. de procur. Put. decis. 336. n. 8. lib. 2.*

114 In actu scilicet antiquo, ex lapsu 30. annorum, quo omnia præsumuntur solemniter acta. *Vant. tit. vlt. n.* 117. *Seraphin. decis.* 290. *n.* 13. *&* *decis.* 580. *n.* 3.

115 Et strictè ad materiam nostram declara primò, quod etiam in grauibus, & contra tertiũ citatio præsumitur ex lapsu 30. annorum. *Rot. diuers. par.* 2. *decis.* 193. *n.* 5. *&* 11.

116 Declara secundo, quod in sententia ex lapsu 30. annorum præsumitur citatio, siue de ea facta fuerit mentio secundum *Innoc.* in *cap. Albe-rius, de test lib. Bal. in cap.* 1. *de mil. vassal. qui contumax. est Io: Crot. in tract. de test lib. par.* 7. *n.* 16.

Siue de citatione in sentẽtia nulla sit facta mentio secundum *Ias.* qui dicit de cõmuni in *l. si se obtulit*, *§. condemnandum*, *n.* 8. *ff. de re iud. Villalob. com. opin.* in verbo *citatio*, *n.* 47. *& seq.*

117 Declara tertio, quod antiquitas temporis non inducit aliquam præsumptionem, nec operatur validitatem citationis, quando ex processu apparet, quod citatio fuit facta, & executa nulliter, & inualidè. *Castr. cons.* 81. *sub n.* 3. *lib.* 2. *Alex. cons.* 1. *n.* 21. *lib.* 4. *Gabr. conclus.* 1. *de præsumpt. n.* 57. *Vant. de nullit. ex defec. citat. n.* 147. & ita censuit *Rot.* in Auximana Prædij, 29. *Iunij* 1605. *coram Orano*.

118 Præsumptio enim, quæ insurgit ob temporis antiquitatem, procedit in dubio; secus in casu claro, cum in claris cessent coniecturæ. *l. continuus*, *§. cùm ita, ff. de verborũ oblig.* & hoc est, quod dicitur, quod præsumptiones tolluntur per contrarias probationes. *l. fin. in princ. ff. quod met. caus.* vt per *Crauett. cons.* 134. *n.* 44.

119 Et quod antiquitas non operatur quoad præsumptionem tituli, quando constat de titulo, sed inualido; quia præsumptio, quæ insurgit ob temporis antiquitatem, procedit in dubio; secus in claris. dixit *Caput. decis.* 28. *n.* 1. *par.* 1.

120 Et in nostris terminis, si in processu appareat citationem fuisse factam pro vna die, & sententiam latam fuisse diuersa die, sub qua citatio non cadebat, vtique sententia, etiam ob antiquitatẽ temporis, non potest censeri valida, nec alia præsumi citatio,

tio, cùm de contrario appareat. & tali casu *Rota coram bo:mem: Vbaldo seniore in vna Mantuana bonorum*, 17. *Iunij* 1611. censuit sententiam cũ omnibus inde secutis fuisse nullam, tanquam latam sine citatione, extra illam diem, sub qua cadebat, ex traditis per *Bar. in l. aut, qui aliter, in princ.* & in *l. vlt. §. fin. ff. quod vi, aut clam*, & in *cons.* 176. *lib.* 1. quem secuti sunt *Alex. cons.* 213. *n.* 8. *lib.* 2. *Crauett. cõs.* 122. *n.* 17. *Afflict. dec.* 387. *n.* 5. *Vant. de nullit. ex def. citat. n.* 73. cum alijs in eadem decis. alleg. quæ impressa est apud *Marches. de cõmiss. nullit. sanat. par.* 3. §. 3. *fol.* 78.

121 Et in alio casu quo ex ꝓcessu etiam antiquo cõstabat, quod sententia fuerat lata nõ in die, sub qua cadebat citatio; sed in eadem qua fuerat citatio executa. *Rota coram Pirouano in vna Corduben. decimarum*, annullauit sententiam ob defectum citationis, ad *tex.* in *cap. cùm olim, de testibus*, & in *Clem. pastoralis, de re iud.*

122 Cùm Iudicis debeãt partes esse in reuocando nullitatẽs. *Bar. in l. cùm quærebatur, n.* 4. *ff. de re iud. Rot. in ant. decis.* 2. *de lit. contest.* & *decis.* 8. *de restit. spoliat. in nou.* cum alijs in *decis.* 240. *n.* 3. *par.* 5. *diuers.*

123 Sic etiam in casu, quo appareret ex processu actum fuisse aliter gestum, quàm dictum esset in citatione, actus remaneret nullus ex defectu citationis. *Bar. in l. aut, qui aliter, ff. quod vi, aut clam, Ruin. cõs.* 102. *lib.* 5. *Caput. dec.* 123. *n.* 2. *par.* 3.

124 Hic quæro, an citatio præsumpta sufficiat in casu, quo rescriptum, seu statutũ mandet partem legitimè citari.

Hanc difficultatem excitat *Rot. diuers. decis.* 218. *n.* 4. *par.* 3, *lib.* 2. & *decis.* 248. *n.* 3. *par.* 3. *lib.* 3. sed nihil allegat, nihilque quoad illam resoluit.

125 Quamobrem distinguo, si loquimur de citatione præsumpta ex præsentia partis, vtique sufficit, cùm finis citationis sit comparitio. *Bal. in l. consentaneum. n.* 4. *C. quom. & quand. iud. Mantic. dec.* 352. *n.* 10. & *seqq.* & citatio non requiritur, vbi pars est præsens. *l. de vnoquoque, ff. de re iud. Vant. de nullit. ex defec. cit. n.* 17. *Caualer. decis.* 117. *n.* 1. & hoc siue præsens sit principalis, siue eius legitimus

niter acta. *Seraphin. decis.* 290. *n.* 13. *& decis.* 580. *n.* 3. nisi constet de contrario. *Gabr. conclus.* 1. *de præsumpt. n.* 57.

Cùm satis dictum sit de præsumenda citatione, quæ facta non reperitur, sequitur videndum de ea presumenda, quæ apparet nulliter facta. Vnde venio ad sextum.

QVALITER PROBETVR Citationem nulliter executam deuenisse ad notitiã citati, & quis sit effectus eius notitiæ.

132 Notitia, scientiaue citationis, potest probari, vel per testes, vel per instrumenta, vel per acta.

133 Per testes, deponentes scilicet se audiuisse citatum, id confitentem, qui confiteri non potuisset, nisi sciuisset. *Crescent. decis.* 1. *de confessis.*

134 Qui propterea dum habuit notitiam citationis, si nõ compareat, tanquam contumax sibi præiudicat. *Rot. diu. decis.* 128. *n.* 3. *par.* 3. *lib.* 2. *Seraph. decis.* 1094. *n.* 4.

135 Per instrumenta, quando scilicet siue per instrumentũ, siue per litteras, quis post citationem nulliter executam, constituit procoratorem. *Rot. in nou. decis.* 11. *de dol. & cont. Seraphin. decis.* 1296. *n.* 1.

Quod tamen intellige verum, quando specificè constituit procuratorem ad illam causam, pro qua citatus est, tunc enim necessariò concluditur illum habuisse scientiã citationis: secus autem quãdo constituisset procuratorẽ in genere, ad causas; quia per necesse non posset inferri ad scientiam citationis factæ in vna particulari causa. *Vant. de nullit. tit. fin. n.* 123. & ita declarat *Seraphin. decis.* 1366. *n.* 2. *Rot. in recent. par.* 1. *dec.* 90. *n.* 3. *Greg. decis.* 27. *n.* 4. *& decis.* 94. *n.* 6.

136 Per acta, quando scilicet ex eis constat de comparitione citati: tunc enim arguitur eius scientia. *Rot. in recent. p.* 2. *dec.* 95. *n.* 1. & *dec.* 99. *n.* 2.

Item quãdo constat de cõparitione procuratoris etiam generalis post citationẽ principalis; tunc enim præsumitur, quod citatio deuenerit ad notitiam principalis. *Seraph. decis.* 1094. *n.* 4. *Caput. dec.* 97. *n.* 5. *& decis.* 112. *par.* 1. *Bellam. decis.* 364. *Rot. decis.* 422. *n.* 5. *par.* 1. *diuers.* & in *recent. decis.* 736. *n.* 1. *par.* 2.

Intel-

Intellige, quando procurator generalis cõparuisset spõtè in eadem causa post citationem principalis; quia tunc censetur mandatum generale deduxisse ad speciem quoad illam causam, vt declarat *Seraphin. decis.* 654. *n.* 3. *& seqq.*

137 Item quando constat ex actis, quod procurator post citationem produxit mãdatum, siue speciale, siue generale; quia tunc præsumitur citationem ad notitiam citati deuenisse. *Seraph. decis.* 1405. *n.* 1. *Rot. in recent. decis.* 81. *n.* 4. *par.* 2. *Rol. consf.* 47. *n.* 24. *&* 25. *lib.* 2. *Greg. decis.* 127. *n.* 4. Venio ad septimum, & vltimũ.

AN, ET QVANDO defectus, & nullitas Citationis suppleri, sanariue possit.

138 Sicut diximus supra differentiam esse inter defectũ, & nullitatem citationis, vt defectus sit, quando citatio fuit omissa, & nullitas, quando fuit facta, sed nõ legitimè, ita dicemus differẽtiam esse inter supplere, & sanare: vt supplere sit respectu citationis deficientis: cùm supplere significet in locum deficientis substituere.

139 Sanare verò sit respectu nullitatis citationis, cùm sanare sit incolumitatem, & validitatem restituere.

Et subiungemus vtrumque fieri posse, vel facto partis, vel Iudicis, vel ex vsu, styloue Curiæ, vel denique ex Principis rescripto. quæ omnia sigillatim veniunt explicãda.

140 Facto partis suppleri potest defectus citationis, quãdo quis vult haberi se pro citato. *Greg. decis.* 137. *n.* 4. & an, & quando partium consensu citatio tolli possit, discussum est supra, in *cap.* 8. *n.* 131. *& seqq.*

Item quando quis impediuit se citari; quia habetur pro citato. *l. satisque pœnæ, ff. de in ius voc. l.* 1. *§. sed & Aristo ait, ff. quod vi, aut clam. Rot. post cõs. Farinac. decis.* 348. *n.* 3. *par.* 2. & supra latè explicauimus in *cap.* 11. *n.* 328. *& seq.*

Item quãdo citatus ad totam causam dixit nolle comparere; quia vlterius non est citandus. *Gabr. de citat. conclus.* 1. *limit.* 62. *Greg. dec.* 518. *n.* 8. & dictum est supra *cap.* 7. *n.* 116. *& cap.* 11. *n.* 420. *& seqq.*

Et sicut superius *hoc eodẽ cap.*

cap. sub vers. an, & quando citatio præsumatur, & *sub vers. qualiter probetur citationem deueniße ad notitiam citati*, diximus quod ex præsentia, & comparitione partis præsumitur citatio, & citationis notitia, hic nō incongruè repetemus, quod citationis defectus suppletur etiam facto partis.

141 Quando præsens est, nam quando pars venit ad iudiciū etiam sine citatione, iudiciū valet. *Bar. in rubr. C. de in ius voc. l. etiam, §. 1. ff. de minor. Vant. de nullit. ex defec. citat. n. 116. Rot. diuers. dec. 151. n. 6. par. 2. Seraph. decis. 1094. n. 4.*

142 Et vbi citatio requiritur, ea per partis præsentiā suppletur. *Bar. in l. obseruare, n. 4. C. de decur. lib. 10. Bal. in l. 1. n. 3. ff. de in ius voc. & in auth. si omnes, n. 8. C. si min. se ab hæred. abstin.* latè *Mandos. in reg. 34. de annali, quæst. 68. n. 5. & seqq.*

143 Et idem est si procurator fuit præsens; quia eius præsentia sufficit, ad sustinendam sententiam sine citatione. *Angel. in l. de vnoquoque, & ibi Alex. & alij, ff. de re iud. Gregor. decis. 576. n. 1. & ibi adden. n. 15.*

144 Quæ præsentia, & comparitio, siue principalis, siue procuratoris, sicut supplet defectum, multò magis sanat nullitatem citationis: cùm ex præsentia, & comparitione citati præsumatur notitia citationis nulliter factæ. *Rot. in nou. decis. 17. de dol. & cont. Bellam. decis. 364. & 538. Achil. decis. 7. n. 1. & 3. de dol. & cont.*

145 Qua notitia stante, citatio illegitima arctat, sicut legitima per *tex.* in *Clem. causam, in fin. de elect. Rom. cons. 410. Mynsi. sing. obseruat. cent. 3. obseruat. 90. n. 1. Vestr. lib. 4. cap. 3. n. 8. Gratian. cap. 156. n. 1. & seqq. Surd. cons. 88. n. 10.* citatio itaque sanatur comparitione. *Caputaq. decis. 97. n. 3. par. 1.* & non legitimè executa si perueniat ad notitiam citati, & mittat procuratorem ad prosecutionem causæ, deuoluit causā ad Romanam Curiam. idem *Caput. decis. 110. par. 1.*

146 Et sanat defectum citationis non reproductæ. *Bal. in l. 1. in 3. not. ff. de ferijs, Felin. in cap. illud, n. 8. de præscr. Greg. decis. 94. n. 6.* & stante comparitione procuratoris non potest allegari nullitas citationis, etiam si esset nulla ob non.

non seruatam formam statuti; quia finis citationis est cõparitio. *Mantic.decis.352. n.11. & 12.*

147 Et ea quæ sunt ad finem, cessant adepto fine. *Grauat. ad Vestr. lib. 3. cap.6. n. 11. Chart. decis.14. n.11.*

148 Quæ dicta sunt de comparitione, procedunt etiam si procurator generalis comparuisset cum certis protestationibus; quia à procuratore generali potest inchoari iudicium. *Cassad.decis.1.de dilat. Achil.decis.16.de dol.& cont.*

149 Vtputà si comparuisset allegando suspectum Iudicẽ, vel opponendo de citatione illegitima, & eius nullitate. *Mand.reg.34.de annali q.68. n.4.Seraph.decis.654.& 1405. n.1.& 1441.n.4.& 5.* & fuit dictum in *Mutinen.bonorũ 5. Martij 1607. coram Manzanedo.*

Declara tamen, quod cõparitio non debet esse generalis, sed specialis, vt ex ea possit induci scientia citationis. *Caputaq. decis. 116. n. 3. par.1.* vbi addit rationem.

150 Quia vbi requiritur sciẽtia, non sufficit eam probare in genere. *Felin.in cap.quoad consultationem, vers. duodecima conclusio, de re iud.* sed debet esse plena, & certa. *Tiraq. de retract. consanguin. §. 36. gloss.2.n.30.*

151 Et intellige, quod tunc esset comparitio generalis, quando citatio generalis, & incerta præcessisset, non autem specialis, & certa.

152 Quando enim citatio est generalis, & vaga, citatus nõ tenetur comparere; cùm citatio debeat esse certa, & cõtinere causam certam. *l.2.§. circa, ff. de dol. mali except. Caput. d.decis.116. n.6. par.1.*

153 Et ex sola taciturnitate citati, nullitas citationis sanari nõ possit. ad not. per *Felin. in cap.prudentiam, n.12.de off. deleg.Rot.post tract.de manut. Possij, decis.67. n.7.*

154 Item declara, quod ex cõparitione procuratoris non conualidatur citatio, nisi constet de mandato. *Seraphin. decis.972.n.9.& decis.1366. n.2.*

155 Sed requiritur productio mandati: tunc enim colligitur coniectura, & præsumptio notitiæ citationis, quæ sufficit, licet de eadem citatione non appareat. vnde dicitur, quod productio mandati æquipollet citationi. *Mandos.*

Mandoſ. reg. 34. *de annali, quæſt.*73. *n.*1. *Grat. cap.*156. *n.* 5.

156 Declara tandem, quod licet comparitio ſanet citationem nulliter executam, nō tamen habet virtutem ſanandi defectum iuriſdictionis. *Achil.deciſ.*2.*ſuper reg.de trien. n.* 4.

Facto Iudicis, nempe per monitionem, præfixionem termini, intimationem, & terminum ſubſtantialium obſeruationem.

157 Per monitionem, quia facta parte præſente ſupplet defectum citationis. *Bald. in l.ſancimus, n.*1.*C.de iud. Felin. in cap.*1.*n.*18.*de iud.Seraphin. deciſ.*1118.*n.*1. *Rot. poſt conſ. Farin. par.* 2. *deciſ.*355.*n.*10. *&* 11. & dictum eſt ſupra *cap.*7. verſ. *de citat. ſeu monitione Iudicis, n.*12.*& ſeqq.*

158 Per præfixionem termini, quæ, quando fit per Iudicem partibus præſentibus, habet vim monitionis, & citationis. *Maran. de ord. iud. par.* 6. *princ. verſ. rectè concipiatur citat. n.* 48.

159 Et quando Iudex præfigit terminum parti ad dandum interrogatoria, eo elapſo ſi teſtes abſque alia citatione examinētur, ſunt validè examinati, quia illa termini præfixio habuit vim citationis. *Coccin.deciſ.*141. *n.*4. & dictū eſt ſupra *cap.*6.*n.*3.

160 Per intimationem, quando deducitur ad notitiam ſententia interlocutoria, lata nulla præcedente citatione, ſeu etiam diffinitiua, quando fuit lata contra fictum, non autem verum contumacem; eadem intimatio ſupplet defectum citationis, & illius vim obtinet. *Seraph.deciſ.*583. in fin. cum alijs ſupra deductis *cap.*6.*n.*69.

161 Intimatio enim ſententię habet vim citationis. *Surd. conſ.*86.*n.*32. *Greg. deciſ.*457. *n.*8. *& ibi adden. n.*10. non tamen in actu grauis præiudicij. *Rot. in recent.par.*1. *deciſ.*274. *n.*3.

162 Et quando Iudex mandat ſententiam, ſeu decretū intimari partibus teſtibus præſentibus; ſi notarius facta etiam intimatione ſcripſiſſet ſententiam latam fuiſſe partibus præſentibus, ſententia detegeretur nulla; quia non conſtaret de præſentia partiū, & ex decreto intimationi appareret Iudicem mādaſſe intimari non partibus præſenti-

sentibus, sed testibus præsentibus intimari parti, vt per *Coccin. decis.*414.*n.*4.*in fin.*

163 Per obseruationem terminorum substantialium, nã defectus citationis, quæ personaliter fieri debebat, sanatur per obseruationem terminorum substantialiũ. *Seraph. decis.*858.*n.*1.

164 Et termini substantiales, vt sanentur, sufficit, quod interuenerint tot audientiæ, vt potuerint seruari. *Gregor. decis.*280.*n.*7.

165 Per conclusionem in causa: nam defectus citationis ad sententiam, licet non tollatur, quando partes dumtaxat concludunt, secus tamen est, quando Iudex etiam concludit. *Seraph. decis.* 857. *n.* 30.

166 Quod videtur intelligendum data consuetudine fori, vt conclusio causæ sufficiat pro citatione ad sententiam. *Rot. in recent. par.*2.*decis.*451. *n.*9. & *decis.*227.*n.*2.*par.*1.

167 Ex stylo vsuuè Curiæ suppletur sanaturuè defectus, seu nullitas citationis: & ideo licet citatio sine die sit nulla de iure, itaut ex ea non possit procedi ad actus iudiciales.

168 Tamen de stylo saluari potest. *Seraphin. decis.*597.*n.*6. *& seqq.* sic etiam sententia lata sine citatione non valet de iure; sed de stylo potest sustineri. *Put. decis.*242.*n.*1. *lib.*3.

Et hoc procedit dummodo stylus probetur, alias siue sententia, siue actus non sustinetur. *Put. ibidem.*

169 Et quomodo in decisorijs debeat stylus probari ponit *Maresc. variar. resol. lib.*2. *cap.* 12. & sequuntur *adden. ad Greg. decis.*484.*n.*8. & latius diximus supra *cap.* 8. *n.* 102. *& seqq.*

170 Ex Principis facto, seu rescripto, defectus citationis, quando est totalis, sanari non potest; quando scilicet omnino deficit, vt quando citatus non fuit, qui citandus erat, vel quando citatio non fuit reproducta, vel relata, vel quando fuit circumducta, & non fuit reiterata, iuxta ea, quæ dicta sunt in principio huius capitis, & in cap. præcedenti, sub versiculis de relatione, de reproductione, & de circumductione, vel etiã quando principalis fuit citatus per contradictas dum habebat procuratorem in Curia, vt per *Rota in recentiss. par.*1.

par. 1. *decis.* 179. *n.* 1.

Et hoc tunc demum verum est, quando citatio, quæ deficit, respicit defensionem, quæ est iuris naturalis. *l. vt vim, ff. de iust. & iur. l.* 1. *§. cùm arietes, ff. si quadr. paup. fecis. dicat.*

171 Ea enim nemini deneganda est *l. defensionis facultas,* & ibi *Bar. C. de iur. fisci, lib.* 10. *l. vnius, §. cogniturum, ff. de quæst. cap. cùm inter, de except.* & neque denegaretur Diabolo, si in iudicio esset. *Rot. in nou. decis.* 15. *de procur.* & *decis.* 16. *n.* 3. *de dol. & cont.* siquidem omni æquitati, iurique naturali, & diuino repugnat, cuius tollere defensionem. *Bar. in extrauag. ad reprimen.* in verbo *figura. gloss. in Clem. sæpe, de verborum signific.* quo fit, vt illam tollere non valeat imperator. *Clem. pastoralis, §. cæterum, de re iud.* neque Papa. *cap.* 1. *de caus. poss. & propr.* & exemplum dedit Deus Omnipotens, qui eam nec Adæ, quem vocauit; nec Sodomæ, cuius voluit mala prius videre. *cap. Deus Omnipotens,* 11. *quæst.* 1. *cap. qualiter, & quando, de accusat.* & citatio, an, & quo iure sit necessaria, & quando tolli possit, vel omitti, latissimè explicauimus supra *cap.* 8. *per tot.*

172 Defectus itaque citationis totaliter omissæ cæteris potentior est, omniumque maximus. & etiam per Principem insanabilis, quando omissa citatio tollit naturalē defensionem. *Felin. in cap. ex parte, il* 2. *n.* 4. *de off. deleg.* & in *cap. quæ in Ecclesiarum, n.* 26. *&* 66. *de constit.* & ibi *Dec. n.* 17. *& seqq.* & in *cons.* 603. *n.* 7. *&* 12. *Afflict. decis.* 307. *n.* 29. *Boer. decis.* 247. *n.* 7. *Vant. de nullit. ex defec. citat. n.* 9. *Rot. in recent. par.* 2. *decis.* 474. *n.* 1. & vide supra in *cap.* 8. *n.* 27. *& seq. & n.* 37.

173 Sed quando omissa citatio respicit defensionem iuris ciuilis, vtique per Principem potest sanari, cùm enim nullitates sint introductæ de iure positiuo. *Vant. de nullit. cap.* 1. *n.* 14. *cum seqq.* sine dubio potest sanare Princeps easdem nullitates, cùm omnia possit in his, quæ sunt iuris positiui, & illius voluntas habeatur pro ratione. *Gemin. cons.* 8. *n.* 6. *&* 7. de cuius potestate disputare esset ponere os in Cælum. idē *Gemin. cons.* 53. *in princ. vers. quadam est potestas suprema,*

& quod

& quod in his, quæ sunt iuris positiui sola potestas sit pro causa, dicit *Bal.cõs.*477.*lib.*1. & quod nullum est de iure positiuo, potest validari per Principem, etiam in præiudicium tertij. *Abb. cons.* 84. *n.*3.*& seq.lib.*1.*Lap.alleg.*130. *n.*2. vers. *similiter. Rot.diuers. par.*5.*decis.*36.*n.*61.*& seq.*& quod non sit suppositus solemnitatibus iuris positiui; sed possit æquare quadrata rotundis, tanquam supra legẽ, diximus supra in *cap.*8. *n.*32.*&* 38. vbi sub *n.* 13.*& seqq.* declarauimus citationẽ esse necessariam de iure naturali gentium, ratione defensionis, & de iure ciuili esse necessariam ratione modi, seu formæ se defendendi, & citandi.

Et *sub n.* 15. enumerauimus ea, in quibus cõsistit defensio naturalis, & *n.* 26. *& seqq.* enumerauimus ea, in quibus cõsistit modus, & forma defensionis, & citationis à iure ciuili.

174 Princeps igitur potest sanare defectum illius citationis, quæ inducta esset de iure ciuili, exempli gratia de iure naturali sufficit, vt quis semel citetur; sed de iure ciuili absens à loco iudicij debet citari tribus edictis, vel vno pro omnibus peremptoriè. *l.contumacia, ff.de re iud.l.consentaneum, C. quom. & quan. iud. cap.* 1. *de dilat.* si contra absentem sit facta vna citatio, etiam sine termino peremptorio, tunc defectus duarum citationum, seu peremptorij, potest per Principem sanari; quia per vnicam citationem est satisfactum iuri naturali. *Gabr. de citat. conclus.*1.*n.*34. *&* 35. *Natt. cons.* 619.*n.* 7. *lib.*3.*Rebuff.de citat.in præfat. n.* 36.

175 Similiter citatio ad videndum iurare testes, censetur inducta, & necessaria de iure ciuili. *gloss. & Doct. in l.si quando*, *C. de testib. Lanfranc. in cap. quoniam contra*, *de probat. in verbo testium depositiones. Rebuff. de citat. in præfat. n.*26.

176 Sic etiam citatio ad sententiam, quando est conclusum in causa, & non remanet alia probatio facienda, respicit defensionem, non de iure naturali, sed ciuili. *Afflict.decis.*283.*n.*6.*Couar.pract.quæst. cap.*23.*sub n.*6. vers. *primum hic apparet. Vant. de nullit.tit. quib. mod. null. sententiæ rep. possit.*

possit. 107. & ideo per Principem sanari potest: cùm sit supra legem. *l. Princeps, ff. de legibus, l. digna vox. C. eodem l. ex imperfecto, C. de testam.*

177 Principis facto, seu rescripto facilius potest sanari nullitas citationis, quando scilicet non fuit omissa, sed legitimè non fuit, vel decreta, vel executa, vel relata, iuxta ea, quæ diximus supra in *cap.* 12. *sub vers. de decreto, de executione, & de relatione citationis,* & quæ præmisimus supra in princ. huius Capitis.

178 Sanatio nullitatis in Curia petitur à Papa, per porrectionem commissionis in Signatura Gratiæ.

179 Non autem in Signatura Iustitiæ, quæ non habet facultaté rescribendi, nisi prout de iure. *Crescent. decis.* 1. *de rescript.*

Tollere autem nullitates, & confirmare sententias nullas, spectat ad solũ Principẽ, eiusque Signaturam Gratiæ. *Vant. quib. mod. repar. nullit. n.* 23. *&* 24. *Buratt. decis.* 871. *n.* 8. & in commissione debet exprimi, & specificari nullitas, & ita etiam ab alijs Principibus petitur per oblationem libelli, seu supplicationis. *l. vniuersis, & tot. tit. C. de prec. imper. offer.* at quoniam Princeps, vel per se, vel per alium potest nullitates sanare.

180 Ideo Papa consueuit rescribere, vel simpliciter, vt reiectis nullitatibus procedatur in negocio principali, vel cum conditione, seu clausula, constito de bono iure, vel refectis expensis, vel dummodo citatio ad notitiam partis peruenerit, vel arbitrio Rotæ. de quibus mox sigillatim dicemus.

181 Exprimendæ, & specificandæ sunt nullitates in commissione, seu libello, quæ petuntur sanari. *Vant. de nullit. tit. quib. mod. sententia nulla rep. possit, n.* 24. vt enim Princeps possit reijcere nullitates, vel actum firmare nullum, necesse est, vt certam scientiam nullitatis habeat, alias nullitas non esset exclusa.

182 Et Papa non intelligitur tollere, quod ignorat. *cap.* 1. *de constit. in* 6. *Bellam. dec.* 116. & extat *reg. Cancell.* 40. *de supplendis defectibus*, vbi cauetur, quod si petatur suppleri defectus in genere, nullatenus litteræ desuper concedan-

cedantur, nisi in petitione desuper huiusmodi defectus exprimantur.

183 Et quando Papa sanauit vnam nullitatem in commissione expressam, non potest censeri sanasse alias non expressas. *Greg. decis. 260. n. 16. Caualer. decis. 500. n. 1. Duran. decis. 238. n. 23.* & ex remotione vnius obstaculi, non censetur remotum aliud, de quo non est facta mentio. *cap. ex tuarum, de auctor. & vsu pallij, cap. pastoralis, de priuileg. Gemin. consil. 33. n. 8. Rot. in recent. dec. 158. n. 6. p. 1.*

184 Item quando in commissione narratur vna nullitas in specie ex defectu citationis, & deinde in genere petitur sanatio aliarum nullitatum, vtputà si petatur committi, vt in negocio principali procedatur, non obstante tali nullitate, & quibus vis alijs; tunc si Papa expresse sanet nullitatem expressam, & deinde apponat clausulam, dummodo non sint ex tribus, videlicet ex defectu iurisdictionis, mandati, & citationis, quamuis nullitas expressè narrata sit ex defectu citationis, nihilominus remanet sanata, non obstante dicta clausula, quæ refertur ad alias nullitates in genere expressas, vt per *Cæs. de Graß. decis. 4. de rescr. per tot.*

185 Debet pars citari pro obtinenda commissione sanatoria, cùm agatur de eius præiudicio, & ipsa possit contradicere. *l. de vnoquoque, ff. de re iud.* cùmque sanatio nullitatum non concedatur absque causa. *cap. in causis, de sententia, & re iud. gloss. final. in cap. sententiam, 35. quæst. 9.*

186 Et quamuis absque partis citatione possit priuilegium à Principe impetrari, in illis scilicet, quæ partem, vel non lædunt, vel modicè, vel nullam requirunt causæ cognitionem. *l. 2. §. meritò, ff. ne quid in loco publ. fiat, ibi, ita oportet permitti, vt sine iniuria cuiusque fiat; & ita solet Princeps, quoties aliquid noui operis instituendum petitur, permittere, & l. quotiens, C. de precib. imper. offeren.* ibi *sine graui alterius partis dispendio conuelli non potest.* attamen in his, quæ causæ cognitionem requirunt, vel quę partem læderent multum, debet pars citari. *l. 2. ff. de natalibus restit.* ibi *ideoque Impera-*

peratores nō facilè solent quemquam natalibus restituere, nisi consentiente patrono, & *l. nam ita diuus, ff. de adopt.* ibi *adhibitis etiam his, qui contradicerent, idest qui læderentur cōfirmatione adoptionis*, ita notat *Bar. in l. 2. n. 3. C. de tempor. appellat.* sed ibidem *Bald. sub n. 2.* declarat quod ad essentiam rescripti Principis non est necessaria citatio alicuius; sed cùm postea proceditur ad vlteriora, citatio necessaria est, vt in *gloss. ibidem*, in verbo *reparationem*.

187 Sed in Curia regulariter non proponitur commissio in Signatura Gratiæ, nisi parte citata, & quando Papa etiam parte non citata concessisset: rescriptum sanatorium nullitatum, non tamen posset opponi coram Iudice in Curia de obreptione, vel subreptione, propter facilem recursum ad eundē. *Coccin. decis. 74. n. 4.*

188 Et Papa audita vtraque parte consueuit rescribere simpliciter, vt reiectis nullitatibus procedatur ad vlteriora in negocio principali. *Cæs. de Graff. dicta decis. 4. de rescr. n. 2.* quando scilicet nullitates non sunt claræ, sed turbidæ, vel leues; ad euitandas enim vlteriores impensas, & labores æquum est nullitates reijcere, ne cum dispendijs litium exitus protrahatur: adeuntur enim Iudices non causa litium differendarum, sed tollendarum. *l. quamuis, ff. de receptis arbitr.*

189 Consueuit etiam rescribere cum conditione, quando nullitates sunt claræ, & releuantes, & ita aliquando cum clausula, cōstito de bono iure, qua videtur satisfactum nedum defensioni ciuili, sed etiā naturali, quæ constitit in hoc, vt quis sciat contra se agi, & possit comparere, & contradicere, parareque suas diffensiones, atque, vt per Iudicem possit haberi causæ cognitio, iuxta supra deducta in *cap. 8. n. 15.* vsque 21.

190 Et per hanc clausulam vtrique parti consulitur, vt stante bono iure vnius, nullitates, quæ exaduerso sunt allegatæ, sanentur, & euitentur dispendia. Ad huius autem clausulæ effectū sufficit dare fumum boni iuris, cùm bonū ius deducatur incidenter, & vtraque pars debet audiri super eodem bono iure, in discussione negocij principalis. *Rot. in recent. decis. 527. n. 4.* in

S 2 fin.

fin. *par.* 1. quae conditio licet non impleatur in prima instantia, quia qui obtinuit cōmissionem non docuit de bono iure, potest tamen impleri in secunda post latam sententiam contrariam. *Rot. in recentiss. decis.* 658. *n.* 1. *& 2. p.* 2.

Et quando constat de bono iure, & causa bene est instructa quoad sui merita, actus etiam nullus à Iudice potest confirmari, vel reformari, ex adductis per *Vant. de nullitat. tit. quibus mod. sent. nullit. repar. n.* 129. sed quod sententia nulla possit per Iudicem confirmari parte non opponente, & quod sententia confirmatoria, quando transiuit in iudicatum non possit amplius dari de nullitate, dictum est supra hoc eodem capite, sub vers. an, & quando defectus, & nullitas citationis possint opponi.

191 Et quando nō constat de bono iure, nullitas sanari non potest; quia Papa nō censetur velle sanare defectus ex iniustitia prouenientes, neque tollere cuiquam ius quæsitū, ad dicta per *Abb. in cap.* 4. *circa fin. de re iud. Rot. in recent. par.* 2. *decis.* 450. *n.* 1.

192 Consueuit etiam aliquando Papa rescribere cum clausula, refectis expensis procedatur ad confirmationem, vel infirmationem sententiæ, quę clausula non admittit oblationem verbalem, neque depositum; sed requirit taxationem, & realem solutionē. *Put. decis.* 119. *n.* 2. *lib.* 1. *Rot. in recentiss. par.* 1. *dec.* 369. *n.* 3.

193 Consueuit etiam rescribere cum clausula, dummodo ad notitiā partis peruenerit. *Gomes. in compend. vtriusque Signat. vers postremò quoad hāc Signaturam. Vant. de nullit. tit. quib. mod. sen. nullit. repar. poss. n.* 123. *&* 124. & sanè ęquū est, vt nullitas citationis rejiciatur, quando ea deuenit ad notitiam eius, qui citatus fuit nulliter: is enim habita citationis notitia, potuisset se defendere. & tunc non dicitur in totum omissa, & cum qui certus est certiorari vlterius non oportet. *cap. cum qui, de reg. iur. in* 6. & notitia citationis constituit quem cōtumacem. *Rot. in nou. decis.* 11. *de dol. & cont. Rot. diuers. decis.* 151. *n.* 6. *par.* 2. & est *tex.* in *Clem. causā, in fin. de elect.* ibi *nisi ad appellatū aliter peruenerit*, vbi *glos.* in verbo *plena, & certa* notat, quod hoc posset constare; quia

quia citatus super hoc consuluisset aduocatos, & amicos. & in verbo *tempus prædictum*. notat quod si post tempus citationis ea deuenisset ad notitiam appellati, seu citati, non sufficeret. & quod hæc notitia ad effectum sanandi nullitatem debeat esse certa, iuxta terminos d. *Clem. causã*, dicit *Vestr. in praxi, lib. 7. cap. 1. n. 6.* hæc notitia posset probari per testes deponentes de eiusdem citati confessione, vel quando appareret per instrumentum, vel per litteras eundem constituisse ad eandem causam procuratorem, vel quando ipse cõparuisset, vel eius procurator etiam generalis mandatũ in eadem causa produxisset, seu etiam comparuisset, iuxta superius dicta.

194 Consueuit vt plurimum Papa rescribere pro sanatione nullitatum cum clausula, arbitrio Rotæ. arbitrium autem aliud est liberum, quod pendere potest, siue à ratione, siue ab affectu, vel cupiditate. & aliud regulatum, quod pendere potest à sola ratione, seu iure, quod dicitur arbitrium boni viri, ad *tex.* in *l. societatem mecum*, *§. arbitrorum, ff. pro socio*, ibi *arbitrorum enim genera duo sunt, vnum eiusmodi, vt siue æquum, siue iniquum, parere debeamus; alterum eiusmodi, vt ad boni viri arbitratum redigi debeat.*

195 Hinc Rota semper intellexit, vt arbitrium in prædicta clausula importet non liberum, sed regulatum à ratione, ad dicta per *Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verbo videbitur*, atque, vt ita commissio, cum dicta clausula, intelligatur prout de iure. *Paris. cons. 56. n. 5. lib. 1. Cas. de Graff. decis. 7. n. 7. & decis. 8. n. 2. de sententia, & re iud. Rot. diuers. decis. 641. n. 1. par. 1. & in recentiss. par. 1. decis. 101. n. 1.*

Ita tamen, vt ex aliqua causa rationabili remittat aliquid de rigore iuris. *Bar. in d. extrauag. ad reprim.* in verbo *videbitur, n. 3. Cresc. decis. 4. n. 3. de test. lib.* non tamen det facultatem, vt lædatur ius alterius. *Bar. in l. filius familias, n. 2. ff. de donat.* & in d. *extrauag.* in verbo *videbitur, n. 10. Rot. in recētiss. decis. 688. n. 1. par. 1.* neque, vt recedatur totaliter à dispositione, & regulis iuris communis.

Bar. in d. verbo *videbitur*, *n.*8. *Rot. in recentiss. decis.*403. *n.*2. *in fin. par.*1.

Sed vt procedatur prout æquitas suggerit. *Seraph. decis.* 1154. *Rot. in recentiss. decis.*418. *n.* 1. *par.*2. & dicta clausula tunc minuit de rigore, quando commissio cum eadem clausula dirigitur Iudici alias iurisdictionem habenti; nam si tunc ea intelligeretur prout de iure, vtique commissio redderetur omnino superflua, cùm is antea esset Iudex, & procedere potuisset prout de iure, absque alia commissione. *Felin. in cap.*1. *n.*51. *col.*4. *vers. & si dicitur arbitrio suo, de constitut. Decius in l. in personam, §. generaliter, ff. de reg. iur. Rot. in recent. decis.* 582. *par.* 1. *n.* 2. & coram *Buratto. decis.* 261. *n.* 10.

196 Ex quo igitur Rota vigore clausulæ arbitrio debet procedere prout de iure, infertur, quod quando nullitates sunt claræ, non debent sanari, sed reuocari. *Rot. in recentiss. decis.*619. *n.* 1. *in princ. par.*1. & qui nullitati causam dedit, suæ temeritati, sibique damnum debet imputare. *cap. qua fronte*, & ibi *Doct. de appellat. l. quod quis ex culpa, ff. de reg. iur.* & nulla est maior iniustitia, quàm nullitas. *Innoc. in cap. dilecto, de appellat. Bellam. dec.*343. *Vant. de nullit. tit.*1. *n.*18. & 20.

Dummodo sint releuantes, videlicet ex defectu iurisdictionis, mandati, & citationis, iuxta *Constit. Pij IV. Clem. VIII. & Paul. V. Greg. dec.*492. *n.*5. & *decis.*508. *n.*2.

Et dummodo defectus nõ sit totalis: nam quando totalis defectus, siue iurisdictionis, siue mandati, siue citationis sanaretur, vtique tolleretur ipsum ius, non autem iuris rigor mitigaretur. *Cas. de Grass. dec.*7. *n.*7. *de re iud.* cum alijs per *Rot. in recẽt. dec.*474. *n.* 1. *par.*2. & in *recentissimis par.*2. *dec.*312. *Caual. dec.*53. *n.* 1. & *decis.* 396. *n.*1. & 6. *Rot. in recent. par.*1. *dec.*409. *n.* 1.

Et quod Rota nunquam interponat arbitriũ pro spoliatore, quando ex sanatione nullitatis confoueretur in spolio, sæpius fuit dictum. vt per *Greg. decis.*416. *n.*4. & ibi *adden. n.* 7. *Caualer. d. decis.* 396. *n.*5.

197 Atque quod in rescripto sanante omnes, & quascumque

que nullitates, & supplente omnes, & quoscumque defectus, non intelligantur sanatæ nullitates claræ, & totales, ex defectu iurisdictionis, mandati, & citationis, vide *Gomes in compendio vtriusque signat.* in *vers. postremò quoad hanc signaturam, & seq. Put. decis.* 119. *lib.* 1.

198 Ex eo autem quod dicta clausula, arbitrio Rotę, minuit aliquid de rigore, infertur, quod tunc sanari, seu reijci debent nullitates, quando circa illas insisteretur inutiliter, cum partium dispendio: tunc enim illarum propositio censeretur calumniosa, ad solum effectum, vt lis in longum protraheretur. *tex.* est in *l. qui exceptionem, in princ ff. de condict. indeb.* ibi *vbi verò in odium eius cui debetur exceptio datur, perperam solutum non repetitur. Vant. de nullit. tit.* 1. *n.* 23.

Et propterea, quando nullitates propositæ, vel nō sunt tales, vel sunt leues, vel turbidæ, semper intrat arbitrium in æquitate fundatum, ad remouendas nullitates. *Cresc. decis.* 4. *de testib. Seraph. decis.* 1154. *n.* 1. cum alijs per *adden. ad Greg. decis.* 189. *n.* 8. *Rot. diuers. decis.* 395. *n.* 1. *p.* 5.

199 Sic etiam quando nullitates, & attentata redduntur multum turbida, arbitrio reijciuntur. *Lancellott. de attentat. par.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 19. *n.* 5. *Rot. diuers. par.* 1. *decis.* 120. & in *recentiss. par.* 1. *decis.* 657. *n.* 4. *& in recent. par.* 2. *decis.* 440. *n.* 1. vbi turbiditas nullitatis ex defectu mandati, & iurisdictionis ex pluribus cōsideratur.

200 Sic etiam, quando nullitas, & defectus, siue iurisdictionis, siue mandati, siue citationis, non est totalis, eadē clausula arbitrio sanatur. *Vestr. in praxi, lib.* 5. *cap.* 13. *n.* 2. *& lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 6. *Cas. de Grass. decis.* 4. *in fin. de rescript. Rot. in recent. par.* 2. *decis.* 680. *n.* 4. vbi quod defectus mandati non sit totalis ex pluribus deducitur. *Greg. dec.* 131. *n.* 2. vbi quod defectus citationis non sit totalis, ex pluribus deducitur.

201 Et insumma quando nullitas requirit altionem indaginem debet reijci, vt videatur de bono iure. *Vant. de nullit. cap.* 1. *n.* 23. *Greg. d. decis.* 131. *n.* 1.

202 Sed quando etiam nullitates essent sanabiles, tamen

ſi conſtaret de iniuſtitia decreti, ſeu ſententiæ, non intraret arbitrium pro ſanatione: cùm Papa nec ſoleat ſanare, niſi conſtito de bono iure. *Abb. in cap.* 4. circa fin. *de re iud. Rot. in recent. par.* 2. *deciſ.* 450. *n.* 1. & in *recentiſſ. par.* 1. *deciſ.* 527. *n.* 4.

Verum quia in Curia, vt plurimum contingit dubitari de nullitatibus proceſſuum compulſorialium, & remiſſorialium, qui fiunt in partibus; ideo aggrediẽdo id, quod vltimo loco propoſuimus in hoc capite dicendum. dicemus quid ſeruari debeat in conficiendis legitimè, & validè proceſſibus compulſorialibus, & remiſſorialibus.

DE PROCESSV COMPULſoriali validè conficiendo, & quæ Citationes requirantur, & quare.

203 Lite pendente in Curia, ſi vna, vel altera pars ad probandum ſuam intentionem indigeat iuribus, penes notarios in partibus, vel etiam alios exiſtentibus, pro illarũ extractione conceduntur litteræ, quas vocant Compulſoriales, quibus ſubdelegatur Iudex in partibus ad compellendos illos, qui eadem iura penes ſe habent, vt exhibeãt, & earum ſumptum, parte citata, extrahatur, cui ad Curiam tranſmiſſo poſſit fides adhiberi: ſumptum enim de aliqua ſcriptura non facit fidẽ in iudicio, niſi fuerit habitum in vim compulſoriæ. & ita ſeruat *Rota*, vt in *ant. deciſ.* 36. *de probat.*

204 Quæ litteræ ſi generaliter conceduntur pro extractione quorumcumque iuriũ ad cauſam facientium, dicuntur cõpulſoriales generales, quæ nõ retardant, nec ſuſpendunt iudicium. *Veſtr. in praxi, lib.* 6. *cap.* 1. *ſub n.* 12. *Gregor. deciſ.* 218. *n.* 2. ideoque dantur ſine termino, alias enim datæ cum termino retardarent, cùm pẽdente dilatione officium Iudicis conquieſcat. *l. ſiue pars, C. de dilat.* & poſſunt dari etiã parte non citata, atque parte inuita. *Rot. in antiq. deciſ.* 42. *de probat.*

Sed ſi in aliqua cauſa eſſet concluſum, non poſſet dari parte non vocata. *Rot. in ant. deciſ.* 37. *de probat.*

Et paſſim dantur, licet nõ conſtet, an ſint releuantes. *Rot.*

Rot. diuerſ. deciſ. 647. *n.* 2. *p.* 3. *lib.* 3. & poſſunt decerni etiã tempore feriato, diebus tamẽ iuridicis. *Rot. diuerſ. deciſ.* 758. *n.* 5. *par.* 5. *lib.* 3. & etiam pẽdente dilatione conceſſa ad deliberandum, an velit cedere, vel contendere. *Put. deciſ.* 362. *lib.* 1.

Et quando ſunt decretæ in iudicio principali, deſeruiũt etiam in iudicio reſtitutionis in integrum, quod eſt acceſſorium, etiam coram alio Iudice, ſi tribunal eſt idem. *Rot. poſt conſ. Farin. deciſ.* 65. *n.* 2. *par.* 1.

205 Si verò cõceduntur ſpecialiter, pro certa, & ſpecificata ſcriptura extrahenda, dicuntur litteræ compulſoriales ſpeciales, quæ retardãt proceſſum, ſicut remiſſoriæ. *Caput. deciſ.* 171. *par.* 1. *Veſtr. d. lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 12. *in fin. adden. ad Gregor. d. deciſ.* 218. *n.* 3. & dantur cum termino, quo pendente, nequit procedi ad vlteriora. *d. l. ſiue pars, C. de dilat.* vt autem concedantur, debet conſtare de exiſtentia, & de releuantia eiuſdem certæ ſcripturæ, & debet dari ſumptum illius, & ex eo cognoſci, an releuet; quia tunc denegantur, quando earum petitio appareret calumnioſa. *Caput. deciſ.* 169. *per tot. par.* 1. *Mantic. dec.* 216. *n.* 1. *Duran. deciſ.* 376. *n.* 3. *Buratt. deciſ.* 555. *n.* 1. *& ſeq.*

206 Pro obtinenda compulſoria generali, conſueuit pars citari, ad viden. decerni litteras compulſoriales generales ad partes, exprimendo tamẽ Ciuitates, ſeu loca, & ad concordandum de Iudice, & loco, non dicitur de termino, quia vt dictum eſt non retardant proceſſum, & ad conſtituendum procuratorem reperibilem, & acceptantem, qui in executione huiuſmodi litterarum citari poſſit, alias videndum deputari ex officio, & decerni proceſſum per affixionem ad valuas maioris Eccleſiæ loci deputandi.

207 Pro obtinenda verò compulſoria ſpeciali, conſueuit citari, ad videndum decerni litteras compulſoriales ſpeciales ad partes, pro extrahenda ſcriptura, quæ debet deſignari, & concordandum de Iudice, loco, & loco loci, & termino infra quem, & cõſtituendum procuratorem reperibilem, & acceptantem, qui extractioni, & executioni huiuſmodi litterarũ interſit,

alias

alias videndum per D.deputari ex officio, & præfigi, & decerni processum per affixioné ad valuas maioris Ecclesiæ loci deputandi.

Quibus citationibus legitimè præmissis, euitatur omnis nullitas decreti compulsorialiũ. Qui Iudex causæ, vel deputat duos Iudices nominatos pro vtraque parte, vel vnum arbitrio suo, & eligit locum, vbi asseruntur iura extrahenda existere, & præfigit terminum congruum, & non constituto per citatum procuratore reperibili in partibus, & acceptante, decernit processum per affixionem ad valuas maioris Ecclesiæ.

Si omitteretur citatio ad videndũ decerni litteras cõpulsoriales generales, non tamé causaretur nullitas processus exinde facti pro extractione, cùm, vt dictum est, concedi possint parte etiam non citata, & sufficeret si in partibus coram compulsore pars legitimè fuisset citata.

Si autem omitteretur citatio ad videndum decerni litteras compulsoriales speciales; tunc illarum decretum non retardaret processum.sed si in partibus earum vigore extraherentur iura, parte tamen ibi legitimè citata, extractio iurium nõ esset nulla; quia tunc compulsoria specialis sustineretur in vim cõpulsoriæ generalis, cùm ex iam dictis nulla alia inter eas sit differentia, nisi quod specialis retardet processum, generalis verò non.

209 Pro obtinendis litteris cõpulsorialibus citari debet, vel principalis, si est in Curia, vel procurator legitimus; quia alias non posset concordare de Iudice, nec de alijs. *Vestr. lib.6. cap.*1. *n.* 13. neque posset substituere.

Et quando quis non censeatur legitimus procurator dictum est supra *cap.9.n.332. & seqq.*

210 Similiter pro compulsoria instare debet, vel principalis, vel legitimus eius procurator; nam si obtineretur per assertum procuratorem, licet ea vsus fuisset aduersarius, & iura extraxisset, extractio nulla esset, nisi per eũ cuius nomine fuit impetrata, ratificata fuisset. *Felin.in cap. nonnulli, §. sunt, n.49. vers. limita, de rescr. Mohed. decis.4. eodem tit.*

Compulsoria, vt dictum est,

est, petitur lite pendente in Curia, pro extractione iuriū alibi existentium, vt authoritate Iudicis, & citata parte fiat eorum transumptū, quod fidem mereatur.

Sed quia contingere potest, vt iura existant, vel penes notarium, seu actuarium rogatum, vel eius successorē, vel penes Archiuistam, in Archiuio siue publico, siue priuato, ideo contingit etiam, vt non semper, tametsi lite pendente, necessaria sit compulsoria.

211 Si instrumenta sunt penes notarium rogatum, ipse tenetur edere in publicam formam, alias ei non crederetur fidem facienti, se fuisse rogatum de instrumento super tali re, & inter tales. *Cyn. Bar. Bal.* & alij in *l. contractus, C. de fide instr. Guid. Pap. quaest. 19. n. 1. Dec. cons. 302. n. 14. & 15. Achil. decis. 4. de fid. instr. Mantic. decis. 62. n. 3.*

212 Et de iure notarius potest cogi edere ei, qui mandauit instrumentum confici, quando eius interest. quod si vnum deficiat, non sufficit ad cogendum. *gloss. Alex. Ias. Bar. & Bal. in l. praetor, ff. de eden. Dec. in cap. 1. n. 5. de probat.* sed de stylo Rotae cogi potest etiam ab eo, qui nō mandauit, quando eius interest. *Rot. in nou. decis. 5. de probat. Caput. decis. 245. n. 1. par. 2.*

213 Et vt notarius possit dare transumptum publicum non requiritur compulsoria, neque partis citatio. *l. si quis ex argentarijs, §. probibet, ff. de eden. Bart. in Auth. si quis in aliquo. 2. opposit, C. de eden. & ibi Ias. n. 3. & Dec. n. 15. Rot. in nou. decis. 1. de fid. instrum. & in recentiss. decis. 404. n. 1. & 667. par. 1.*

214 Et nedum potest dare transumptum publicū totius instrumenti à se rogati; sed etiam illius solam particulā. *Bar. in l. 2. §. fin. ff. quemadmodum testam. aper. & in l. argentarius, §. edi, ff. de eden. Dec. in cap. 1. n. 62. de probat. Burattus decis. 243. n. 4.*

215 Et quamuis notarius rogatus in subscriptione se enūciaret simpliciter notarium, absque eo, quod adderet rogatum, tamen praesumeretur rogatus, donec probaretur contrarium. *Rot. in recentiss. par. 2. decis. 271. n. 6. Cappel. Tholos. decis. 183. & ibi adden.*

Et.

216 Et si notarius rogatus in extractione, dicat quod est copia, non censetur in forma probanti. *Soc. in auth. si quis in aliquo, col. 4. vers. aliquando, & secundo, C. de eden. Caput. decis. 246. n. 2. par. 2.*

217 Similiter si iura sunt penes notarium actuarium, non requiritur compulsoria; quia actuarius sine illa, & sine partis citatione potest suum processum extrahere. *l. vnum, & ibi not. C. de testam. Doct. in auth. si quis in aliquo, C. de eden.* atque etiam instrumenta alterius notarij, quæ coram eo fuerunt producta; quia cùm fuerint producta coram eo, effecta sunt de actis ipsius. *Maran. de ord. iud. par. 6. §. decimus actus, sub n. 3. vers. quãdoque producens instrumenta. Greg. decis. 38. n. 1. & 2.*

218 Et scripturæ extractæ, & subscriptæ à notario actuario habentur loco originalium. *Bal. in l. publicari, n. 9. Iason. n. 4. C. de testam. Alex. in auth. si quis in aliquo, n. 5. Dec. n. 15. C. de eden. Couarr. pract. quæst. cap. 19. n. 3. Greg. decis. 454. n. 1.* & quod ille sit actuarius, probatur ex eius assertione, secundũ stylum Rotæ. *Caput. decis. 245. par. 2. Greg. d. decis. 454. num. 2.*

219 Si sunt iura penes notarium in officio subrogatum, seu successorem, tunc ab eo possunt extrahi sine compulsoria, etiam lite pendente. *Caualer. decis. 634. n. 1. Bar. in l. si quis ex argentarijs, §. 1. n. 3. ff. de eden. Dec. in auth. si quis in aliquo, n. 26. eodem tit. Couarr. pract. quæst. cap. 19. n. 3. Rot. in recentiss. par. 1. dec. 332. n. 4. & in recent. decis. 132. n. 3. par. 2.*

220 Præsumitur autem successor eo ipso, quod se subscripsit, quamuis se successorem non nominet. *Rot. in recentiss. decis. 404. n. 6. & 7. par. 1.*

221 Eidemque in officio successori, asserenti scripturas repertas fuisse in originalibus sui antecessoris, creditur. *Seraphin. decis. 1334. n. 4. Rota in recentiss. decis. 549. n. 5. p. 2.*

222 Nota tamen vnum casũ, quo requiritur citatio, etiam quando successor in officio vult extrahere instrumentũ prædecessoris, nempe si instrumentum consumeretur; quia tunc originale tanquam consumptum non est mansurum; sed loco illius mansurũ est extractum. & ideo requiritur

ritur citatio, vel specialis interesse habentis, vel generalis interesse putantium. *Felin. in cap. cùm P. Tabellio, n. 3. vers. tertio quaeritur, de fide instrum. Rot. in recētiss. par. 1. dec. 404. n. 7. in fin.*

223 Si iura sunt penes Archiuistam, idem Archiuista potest legitimè exemplare, & publicare, absque Iudicis decreto, & partis citatione, perinde ac si de suo originali extraheret, cùm censeatur subrogatus in locum notarij mortui. *Card. cōs. 72. n. 6. & 7. Couarr. sequitur pract. quaest. cap. 11. n. 3. vers. hoc ipsum. Caput. decis. 244. n. 3. par. 2. Rot. in recentiss. decis. 664. n. 5. par. 1. & coram Caualerio, decis. 351. n. 1.*

Et idem de Archiuista, seu Custode scripturarum Curiae Archiepiscopalis, dixit *Rota in recent. par. 2. decis. 27. n. 1.*

224 Et quod quis sit Archiuista, probatur ex eiusdem subscriptione, & assertione. *Caput. decis. 247. par. 2. Rota in recentiss. par. 2. decis. 144. n. 2.*

225 Si verò iura sunt penes alium, non possunt transumptari lite pendente, sine compulsoria, vtputà si sunt penes alios notarios non rogatos, nec successores, nec Archiuistas, vel alias personas priuatas, itē & apud haeredes, cùm de iure, protocolli, imbreuiaturae, & scripturae notarij mortui remanere debeant penes eius haeredes. *Alex. in l. si quis ex argentarijs, n. 5.* & ibi *Ias. n. 14. ff. de eden. Rot. in recent. decis. 437. n. 2. par. 2.*

226 Ideoque pro illis extrahendis requiritur compulsoria, cuius triplex est effectus. Primus, vt recusantes iura penes se existentia exhibere, compellantur Iudicis authoritate. Secundus, vt illis per compulsorem inspectis, & per testes recognitis, constare possit qualia sint illa iura. Tertius, & vltimus, vt ex illis authoritate Iudicis, & notarij deputandi diligentia, & fide transumptum fiat in publica forma, & ad Vrbem transmittatur.

227 Ad euitandam autem suspicionem Iudicis, fit citatio, vt supra ostensum est, ad concordandum de Iudice, alias videndum per D. deputari. & Iudex vel deputat duos hinc inde electos, vel in discordia partium, ex officio vnum.

vnum. & quando compulsoriales dantur sine citatione partis, tunc diriguntur omnibus, & singulis clericis, & tabellionibus. *Put. decis.* 192. *lib.*3.

228 Et in eis quando apponitur clausula, vt vnus vestrum alium non expectet, possunt eas exequi diuersi Iudices, itaut processus inchoatus ab vno, possit ab alio finiri vigore d. clausulæ, vt per *Put. ibidem*.

229 Et non est necesse, vt Iudex compulsoriæ sit constitutus in dignitate, iuxta formam traditam in *cap. statutũ, de rescript. in 6. Rota in nou. decis.* 30. *in addit. eodem tit. de rescript.* quia compulsores non dantur vti Iudices; sed vti executores ad compellẽdum. *Put. vbi supra, Achil. decis.*3. *de off. deleg. Rot. diuers. decis.*449. *n.*3. *par.*3. *lib.*3.

230 Religiosus tamen non potest deputari compulsor, cùm nequeat se intromittere in iudicialibus, sine consensu sui superioris. *Clem. religiosus, de procur.* & processus ab eo factus esset nullus. *Caput. decis.* 174. *par.*1. sed quando viueret extra claustra, quod posset compulsare iura, dixit *Rot. diuers. decis.* 433. *n.* 2. *par.* 3. *lib.*3.

231 Licet enim Iudices compulsores citent testes, deferant iuramenta super recognitione, compellant, & excommunicent, & ita faciant actus iuridicos, iuxta *gloss. primam in Clem.*1. *de off. deleg.* tamen iurisdictionem non exercent; sed sunt nudi executores eorum, quæ illis committuntur. *Mantic. decis.*199. *n.*2.

232 Postquam Iudex cõpulsoriæ in Curia fuit per Iudicẽ causæ electus, vel ex officio, vel de consensu partium, non potest de stylo allegari suspectus in partibus, nisi ex causa ardua, quæ de nouo ad partis notitiam deuenerit. *Caputaq. decis.*238. *n.*3. *par.*1. *& decis.*7. *n.*4. *par.*3.

233 Et allegatio suspicionis non admittitur, quando proponitur ab eo, qui speciale mandatum non habet; quia causa suspicionis residet animo, & ideo per procuratorem non habentem speciale mandatum allegari non potest. *Paris. cons.* 31. *n.*72. *&* 112. *lib.*1. *Caput. decis.* 168. *n.* 1. *&* 2. *par.*1.

234 Et quando vel à principali, vel à procuratore legitimo

timo recusatur, si non appellatur à processu ad vlteriora, nihilominus processus factus tenet de iure Canonico, & ex obseruantia Rotæ. *Achil. decis. 1. de except.* factus autem post interpositam appellationem, non tenet, licet appellans non fuerit appellationẽ prosecutus. *Rot. diuers. decis. 2. n. 17. par. 2.* & etiam quod appellatio foret deserta. *Lap. alleg. 1. Put. decis. 30. n. 4. lib. 2.*

235 Et quando essent deputati duo Iudices compulsoriæ insolidum, itaut vnus solus posset procedere, si procedat simul non recusatus cum recusato, nihilominus processus valet, tum quia potuit ignorare recusationem alterius, tum etiam quia tanquam datus insolidum, potuisset alio impedito, vel etiam non expectato, solus procedere, vt per *Achil. decis. 2. de except.* de hac materia recusationis Iudicis, plura dicta sunt supra *cap. 9. n. 143. & seqq.*

236 Citatur pariter ad concordandum de loco, ad euitandum loci incertitudinem, ac etiam suspicionem. & concordato de eo, quidquid fieret extra illum, esset nullum; est enim *tex.* expressus in *cap. statutum, §. in nullo quoque, de rescript. in 6.* quod Iudex extra Ciuitatẽ, seu Diœcesim, in quibus deputatus fuerit, non citet partes, nec de causa sibi cõmissa cognoscat; nisi ad id expressus accesserit earundem assensus. & ibi not. *gloss. Gemin. & Franc. Rot. in nou. decis. 3. de rescript.* & in specie de executore litterarum compulsorialium, quod eius processus factus extra locum concordatum, & deputatum, non valeat, dixit *Rot. corã Seraph. decis. 90. n. 1. & decis. 94.* & quamuis processus extra locum fuisset factus, & partes voluntariè, & scienter coram eodem Iudice, & extra locum processissent, & ita consensisse viderentur, cùm plus sit facto cõsentire, quam verbo; tamen processus esset nullus, quia *tex.* in *d. §. in nulloquoque*, exigit expressum consensum partium, & ideo non sufficit tacitus, prout ita censuit *Rot. in nou. decis. 15. n. 1. de off. deleg.*

237 Et quia, vt dictum est, quod pro obtinenda compulsoria speciali, quæ retardat processum, debet citari ad concordandum etiam de termino infra quem, alias videndum

dum præfigi ex officio ideo, si in termino præfixo, & concordato processus non fiat, sed extra terminũ, remanet nullus.

238 Citatur tandem, vt dictũ est, ad constituendum, seù substituendum procuratorem in partibus reperibilem, & acceptantem, alias videndum mandari procedi per affixionem ad valuas maioris Ecclesiæ loci deputandi, hoc est, si agitur cum principali, citatur ad constituendum; si verò cum procuratore, citatur ad substituendum, qui si in termino, & ante expeditas litteras compulsoriæ non deputent procuratorem in partibus citandũ, sibi debent imputare, si fieret processus per affixionem, qui vtiquè valeret. *Caput. decis.* 175. *n.* 1. *p.* 1. at si procuratores constituãt, substituantuè, debent illi in partibus citari; qui si non acceptent, vel refutent, potest procedi per affixionem, & debent sibi imputare, qui procuratores idoneos non elegerunt. Sed si procurator, qui esset constitutus in partibus, alium substitueret, qui postea non acceptaret, non posset cum eo procedi, nec per affixionem; sed deberet citari primus procurator, & cum eo procedi. *Caput. decis.* 401. per totam, *par.* 2. *Seraph. decis.* 400. *n.* 2.

Iudex itaque decernit litteras compulsoriales, & si vtraque pars nominat suum Iudicem, deputat eosdem nominatos, vel arbitrio suo: in discordia partium, alium eligit. & nisi partes constituant procuratorem, mandat procedi per affixionem, quæ facultas nisi in litteris committeretur, Iudex compulsor nõ posset mandare ita procedi, sed deberet, vel personaliter citare, vel domi, & in subsidiũ ad valuas. *Duran. decis.* 32. *n.* 12. In expeditione litterarũ compulsorialium notarij solent, in earum calce adnotare procuratores constitutos, vt scire possint, tam Iudex, quã partes, qui debeant pro illarum executione citari.

239 Præsentantur Iudici litteræ coram notario, & testibus, vt de actu præsentationis, & de Iudicis acceptatione constet, à quo petitur, vt ad illarum executionem velit procedere, & eligere locum, vbi velit pro tribunali sedere. & notarium deputare, & nun-

& nuncium, & illi committere, vt faciat diligentiam de reperiendis procuratoribus nominatis. *Vestr. in praxi, lib. 6. cap. 1. n. 14.* & hæc omnia facit Iudex absque citatione alterius partis; quia huiusmodi deputationes sũt actus præparatorij ad citationem, & ideo possunt expediri sine citatione. *Bal. in l. ea quæ, n. 8. vers. vlt. nota, C. quom. & quan. iud.* & in *l. sed, etsi, §. prætor,* in princ. & ibi *Alex. in §. liberos, n. 10. in fin. ff. de in ius voc. Corn. cons. 46. n. 20. & seq. lib. 2. Buratt. dec. 606. n. 1.*

240 Sed quia in interlocutorijs intimatio habet vim citationis. *Surd. cons. 86. n. 21. Rot. in recent. decis. 227. n. 1. par. 1.* & dictũ est supra *cap. 6. n. 72. & seqq.* & superius hoc eodẽ *cap. n. 26. & 161.* ideo parti debet fieri intimatio, qualiter præsentatæ fuerũt Iudici litteræ compulsoriæ, & is deputauit locum tribunalis, notarium, & nuncium, quæ intimatio est omnino necessaria, tanquam respiciens defensionem, iuxta deducta in d. *cap. 6. n. 69. & seqq.*

241 Qua intimatione facta, si pars deputationi non contradicat, censetur approbare *l. 1. vbi gloss.* in verbo, *ob tempora,* & ibi *Bar. C. de postul. l. ab eo, C. de appellat.* & si contradicat, potest Iudex compulsor facere aliam deputationẽ, cùm semper interlocutoria possit reuocari. *l. quod iussit, ff. de re iud.* & si petat sibi dari copiam litterarum compulsorialium, debet dari, vt ei cõstet de Iudicis delegati potestate. *l. prohibitum, C. de iure fisci, gloss. & Doct. in cap. cùm in iure peritus, de off. deleg.* ita cẽsuit *Rot. corã Duran. dec. 6. n. 5.*

242 Notarius autem, quamuis à Iudice deputatus, potest per vnam, vel alteram partem etiam ex solo iuramento suspectus recusari. *Bal. in cap. super quæstionum, col. 1. vers. pone quod notarius, de off. deleg. Franc. in cap. cùm speciali, col. 5. vers. 2. dubitatur, de appellat. Alex. cons. 104. col. 1. vol. 5. Caput. decis. 64. n. 3. & 4. par. 3.* & quandocumque notarius potest grauare partem in examine testium, vel extractione iurium, semper potest allegari suspectus. *Abb. in d. cap. super quæstionum, n. 5. de off. deleg.* maximè stante expressione iustæ causæ, & appellatione; *Innoc. & alij in cap. cùm speciali, de appellat. Lap. alleg. 1.*

Achil. decis. 3. de except. Lancellott. de attent. post recusat. n. 7. Rot. in recentiss. decis. 107. n. 1. & 2. par. 2. quæ recusatio debet proponi ante examen testium, & extractionẽ iurium; postea verò, causa expedita, nõ. *cap. cùm speciali, & cap. secũdo requiris, de appellat.*

243 Nominantur deinde illi, qui sunt compellendi penes, quos scripturæ specificatæ, & designatæ reperiuntur, contra quos Iudex relaxat monitorium, vt sub excommunicationis, alijsque pœnis in litteris compulsorialibus cõtentis, debeant infra triduum iura, & monumenta, & alia, illa designando, coram dicto Iudice compulsore apud acta notarij exhibere, ad effectum ex illis exemplum transumptandi, vt per *Vestr. d. lib. 6. cap. 1. n. 14. vers. his omnibus.*

244 Huiusmodi monitorium Iudex compulsor non potest decernere contra partes; quia an vnus alteri aduersario teneatur edere, vel exhibere iura penes se existentia ex causa, ad Iudicis officium solet pertinere, vt dicitur in *l. 1. C. de eden.* & ideo Iudici compulsori non datur facultas cõpellendi quoad partes; sed quoad notarios, & alios. *Rota post cons. Farin. par. 2. decis. 22. n. 1.* & casu quo quis vellet cõpelli partem ad exhibendum iura penes eam existentia, recurrendum est ad Rotam.

245 Et disputandum an pars teneatur edere. quo casu regula est, quod ad hoc, vt aliquis cogi possit aduersario edere, duo probari debent, nẽpe interesse petentis, & existentia scripturæ. *l. in hac actione, ff. ad exhiben. Ias. in §. præterea, instit. de act. n.* 42. cum pluribus sequentibus.

246 Interesse potest probari solo iuramẽto. *l. thesaurus, ff. ad exhib. l. vlt. C. de fid. instr. Bar. in l. 1. n. 5. ff. quemadm. test. aper. Ias. in d. §. præterea, n. 46.*

247 Existentia autem debet probari de tempore motæ litis. *gloss. in l. non ignorabit,* in verbo, *fuisse, C. ad exhib. Abb. in cap. cùm ad sedem, n. 15. in fin. ff. de restit. spol.* alias enim non esset necessaria consequentia, habuit antea; ergo nunc habet. arg. *l. non hoc, C. vnde legit.* pro tempore autẽ motæ litis, non consideratur tempus quæstionis incidenter motæ super exhibitione scripturæ; sed tempus quæstio-

stionis super negocio principali motæ: quia tunc quæstio incidens super exhibitione non facit litem nouam. *Bar. in l.fin.n.*1.vers. *oppono,& videtur,ff. de tabul.exhib. Alex. cons.*58.*sub n.7.lib.*1.sed quãdo lis principaliter fuit mota super exhibitione, tunc illius tempus attenderetur.*l.tigni,* §.*vlt.*& ibi *Alber.ff.ad exhib.*& ita censuit Rota coram *Card. Caual.decis.*82.*n.*2. vbi sub *n.* 7. dicitur

249 Ad probandã medio iuramento scripturæ amissionẽ nõ fuisse admissum illum, qui admissionem allegabat ex coniecturis. ibi cõsideratis,cùm alias de iure talis amissio iuramẽto possit probari.*Guid.Pap. decis.*244. cum alijs alleg. in eadem *decis. Caual.* 82. *n.*7.

250 Potest igitur compulsor solos notarios, aliosque, non autem ipsos litigãtes, cogere ad exhibendum instrumenta ad causam facientia, & specificata,sub pœnis tamen,& cẽsuris per Auditorem latis in eisdem litteris,non autem per eum fulminandis. *Rot. in nou. decis.*1.*in fin.de fid.instr.*compulsor enim, vt etiam supra diximus.est merus executor, & ideo nõ potest nisi implere formam in litteris sibi præscriptã,& monere sub pœnis in litteris contentis, vt in forma monitorij posita per *Vestr. d.lib.*6.*cap.*1.*n.*14.

251 Exhibitis postmodũ iuribus citatur pars, ad dicendũ contra iura producta,& repetita, videndum iurare testes super illorum recognitione,& postquam fuerint recognita, videndũ mandari extrahi iura per infrascriptum instantẽ specificanda ad p. d. quæ citatio in termino reproducitur, & inducuntur testes, & specificantur iura,quæ Iudex mãdat recognosci,& extrahi.

Hæc citatio est omnino necessaria, vt pars possit opponere,& Iudex possit testes super recognitione recipere, & illis iuramentum deferre.

252 Si pars petat copiam iurium, non est danda; quia cõpulsor non est Iudex, vt iura debeat admittere, vel reijcere;sed est merus executor pro illorum extractione: quando enim coram Iudice producũtur iura ad effectum probationis: tunc debet decerni copia parti cum termino ad opponendum.*Bar.cõmuniter approbatus in extrau. ad reprim. in verbo,de plano.Ias.in l.ait prætor,*

tor,§.si Iudex,n.21.ff.de re iud. Sed quando coram Iudice compulsore producuntur ad effectum extractionis, sola productio sufficit, vel parte præsente, vel citata, absque traditione copiæ. *Cacher. decis.1.n.46. & seqq.* cùm sint partes Iudicis decernere copiam parti, non autem executoris.ita censuit *Rot.diuers. decis. 76.n.18. & seqq.par.6.*

253 Et sufficit,quod illa inspiciat, & mandet exemplari cũ designationibus signorum, & vitiorum, quæ sunt in originali. & notarij fidem facere non solent de hac diligentia, & inspectione Iudicis; quia pro Iudice præsumitur.

254 Sed bene debent extrahere de verbo ad verbum prout iacent, cum apostillis, & interlineationibus, & cassaturis, vt Iudex causæ possit iudicare qualis sit scriptura,& illam vel reijcere vti suspectam, vel informem; vel admittere tanquam vitio carentem. *Rot. diuers. d. decis. 76. n.7. & seqq. par.6.*

255 Quod autem habetur in *cap.fin.de fide instr.* ibi, *si instrumenta propter vetustatem, vel propter aliam iustam causam exemplari petantur coram ordinario Iudice, vel delegato ab eo, specialiter præsententur, quæ si ea diligenter inspecta in nulla sua parte vitiata reperit, per publicam personam illa præcipiat exemplari, eamdem authoritatem per hoc cum originalibus habitura.* non potest extendi ad casum compulsoriæ.

256 Quia solẽnitas inspectionis requiritur in instrumentis renouandis propter vetustatem, vel propter aliam iustã causam, hoc est, vt supplet ibi *gloss.* quia littera incipit deleri ex vitio chartæ, vel encausti,quamuis instrumentum de nouo sit factum,& tũc facienda est renouatio, si adhuc sint integra,quod non sit dubitatio de eorum tenore, alias non, vt in ea. In extrahendis autem iuribus vigore compulsoriæ, hæc solemnitas inspectionis non requiritur; quia iura debent extrahi eo modo,quo iacent,& cum suis vitijs, quæ possunt ostendi p partem, quæ adhunc effectũ citatur ad dicendum contra, & ita etiam respondit *Rot. in d.decis.76.n.15.*

257 Et quamuis coram cõpulsore pars non opponeret cõtra iura;tamẽ potest cõtra eadem opponere in Curia, vt cen-

censuit *Rota coram Seraphino, dec.*320.*n.*3. maximè si fuisset oppositum generalia cõtra.

258 Citatur autem ad videndum iurare testes super illorum recognitione, quæ citatio est omnino necessaria; quia testes iurare debent parte citata. *cap.*2. *de testibus*, ibi *oportet, vt testimonia dentur, illo admonito à Iudice, aut defensore venire, & audire testes*, vbi *gloss.* in verbo *audire*, declarat, idest *videre, & audire eos iurantes, & post publicationem videre, & audire dicta ipsorum poterunt*. & omissa hac citatione, recognitio coram compulsore facta, esset nulla. *Caput. decis.*4. *par.*3. & generaliter testes examinati non probant nisi præcesserit citatio ad videndum iurare testes. vt not. Doct. in d. *cap.*2. *de testib.* & in *l. si quando, C. eodem. Mantic. decis.*155.*n.*2. etiam si iudicium esset summarium. *Clem. sæpe, §. non sic tamen, de verb. signific. Felin. in d. cap.*2. *de testib. Mantic. decis.*206. *n.* 1. & loco huius citationis nõ sufficeret, quod notarius assereret se notificasse decretum Iudicis super dicta recognitione facienda; quia notario attestanti de citatione à se facta, non creditur *Card. cons.* 72. *post n.* 15. *vers. sed Io: Andr. Put. decis.* 5. *lib.* 3. *Greg. decis.* 71. *n.* 2. defectus tamen citationis, ad videndum iurare testes, tolleretur ex monitione, per Iudicẽ facta ad videndum iurare testes, & parti personaliter intimata. *Rot. in recent. par.* 1. *decis.* 330. *in fin.*

259 Atque si talis citatio facta fuisset pro omnibus, & singulis diebus, non valeret. *Bal. cons.* 268. *n.* 1. *par.* 1. *Put. decis.* 258. *in fin. lib.* 1. *Mobed. decis.* 4. *de testib. Cresc. dec.* 10. *de dol. & cont. Greg. d. dec.* 71. *n.* 3. Rota tamen censuit, quod etiam coram compulsore citatio facta pro singulis diebus, & horis tertiarum, licet iudeatur nimis vaga; tamen sustinetur saltem per duos dies, si in illis fuit, vel pręstitum iuramentum, vel facta iurium extractio, maximè cùm haberet certam horam tertiarum, qua ratione non videretur inducere perpetuã seruitutem, vt in *decis.* 311. *n.* 3. *par.* 1. *diuers.* cum alijs relatis per *adden. ad Greg. d. decis.* 71. *n.* 6.

260 Compulsor examen testium, cùm sit iurisdictionis,

non poteſt ſiue notario, ſiue alteri committere, niſi in litteris ſibi data eſſet ſpecialis facultas ſubdelegandi. *Caput. decif.* 167. *n.* 2. *par.* 1. alias abſque dicta facultate ſubdelegatus à compulſore nulliter compulſoriam exequeretur, & iura remanerent nulliter extracta, etiam ſi fuiſſet ſubdelegatus de conſenſu partium; quia pacto priuatorum non datur iuriſdictio. & delegatus ab ordinario.

261 Prout etiam ſubdelegatus delegati à Principe, non poteſt alteri vices ſuas committere, nec etiam de partiū conſenſu cōmittere examen teſtium, ita *Rot. in nou. dec.* 8. *de off. deleg.* vbi in fine dicitur, quod quando receptio teſtium fuit facta nulliter, à Iudice tamen habente iuriſdictionem, poſſet ſaluari; ſecus autē à Iudice iuriſdictione carente.

262 Declara igitur aliud eſſe ſubdelegare, & demandare ea quæ ſunt iuriſdictionis, & ſic committere totum examen, quod fieri nequit à compulſore: & aliud eſt committere nudum miniſterium, & ſic ſolam examinationem, & receptionem iuramentorum teſtium, quod per compulſorem fieri poteſt. *gloſ.* 1. *in Clem. vn.* & ibi *Anchar. n.* 4. & *Card. n.* 7. *de iud. Bellam. decif.* 43. *Rot. diuerſ. decif.* 630. *n.* 6. *par.* 1. *& in recentiſſ. p.* 1. *decif.* 628. *n.* 8.

263 Quæ autem ſint iuriſdictionis explicat eadē *gloſſ.* 1. in d. *Clem. vn. de iud.* nempe, recipere articulos, & in interrogatoria, cogere teſtes, citare eum, contra quem producantur, ad videndum iurare, recipere exceptiones, refrenare teſtium multitudinem, & prout in ea.

264 Recipere autem iuramēta, & depoſitiones teſtium de mandato compulſoris, eſt nudum miniſterium. & in hoc examinator eſt veluti Pica, vt poſt *Hoſt.* inquit *Cardin. vbi ſupra d. n.* 7. ſi autem totum examen committeretur, proceſſus non valeret; & ſi allegaretur ſtylus illarum partium, tanquam cōtrarius iuri communi, deberet probari obtentus in cōtradictorio Iudicio. *Anchar. conſ.* 178. *n.* 7. *Rot. in recentiſſ. par.* 1. *dec.* 675. *n.* 3.

265 Si verò allegaretur alius ſtylus de partibus, quod ſcilicet teſtes inducantur corā nota-

notario, & in eiusdem manibus deferatur iuramentum de mandato Iudicis, vtique reciperetur, & approbaretur per Rotam, tanquam iuri cõmuni non repugnans, & sufficeret sola fides. *Rot. in recentiss. par. 1. decis. 485. n. 3.* vbi aliæ referuntur.

266 Et quamuis Iudex compulsor sit merus executor, & non videatur posse habere iurisdictionem citandi ab Auditore, iuxta notata in *Clem. Auditor, de rescript.* tamen firmatum fuit antiquitus, vt Auditor possit dare facultatem citandi compulsori, quia alias transumptatio iurium, facta absque partis citatione, non valeret: possent enim esse falsa, vel abrasa, & alias vitiata. ita censuit *Rota in nouis decis. 1. de fide instr. Vestr. in praxi, lib. 6. cap. 1. n. 15.*

267 Recognitio iurium potest fieri in vim compulsorialium coram Iudice compulsore, qui habet facultatem faciendi recognoscere iura cõpulsata, & successiuè habet facultatem recipiendi testes pro illorum recognitione, & ita passim seruatur: alias opus esset, post factam compulsationem, remissoriam recipere pro recognitione, quod nedum absurdum esset; sed etiã valde dispendiosum, ita *Rot. in recent. par. 1. decis. 330. n. 8.*

268 Itaque si recognitio fieret sine partis citatione, compulsatio, & extractio iurium esset nulla. *Caput. dec. 4. par. 3.*

269 Et iura nõ dicerentur in forma probanti: nã deficiente citatione ad videndum iurare testes super recognitione, deficit substantia depositionis, quæ pendet à iuramento. *l. iuris iurandi, C. de test. lib.* & parti interest cognoscere testes, ne vnus pro altero supponatur. *cap. 2. de test lib.* & ibi *Abb. n. 6. Rot. in recentiss. decis. 729. n. 1. par. 1.* & sicut testes non probant contra non citatum, ita nec probant pro non citato. *Vital. in Clem. 2. n. 91. de test lib. Achil. dec. 1. de testibus.*

270 Hæc intellige si fuerint extracta, siue exemplata per alium notarium, quàm per eum, qui illa confecit: quia tunc illis staretur tanquam originalibus, sine vocatione partis. *Rot. in nou. decis. 1. de fide instr.* idem si extracta fuissent à successore in officio: quia non requiritur tunc citatio partis, neque decre-

tum Iudicis. *Greg.decis.3.n.1.*

271 Et ideo processus compulsorialis licet fuerit nulliter fabricatus, ex eo quia citationes non fuerunt legitimè executæ, nec fuit expectatus dies termini, tamen quando ille processus est publicatus per notarium actuarium, qui de illo rogatus est, fidem facit. *Rot. in ant. decis.4. de fide instrum.* maximè si idem notarius attestatur, quod præsens fuit cõfectioni illius processus, & manus sua sit recognita. *Caput.decis.170. par.1.*

Et quia post præstitum iuramentum, iura extrahenda subijciuntur oculis testium, vt ea recognoscant; oportune, & vtiliter quæro de tribus. Primò, an, & quando recognitio sit necessaria, vel non. Secundò, quid testes recognoscere debeãt, & quomodo. Tertiò, vt vltimo, quibus modis recognitio fieri possit.

272 Ad primum, generale est, quod iura non recognita remanent tanquam scriptura priuata, & nullam faciunt fidem. *cap.2. de fide instr. l.instrumenta, C.de probat. Oldrad. cons.1. n. 3. Rot. in recent. decis.143. n.3. par.2.*

273 Et quod recognosci debeant scripturæ, tàm publicæ, quàm priuatæ. *tex.* est in *l.comparationes, cum auth. seq. C. de fid. instr.* & in *§. si verò moriantur, in auth. de instrum. caut. & fide.*

274 Declara tamen, quod iura producta, & non recognita, probant citata parte, & non opponente. *Doct. in auth. si quis in aliquo, C. de eden. Caput. decis.117. n.4. par.3.* itaut pars, quæ non opposuit in prima instantia, nihil fieri nisi recognitis iuribus, non potest in secunda instantia opponere, quod iura non sint recognita. *Caput. decis.5. n.5. p.3. Caualer. decis.142. n.6.*

Sed in contrarium, quod quamuis in partibus non fuerit oppositum de recognitione, nihilominus possit opponi in Curia, censuit *Rot. diuers. decis.644. n.5. par.3.* & in *recent. decis.143. n.3. par.2.*

Sed distingue, aut Iudex pronũciauit super iuribus nõ recognitis; tunc quia Iudex illa recepit, saltem tacitè, ideo pars non potest amplius opponere, quod non sint in forma probanti: secus quando Iudex illa tacitè non recepit, seu admisit; quia sicut illa

illa Iudex posset reijcere, ita & pars contra ea potest opponere. & hanc distinctionẽ facit *Socc. in auth. si quis in aliquo, in fin. C. de eden. & ibidẽ Decius*, & secuta est *Rot. corã Put. decis. 119. n. 1. & 2. lib. 2. & coram Caualer. d. decis. 142. n. 6.*

275 Et propterea, quando iura non essent recognita coram compulsore, posset opponi de defectu recognitionis in Curia, vbi debent recognosci. *Put. decis. 359. n. 3. lib. 2. Rot. in recent. decis. 271. n. 7. par. 1.* Iudex enim compulsor non iudicat super scripturis productis; sed Iudex in prima instantia, si super iuribus productis pronunciat, tũc pars quæ non opposuit de recognitione, non potest de ea opponere in secunda, & ita exemplificatur prædicta distinctio.

276 Sed quid si contra iura producta opposuisset generalia contra. Dico, quod ex hac oppositione generali solum præseruatur ius specificandi in processu causæ. *Vestr. in praxi, lib. 8. & vlt. n. 10. vers. seruatum est*, & ideo si pendente causa non fuit specificata, nihil releuat. *Bar. in l. 1. n. 7. vers. dico quod sic, ff. de except. gloss. in cap. pastoralis*, in verbo *protestatæ*, in fine, & ibi *Felin. n. 13. de except. Alex. cons. 58. n. 1.* vers. *& omissis except. lib. 5. Rot. in Lucana expensarum, 24. Maij 1600. coram Penia.*

Nota modo plures casus quibus iura producta non indigent recognitione.

277 Primus est, quando instrumentum nullum continet vitium visibile, & fuit productum, vel parte citata, vel præsente, quæ non opposuit de recognitione. *Coccin. decis. 404. n. 5. Gonzalez reg. 8. gloss. 64. n. 2.*

Secundus, quando iura sunt producta in tribunali, in quo nota sunt sigilla, & legalitates positæ in eisdem iuribus. *Felin. in cap. post cessionem, n. 17. vers. 4. requiritur, de probat. Vestr. in praxi, lib. 6. cap. 1. n. 9. Caualer. d. decis. 142. n. 8.*

Tertius, quando producuntur iura antiqua; nam tũc non est necesse probare, quod ille, qui instrumentum subscripsit, fuerit notarius, vel in quasi possessione notariatus; quia ex ipso actu antiquo oritur præsumptio. vt not. *Innocent. in cap. veniens, de verborum*

borum signific. ita tradit *Bald. in auth. quas actiones, in fin. n.* 17. *C. de sacrosanct. Eccles. & repetit Afflict. decis.* 251. *n.* 6.

278 Qui subiungit, quod propter temporis antiquitatem præsumuntur omnia solemniter acta, etiam quando solemnitates sunt extrinsecæ. *Alex. cons.* 69. *col.* 3. *& cons.* 112. *col.* 2. *lib.* 1. & propter antiquitatem statur probationi imperfectæ. *Alex. cōs.* 12. *circa fin. vol.* 4. *Afflict. d. decis.* 251. *in fin.*

279 Et quando instrumentum publicum habet publicam formam, facit plenam fidem, licet negetur scriptum eius manu, cuius scriptum, vel subscriptum legitur, quando scilicet instrumentū esset ita antiquum, quod per testes viuentes manus illius notarij non posset probari. *Bald. in l. comparationes, C. de fid. instr. Milis in suo repertorio, in verbo instrumentum habens publicam formam.* sed quot annorum requiritur antiquitas?

280 Dic quod ad effectum, vt manus scribentis non sit necessaria recognitio per testes, instrumentum dicitur antiquum, si est rogatum per 60. annos ante; quia tunc verisimiliter non posset reperiri testis notam habens manum. *Caput. decis.* 5. *par.* 3. *Seraphin. decis.* 928. *n.* 1. *& decis.* 75. & eo magis si instrumentum esset supra 70. vel 80. annos. *Caualer. decis.* 518. *n.* 4.

281 Ad effectum autem, vt non sit necessaria recognitio scripturæ, etiam per comparationem, neque etiam requiratur probatio notariatus, tūc instrumentum dicitur antiquum, si sit rogatum antea per centum annos, ex adductis per *adden. ad Greg. decis.* 389. *n.* 7. *Rot. diuers. par.* 6. *decis.* 184. *n.* 5.

Sed in si instrumentum esset supra 90. annos, & non attingeret centum, tunc diceretur antiquum ad eumdē effectum, vt nec recognitio, nec probatio notariatus requireretur, quatenus scilicet concurrerent adminicula, etiam leuiora, vt in d. *decis.* 184. *n.* 6. *par.* 6. *diuersorum.*

282 Sed ad effectum, vt enūciatiua facta in instrumento censeatur antiqua, & probet, debet esse instrumentum supra centum annos. *Achil. decis.* 6. *de iurepatron. Seraphin. decis.* 507. *Caualer. decis.* 61. *n.* 2.

Aduer-

283 Aduerte tamen, quia antiquitas scripturæ non probatur sufficienter per solam datam, ex quo alias possent fabricari scripturæ modernæ, cũ data antiqua. *Put.dec.*186. *n.*2. *par.*3. *Buratt. decis.* 290. *n.* 8.

284 Et antiquitas scripturæ non supplet vitia visibilia, vtputà si careret nomine, & subscriptione notarij, & alijs substãtialibus. *Greg.decis.*393. *per tot.* & ibi *adden. n.* 5. *Rot. diuers. par.*5. *decis.*187. *n.*10.

285 Iunctis tamen adminiculis data probat antiquitatem: cùm regulariter vnum verisimile additum alijs verisimilitudinibus faciat sufficientẽ probationem. *Soc. cons.* 149. *col. fin. Rot. diuers. par.* 1. *decis.*92. *n.*3. *& in recentiss. p.*1. *decis.* 681. *n.*1. secus autem sine adminiculis. *Rot. in recentiss. par.* 2. *decis.* 470. *n.* 4. sed quæ sunt adminicula?

286 Dic quod ex data probatur antiquitas, si ex oculari inspectione, & ex facie scripturæ appareat de antiquitate: quia tunc cessat suspicio. *Rot. diuers. decis.* 34. *n.*4. *par.*5.

Vtputà si scriptura habeat signa publicis instrumentis conuenientia; scilicet diem, mensem, annum, indictionẽ, testes, clausulam, actum, & subscriptionem, & signum notarij; tunc enim si habeat datam supra centum annos, & appareat quod sit originalis, non indiget recognitione. *Rot. in recentiss. par.* 2. *decis.* 470. *n.* 1. *Seraph. decis.* 1077. *n.* 1.

287 Et quamuis notarius in subscriptione non dicat se rogatum, tamen fidem facit, donec contrarium probetur. *Rot. in recentiss. d. decis.* 470. *n.*6. *vbi sub n.* 2. dicitur, quod

288 Bulla Apostolica antiqua censetur originalis, & non transumptum, si habet plumbum, cordulas sericas, & reliquas solemnitates Bullarũ. & aliæ litteræ sine plumbo originales antiquæ probant, si ex inspectione appareant authenticæ, licet sigillum perierit. *Seraphin. decis.* 1192. *n.*1. *Buratt. decis.* 667. *n.*3. *& decis.* 776. *n.*4.

289 Item data probat antiquitatem, si constat de obseruantia scripturæ. *Rot. diuers. decis.*224. *n.* 22. *par.*6.

Vtputà quando fuit alias in iudicio producta, & contra eam nihil fuit in specie oppo-

oppositum de illius legalitate. *Seraphin. decis. 333. n. 1. Rot. in recentiss. decis. 681. n. 1. par. 1.*

Verisimile est enim, quod siue principalis, siue procurator citatus ad dicendum contra, si instrumentum non esset legitimum, opposuisset: alioquin fuisset negligens, & in culpa, quæ in dubio non præsumitur. *Aym. cons. 8. col. 3. Ruin. cons. 63. col. pen. vol. 2. Caput. decis. 5. n. 5. & 6. par. 3. Seraph. d. decis. 333. n. 1.*

Item si fuisset extracta ex Archiuio publico, & adessent testes de publica voce, & fama. *Caualer. decis. 518. n. 2.*

290 Si verò ex oculari inspectione, & ex facie scripturæ appareret de aliquo vitio visibili, vtputà quod non esset originalis, sed copia; tunc non solum ex data non probaretur antiquitas; sed quatenus etiam ex inspectione appareret de antiquitate, tamen antiquitas non daret tale robur, vt haberetur pro originali: cùm antiquitas non suppleat vitium visibile. *Rot. diuers. par. 5. decis. 183. n. 12. & 13. & par. 6. decis. 224. n. 23.*

291 Et instrumentum non dicitur publicum si caret nomine, & subscriptione notarij, nec suppletur ex antiquitate. *Put. decis. 186. lib. 3. adden. ad Greg. decis. 393. n. 5.*

292 Sed an ad effectum antiquitatis sit deducendum tempus litis; Dico breuiter, quod ad effectum, vt non sit necessaria recognitio scripturæ instrumenti per comparationē, neque probatio notariatus, licet de tempore quo fit recognitio adsit antiquitas centum annorum; tamen debet deduci tempus litis: quia sicut lis impedit præscriptionem. *Achil. decis. 5. de præscript.* ita etiam impedit antiquitatem. *Rot. diuers. p. 4. decis. 822. n. 1.*

Ad effectum autem, vt nō sit necessaria recognitio manus notarij per testes. *Rota ibidem, n. 2.* in casu quo instrumentum de tempore motæ litis non fuit productum, ex quo tunc non erat antiquū 60. annorum: sed longe post, quando pendente tempore litis fuerat effectum antiquū tanti temporis, distinguit, quod aut agitur de recognitione instrumenti, in quo cōsistit principale fundamentū, & ius totius causæ, & tunc sit detra-

detrahendum tempus litis, ea ratione, quia debet imputari actori, qui tempore motæ litis instrumentum non produxit, nec recognitionem curauit eius instrumenti, in quo fundat suam intentionẽ: aliàs aperiretur via fraudibus, cùm quis posset consultò differre productionẽ instrumenti, vt beneficio temporis ab illius recognitione excusaretur.

Aut verò agitur de recognitione instrumenti, in quo non consistit principale fundamentum causæ, sed incidenter in progressu litis producitur; & hoc casu non est detrahendũ tempus litis motæ, quia hoc casu non potest cadere dicta præsumptio dolosæ dilationis in producẽdo.

Sed quid in casu, quo instrumentum fuit tempore motæ litis productum; sed non recognitum, quia pars nõ opposuit; sed distulit opponere quousque completa fuisset antiquitas temporis: puto quod tunc siue fundamentũ causæ in eo consistat, siue non, litis tempus nullatenus sit deducendum: quia stante tanti temporis cursu, non posset verisimiliter testes reperiri, qui manum recognoscerent. *Caput. decis.* 5. *par.* 3. *Seraphin. decis.* 75. & 928. & cùm recognitio scripturæ nõ sit necessaria parte non opponente. *Decius in auth. si quis in aliquo, n.* 27. *C. de eden. Caput. decis.* 117. *n.* 4. *par.* 3. sibi imputare debet reus, si non opposuit, & præsumptio dolosæ dilationis in opponendo, contra eum insurgit.

Quod si ante lapsum tot annorum fuisset oppositum de recognitione, & actor distulisset recognosci facere, quo instrumentum fuisset factum antiquum, vtique subducendum esset tempus litis, & in hoc casu procederet d. *decisio Seraph.* 928. *n.* 1. & regula est, quod qui ex culpa sua damnum sentit non intelligitur damnum sentire. *l. quod quis ex culpa, ff. de reg. iur.* & tali casu si nequeunt reperiri testes recognoscentes manũ, debet fieri recognitio eo modo, quo possit per comparationem. *Put. decis.* 358. & 440. *in fin. lib.* 2. dummodo scilicet instrumentum non esset antiquum centum annorum, & haberet requisita ad publicum instrumentũ: tunc enim alia recognitio non est necessaria

faria iuxta prædicta. *adden. ad Greg. decis. 389. n. 7. Rot. diuers. par. 6. decis. 184. n. 5.*

293 Venio ad secundū, quid, & quomodo testes debeāt recognoscere. & præmittenda sunt nonnulla, scilicet quod testes sufficit, vt iurent de veritate dicenda, prout in praxi seruatur, quidquid sit de iure. *Campeg. de testib. reg. 168. Farin. de testib. quæst. 74. n. 7. & 12.* super sola tamen recognitione iuriū, quia alias Iudex compulsor non potest recipere testes super causa, nec de eius meritis cognoscere.

294 Et de iuramento debet constare, cùm sit solemnitas extrinseca, quæ non præsumitur, nisi probetur. *Iaf. in l. admonendi, in 2. lect. n. 239. ff. de iureiur.*

295 Neque in dubio præsumitur, quod fuerit remissum. *Bar. in l. sciendum, ff. de verborum oblig. & in l. Theopompus, ff. de dot. præleg. Campeg. de testibus, quæst. 167. in fin. vers. 4. fallit. Grauat. ad Vestr. lib. 6. cap. 2. n. 4. vers. quod quidem iuramentum. Farin. de testib. d. quæst. 74. n. 72.*

296 Neque præsumitur iuramentum, quamuis notarius dicat testis iuratus: ex hac enim enunciatiua non oritur sufficiens iuramenti probatio. *gloss. in cap. vt circa, de elect. lib. 6. Caput. decis. 123. par. 2. & 295. par. 3.*

Imò etiam si dicat, testis iuratus tactis scripturis, quia nihilominus iuramentum sufficienter non probatur. *Caput. decis. 246. par. 2. Rot. in recent. decis. 704. n. 7. par. 1. & corā Caual. decis. 322. n. 3. Gregor. decis. 39. n. 3. & ibi adden. n. 4. & 5.* & ratio est; quia tunc notarius videtur attestari de actu de præterito, & non corā se gesto, & non probat. *Rot. in recent. decis. 393. n. 8. & 9. par. 1. Caual. d. decis. 322. n. 3.*

297 At si notarius dispositiuè scripsit testis iurauit, &c. quia attestatio notarij est de actu de præsenti coram se facto, ideo probat. *Seraph. de priuil. iuram. priuil. 30. n. 44. Greg. decis. 368. n. 5.*

Idem si dicat cui delato iuramento, vel cum iuramento examinatus; quia huiusmodi verba important actum de præsenti. *Caual. d. decis. 322. Rot. diuers. decis. 406. n. 12. par. 5.*

298 Et parum refert si non dixerit tactis scripturis, quando

do testes fuerunt examinati coram Iudice, cum interuentu partis aduersæ. & tali tempore, quo partes potuerunt iurare legitimè: ex his enim præsumuntur omnia solemniter acta, & solemne iuramētum tactis scripturis interpositū fuisse. *Bal. in l. iurisiurandi, n. 2. vers. sed pone, quod reperitur, C. de testibus,* & in *auth. si quis in aliquo, C. de eden. n. 9. Caual. d. decis. 322. n. 6. Rot. diuers. par. 5. d. decis. 406. n. 5. & 14.*

299 Quando autem non constat de iuramento testium, examen est nullum; quia testes deponentes non iurati, non probant. *l. iurisiurandi, & l. testium, C. de test. lib.* etiam si essent religiosi. *cap. nuper, de testibus,* nisi fortè à parte aduersa remittatur. *cap. tuis quæstionibus, de testibus,* & in quibus casibus non possit per partes remitti iuramentum ponit latè *Farin. de testibus, quæst. 74. n. 85.*

300 Item præmittendum est, quod testes debēt examinari disiunctim, non autem coniunctim, nedum super recognitione, sed etiam in quouis alio examine, siue iudiciali, siue extraiudiciali; alias non probarent. *cap. quia propter, de elect.* & ibi *gloss.* in verbo *secretè, cap. venerabili, de testibus,* & ibi *gloss.* in verbo, *examinare sigillatim. l. nullū, C. de testibus,* & dictum est supra *cap. 11. n. 462.*

301 Et quando in executione compulsoriæ testes sunt examinati insimul, & inconfusò in eadem scriptura, & per eūdem præmeditatum sermonem, per hæc verba, interrogati dixerunt, illis non est adhibenda fides. *l. 3. §. ideoque diuus, ff. de testibus,* & ibi *Bar. Alex. cons. 137. n. 5.* vers. *& licet sit deducta, lib. 2. Duran. decis. 6. n. 11.*

302 Præmittendum est pariter, quod scriptura vt mereatur fidem, debet esse reperta in loco publico, & non suspecto, videlicet apud notarium rogatum, & inter notas ipsius authenticas, vel prothocolla, vel filcias. *Castr. in l. contractus, n. 5. C. de fid. instr. Paris. cons. 27. n. 14. lib. 2. Cephal. cons. 409. n. 28. Rot. in recent. decis. 628. n. 4. par. 2.*

Vel apud notarium successorem in officio. *cap. cùm P. Tabellio, de fide instr. Couarr. pract. quæst. cap. 21. n. 3. Coccin. decis. 36. n. 8.*

Vel

Vel in Archiuio publico, & Archiuij Custodes censentur subrogati in locum notariorum. *Caual. decis.* 351. *n.*1.

Notandum tamẽ est, quod scriptura reperta in Archiuio, in pluribus casibus non facit fidem.

303 Primò, non facit fidem inter non subditos, & extra territorium Ciuitatis, cuius est Archiuium: nam authoritas Archiuij nõ operatur nisi inter subditos, & in territorio illius Ciuitatis. *Alex. in auth. si quis in aliquo, vers.* 6. *fallit, C. de eden. & ibi Ias. & alij,* idem *Alex. cons.* 138. *col.* 2. *lib.* 1. *Felin. in cap. ad audientiam, col.* 4. *vers.* 2. *conclusio, de praescript. Caput. decis.* 42. *n.* 1. *par.* 1. *Coccin. decis.* 128. *n.*2. *& decis.*450. *n.*3.

304 Ad prædictum tamen effectum sufficit, vt quis sit subditus ratione contractus, vel ex alia causa: quia Archiuium probat inter subditos etiam ratione contractus extra territorium. arg. *l. si non speciali, & l. fin. cum ibi not. C. de testam. Bal. in l. exemplo, n.*5. *C. de probat. Felin. in cap. ad audientiam, n.*12. vers. *qui tamen non negant, de praescript. Coccin. decis.*36. *n.*11.

305 Secundò, scriptura reperta in Archiuio non facit fidẽ, quando est in formis: quia authoritas Archiuij supplere non potest imperfectionem scripturæ, nec dare robur scripturæ informi. *Caput. decis.*41. *n.*1. *Caualer. decis.*193. *n.*3. & scripturæ, & libri non possunt ex Archiuio assumere aliquod robur. *Gabr. de prob. conclus.*1. *n.*19. *Corn. cons.*142. *n.*6. *lib.*3. *Caual. decis.*613. *n.*4.

Et non sufficit, quod scripturæ fuerint retentæ in Archiuio; quia potuerũt ibi seruari tanquam copiæ. *Soccin. sent. cons.*258. *n.*6. *lib.*2. *Dec. in auth. si quis in aliquo, n.* 3. *vers. tamen. C. de eden. Caual. decis.*580. *n.*4.

306 Tertiò, scriptura in Archiuio reperta non facit fidẽ, quando in Archiuio fuit posita lite pendente; quod tamẽ intellige, quando scriptura non haberet omnia requisita. *Caput. decis.*41. *n.*4. *par.*1. at si sit scriptura authentica, quæ habeat omnia requisita, etiam si sit posita in Archiuio lite pendente, fidem facit. *Bar. in auth. ad hac, C. de fide instr. Castr. in l. contractum, n.*3. *C. eodem. Coccin. decis.*76. *n.*31. *&* 32.

Præ-

307 Præmittendum denique eſt,quod ſcriptura,vel eſt priuata, ſcripta ſcilicet, vel ſubſcripta à perſona priuata; vel eſt publica, facta à publica perſona,ſcilicet notario. Notariatus autem illius, qui de inſtrumento fuit rogatus, debet probari, vt inſtrumentum cenſeatur publicũ, & probet. *Boer. decif.36.n.7. Rot. in recent. decif.703. n.4. par.2.*

308 Poteſt autem probari,vel per teſtes deponentes, quod fuit notarius, & eius inſtrumentis, tanquam notarij publici cõſueuit præſtari fides. *Alex. conſ. 112. ſub n.1. lib. 4. Oldrad. conſ. 227. n. 6. & 17. Afflict. decif.245. n.4. verſ. & ideo. Rot. d. decif. 703. n.4. p.2. recent. & decif. 144. n.2. in recentiſſ. par. 2.* vel per matriculam notariorũ vbi deſcriptus ſit. *Bal. in l. ſcriniarios, C. de teſtam. milit. Iaſ. in l. barbarius, n.56. ff. de off. præt.* vel ex legalitate Collegij notariorum. *Bal. in l. comparationes, C. de fid. inſtr. Rot. in recentiſſ. decif. 228. n.2. par.2.*

Itẽ poteſt probari per exhibitionem aliorũ inſtrumentorum eiuſdem notarij,& ſufficeret probare per eundem fuiſſe facta, & rogata quatuor inſtrumenta, dummodo percutiant tempus ante illud inſtrumentum,de quo ageretur; ex quo enim pars fundat ſe in tempore,ſcilicet,quod illo in tempore erat tabellio, debet illud tempus probare. *Boer. decif.36. n.11.*

Probatur denique notariatus per litteras legalitatis,ſeu teſtimoniales, ſiue Principis, ſiue Epiſcopi, ſiue Officialis, vel Rectoris, ſub cuius iuriſdictione habitat ipſe notarius. *Bal. in l. cõparationes, n.25. C. de fid. inſtr. Felin. in cap.1. n.18. verſ. adde, de fid. inſtrum. Specul. in tit. de inſtr. edit. §. poſtremò, verſ. quid ergo ſi tabellio. Aufrer. ad Capell. Thol. dec. 331. n.4. Boer. decif. 154. n.4. Rot. in recent. par. 2. decif. 613. n. 4. Caual. decif. 205. n.3.*

309 Legalitas ſi fuerit obtenta lite pendente,& parte non citata, non prodeſt, & illius recognitio nõ ſufficit. vt ſæpius *Rota* cenſuit, vt in *recent. decif. 145. n.1. par.2.*

310 Vt autem ſcriptura cenſeatur publica, plura debet habere. nempe annum, indictionem, menſem, diẽ, teſtes, & verba actum,& in fine ſubſcriptionem, & ſigillum notarij. *Rot. diuerſ. decif. 250. n.1, par.1.*

par. 1. & in recent. decis. 628. *n.3. par.2.* quod intellige de instrumentis extensis; secus autem de prothocollis, seu imbreuiaturis. licet enim in illis deficiat Annus, & Pōtificatus, & Indictio; tamen hæc omnia notarius, qui ex prothocollo, vel imbreuiatura, extrahit instrumentum,& redigit in publicam formam, potest apponere. *Rot. diuers. par.6. decis.*113. *n.* 10.

Similiter si deficiat in prothocollo verbum actum, si legatur verbum loci, vt putà salerni, sufficit, vt in extensione possit apponi, & addi verbum actum. *Rot. d. decis.* 113. *n.6.* vbi *sub n.7.* notat quod de necessitate non est exprimendus locus particularis loci. *Bar. in l. de pupillo, §. qui nunciat, ff. de oper. nou. nunciat.* cum alijs ibidem allegatis.

311 Subscriptio pariter notarij, si deficiat in instrumento in prothocollo reperto, sufficit quod in principio prothocolli extet generalis subscriptio, videlicet in hoc prothocollo subscribentur instrumenta à me notario rogata, vt pluries censuit *Rot.* prout refertur in d. *decis.*113. *n.* 11. *par.6. diuers.*

312 Similiter quoad testes, & alias solemnitates, licet non reperiātur in quolibet instrumento in prothocollo inuento; tamen si in alijs præcedētibus reperiantur adhibitæ; tunc illud instrumentum cēsetur habere easdem solemnitates, quas habent instrumenta præcedentia. *Bal. in l. pen.* in fin. *C. de accusat. Felin. in cap. inter dilectos, n.* 11. *de fide instr. Cagnol. in l. si librarius, n.* 20. *ff. de reg. iur. Surd. cons.* 390. *n.* 33. *in fin. Rot. diuers. d. decis.* 113. *n.* 3. *par.* 6. *diuers.* & de alijs scripturis in fasciculis, & filcijs repertis. vide *Seraph. decis.* 902. *&* 909. *per tot. & Rot. in recent. d. decis.* 628. *n.2. cum seqq. par.2.*

313 His præmissis respondēdo ad quæsitum, dico quod testes debent recognoscere scripturam, personam, manū, vel signum, seu sigillum eius, qui scripsit, vel signauit, itē, & locum, & locum loci, vbi scriptura reperta est.

314 Scripturā debent testes recognoscere an sit priuata, vel publica: vt enim iura sint in forma probanti, debent esse recognita, quod sint publica manu scripta, nisi sint antiqua, vt non egeant recognitio-

gnitione.ex allegatis per *Rot. in recentiss.decis.* 390.*n.*3.*&* 4. *par.*3.

315 Item si sit legibilis, vel non; quia si scriptura non sit legibilis,nihil probat,si tamen sit legibilis, sed cum difficultate, & ex eis, quæ legi possunt, veritas, & substantia illius colligatur; vel si de tempore productionis fuit legibilis, licet de tempore recognitionis nequeat legi, sufficit. *Rot. coram Buratto, decis.*243.*n.*9.*&* 10. & pro hoc est *tex.*in *l.vn.ff.si tab.testam. extab.* vbi dicitur *hæredi,cuius nomen inconsultò ita deletum sit, vt penitus legi nõ possit,dari bonorum possessio minimè potest; quia ex coniectura non propriè scriptus videtur; quãuis si post prolatas tabulas deletum sit testamentum, bonorum possessio competat: nam & si mortis tẽpore tabulæ fuerint,licet post ea interierint, competat bonorum possessio: quia verum fuit tabulas extare*, & *gloss* in *l.*1.*§.si rase*, in verbo,*muribus*, *ff.de bonorum poss.secundum tab.*dicit instrumento deleto, vel roso, non esse credendum, si in ea parte sit rosũ, super qua vertitur dubitatio; alias secus. adde in hac materia textum, in *cap.inter dilectos,de fid. instr.*

Personam recognoscere debet an sit publica, vel priuata, vel alias talis, qualis in scriptura enunciatur.

316 Manum autem illius, qui scripsit; possunt testes recognoscere altero de tribus modis. Primò, quia interfuerunt scripturæ. & illam viderunt eumdem scribere, vel subscribere. Secundò, quia habeãt notam illius manum,ex quo pluries viderunt eũ scribentem. Tertiò, per similitudinem, seu comparationem ad aliam scripturam indubitatam eiusdem scribentis,vel subscribentis.

317 Primò modo possunt testes recognoscere scripturam publicam, quando ipsi fuerunt adhibiti, seu rogati per notarium, vel alias fuerunt præsentes. priuatam autem scripturam possunt recognoscere illi testes,qui illam subscripserunt, vel alias eiusdem scripturæ confectioni interfuerunt.

Qui testes rationem suæ recognitionis reddentes, quia præsentes fuerunt,& viderũt scribere, probant plenè, & concludenter; cùm nequeant decipi per sensum visus, bene

ne appropriatū deponentes. ad not. per *Innoc. in cap. causam, quæ inter Archiepiscopū, de testib. Felin. in cap. 2. vers. 7. limita, col. 5. de fide instrum. Afflict. decis.* 181. *n.* 8. *Alex. cons.* 181. *n. 3. lib. 2.* facit *tex.* in §. *si quis igitur, in auth. de instr. caut. & fid.* ibi, *etenim tales testificationes suscipimus, quas præsentes testes dicant, quia his præsentibus subscripsit, qui documentum fecit, & hunc nouerunt.*

318 Secundo modo recognoscere possunt illi, qui notam habent manum, eandemque personā viderunt sæpius scribere, sed non interfuerunt scripturæ, de cuius recognitione agitur. verumtamen hæc ratio non est certa, neque concludens pernecesse: possunt enim decipi propter similitudinem litterarum, & potest quis litteras alterius contrafacere. *Bar. in auth. at si contractus, n. 6. in fin. C. de fide instrum.* quò fit, vt non sit plena probatio, sed semiplena. *Bart. ibidem, d. n. 6. Alex. d. cons.* 181. *sub n. 3.* vers. *benè possent decipi, lib. 2.*

319 Tertio modo possunt periti recognoscere manum alicuius ostendendo illis vnam scripturam, quæ indubitatè sit scripta manu eiusdem, de cuius scripturæ, seu subscriptionis recognitione agitur, reddendo rationem; quia sunt periti, & practici. Cæterum isti etiam possunt de facili decipi; cùm quotidie scribendi forma mutetur, ex multis accidentibus, vt in *auth. de fid. & caut. instrum.* circa princ. ibi *videmus tamē naturam eius crebrò egentem rei examinatione, quando litterarum dissimulationem sæpe quidem tempus facit, non ita enim quis scribit iuuenis, & robustus, ac senex, & fortè tremens. sæpe autem, & languor hoc facit, & quidem hæc dicimus, quando Calami, & atramenti immutatio similitudinis per omnia offert puritatem,* quò fit, vt huiusmodi etiam probatio per comparationem dicatur fallax: *Paris. cons.* 19. *n.* 32. *lib.* 3. & facit solam semiplenam probationem. at si coniungatur cum recognitione per testes, habentes notam manum, fit probatio plena. *Bar. in d. auth. at si contractus, n. 6. Alex. d. cons.* 181. *n.* 4. *in fin. lib.* 2. ideoque si facta esset recognitio per testes, qui interfue-

fuerunt, & viderunt scribere, licet postea in contrarium fieret probatio per cõparationem, crederetur potius testibus de veritate rei deponentibus, quàm alijs de peritia attestantibus. *Alex. d. conf.* 181. *sub n.* 3. vers. *& pro opin.*

320 Ad comparationem deuenitur, tunc quando mortui sunt testes, aut absunt, vel alias de facili nequeũt haberi, nec etiam tabellio adest, aliusuè qui scripsit. *§. si verò moriantur, in princ. in auth. de fid. & caut. instrum.*

321 Vt autem fieri possit recognitio per comparationẽ, duplex requiritur scriptura, vna ex qua fit comparatio, de qua loquitur *tex. in l. comparationes*, & in *auth. adhaec, C. de fide instrum.* altera ad quam comparatio fieri debet, de qua loquitur. *tex.* in *auth. at si contractus, C. eodem, de fide instrum.* ita *Bar.* in *d. l. comparationes, in vtraque lectura.*

322 Scriptura ex qua debet fieri comparatio, si est priuata, debet esse subscripta per tres testes, & ab eis, vel saltem duobus, debet esse recognita. *d. l. comparationes.*

323 Si est publica debet esse extracta per notarium, vel ex Archiuio publico, vel debet esse producta per partem, d. *auth. adhaec. Afflict. decis.* 181. *n.* 5. *in fin.* alias si scriptura non esset certa, & indubitata, ex ea non posset fieri comparatio. *Crauett. conf.* 216. *n.* 18. *Natt. conf.* 632. *n.* 3. *Menoch. de arbitr. Iud. cas.* 114. *n.* 29. *Rot. in recentiss. par.* 2. *dec.* 519. *n.* 1.

324 Qui petit comparationẽ fieri, in primis debet iurare, quod non malignitatis causa, nec aliqua arte ductus, comparationẽ petit. *§. si verò moriantur, in auth. de instrum. caut. & fid.*

325 Periti verò, qui eliguntur ad comparationem, iurare debent, quod neque lucri causa, neque inimicitijs comparationem facient, *d. l. comparationes*, vers. *omnes autem comparationes, de fide instrum.*

326 Iudex autem coram quo, seu cuius authoritate debet fieri comparatio, debet arbitrari, an scriptura ex qua facienda est comparatio, sit fidelis, & an comparatio facta per peritos sit talis, vt vel semiplenam tantum, vel plenã faciat probationem. *§. si verò*

tale aliquid, in auth. de instr. caut. & fid. ibi *verum tamen sit hoc iudicantis prudentiæ simul, & religionis, vt veracibus potius pro talibus credat. & nos quidem secundum modum existimauimus oportere probari fidelia documẽta*, & ibi *Bar. n. 11. & 12. Menoch. de arbitr. iud. casu 114. n. 25. Rot. in recentiss. d. decis. 519. n. 7. par. 2.*

327 An verò Iudex possit cogere partem ad scribendum ad hoc, vt ex ea scriptura possit fieri comparatio, *Bart.* tenet *quod non*, in d. *auth. at si contractus, n. 3. C. de fide instrum.* & est *tex.* in d. *l. comparationes*, ibi *ideoque sancimus non aliter licere comparationes fieri, quam scilicet ex quinque scripturis, quarum quinque ibidem enumerantur.* Primò, ex scriptura priuata, tunc teste munita. Secundò, ex forensi, idest facta apud acta. Tertiò, ex publica, idest ex manu tabellionis facta. Quartò, ex scriptura, quam produxit aduersarius; quia producendo confitetur eam veram. Quintò, ex scriptura Archiuij, quæ enumerantur in d. *auth. ad hæc, C. de fide instrum.* & sic excluditur, vt non possit fieri ex alijs, & successiuè nec ex alia scriptura, quam quis faceret iussu Iudicis.

Contrarium tenet *Bal.* in eadem *l. cõparationes*, secutus *Guil. de cun.* qui allegat *tex.* expressum, in §. *si quis igitur, in auth. de fid. & caut. instrum.* ibi *quia enim non professus est is, qui scripsisse dicebatur, suam scripturam; magnum res habuit tumultum; & scribere alia coactus est, quæ visa sunt veluti similia quidem: non tamen per omnia similia*, & notat errorem magnum *Bar.* quia, vt inquit, non est verum, quod ista scriptura non sit de illis quinque: nam cùm fiat apud acta, est scriptura forensis, & notat *Nic. de Matarel.* addidisse sextam scripturam, ex qua possit fieri cõparatio, scilicet scripturam confessatam; quia non indiget adminiculo, ratione confessionis. sed hanc dicit includi sub quarta scriptura; quia quando scripturã quis producit, censetur tacitè illam confiteri veram, taciti autem, & expressi par est virtus. addit idem *Bal.* septimã scripturam, illam scilicet cui ex forma statuti, seu consuetudinis datur plena fides, & ponit nonnulla exempla.

Putò vtrumque bene dixisse.

xisse. *Bal.* scilicet hac ratione; quia si quis negat scripturam sua manu fuisse scriptam, vel subscriptam, vtique Iudex poterit illum cogere, vt scribat. iuxta *tex.* in d. §. *si quis igitur. Bar.* autem putò bene dixisse hac ratione; *quia licet quis coactus à Iudice scribat*, tamen ex ea scriptura non potest fieri comparatio sufficiens; cùm iuxta prædicta scribendi forma quotidie mutetur. *Afflict. d. decis.* 181. *n.* 1.

328 In Curia vsu receptum est, vt admittantur testes habentes notam manum, licet non fuerint præsentes; alias recognitio iurium, quæ vt plurimũ de longinquis partibus ad Curiam transmittũtur, vel impossibilis redderetur, vel saltem difficilis. *Vestr. in praxi, lib.* 6. *cap.* 1. *sub n.* 8. *Salust. Tib. in praxi, AC. lib.* 1. *cap.* 33. *n.* 10.

Quem recognoscendi modum Rota admittit, etiam in recognitione iurium coram compulsore facta, & tam de scripturis publicis, quàm de priuatis. *Rot. diuers. decis.* 76. *n.* 31. *&* 32. *par.* 6.

Aduerte tamen, quia etiã in Curia, quando agitur de recognitione apocæ priuatæ, tunc Rota prædictam recognitionem per testes habentes notam manum non consueuit admittere, nisi cum adminiculis, quæ suspicioné scripturæ remouerent. *Greg. decis.* 389. *n.* 2. *& ibi adden. n.* 6. vbi plures decisiones referuntur. *Rot. in recentiss. decis.* 519. *n.* 5. *&* 6. *par.* 2.

Quando verò agitur de recognitione epistolæ, Rota absque alijs adminiculis admittit pro sufficienti eamdẽ recognitionem; cùm epistolæ non scribantur aliquo præsente. *Seraphin. decis.* 700. *in fin. Rota in Perus. dotis,* 17. *Martij* 1630. *coram R. P. D. Dunozetto.*

Idem est etiam, quando agitur de recognitione litterarum cambij, cùm sine testibus fieri soleant, vt dixit *Rot. in Auenionen. pecuniaria coram Rubeo, die* 29. *Aprilis* 1599. vt refert *Salust. Tib. d. cap.* 33. *n.* 11. *in fin.*

329 Quando agitur de recognitione scripturarum publicarum, si non adsit suspicio, Rota consueuit eamdem recognitionem admittere, etiã sine adminiculis. *Put. decis.* 1. *de fid. instr. Achil. decis.* 2. *eodẽ tit. Greg. decis.* 38. *n.* 5. *Rot. in*

recentiss. d. decis. 519. *n.* 6. *p.* 2.

Pariter quando agitur de recognitione scripturæ testamenti scripti propria manu testatoris,& subscripti,si nihil aliud deest,de stylo sufficiunt testes dicentes se habere notam manũ scribentis. *Seraph. decis.* 840. *n.* 1.

330 Et quãdo filius recognosceret scripturam patris, satis esset,si diceret sibi videri scriptam manu sui patris, cùm verbũ videtur aliquando veritatem importet. *Bar. in l.* 1. *de ventr. inspic.*& cùm agatur de re, quæ iudicio visus percipitur, verisimile est filium non decipi, & habere notam manum sui patris: ideo testis de credulitate admittitur. *Bar. in l. testium, n.* 14. *col.* 2. *in fin. C. de testib. Seraph. decis.* 522. *per tot.*

331 In Curia si deficiant testes, admittitur recognitio ꝑ comparationem, pro qua facienda eliguntur periti pro vtraque parte nominati, qui arbitrantur, & iudicant super recognitione litterarum per comparationem,& in casu discordiæ, per Iudicem deputatur tertius ex officio, cuius arbitrio statur. Periti autem nominati cum iuramento referre debent, & declarare. *l. hac edictali, S. his illud adiungimus, C. de secundis nuptijs*, ibi *æstimatione habita per eos, quos vtraque pars elegerit, arbitros iudicaturos interposito Sacramento. Salust. Tib. d. cap.* 33. *sub n.* 11. *lib.* 1. vbi subiungit chirographa, modo præmisso recognita, fuisse executioni demandata.

332 Ad euitandas difficultates recognitionis consueuerunt Curiales curare, vt iura ad Curiam transmittantur cũ litteris legalitatis, & cum attestatione, & sigillo ordinarij, vel alterius personæ publicæ, seu collegij, ad quos hoc munus pertinet. *Vestr. in praxi, lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 9. & superius dictum est de litteris legalitatis, quas sufficit recognoscere. & quando iurium recognitio est notoria Iudici, ea sufficit, vtputà Bullæ plũbeæ, Annulli piscatoris, sigilli Cameræ Apostolicæ, Pœnitentiariæ, Regestri Bullarum, & Supplicationum, quo casu protestatio nihil fieri nisi recognitis iuribus, tanquam calumniosa nõ attenderetur. *Salust. Tib. d. cap.* 33. *n.* 13. *lib.* 1.

333 Quando recognitio est facienda per testes, seu etiam peritos.

peritos in Curia, vbi adsit suspicio, admittuntur interrogatoria, ac etiam adhibetur modus rigorosus recognoscēdi per fenestrellas, seu cancellos, & quando hoc modo testes recognouerunt, solet Rota eos recipere sine adminiculis, etiam in casu quo adminicula requirerentur. *Rot. in recentiss. decis.* 192. *n.* 3. *p.* 1.

334 Vbi sub *n.* 4. *& seq.* considerantur plura adminicula sufficientia pro comprobatione recognitionis testium, deponentium se habere notam manum, in casu scilicet, quo adminicula requirantur.

335 Signum, seu sigillū eius, qui scripsit, debet per testes recognosci. & quantum ad signum notarij. illud non est necessarium in prothocollo; nisi adsit consuetudo. *Bar. in prima constit. digestorum, col.* 2. *vers. aduerte, gloss. in l. generaliter, C. de tabell. lib.* 10. & est cōmunis opinio, vt post alios testatur *Rol. cōs.* 44. *n.* 40. *lib.* 1. & in eius extensione, vel idē notarius, si viuit, potest suum signum apponere, vel alius, qui facultatē habet illud extrahendi, potest suum propriū signum apponere. *Alex. cons.* 14. *n.* 9. *vol.* 6. *Rol. cons.* 44. *n.* 4. *post medium, & n.* 41. *Rota post cons. Farin. par.* 2. *decis.* 368. *n.* 5.

336 Neque etiam signum notarij est de substantia instrumenti extensi, nisi in contrarium adsit cōsuetudo. & ideo non corruit instrumentum, si habeat alia necessaria, licet notarij signum deficiat. *Chisanen. decis.* 71. *Rot. diuers. decis.* 536. *p.* 4. *Seraph. decis.* 902. *n.* 3. *Caual. decis.* 122. *n.* 2. & in prothocollo sufficit clausula actum, manu eiusdem notarij apposita. *Rot. in recent. par.* 2. *decis.* 628. *n.* 1.

337 In instrumento autem extenso absque signo, sufficiunt subscriptio, & rogitus notarij, d. *decis.* 628. *n.* 3. *par.* 2. & *decis.* 301. *n.* 3. *eadem par.* 2. *recent.* & testes. *Rot. in recent. decis.* 394. *n.* 6. *par.* 1. Diesque, & mensis, & annus. *Rot. d. decis.* 368. *n.* 5. *post cons. Farin. par.* 2.

338 Notat *Bal. in l. contractus, C. de fide instr. n.* 6. quod scriptura notarij debet habere tres perfectiones, prima est perfectio scripturæ, quoad locum, tempus, & testes. Secunda est perfectio contractus, siue actus de quo conficitur scriptura. Tertia est perfe-

perfectio cum subscriptione, & signo.

Sed istam tertiam perfectioné intelligunt Doct. quod non respiciat substantiam instrumenti, & actus; sed faciliorem eius probationem. *Rol. d.consf.44.lib.1.n.42.Menoch. de arbitr. iud. casu* 115. *in fin.*

Recognoscere itaque debent testes, quod signum appositum, sit solitũ apponi per eumdem notariũ; quia viderunt plura eiusdem notarij instrumenta eodem signo munita, vel viderunt eumdem signare alia instrumenta cum eodem signo.

339 Quantum ad sigillum duplex reperitur, vnum publicum, quale est sigillum Principis, Episcopi, Capituli, Magistratus, seu alicuius Vniuersitatis. *gloss. in cap.*2. in verbo, *sigillum, de fide instr.*

Alterum quod dicitur priuatum, qualia sunt sigilla priuatarum personarum.

340 Sigillum publicũ dat vim, & robur scripturæ, cui apponitur. d.*cap.* 2. *de fide instrum.* quod solet publica authoritate tradi, & committi viro probo, ac fide digno, vt ab eo diligentissimè custodiatur, & nomine committentis imprimatur, & in loco publico diligenter seruetur, vt ibi litteræ sigillentur publica fide. *Couarr. pract. quæst. cap.* 22. *sub n.*9. apponitur enim sigillum alicui scripturæ, vt appareat publica, eique credatur. *d. cap.*2. *de fide instr.* vbi *gloss.* in verbo *sigillum*, exemplificat authenticum, & publicum dici sigillum Episcopi, & Capituli, & ei credi, quandiu non ostendatur contrarium. item sigillũ alicuius Principis, cui creditur de cõsuetudine, & ibi *Abbas sub n.* 16. notat quod ex multis causis apponuntur in litteris subscriptiones, vel sigilla; quandoque enim in signum consensus, quandoque in signum testimonij, quandoque in signum auctoritatem præstantis, quandoque in signũ cõfirmationis, ex iuribus per eum allegatis; qui ex hoc infert secundũ *Innoc.* quod semper debet exprimi, cuius sit sigillum, & à quo apponatur, & propter quod apponatur.

341 In recognitione itaque sigilli publici debent testes dicere, & attestari illud esse publicum sigillum Principis, seu alterius Magistratus, & illud apponi solitum pro scri-

pturis

pturis authenticandis: nam siue Episcopus, siue Capitulum, siue Princeps, siue Magistratus, solent habere diuersa sigilla, ad diuersa negocia. *cap. significauit, de appellat.* ibi *in quarum sigilla continebatur sigillum Capituli, ad citationes tantum: cùm aliud sigillum Capitulum illud noscatur habere*, & ita Principes vtuntur pluribus sigillis, in diuersis expeditionibus, per manus diuersorum secretariorum, vt recensuit *Rot. in recent. par. 1. decis. 422. n. 7.*

342 Debent etiam testes referre, an sigillum sit integrũ, vel læsum, vel aliquo modo suspectum; quia tunc sigillum non probaret: vt enim sigillum faciat fidem; debet esse alicuius personæ iurisdictionem habentis. *Innoc. & alij in d. cap. 2. de fide instr. Crauett. cons. 46. n. 5.* antiqua priuilegia non faciunt fidem, quando sigilla sunt corrupta, vel non benè apparent. *Crauett. d. cons. 46. n. 6. Menoch. de arb. iud. casu 113. n. 12.*

343 Sigillum priuatum quisque habere, & eligere sibi potest ad libitum. *l. videamus, §. qui vinum, ff. locati, l. æquissimum, §. sed si ediũm, ff. de vsufructu*, & non magis operatur, quàm subscriptio priuata. *l. si procuratorem, & ibi Bart. & alij, ff. de procur. l. fideiussor impetrauit, §. pater Sei, ff. de pignor. & hipothec.* ibi, *cùm neque consensum suum accommodaueris patri, aut signo suo, aut alia scriptura*, & indiget recognitione *Couar. d. cap. 22. n. 9. pract. quæst. Menoch. d. casu 113. n. 9.*

344 Et quando debitor instrumentum, seu apocã, fortè non subscribens, sigillauit, tunc recognito sigillo plenã fidem facit; nisi is neget sigillum fuisse appositum de eius voluntate. *l. 2. C. de reb. alien. non alien.* ibi *distrabente marito rem tui iuris, si ei consensum non accommodasti, licet sigillo tuo venditionis instrumentum, fraude conquæsita signaueris, eiusmodi tamen comentum emptori vsucapione nõ subsecuta, vel longi temporis præscriptione minimè munito, nullam præstitisse securitatẽ potest*, vbi *gloss. fin.* arguit à contrario, si sciuit, apponendo sigillum, videtur habere ratum, quando autem quis subscripsit, & sigillauit, tunc priuatum sigillum, licet idem operetur, quod priuata scriptura, non tamen est super-

perfluum: quia operatur, vt facilius scriptura recognosci possit, & vt sigillo verificato plenius constet de actus cōplemento,& solemni consensu approbationeque sigillantis: nam quo plura signa, & solemnia adhibentur, eo facilius redditur scriptura certior. *Menoch. d. casu* 113.*sub n.* 9.

345 Debent tandē testes recognoscere locum, & referre vbi iura compulsanda sint reperta, vt ex inde dignosci possit, an sint suspecta, & fidē mereantur, hoc est an reperta sint apud eumdem notariū, vel eius successorem, vel in Archiuio publico, vel priuato. & pariter an sint reperta in libro prothocolli, vel in fasciculo, vel filzia; quia si instrumentum ex sui facie sit perfectum, & non careat solemnitatibus requisitis, parùm refert vbi fuerit repertum: cùm vti perfectum, & solemne, necesse non sit, vt robur assumat à loco. *Menoch. de arb. iud. casu* 187.*n.*6. *Rot. diuers. decis.*250. *n.*1. *& seqq. par.*1.

346 Tunc autem instrumentū dicitur habere faciem publici instrumenti, si continet diē, mensem, annum, testes, clausulam actum, & notarij subscriptionem, & signum. *Rot. in recentiss. decis.*390. *n.*2. *p.*2. & quo ordine conficienda sint instrumenta, ponit *gloss. in l. generali, C. de tabul. lib.* 10. & explicat *Couarr. pract. quæst. cap.*2. *n.*1. *vsque* 4.

347 Si verò ex sui facie non sit perfectum, quia aliquid deficiat ex requisitis, si reperiatur inter alias scripturas authēticas, & rogationes eiusdem, non censetur suspectum, sed si reperiatur in filzia, seu sacculo extra alias rogationes authenticas, tunc suspectum est. *Castr. in l. contractus, n.*5. *C. de fide instr. Paris. cons.* 27. *n.*14. *lib.*2. *Rot. post cons. Farinac. decis.*368. *n.*4. *par.*2. *& in recent. decis.*628. *n.*4. *par.*2.

348 Similiter si in Archiuio sit reperta aliqua scriptura priuata, debent testes recognoscere inter quas scripturas, & inter cuius notarij rogitus inuenta sit; vt possit cōsiderari per quem fuerit in Archiuium immissa, & de quo tempore, an antiquo, vel de recenti. ad dicta per *Corn. cons.*142. *n.*6. *lib.*3. adde in hac materia, *Rotam in recent. par.*1. *decis.*135. *n.*8.

Et

349 Et quando instrumenta, & rogitus notarij sūt in posse aduersarij, non carent suspicione, propter interesse, quod habet. *Rot. in recent. par.* 2. *decis.* 418. *nu.* 5. *&* *decis.* 82. *n.* 11. *par.* 5. *diuers.*

350 In præmissa citatione, quæ fit coram compulsore ad dicendum contra iura, subiunguntur hæc verba, & post quam recognita fuerint, ad videndum mandari extrahi iura, per infrascriptū instantem specificanda, ad p. d. & ratio hæc est: quia Iudex cōpulsor non deputatur, vt iudicet super iuribus, an illa sint exemplanda, vel ne. *Mantic. decis.* 199. *n.* 2. sed, vt mandet notario, vt ex iuribus exhibitis sumptum extrahat, & tanquā merus executor inspiciat diligenter iura extrahenda, ad effectum, vt exemplentur cū designationibus signorum, & vitiorum; quæ sunt in originalibus. Neque necesse est, vt constet de hac diligentia compulsoris in inspiciendis iuribus, cùm præsumatur pro Iudice, quod diligens fuerit in suo officio. ita declarat *Rot. decis.* 76. *n.* 7. *& seqq. par.* 6. *diuers.*

351 Adueniente die sub qua cadit d. citatio, eadem pars inducit testes, qui recognoscant iura producta, & specificare debet, quæ ex eis extrahi intendat. & Iudex post factam recognitionem, & specificationem, mandat extrahi exemplum. vt per *Vestr. lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 14.

Post completam per notarium transumptationem, citatur pars ad videndum mandari exempla, seu transumpta ex ipsis originalibus extracta, collationari, & auscultari cum eisdem originalibus. & interessendum collationi fiendæ, si velit interesse, & super eisdem omnibus Iudicis decretum, ac authoritatem interponi, mādarique includi omnia in Rotulo, & clausa sigillo Iudicis cōpulsoris obsignari, ac obsignata ad Romanam Curiam destinari. ad primam diem, quæ citationis formula ponitur per *Vestr. d. lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 14.

Et quod in executione compulsorialium, post recognitionem iurium, debeat pars citari, ad videndum extrahi, & collationari alias processus non censeatur in forma probanti; sed nullus, sæpius Rota respondit, vt per *Greg. decis.* 71.

*decis.*71.*n.*3.& 4.& *decis.*22. *n.*1.*par.*2.*in recent.*& *dec.*42. *n.*1.*par.*4.*diuers.*

352 Adueniente die citationis Iudex mandare debet auscultari, & collationari, quæ auscultatio, & collatio fieri debet in pręsentia Iudicis cōpulsoris, qui debet iura diligenter inspicere qualia sint, & attendere, an sumptum cōcordet cum originali, & fuerit extractum cum omnibus signis, & mendis in originali contentis. & ideo non sufficit sola authoritas, seu decretum pro auscultatione, ita *Abb. in cap. fin. sub n.*2. vers. *nota officium Iudicis, de fide instrum.* neque sufficeret fides aliquorum, se vidisse originale sine macula, & compulsorem cum illo concordasse. vt fuit dictū in *Barchionen. prioratus*, 28. *Nouembris* 1607.*coram Iusto.*

Et propterea notarius debet facere fidem, processum fuisse auscultatum, & collationatum in præsentia Iudicis, & concordare cum originali, cui tanquam actuario in iudicialibus standum est. *cap. quoniam, vbi gloss.* in verbo *duos, de probat. Buratt. decis.*606.*n.*12.

353 Et quamuis non faceret notarius mentionem de die collationis, tamen in dubio ea præsumitur facta eadem die, sub qua cadebat citatio; præsumitur enim pro validitate actus. *Felin.in cap.pastoralis,n.*5.*de rescr. Cresc.decis.*6.*de præsumpt.* & præsertim, quando constat, quod eadem die fuit facta instantia, vt iura collationarentur, & non appareat dies intermedia, seu quod alia die auscultatio fuerit facta. vt censuit *Rot.in vna Regien. prioratus*, 16.*Nouembris* 1594. *coram Cardinali Millino.*

Si enim collatio fuisset facta alia die, quàm ea sub qua cadebat citatio, esset nulla, si non fuisset facta parte præsente, quæ suppleret citationis defectum. *l.etiam*, §.*fin.ff. de minor. Duran. decis.*6.*n.*7.

Defectus tamen huius citationis ad videndum auscultari, & collationari, non vitiaret processū; quando pars aduersa præstitisset impedimentum, recurrendo ad Iudices laicos. *Rot. post cons.Farinac. par.*2.*decis.*348.*n.*7.

Item non vitiaret processum, quando ab initio fuisset facta citatio generalis ad totā extractionem, & Iudex assignasset

gnasset dies; & horas, ad videndum corrigi, & collationari. *Seraph. decis.* 1028. *n.7.* qui in *decis.* 1391. *in fine*, ait in istis extractionibus, quæ fiunt in partibus remotis, & cum magna impensa, non esse multum scrupulosè agendũ, ad subuertendum processus.

Atque prædictæ citationes non vitiarent processum, etiã si non fuissent factæ personaliter: licet enim compulsor debeat seruare stylum Rotæ, & tribunalis delegantis, vt coram eo citationes debeãt fieri personaliter; tamen quando factis diligentijs, & citando non reperto, validè fiunt citationes domi. *Clem. causam, de elect. Rot. decis.* 22. *de rescr. in nou. Buratt. d. decis.* 606. *n.9.*

Et quando nõ possunt fieri domi, vt quia non adsit procurator substitutus, nec principalis, tunc validè fiunt per affixionem, seu per edictum, iuxta formam litterarum cõpulsorialium, alias extractio iurium, citatione per edictũ non interueniente, est nulla, quando scilicet is, de cuius interesse agitur, non fuit citatus, vel personaliter, vel ad domum. *Mobed. decis.* 8. *de fide instr.* & compulsoriales non arctant eos, qui de tempore datæ illarum non sunt in causa, nec iura extracta censentur in forma probanti contra illos. *Mobed. decis.* 2. *de fide instr.*

354 Facta auscultatione, & collatione Iudex interponere debet suam authoritatem, & mandare extractum in rotulo includi, & inclusum sigillo obsignari, & sic clausum, & sigillatum Iudex compulsorialis cum suis litteris missiuis ad Auditorem, seu Iudicem, qui hoc sibi negocium delegauit, destinat, & transmittit, vt per *Vestr. d. lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 14. *in fin.*

355 Et hæc fiunt, ad tollendam omnem fraudis suspicionem, alias enim si huiusmodi processus daretur parti posset aliquid addere, vel detrahere propter suum interesse. ad dicta per *Bar. in l. fin. §. quid sine, n.* 5. *ff. de quæst. Rot. diuers. decis.* 82. *n.* 15. *p.* 5.

356 Postquam autem processus perlatus est ad Curiam, consignatur notario causæ, & citatur pars pro illius aperitione, & recognitione, & Rota illi fidem adhibet, quãdo constat fuisse extractum vigore compulsorialiũ Rotæ,

& per

& per notarium à cõpulsore deputatum, & per eumdem transmissum clausum, & sigillatum, & quando eiusdem notarij manus fuit recognita parte citata, & apertus de mandato Iudicis. *Caualer. decis.335.n.4.*

357 Circa processum cõpulsorialem in Rota duo solent disputari, vel an sit in forma probanti, vel an sit validus, seu nullus: aliud est enim defectus in forma, & aliud nullitas processus, ad dicta per *Bar. in l.si librarius, ff. de reg. iur.* & per *Natt.cons.609. n.22.* & hanc differentiam fecit *Rota in Mindonien. Archidiaconatus, 14. Aprilis 1614. coram bo. mem. Vbaldo.*

In forma probanti censetur, si sit subscriptus, & publicatus per notarium de eo rogatum, etiam si non fuerit compulsatus; quia illi statur tanquam originali. *Rot. in nou. decis. 1. de fide instr.* exemplũ est in processu actorũ primæ instantiæ extractum per eũdem notarium actuarium.

Sed quando est processus iurium extractus per alium notarium, qui de illis non fuit rogatus; tunc non sufficit, quod fuerit processus publicatus, & subscriptus ab alio notario; nisi fuerit compulsatus, & extractus in vim compulsorialium: nam sine compulsoria non est in forma probanti. *Rot. in ant. decis. 4. de fide instrum.* & ita fuit responsum in *Colonien. S. Bartholomæi, 23. Ianuarij 1599. corã Orano, & in Carthaginen. iurisdictionis d. mense Aprilis 1612. coram Card. Pamphilio Iuniore*, & in d. *Mindonien. Archidiaconatus, 14. Aprilis 1614. coram bo. mem. Vbaldo.*

Vtroque casu, vt processus sit in forma probanti, debet fieri recognitio, siue manus, siue signi, siue litteratum legalitatis. *Innoc.* & alij in *cap. 2. de fide instr.* & fuit dictum in dicta *Mindonien. Archidiaconatus, coram Vbaldo.*

Vt autem validus sit processus compulsorialis, debent seruari, quæ supra sunt notata, alias processus posset fieri nulliter ex defectu, vel iurisdictionis, vel mandati, vel citationis.

Ex defectu iurisdictionis processus cõpulsorialis esset nullus, quando Iudici non fuissent pręsentatæ litteræ cõpulsoriales, quarum præsentatio ad transferendum exercitium

citium iurisdictionis, omnino necessaria est. *Rot. in nou. decis.* 21. *de concess. præben.*

Et quamuis *Rota coram Bisign. decis.* 4. *eodem tit. de concessione præb. in fine*, dixerit, quod exhibitio litterarum sufficiat quandocũque postea fiat, tamen hoc dictum Rota postea reprobauit, vt p *Cresc. decis.* 13. *de concess. præben. Rot. in recentiss. decis.* 6. *n.* 6. *par.* 2. Executor enim à die datæ recipit iurisdictionẽ in habitu, non tamen in actu, & in exercitio; nisi postquam ei litteræ fuerint præsẽtatæ. *Io: And. in cap. eam te, in fine, de rescript. Cassad. decis.* 8. *n.* 12. *de restit. spoliat. Felin. in cap. sciscitatus, n.* 13. *de rescr.* Itaque nisi constaret de præsentatione litterarum compulsorialium, processus esset nullus, quam præsentationem sola notarij attestatio nõ probaret, absque eo, quod litteræ registrarentur, vel alias de ea testes deponerent. *Caual. decis.* 644. *n.* 5. *& 6.* si tamen notarius easdem litteras compulsoriales omisisset registrare in processu cõpulsoriali transmisso ad Curiam, non tamen processus corrueret. *Seraph. decis.* 400. *n.* 1. & si copia litterarum per partem fuisset petita, sed non data; processus compulsorialis esset nullus. *Achil. decis.* 10. *&* 11. *de dol. & cont. Felin. in cap. cùm M. Ferrarien. n.* 63. *de constit. Vestr. lib.* 3. *cap.* 6. *& adden. n.* 13. *Dur. decis.* 6. *n.* 1.

358 Ex defectu iurisdictionis pariter processus est nullus, quando fuit factus per compulsorem, postquã fuisset allegatus suspectus, interposita deinde appellatione ab vlteriori processu. *Abb. in cap. quoniam contra, n.* 13. vers. *sed quæro, de probat. Caput. decis.* 168. *n.* 1. *&* 172. *n.* 1. *par.* 1.

Item non valet processus propter defectum iurisdictionis, quando fuit factus per deputatum à Iudice cõpulsore, qui facultatem deputandi nõ habebat. *Rot. in nou. decis.* 8. *de off. deleg. & decis.* 1. *in ant. eodẽ tit. & decis.* 31. *de rescr. Franc. in cap. cùm causam, quæst.* 7. vers. *& ex prædictis omnibus, de appell. Caput. decis.* 167. *n.* 1. *&* 2. *par.* 1. prout quando cõpulsor commisit notario examen testium super recognitione, & notarius citauit partes, & exercuit articulum iurisdictionis, qui non poterat subdelegari à subdelegato delegati Principis. *Rot. decis.* 3. *&* 8. *de off. deleg. in nou. Caput. decis.* 173. *per tot. par.* 1. quod

autem notarius sit habilis, vt possit recipere, idest examinare testes, consentientibus, vel nõ cõtradicentibus partibus, procedit in Romana Curia. *Mobed.decis.4.n.1. de test.*

Sic etiã nullus est processus compulsorialis ex defectu iurisdictionis, quando fuit deputatus compulsor, qui erat inhabilis, & nõ poterat deputari, qualis est persona regularis. *Caput.decis.*174.*n.*1.*p.*1.

Item quãdo processus fuit factus à Iudice compulsore deputato ab vno Auditore, à quo postea causa fuit auocata, videtur nullus, ex quo Iudex à quo fuit auocata causa, post auocationẽ remanet sine iurisdictione, & ita etiã videtur, ꝙ cõpulsor post eamdẽ auocationẽ ex defectu iurisdictionis nulliter iura extraxerit.

Sed coram *Puteo* fuit decisum, processum factum parte non opponente, valere, alias non, si pars opposuisset. *decis.* 340.*n.*4.*lib.*3.

359 Ex defectu etiam mãdati processus compulsorialis potest esse nullus, vtpotè si sit fabricatus processus vigore compulsorialiũ, quæ fuissent obtẽtę ab asserto procuratore, antequã approbasset is, cuius nomine fuerunt impetratæ. *Felin. in cap. nulli, §. sunt, & alij, n.*49. *de rescript. Mobed. decis.*4. *in fin. de rescr.*

Idem est si pro obtinenda exequendauè cõpulsoria non fuisset citata persona legitima, cùm principalis, vel legitimus procurator debeat citari. *l. de vnoquoque, ff. de re iud. Vestr. lib.*6. *cap.*1. *n.*13.

360 Ex defectu autem citationis processus cõpulsorialis esset nullus, si corã cõpulsore, post monitoriũ factum contra detinentes scripturas, de quo dictũ est *supra, n.*243. & post exhibita iura, nõ fuissent factę dictæ duæ citationes, videlicet si pars nõ fuisset citata ad dicendũ cõtra, & videndũ iurare testes super recognitione, cuius citationis forma posita est *supra, n.*251. & explicata vsque ad *num.*350. & demũ si pars nõ fuisset citata ad videndũ collationari, & auscultari, vt in formula posita supra *n.*351. & explicata vsque ad *num.*355.

Extractio iuriũ tunc etiam dicitur nulla ex defectu citationis, quãdo citationes prædictæ fuerunt nulliter executæ, vtputà si fuissent executæ citationes per edictum, cùm potuisset interesse habens citari, vel personaliter, vel ad locum

locum domicilij, in quo legitimè habitaret. *cap. fin. de dilat. cap. fin. de dol. & cont. Clem. causam, de elect. M obed. decis.* 8. *de fide instr.*

Item dicitur processus cōpulsorialis nullus, quando vel testium recognitio, vel collationatio, & auscultatio nō fuit facta, vel extra terminum citationis.

Vel extra terminum concordatum, & præfixum in litteris compulsorialibus.

Vel extra locum deputatū: nisi alias partes cōsensissent. *cap. Statutum, §. in nulloquoque, de rescr. in 6.* cum alijs *supra deductis, n.* 236.

Præsentia tamē partis prędictos defectus citationis suppleret. *Vant. de nullit. tit. quib. mod. sent. nullit. defendi possit, n.* 116. *Rot. in recentiss. par.* 2. *dec.* 144. *n.* 8. sequitur, vt dicamus de processu remissoriali.

DE PROCESSV REMISSOriali, & quæ Citationes fieri debeant pro eius validitate, & qua ratione.

361 Iure antiquo, existentibus testibus extra locū iudicij, cognitio totius causæ ad Iudicē loci testiū remittebatur, quādo vel negocij mediocritas, vel longinquitas regionis, non patiebatur litigatores venire ad locū iudicij. *l. cùm post, C. de appellat.* At iure nouo inductū est, vt ad Iudices loci testium remittatur sola facultas recipiendi testium depositiones. *l. Iudices, C. de fide instr.* Vnde à remittendo dicuntur remissoriæ, & litteræ remissoriales.

Concedebat olim remissorias solus Papa, & litteræ expediebantur sub plumbo. *Rot. in antiq. decis.* 28. *de Iud. &* 33. *de testib.* & in *nou. decis.* 4. *eod. tit. de testib.* Mox cōsueuerunt Pōtifices indulgere, vt loco plūbi sufficeret sigillū Auditoris. *Rot. in antiq. decis.* 36. *de testib.* Tandē *Innoc. viij. sua Const.* 13. *§.* 4. *in Bull. nouo, par.* 1. *fol.* 386. sustulit modū prædictum, & concessit Auditoribus Rotæ, vt remissorias ad partes concedere valeāt de aliorū Coauditorum consilio. Quā facultatem habent etiam in Curia cæteri Iudices delegati, & Auditor Cameræ in Statu Ecclesiastico, loco remissorialiū, dat litteras missiuas, extra autem decernit litteras remissoriales.

Ad rem nostram, qualiter fieri debeat processus in Curia pro obtinenda remissoria, & qualiter in partibus pro ea exequenda procedi debeat,

vt citationis defectus, & nullitates euitentur, videamus.

362 Petens remissoriā debet partem citare. partis autē appellatione venit nedum principalis; sed etiam procurator. *cap. suborta, iuncta glossa*, in verbo, *per confessionē partis, de re iud. Cassad. decis. 3. n. 3. de rescr. Caput. decis. 36. n. 5. p. 1.* & ex vsu, & obseruātia Curiæ citatio hoc modo concipitur.

363 Citetur *D. N.* exaduerso Procurator *D. N.* exaduerso principalis, ad dicendū cōtra articulos facto datos, videndū illos ad probandū admitti, tā in Curia, quàm extra: necnon decerni litteras remissoriales ad partes, concordandum de Iudice, loco, loco loci, ac termino infra quem: & dandum interrogatoria, & cōducendū interpretē, quatenus illa dare, & eo vti velit, alias videndū per D. ex officio deputari, eligi, & pręfigi respectiuè, & mādari examinari sine, & constituendū procuratorem in partibus reperibilē, & acceptantem, alias videndum mandari procedi per affixionē ad valuas maioris Ecclesiæ loci deputandi; & concordandū de portitore, videndūq; illū iurare, & ei cōsignari ad p. d. Instāte D. N. principali, siue, &c.

Sed qua ratione tot actus hac vnica citatione cumulentur, mox dicemus.

364 *Citetur D. N. exaduerso Procurator.* cauere debet petens remissoriā, vt citet personam legitimā, & videat, an habeat legitimū mandatū, & illud acceptauerit, vel illud producēdo, vel faciēdo actus iudiciales, nō enim sufficeret, si fecisset actus extraiudiciales, vtputà, informando Iudicem; quia ob id nō induceretur acceptatio mandati, & ita remissoria, data eo citato, esset nulla, totusque processus nullus existeret, qui tanquam non factus nomine ratificantis, non posset à principali ratificari. *Rota diuers. decis. 76. par. 3. lib. 3.*

365 *Ad dicendum contra articulos facto datos,* Dantur articuli, vt testes clarius probēt, & facilius possint examinari. *Malet. in tract. de test lib. cap. 7. n. 91.* citatur autem pars, vt possit contradicere, nam contra articulos possunt plura opponi.

366 Atticuli enim iuris, quādo non concernunt quid facti, sed quid iuris, non sunt admittendi; quia non cadunt in mentem testis. *Bellam. decis. 64. n. 2.*

Arti-

Articuli autem euentuales concernentes id, quod euenire potest, sunt reijciendi; quia debet expectari euentus, & iudicia non respiciunt futura negocia; sed præterita. *cap. fin. de rescr. Rota in nou. decis. 14. de testib.*

Item articuli generales, incerti, & obscuri non sunt admittendi parte opponente; nam generalitas parit obscuritatem. *l. 1. §. Labeo, ff. de flumin. Clem. Constitutionem, de elect. Paris. cons. 67. n. 5. lib. 4.* Et articulus habẽs plures intellectus necessariò non concludit intentionem eius, qui habet in eo se fundare. *cap. in præsentia, & cap. illud, de præsumpt. in fin. Paris. d. cons. 67. n. 17. lib. 4.* Et articulus debet esse clarus, & explicatus, non implicitus. *l. vt responsũ, C. de transact. l. nõ possunt. ff. de legib.*

Articuli pariter negatiuè formati sunt reijciendi; quia negantis factum; per rerum naturam, Idest per cursum causarum, nulla est directa probatio. *cap. bona, il 1.* & ibi *gloss.* in verbo *per rerum, de elect.* Et propterea articuli debent concipi per verba affirmatiua. *Specul. in tit. de teste, §. nunc viden. &c. n. 18.*

Prout etiam articuli non concludentes, non sunt admittendi. *Bart. in l. neque natales, n. 1. C. de probat.*

Item articuli, quando sunt formati per Actorem, non super iure suo; sed super iure Rei, non debent admitti. *Specul. in tit. de teste, §. nunc viden. n. 6.* rationem adducit; quia etsi Reus nullum habeat ius; tamen Actore non probante reus absoluitur, & sequitur *Bal. in l. vti frui, in addit. ff. si vsusfruct. petat.* & in *l. 1. in addit. ff. de interrog. act.*

367 Articuli similiter impertinentes, & irreleuantes, qui scilicet nec directè, nec indirectè faciunt ad causam, non sunt admittendi. *Dec. in cap. in nomine Dñi, n. 34. in fin. de test. Rota diuers. par. 6. decis. 177. n. 4. & decis. 416. n. 10. par. 5.* Item quando continent inuerisimilia. *cap. quia verisimile non est, de præsumpt. Rota in antiq. decis. 23. de testib. & decis. 276. n. 9. par. 6. diuers.*

368 Et nemo admitti debet ad probandum illud, quod probatum non prodest. *gloss. in cap. cùm contingat,* in verbo, *nihilominus, de offic. deleg.* & frustra est probare, quod probatum non releuat. *Cæs. de*

Graß.decis.2.de dilat.Caputaq. decis. 66. *par.* 3. & est *tex.* in *l.ad probationem, C.de probat.* ibi *erga probationem laborare non conuenit, cùm siquidem huiusmodi licet probetur factum; tamen intentioni nullum prabet adminiculum.*

369 Et non releuarent articuli, quando continerent id, quod in instrumentis, & scripturis authenticis contineretur; quia quicquid dicturi essent testes, potius standum esset scripturis. *gloss.* in *cap.* 1. in verbo, *in scriptis, de censib. in 6. Specul. in tit. de instrum. editi. §. restat. n.*3. *Crauett.consi.* 54. *n.*15. *Rota decis.*582. *n.*6. *par.*1. *recent.*

Minus etiam releuarent, si continerent contrarium eius, quod in scripturis authenticis contineretur, *Seraphin.decis.*1460. *n.*3. *Rota decis.*589. *n.*1. *in fin. par.*2. *recent.*

370 Itē si contradicerent partium conuentionibus. *decis.* 772. *n.*5. *in recentiss. par.*1.

Item si essent improbabiles. *decis.*349. *n.*3. *par.*2. *in recentiss.*

371 Sed quando dubium est, an releuent, solent per Rotā admitti. *decis.*25. *de testib. in antiq. Vestr. lib.*5. *cap.*15. *n.*7. *Buratt. decis.* 28. *n.* 3.

372 Articuli pariter non sunt admittendi, quando in effectu sunt ijdem, super quibus testes antea deposuerunt. *Seraph. decis.* 690. *Rota diuers. decis.* 95. *lib.*2. *par.*3.

373 Prout etiam nec sunt admittendi, quando in eis articulantur contraria, seu diuersa ab ijs, quæ antea fuerunt in alijs articulata; qui enim sibimet est contrarius, siue varius, non debet audiri. *Innoc. in cap. fraternitatis, in fin. de testib. Vital. in Clem.*2. *n.*144. *eodem tit. Caual.decis.*208. *n.*2.

Item quādo ijdem articuli essent inter se contrarij, non essent admittendi. *Burattus decis.*351. *n.*2.

374 Similiter articuli non sunt admittendi, quando dātur extra terminum, vtputà si dantur post litem finitam per rem iudicatam; quia lite finita non sunt vlterius recipiendæ probationes. *Ias. in l. patre furioso, n.*22. *ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, Caput. decis.* 51. *par.* 3. *Caual. decis.*208. *n.*1. *Greg.decis.*211. *n.* 2.

375 Nec etiam sunt admittendi, quando post didicita testificata, seu publicationem testium,

testium dantur, super ijsdem, vel directè cõtrarijs, propter timorem subornationis. *cap. fraternitatis, & ibi Doct. de testib. Auth. at qui semel, C. de probat. Seraph. decis.* 688. *n.* 1. Secus autem si solum fuerit habitum summarium.

376 Quia non idem iudicatur de summario, quod de originali. *Imol. in l. fin. ff. quemadm. test. aper. Seraph. ibidem, n.* 3.

377 Et quando post didicita testificata possint de nouo testes examinari, vide *Greg. decis.* 583. *n.* 2. & ibi *adden.* & adde *Surd. decis.* 153. *per tot.*

378 Neque etiam videntur admittendi articuli, quando dantur post lapsum terminũ datum ad probandum, & probatum habendum; quia illa verba exigunt perfectã probationem. *Vestr. lib.* 6. *cap.* 2. *sub n.* 21. & per *addent. ad eũ, n.* 60.

Item quando in Curia fuissent seruati termini substantiales, & præcipue terminus ad articulandum.

Item quando fuisset conclusum in Causa; quia per eã renunciatur omnibus probationibus, & defensionibus. *gloss. in cap. cùm dilectus,* in verbo, *conclusum, de fide instrum.*

379 Aduerte tamen, quia cùm præfixio termini pendeat ab ordinaria Iudicis facultate, *l.* 1. *C. de dilat.* & probationes non sint angustandæ. *l. curent Magistratus, ff. de testib. l. ne quid, §. de his, ff. de incend. ruin. & naufr.* & iniquum sit præcludere viam, ne aperiatur veritas. *Socc. in cap. fraternitatis, n.* 8. *in princ.* & in 4. *art. n.* 9. *post med.* vers. *vnde aduertendum, de testibus. Mars. in l.* 1. *§. fin. n.* 9. *ff. de quæst. Surd. decis.* 153. *in fin.* Iudex, non obstante lapsu termini præfixi, potest, & ex equitate debet articulos recipere, quos ad causam pertinere viderit, & releuare. *cap. cùm Ioannes Eremita, de fide instr.* circa fin. ibi *cùm Iudex (qui vsque ad probationẽ sententiæ debet cuncta rimari) possit interrogare de facto, quoties dubitationis aliquid occurrit.*

380 Et quamuis probatio nõ admittatur elapso termino ad probandum, secundum communem opinionem, vt per *Bart. in l.* 1. *C. de dilat.* & in *extrauag. ad reprimen.* in verbo, *in termino*; tamen ea restringitur, vt locum habeat

quoad partem, non quoad Iudicem, vt si aduersarius per terminum præfixum excludatur à probatione, non tamen ipse Iudex excludatur ab admissione. iuxta *tex. in cap. cùm clamor, de testibus. Socc. reg.* 312. in verbo *probatio,* vers. *fallit quia prædicta regula habet locum.* Et quod etiam post terminum articuli debeant admitti de æquitate, ante tamen conclusionem in Causa. dixit *Rota in nou. decis.9. de testib. Io:Bapt. Ferret. cons.77. n.2.*

381 Et quando post conclusionem in Causa admittuntur articuli, tunc tacitè conclusio censetur reuocata. vt per *Rot. in nou. decis.1. de testibus.*

382 Et articuli, & testes magis recipiuntur ex officio Iudicis, quàm ad instantiam partis. *Clem. Iudices, cum ibi notatis, de offic. deleg.*

383 Officium autem suum Iudex potest adhibere, quando sibi videtur expedire, etiã post conclusum in Causa. *Rot. in nou. decis. 2. de testib.*

384 In Curia post terminos substantiales seruatos, quando terminus ad articulandum rectè seruatus fuit, nõ solent admitti articuli criminosi, siue obiectiui. *Rot. in antiq. decis.14. & 27. de testibus.*

385 Et si darentur in termino ad declarandum, non reciperentur, quia ille terminus datur ad effectum declarandi, & specificandi obiectus antea in termino ad articulandum oppositos, terminus enim ad ponendum, seu articulandũ datur ad effectum, vt in eo proponantur articuli etiam obiectiui. *Rota in antiq.dec.9. de testib. & decis.17.de except.* qui terminus ad declarandũ est necessarius in materia obiectiua; quia articulus obiectiuus tendens ad repulsam aduersarij, vel testium ratione criminis, requirit magnã, & exactam specificationem criminis, loci, & temporis, & etiam diei, & horæ, quando dies, & hora sunt de substantia materiæ articulatæ. *Bellam. decis.445. Rota in nou. decis.18. de testibus.*

386 Quando autem articuli sunt de iure dantis, vtputà si descendunt ex gratia si neutri, etiam post terminum possunt dari, & debent admitti. *Rota in nou. decis.1. & ibi additio. de sequestr. poss. & fruct. & decis.661. per tot. p.2. recent.* non tanquam obiectiui,

ni, sed vti concernentes bonum Ius articulantis. *Vestr. in praxi, lib.5. cap. vlt. n. 12. & 14. Duran. decis.236. n. 5.*

387 Sed si omitteretur hęc citatio, ad dicendum contra articulos, talis defectus suppleretur ex intimatione cōmissionis receptioris, quæ fit in partibus, cùm in commissione mādetur, vt testes examinentur super articulis in Rota productis hinc inde, qua ratione pars tunc potuit opponere. *Cassad. decis. 2. de Iud. Cas. de Grass. decis. 15. n. 4. de testib. Greg. decis. 351. n. 49.*

388 Adduntur verba *facto datos*; quia articuli sunt præsentandi coram Iudice, in actis scilicet producendi facto, non verbo: vt Iudex videre possit quales sint, & an reijciendi, vel admittendi sint; ab eo enim debent admitti in Curia; non autem in partibus à Iudice remissoriæ. *Rota diuers. decis. 221. in fine, lib. 2. & decis. 757. lib. 3. par. 3. & in recentiss. par. 2. decis. 663. n. 10.* cui non datur alia facultas, quàm examinandi testes super articulis in rotulo inclusis. & propterea non potest excedere fines sui mādati, & successiue nec articulos admittere, neque interrogatoria resecare; *Gregor. d. decis. 351. n. 48.*

389 Datur autem receptori in eisdē litteris remissorialibus facultas recipiēdi testes, & illos examinandi super liquidatione fructuum, & etiā super reprobatione testium. & ideo articuli, vel super liquidatione, vel super reprobatione non dantur in Curia; cùm nec quantitas fructuum liquidandorū, nec exceptiones contra testes notæ sint in Curia. Sed dantur coram eodem Iudice remissoriæ: & ideo fit subdelegatio in partibus per Auditorē Causæ, ad recipiendum testes, & illos examinandum super liquidatione fructuum tantum; & coram subdelegato in partibus dantur articuli concernentes materias liquidationis fructuum. *Boccac. de litteris remissorial. cap. 5. n. 1.* sed si quis ab Auditore obtineret decerni remissoriam pro liquidatione fructuum, tunc intraret *decis. Put. 190. lib. 1.* q non possent dari in partibus; quia Iudex remissoriæ deputatus, est merus Executor, & non potest articulos admittere.

Ad videndum illos ad probandum admitti, tam in Curia, quam extra.

390 Admissio articulorum non est de substantia ordinis iudiciarij, nec vitiat, si fuerit omissa, receptionem testium, dummodo alias sint pertinentes. *Rota in antiq. decis.* 10. *n.* 3. *de except.* & eo ipso, quod Iudex recipit articulos, quādo sunt pertinentes, & admissibiles, censetur tacitè admittere. *Rota in nou. decis.* 12. *de probat.* atque dum pars est citata ad dicendum contra articulos, si postea Iudex parte non vocata illos admittat, partem non grauat, quando prius dedit suas exceptiones. *Rota in nou. decis.* 9. *de testib.* sed quia posset semper dubitari an articuli essent pertinentes, Ideo pars debet citari pro illorum admissione ad probandum, tàm in Curia, quàm extra. *Rota in nou. decis.* 1. *n.* 2. *de fid. instr. adden. ad Vestr. in praxi, lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 5. *&* *cap.* 15. *n.* 9. Et quia admissio articulorum est interlocutoria, ideo ad illam est pars citanda. *cap. ad petitionem, de accusat. Rota in nou. decis.* 8. *n.* 1. *de testib.* quæ admissio si fit facta partibus præsentibus, & consentientibus, quoad partes transit in iudicatum; non autem quoad Iudicem. *Bellam. decis.* 51. *n.* 1.

391 Ad hanc citationem solent citati excipere generalia contra, & protestari non esse admittendos, nisi saluo iure impertinentium, & non admittendorum, id not. in *Clem. Constitutionem, de elect. Rota in antiq. decis.* 13. *de testib.*

392 Et Iudex solet articulos admittere cum clausula saluo iure impertinentium, & non admittendorum; quæ operatur, vt si non sint pertinentes, habeantur pro non admissis, & super eis depositiones testium sint reijciendæ, vt per *Canonistas in cap. cùm contingat, de offic. deleg.* & per *Legistas in l. si duo patroni,* §. *idem Iulianus, ff. de iureiur. Vestr. lib.* 5. *cap.* 14. *n.* 6. & ibi *addent. n.* 26. *&* *cap.* 15. *n.* 3. *&* 9. Et quando verisimiliter dubitatur de impertinentia, solet in Rota disputari an articuli sint admittendi. *Rota in antiq. decis.* 34. *de probat. Vestr. lib.* 5. *d. cap.* 15. *n.* 3.

393 *Ad videndum decerni litteras remissoriales.* Hæc citatio non videtur necessaria, quando præcedit citatio ad dicen-

dicendum contra articulos, & videndum illos ad probandũ admitti, tàm in Curia, quàm extra; quia aduersarius est citatus ad dicendum contra articulos, & easdem exceptiones potest opponere, quas opponeret si citaretur pro remissoria; ex vsu tamen Curiæ, & æquitate fieri debet. *Seuerol. de remiss. cap.* 21. quando autẽ omitteretur citatio ad dicendum contra articulos, necessaria esset citatio pro remissoria, quandoquidem ex ea potest altera pars lædi *l. de vnoquoque, ff. de re iud.*

394 Cùm enim sit species dilationis, quæ datur ad probandum extra Curiam. *Rota in antiq. decis.* 28. *de Iud. & decis.* 4. *de testib. in nouis.* impedit processum ad vlteriora, & pendente dilatione conquiescit officium Iudicis *l. si-ue pars, C. de dilat.* & dilatio non datur sine causæ cognitione *l. & procedente, C. de dilat.* Idcirco remissoria dari nequit sine causæ cognitione, & sine citatione partis. *l. in causa, la* 1. §. *causa autem cognita ff. de minor.* cum alijs supra adductis *in cap.* 2. *n.* 65.

395 Verum est, quod materia cõcessionis remissoriæ est arbitraria; arbitrium tamen debet esse regulatum cum causæ cognitione. *l. Iudices, C. de fide instrum.* ibi, *vt possint si hoc perspexerint occasione testiũ in alijs locis degentium litigantes, vel procuratores eorum ibi destinare, vt depositionibus sub vtriusque partis præsentia factis res ad eos referatur. Cassad. decis.* 3. *n.* 1. *de dilat. Mantic. decis.* 312. *n.* 10. Sed in quibus versatur hæc causæ cognitio, hocque Iudicis arbitrium in concedenda, vel deneganda remissoria? materia vtilis est, & practicabilis, non tamen bene collecta, nec satis clarè in diuersis locis per Doctores, & in varijs decisionibus per Rotæ Auditores ni fallor explicata. Dico itaque breuiter, versari in cognitione, & inspectione qualitatis articulorum, testium, causarum, & petentium.

Quoad articulos inspicere debet Iudex, an sint pertinẽtes, releuantes, de iure dantis, & admissibiles, iuxta ea quæ superius latè dicta sunt.

396 Quoad testes; si sint examinandæ mulieres, debet pro illis dari remissoria. *cap. mulieres, de iudic. in* 6.

Item.

Item si sint examinandæ personæ illustres debet dari remissoria pro illis. *Rota decis. 611. n. 1. par. 3. diuers.*

Item si sint examinandi infirmi. *Rota diuers dec. 1173. lib. 3. par. 3.*

Item si sint examinandi senes, dummodo sint valetudinarij. *Rota in nou. decis. 9. de Iud.*

Et dummodo specificentur eorum nomina, ne alias esset in potestate partis, alios examinare. *Put. decis. 305. n. 1. & 2. lib. 3.*

Quoad causas, quinque potissimum sunt per Iudicem inspicienda, an causa sit criminalis, an beneficialis, an pro fama, & an possessoria, & an executiua.

397 In causis criminalibus testes apud Iudicem repræsentandi sunt, vt cùm res exegerit, quando scilicet vacillarent, tormentis subijciantur. *Auth. apud eloquentissimum*, iuncta *gloss.* in verbo *exegerit, C. de fide instrum.*

398 Et testibus, quando veniunt ad ferendum testimonium, sunt subministrandæ expensæ, & ob id testes non censentur suspecti; quia pecunias receperint pro viatico, etsi enim testes compelli possint ad comparendum coram Iudice, non tamen compelli possunt ad comparendũ proprijs expensis. *cap. secundo, §. venturis, 4. quæst. 3. l. quoniam*, vbi *gloss.* in verbo *sumptus, C. de testib. Rota dec. 294. n. 11. post consf. Farin. par. 2.*

399 Et quando etiam de crimine ciuiliter agitur, non datur remissoria ad probandum delictum, obiectumuè criminis sine magno fumo, vtputà falsitatem mandati procuræ ad resignandum. *Rota in recent. decis. 503. n. 4. par. 2.* vel simoniam conuentionalem. *Caputaq. decis. 62. & 63. p. 3.* nec etiam ad probandũ contrauentionem aduersus proprium iuramentum. *Caualer. decis. 512. n. 1.* Item denegatur remissoria, quando tendit ad detegendam falsitatẽ, & periurium testium, quando non datur fumus falsitatis. *Duran. decis. 131. n. 5.* Ad probandum autem concubinatum notorium, ad effectum redarguendi præsentationẽ, vti factam de indigno, fuit data per Rotam. vt per *Caputaq. decis. 67. n. 1. par. 3.*

400 Et quando crimen deducitur per viam exceptionis, debet

debet concedi remissoria. *Felin.in cap.cùm causam,n.23. de testib.* quod tamen verum est, quando datur magnus fumus. *Cassad. decis. 4. de dilat. Caput.decis.62. par.3.Put. decis.* 219. *n.3. lib. 1. Rota in recentiss. par.1.decis.610.n.2. & decis.570. n.2.par.2. in recentissimis.*

401 Fumus sufficiens resultat ex testibus sine citatione, seu alias nulliter examinatis; nisi tamen adsint alij testes in cõtrarium. *d. decis.570. n.2.*

402 Et in materia obiectiua, vt fumus sit sufficiens, debet esse talis, vt faciat semiplenã probationem. *Rota diuers.decis.687. n. 3. lib. 3. par. 3.* & *decis.302.n.15.par.5. diuers.*

403 Et ad probandam simulationem contractus, licet sit delictum; tamen, quando deducitur per viã exceptionis, potest concedi remissoria. *Felin.in cap.cùm causam,n.23. de testib. Soccin.cons.60.n.13. lib. 2. Menoch. de recuper. remed.15. n.361.* dato tamen fumo. *Coccin. decis.260. n.1.*

404 Si causa est beneficialis, in qua scilicet agatur de titulo beneficij. *Clem. dispendiosam*, vbi *gloss.* in verbo *beneficijs*,& ibi *Vitalin.n.5.& 33. Card. n.12. de Iud.* Remissoria non datur in prima instantia, neque in secunda, etiam si articuli essent releuantes. *Put. decis.42.lib.1.Rota diuers. p.5. decis.43. n.4.*

In tertia autem instantia datur, si articuli sint releuantes. *Put. decis. 54. n.2. lib. 2.* & ratio est, ne in beneficijs detur diutina vacatio. *Clem. dispendiosam, cum ibi not. de Iud.*

Declara, quod in beneficialibus in prima, siue in secunda instantia, datur remissoria pro senibus, & valetudinarijs, quorum nomina, & cognomina sunt specificanda, & datur cum fumo, sine tamẽ retardatione processus. *Put. decis.305. lib.2.*

Et pro alis testibus datur etiam siue in prima, siue in secunda instantia, pluribus concurrentibus, nempe, vt articuli sint releuantes, detur fumus boni iuris, & petens remissoriã se obliget de stando vnicæ sententiæ, de qua constet in actis. & si est possessor, consentiat sequestro apponendo. *Achill. decis.6.de dilat. Caput. decis. 56. 57. & 60. & 66. par. 3. Seraph. decis.555. n.4.Coccin. decis.165. n. 5.*

*n.*5. & 246. *n.*3. *Caual. decis.*271. & in *recent. par.*2.*decis.*491. *n.*3. *Rota diuers. decis.*919.*n.*10. *lib.* 3. *par.*3. & 873.*lib.*3. *n.*1.

Et quia, vt dictum est, hæc materia remissoriæ est arbitraria, nota quod in prima instantia fuit data remissoria prouiso à nuntio, ad probandum valorem beneficij, quod esset infra taxam, & de compræhensis in facultatibus nūcij. *Rota in nou. decis.* 10. *de probat. Cresc. decis.*4. *de probat.*

Et in secunda instātia fuit data ad probandum familiaritatem Cardinalis, vt per *Cresc. decis.*5. *n.*2. *in fin. de concess. praben.*

Et concessa etiam fuit remissoria pro iustificatione gratiæ si neutri, stante releuantia articulorum super vacatione Ecclesiæ, super valore beneficij, & super valore obtentorum. *Duran. decis.*2. *n.* 1.

Datur etiam remissoria in beneficialibus vbi est commissa causa appellatione remota. *decis.*36. *n.*4. *par.*2. *in recentiss. Caual. decis.*59.

Datur etiam ad probandū dotationem, & fundationem beneficij de iurepatronatus. *Cas. de Grass. decis.*1. *de dilat. n.*8. *Duran. decis.*202. *n.*4.

Et remissoria si petatur ab Actore, & Reus opponat de vnione, de vnione prius venit disputandum. *Duran. decis.*2. *n.*4.

405 In prophanis, seu ciuilibus causis indistinctè datur remissoria. *Cas. de Grass. decis.*26. *n.* 10. quando scilicet Causa est ordinaria. *Seraph. decis.*294. *n.*3. & datur in qualibet instantia, etiam sine fumo, dummodo sit releuans. *Caput. decis.*68. *n.*1. *par.* 3. & *decis.*389. *n.*1. *par.*1. *in recentiss.* sed quando quis haberet præsumptionem contra se, ei non daretur remissoria. *Cas. de Grass. decis.* 26. *n.* 1. neque etiam daretur vbi esset magna suspicio calumniæ. *Mantic. decis.*61. *n.*5. sufficit tamē, vt calumniæ suspicio remoueatur. *Mant. decis.*312. *n.*1. & *decis.*374. *n.*2. & ideo datur dummodo sit releuans.

406 Et sufficit releuātia vnius articuli, vt detur pro omnibus. *Greg. decis.* 124. *n.*3. & *decis.*403. *n.*7. *Rota diuers. p.*6. *decis.* 177. *n.*1. 196. *n.*9. 266. *n.*1. Imò in dubio án articuli essent releuantes, daretur remissoria. *Coccin. decis.*20. *n.*4.

Sed

Sed vbi nulla adesset releuantia non concederetur, ne Aduersarius inutilibus expensis grauaretur. *Rot. diuers. decis.* 647. *n.* 3. *lib.* 3. *par.* 3.

407 Stante itaque releuantia non est necesse dare fumum de articulatis. *Rota in recentiss. decis.* 277. *n.* 1. *par.* 1. & datur etiam absque fumo boni iuris. *Mart. Andr. decis.* 38. *n.* 1. *Rota in recentiss. par.* 1. *decis.* 715. *n.* 1. & cum non sint coangustandæ probationes. *Caual. decis.* 289. *n.* 4. Rota non solet esse rigorosa in concedendis remissorijs, & sufficit, quod articuli aliquo modo faciant ad causam directè, vel indirectè, & qualitercumque adminiculentur, etiam læui præsumptione. *Caual. decis.* 232. *n.* 2. & in ciuilibus, vt plurimum pendet ab arbitrio Iudicis. *decis.* 134. *n.* 2. *in recent. par.* 2. *Mant. decis.* 312. *n.* 10.

408 Causa prophana ad effectū remissoriæ censetur quælibet alia causa, in qua non agitur de titulo beneficij. *Greg. decis.* 174. *n.* 2. & ibi *addent. n.* 7. & *decis.* 403. *n.* 1. & ibi *addent. littera A.*

Et ita causa decimarum ad effectum remissoriæ censetur prophana. *Greg. d. decis.* 174. *n.* 1. & ibi *addent. n.* 7. quæ conceditur absque difficultate in quacumque instantia, etiam sine fumo. *Rota in recentiss. par.* 1. *decis.* 183. *n.* 1. *par.* 2.

Causa etiam iurispatronatus ad effectum obtinendi remissoriam habetur pro prophana. *Cæs. de Grass. decis.* 1. *n.* 1. *de dilat.* etiamsi pro eius interruptione darentur prouisiones Apostolicæ, quæ tamen tales non essent, vt inducerent præsumptionem. *Achill. decis.* 13. *n.* 4. *de iurepatronatus.*

Item dicendū est de causa matrimoniali, & spirituali, vt in quacumque instantia detur remissoria, vt in prophanis, quando materia est releuans. *Caput. decis.* 53. *n.* 1. & 2. *par.* 3. *Mohed. decis.* 5. *n.* 1. *de probat. Rota post cons. Farin. par.* 2. *decis.* 94. *n.* 1.

409 Et in prophanis nedum remissoria datur in tertia instantia; sed etiā in gradu restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam. *Caual. decis.* 170. *n.* 1. *Greg. decis.* 184. *n.* 2. & ibi *adden. n.* 7. *Gregor. decis.* 276. *n.* 2. & ibi *adden. n.* 7. dicentes tunc requiri maiorem

rem fumũ. *Duran. decis.* 121. *n.* 27.

410 In gradu autem nullitatis, & notoriæ iniustitiæ, nõ datur remissoria; quia cùm nullitas non possit intelligi, nisi ex processu, & eius inspectione, inanis est labor testes super nullitatibus examinare: Similiter, quia notoria iniustitia debet ex eisdem actis resultare, non potest ex nouis iustificari, & quando iniustitia indiget iustificatione, sequitur quod non sit notoria, & ideo remissoria denegatur hoc casu; cùm vtilitatem aliquã partibus afferre non possit, vt per *Caual. decis.* 216. *per tot.*

411 Si Causa est possessoria, petitio remissoriæ reijcitur; quia in possessorijs non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, quæ vel debent esse probatæ, vel incontinenti probandæ, vt per *Doct. in l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. Rot. in recent. p.* 1. *decis.* 212. *n.* 7. & *decis.* 306. *n.* 4. *par.* 6. *diuers.*

Et ideo de stylo Rotæ solet dari, sed sine retardatione. *Seraphin. decis.* 294. *n.* 1. & 2. dari autem solet etiam cum retardatione, quando excipiens dat fumum vrgentem. *Seraph. decis.* 298. *n.* 3.

412 Distinctè itaque procedendo dicamus, quod quando agitur in remedio retinẽdæ, & in summarijssimo ad effectum impediendi manutentionem eius, de cuius possessione constat, remissoria non datur. *Rota diuers. decis.* 250. *n.* 4. *par.* 5. sed post datum mandatum de manutenendo ei, qui probauit, potest dari remissoria alteri, qui vult docere de sua possessione anteriori, & meliori, & aliàs manutenibili, ad effectũ obtinendi mandatum, quod hodie vni datur, & cras alteri, cùm non transeat in iudicatũ quoad Iudicem. *l. quod iussit, cum ibi not. ff. de re iud. Rota diuers. decis.* 641. *n.* 9. *par.* 1.

413 Quando etiã aliquis agit ad successionem vigore testamenti, ex remed. *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* & Reus petit remissoriã ad effectum impediendi immissionem, illa non datur cum retardatione. *Seraph. decis.* 1364. *n.* 1. *Caual. decis.* 208. *n.* 3. *Buratt. decis.* 211. *n.* 5. *Greg. decis.* 367. *n.* 1. & ibi *adden. n.* 3.

Atsi agens dicto remedio indi-

indigeret remissoria, non denegaretur: quia tunc non agitur ad retardandum, seu impediendum, sed verificandũ, & probandum; quæ facultas Actori deneganda non est. *l. qui accusare, C. de eden.*

414 Et ideo quando agitur inter duos prouisos Apostolicos, & vnus iustificauit suam gratiam, ad retardandã illius immissionem, alter nõ potest petere remissoriam; quia debet habere probationes in promptu, & incõtinenti probare. *Menoch. de adipisc. remed. 4. n. 581. in fin. Rota in recentiss. decis. 349. nu. 1. par. 2.*

415 Et quando agens in Saluiano probauit requisita, reijcitur petitio remissoriæ rei conuenti ad retardandã eius immissionem, sine tamen retardatione datur. *Seraph. decis. 1200. n. 5. Rota in Imolen. Saluiani interdicti, 5. Decembris 1661. coram Card. Lancellotto post Pacific. de Salu. decis. 50. iuxta primam impressionem. Rot. diuers. par. 6. decis. 306. n. 5.*

416 Quando autem agitur in spolio, seu possessorio recuperandæ, tunc ad illud probandum si petatur remissoria à spoliato, debet concedi; quia nihil impeditur, vel retardatur, stante possessione rei conuenti. *Cassad. decis. 2. de dilat.* Si verò petatur remissoria à Reo ad diutius se confouendũ in spolio, denegatur. *Cassad. d. decis. 2. de dilat. Caput. decis. 63. n. 1. par. 3. Buratt. decis. 66. n. 1.* quando scilicet est suspensum petitorium. *Seraph. decis. 117.* dummodo suspensio petitorij facta non sit ad solum effectum impediendi remissoriam. *Seraphin. decis. 298. n. 2.*

417 Suspensio enim petitorij non admittitur, quandò videtur fieri calumniosè. *cap. pastoralis, vers. si verò, de caus. possess. & propr. Mobed. decis. 14. de restitut. spoliat. n. 1.*

418 Non dicitur autem remissoria indistinctè petita per Reum conuentum in spolio, ad confouendum se in spolio; sed tunc demum, quãdo spolium sit bene probatũ. *Cassad. decis. 2. de dilat. Caput. decis. 63. n. 2. par. 3.* si enim non sit probatum, vel Reus conuentus non indiget remissoria; quia Actore nõ probante Reus absolui-

soluitur. *l. qui accusare, C. de eden.* vel si eam petat ad abũdatiorem cautelam,& ad magis excludendum prętensum spoliũ; tunc non debet denegari. *Cassad. d.decis.2.n.1.de dilat.*

419 Item si probatũ esset spolium per Actorẽ, & Reus peteret remissoriam super articulis concernentibus petitorium, non daretur remissoria. *Seraph. decis. 294. n. 4.* sed si peteretur super articulis respicientibus possessorium, & ad excludendum, seu excusandum spolium,non denegaretur remissoria. *Rota diuers. decis.1013. lib.3. par.3.* Concurrente scilicet fumo,& cessante calumnia. *Cassad. dec.4. n.1. de dilat. Put. dec.415.lib.2. Buratt. d. decis.66. n.2.* prout si adessent testes,etiam nulliter examinati, qui prætensũ spolium excluderent. *Cassad. decis.3. n.2. de dilat.*

420 Si causa agitur super attentatis, & remissoria petatur ab eo, qui de illis agit, remissoria non conceditur; sed datur terminus ad probandum in Curia. *Rota in antiq. decis.7. de probat.& decis.10. de appell.* & in *nou. decis. 4. in addit. vt lit.pend. Buratt. decis. 4.n.8.* ratio est,ne iudicia differantur; quia iudicium attentatorum suspendit omnem causam, tàm petitorij, quàm possessorij: ex quo attentata ante omnia sunt reuocanda. *cap. ex parte, il 2. de appellat. cap. non solum. eodem tit. lib.6.*

421 Sed si attentata essent talia, quæ in partibus tantum possent probari; vtique remissoria ad ea probanda veniret concedenda: quia attentata sunt odiosa,& punienda. *cap. cordi, in fin. de appellat. in 6.* aliàs esset auferre facultatem probandi, quæ non est auferenda; sed amplianda. *l. generaliter, in princ. C. de reb. cred. cap. fin. cum ibi not. de testib. cogen.* aliàs non deficeret Ius, sed probatio iuris. *l. duo sunt Titij, ff. de testam. tut. Cassad. decis.4. de dilat. n.1. & 2.*

422 At si remissoria ab eo, qui super eis conuenitur, petatur ad excusandum attentata iã probata, non conceditur, nisi dato magno fumo. *Put. decis. 219. n.3. lib.1.* sed si liquidissimè constaret de attentatis, non daretur. *Afflict. decis.351. n.6. & 7. Lancell. de attent. p.3. cap.26. n.115. & seq. Coccin.* de-

decis. 246. *n.* 1. & 2.

423 Si verò causa sit executiua, denegatur remissoria. *Caput. decis.* 262. *par.* 1. & ideo in executiuis, & in alijs, quæ requirunt subitam expeditionem, & summariam probationem, datur remissoria; sed sine retardatione. *Rota diuers. decis.* 1111. & 1115. *par.* 3. *lib.* 3. quæ tamen in executiuis nihil prodest; sed perinde est, ac si non fuisset decreta, cùm Iudex possit exequi, quando vel articuli admissi sunt sine præiudicio processus executiui, vel decreta est remissoria sine retardatione processus. *Rota diuers. decis.* 718. *par.* 3. *lib.* 3. & *decis.* 582. *n.* 3. *par.* 1. *in recent.* & *decis.* 334. *n.* 5. *par.* 5. *diuers.*

Danda est autem etiam in executiuis remissoria, cum retardatione processus, quando vel datur magnus fumus, vel quando denegata remissoria sequeretur damnum irreparabile. *Coccin. decis.* 122. *in fine, Rota diuers. decis.* 276. *n.* 12. & 13. *par.* 6.

424 Ratione denique petentis aliquando denegatur remissoria, cum causæ tamen cognitione. *Crescent. decis.* 1. *de fer. n.* 4. cùm regulariter sit danda, ne coangustentur probationes. *l. quoniam, in fine, C. de hæret. cap. quoniam frequenter, vt lit. non contest. Rot. post cons. Farin. decis.* 330. *n.* 1. *par.* 2. cùmque illius concessio plurimùm pendeat ab arbitrio Iudicis. *l.* 2. *C. vt intra cert. temp. crimin. quæst. termin.* ibi *Iudicum autem debet esse diligentia, vt si nulla rationabilis à Reo, vel accusatore dilatio postuletur, vrgeant talium causarum notionem, non expectatis moris. Mantic. decis.* 312. *n.* 10.

425 Et quia remissoria dari nequit sine iurisdictione. *Abbas in cap. fraternitatis, sub n.* 6. vers. *est enim hoc iurisdictionis, de Cleric. non resid. Greg. decis.* 325. *n.* 20.

Ideo danda non esset, vel vbi non constaret de lite. *Rota diuers. decis.* 1150. *n.* 1. *par.* 3. *lib.* 3. Item vbi acta non essent transportata. *Rota post cons. Farinac. decis.* 306. *n.* 2.

Vel vbi adesset res iudicata, quæ imponit finem litibus. *cap.* 1. *de lit. contest. lib.* 6. & post eam probationes non sunt recipiendæ.

Iaſ. in l. patre furioſo, n. 22. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Caputaq. deciſ. 51. *par.* 3. *Seraphin. deciſ.* 1308. *n.* 1. *Caualer. deciſ.* 281. *in fin.* niſi commiſſa fuiſſet cauſa reſtitutionis in integrum: quia tunc dato fumo de releuantia, concedenda eſſet remiſſoria, ex relatis per *addent. ad Gregor. deciſ.* 184. *n.* 7. *Duran. deciſ.* 121. *n.* 27. tunc autem non eſſet danda, quādo Signatura dumtaxat mandaſſet, vt quis contra rem iudicatam audiretur; quia intelligeretur, vt deberet audiri, ſi ex deductis eſſet in aliquo grauatus, non autē, vt admitteretur ad nouas probationes, & lis finita iterum excitaretur. *Greg. deciſ.* 211. *n.* 3.

Vel etiam vbi adeſſet trāſactio, quæ pariter litibus finem imponit. *l. fratris, C. de tranſact. Duran. deciſ.* 121. *n.* 7. *& ſeqq. niſi cauſa ſuper eius reſciſſione fuiſſet commiſſa. Duran. ibidem, n.* 27.

426 Denegaretur pariter remiſſoria illi, qui ex cauſa repellendus eſſet à limine iudicij, qualis eſt excommunicatus. *cap. exceptionem, de except. Buratt. deciſ.* 23. *n.* 9. *&* 10.

427 Ex duplici alio capite denegari ſolet remiſſoria, vel quando adeſt timor ſubornationis teſtium, vel calumniæ præſumptio, ad protelandam cauſæ diffinitionem.

Subornatio teſtium non minus in appellationibus, quàm in principali cauſa timenda eſt. *Clem.* 2. *in fin. de teſtibus.* Ideo quando ſubeſt illius timor, remiſſoria denegatur. *Caputaq. deciſ.* 50. *par.* 3. *n.* 4. prout ſi peteretur ab eo, qui aliàs teſtes corrupiſſet. *Caput. deciſ.* 54. *n.* 2. *par.* 3. vel minatus fuiſſet teſtibus. *Bellam. deciſ.* 624. *ſub n.* 1. verſ. *& certè multum benè. Duran. deciſ.* 131. *n.* 5. vel ſi aliquis teſtis aliàs examinatus, ad eiuſdem petentis inſtantiam confeſſus fuiſſet falſum depoſuiſſe. *Rota in recent. par.* 2. *deciſ.* 406. *n.* 2. *circa fin.*

428 Et quia in Regno Neapolitano viget praua conſuetudo falſorum teſtiū, & vſus ſubornandi teſtes. *Gram. vot.* 14. *incip. in Cauſa Regij Fiſci, n.* 11. *&* 12. Ideo Rota antiquitus

quitus in causis Regni nolebat remissorias præcipitāter relaxari, nisi nominatis prius testibus, & aliquibus ad Curiam adductis, & coram Iudice auditis, prout fuit obseruatum in Neapolitana illegitimitatis de anno 1607. coram Penia, quæ est *decis.* 239. *n.* 3. *post cons. Farin. par.* 2.

Verū postea Domini considerantes prædictam prauā consuetudinem non probari, nec præsumi, reprobato eiusdem *Gramat. voto*, recesserunt à prædicta obseruantia, & non aliter adductis testibus ad Curiam consueuit remissoriam relaxare. vt in *decis.* 277. *n.* 4. *&* 5. *in recentiss. p.* 1. *& par.* 2. *decis.* 517. *n.* 5.

Si tamen siue in causis Regni, siue aliorum locorum daretur fumus vehemens subornationis, tunc adhiberetur prædicta cautela nominādi testes in Curia, eosque adducendi. vt in d. *decis.* 277. *in fin. par.* 2. *in recentiss.*

429 Quando autem calumniosè petitur remissoria, deneganda est. *Felin. in cap. de cætero, n.* 12. *de re iud.*

Calumniæ tamen præsumptio de facili non admittitur, vt quis repellatur à probādo. *Bellam. decis.* 624. *in finalibus verbis. Buratt. decis.* 28. *n.* 6. & ex multis cessat ad effectū remissoriæ.

430 Itaque si petens remissoriam non possidet, non intrat prædicta calumniæ præsumptio. *Buratt. decis.* 816. *in fine.* Si verò possidet, tunc ea excluditur, vel si testes nominentur in Curia. *Coccin. decis.* 10. *n.* 7. *Caput. decis.* 70. *par.* 3. vel quādo articuli sunt releuantes. *Caput. decis.* 56. *&* 68. *par.* 3. *Rota in recentiss. par.* 1. *decis.* 304. *n.* 1. *& decis.* 306. *n.* 1. *post cons. Farin. p.* 2. & sufficit releuantia vnius articuli, vt detur remissoria pro omnibus. *Cassad. decis.* 5. *in fin. de sequestr. poss. & fruct. Seraph. decis.* 1364. *n.* 2. *Mant. decis.* 312. *n.* 2. *Rota in recentiss. par.* 1 *decis.* 694. *n.* 3. *in fin.*

Et eo magis excluditur calumniæ præsumptio, quando datur fumus de articulatis. *decis.* 348. *n.* 6. *par.* 1. *recent.* & *decis.* 693. *n.* 4. *par.* 1. *in recentiss.*

431 Dare autem fumum in hac materia nihil aliud significat, quàm dare colorem, præsumptionem, siue inditiū, quod materiæ articulatæ sint probabiles, itaut Iudex possit

animo suo concipere, remissoriam non peti temerè, nec calumniosè, prout *Mandos. de commiss.* post relatas plures huius verbi fumus significationes, declarat in *for.19. commiss.* in verbo *remissoriã*, vers. *vt rem propositam.* Hunc fumum prçstant reuelationes testium. *Buratt.decis.*816.*n.*2. Item testes nulliter examinati. *Greg. decis.*562. *n.* 4. *& ibi adden. n.*6. dummodo tamen conueniant in dicto. *Burattus decis.* 273. *n.* 3. Item simplex fides. *Rota diuers. decis.*213. *par.*3. *lib.*2. *Burattus, decis.*28. *n.*4.

Fumus autem non sufficit, quando excluditur contrarijs probationibus. *Buratt. decis.* 211. *n.*10. *& decis.* 273. *n.* 6. *& decis.* 23. *n.*8.

432 Ad hoc autem, vt denegetur remissoria ratione calumniæ, nemo cogitur illam probare; quia pendet ab animo, cuius solus Deus est perscrutator, qui nihil ignorat. *cap.nouit, de Iud.* & per testes probari nequit, nisi colligatur, seu præsumatur, vel ex verbis, vel ex factis. *l.Paulus, ff. rem ratam haberi*, & talis præsumitur animus, qualem verba prolata declarant. *l.Labeo, §.idem tubero, ff. de suppellect. leg.* & factũ potens est ad declarandum animum ipsius facientis. *cap. dilecti filij, il* 2. *de appellat.*

433 Et propterea cùm calũnia petentis remissoriam possit ex pluribus colligi, & præsumi, vt hanc rem satis confusam, & intricatam facilius explicem, distinguo plures casus.

Primus sit, quando remissoria petitur ad probandum illud, quod aut est impossibile, aut inuerisimile, aut improbabile, aut imaginarium.

434 Impossibile esset probare aliquid, quando non possent reperiri testes, qui essent legitimæ ætatis, vt de eo valerent deponere, vt in casu *decis. Duran.*196. *n.*5. & in casu etiam, quo articulata esset immemorabilis de tempore, quo non possent reperiri testes, qui deducto tempore ætatis 14. annorum, deponere debent de visu per 40. annos. *Franc. in cap.*1. *n.*16. *de præscript. Gabr. concl.* 1. *n.*83. *eodem tit. Greg. decis.*298. *n.*1. *Seraph. decis.* 1179. *&* 1102. *n.* 5.

Et deduci debet tempus litis. *cap. licet, de test lib. Seraph.* de-

decis. 1460. *n.* 2. vt in casu *decis.* 235. *n.* 13. *par.* 5. *diuers.* *Buratt. decis.* 864. *n.* 4. *Rota diuers. par.* 6. *decis.* 266. *n.* 15.

435 Quando articularetur id, quod esset inuerisimile, reijcerentur articuli, & non daretur remissoria. *cap. quia verisimile, de præsumpt. Rota decis.* 23. *de testib. in antiq.* Inuerisimile esset velle probare priuilegium, seu consuetudinem præscriptam, quæ contineret materiam criminosã, punibilem, improbam, & irrationabilem, vt in casu *decis.* 325. *n.* 23. *&* 26. *par.* 5. *diuers.* prout inuerisimile esset, quod mulier in quinquagesimo anno peperisset, vt in casu *decis. Duran.* 131. *n.* 11. *&* 12.

436 Aduertendum tamẽ est, quod inuerisimile, quando possibile est, non denegatur remissoria, dato fumo non leui. *Greg. decis.* 414. *n.* 4.

437 Et *tex.* est in *l. si maior, C. de legit. hæred.* quod licet mulieris quinquagenariæ partus sit mirabilis, & raro contingat; tamen ex ea natus admitti debet ad successionem.

438 Et quando articulatur quid inuerisimile, non tamen impossibile, nihil aliud resultat, nisi suspicio calumniæ, ob quam, nisi valdè sit patẽs, Rota non solet denegare remissoriã, vt in *recentiss. par.* 1. *decis.* 277. *n.* 3. alias quando fumus tantus non daretur, vt excluderetur calumnia, non daretur remissoria.

439 Non enim facilè audiendi sunt testes contra verisimilitudinem. *Anchar. cons.* 330. *n.* 8. *ante fin. vers. quinimo contra. Greg. d. decis.* 414. *n.* 4. *& seqq.*

440 Quando autem articulatur quid impossibile, non datur remissoria. *Rota diuers. par.* 6. *decis.* 315. *n.* 4. *&* 319. *n.* 16. *Duran. decis.* 131. *n.* 6.

441 Item quando articulatur quid imaginariũ, vel ad euitandas rationes, & fundamẽta decisionum Rotæ in contrarium factarum. *Rot. diuers. d. decis.* 315. *n.* 5. *& decis.* 319. *n.* 12. *par.* 6. vel vt articuli appareant releuantes, quã quod verè ita res se habeat. *Greg. decis.* 211. *n.* 5. *Duran. dec.* 131. *n.* 6. *&* 8. *Rota diuers. par.* 6. *decis.* 266. *n.* 19.

442 Secundus casus sit, quando remissoria petitur ad probandum illud, cuius contrarium constat, vel ex propria confessione, vel ex scripturis authenticis, vel ex decisio-

nibus Rotæ: tunc enim tanquam calumniosa denegatur, vt mox dicemus.

Contra propriam confessionem petens remissoriam, calumniosè censetur petere; ideo reijcitur, cùm nemo audiatur contra propriam confessionem. *cap. in præsentia, §. præterea, cum gloss. fin. de probat.* & Rota denegat remissoriam. *Buratt. decis.* 877. *n.* 7. *Dur. decis.* 214. *n.* 3. fallit si daretur fumus de errore, vt per *Gregor. decis.* 523. *n.* 4. *&* 5.

443 Pariter ob vehementem calumniæ præsumptionem denegatur remissoria, quando petitur ad probandum contrarium eius, quod cõstet ex scripturis authẽticis. *Bellam. decis.* 9. *Seraph. decis.* 1460. *n.* 3. *Rota in recent. par.* 2. *dec.* 589. *n.* 1. in fine, & *decis.* 235. *n.* 12. *par.* 5. *diuers. Duran. decis.* 196. *n.* 3.

444 Denegatur similiter remissoria tanquam calumniosa, quando petitur contra Ius, & decisiones Rotales. *Duran. decis.* 214. *n.* 9. vtpotè contra statutum aliquod, vel constitutionem, & contra interpretationẽ eisdem per Rotam datam in suis decisionibus, vt per *Greg. decis.* 184. *n.* 1. *& decis.* 211. *n.* 6. *Rota diuers. par.* 6. *decis.* 142. *n.* 3. *& decis.* 319. *n.* 12. 19. *&* 21.

445 Tertius casus, quando remissoria petitur ad probandũ illud, quod vel probatum non releuaret, & non faceret ad causam, vel esset articulata materia obiectiua sine fumo, vel articuli continerent inter se contraria: tunc enim ob vehementẽ præsumptionem calumniæ denegatur.

Quando enim materia articulata non est releuans, denegatur remissoria; nam erga probationem laborare non conuenit, quando, licet probetur factum; tamen intentioni nullum præbet adminiculum, vt sunt verba *tex.* in *l. ad probationem, in fin. C. de probat.* & frustra conceditur dilatio, cuius expectatio, & finis potius dispendiũ, quàm cõmodum vtrique parti potest afferre. *Cassad. decis.* 2. *de dilat. Caput. decis.* 66. *par.* 3. & frustra expectatur probatio, quæ cùm peruenit, non releuaret. *Caput. decis.* 68. *par.* 3. & tex. *est in l. matrem, C. de probat.* ibi, *quod enim fratribus suis nulla moueatur quæstio, ad defensionem tuam nihil prodesse*

desse potest. Et propterea Rota data irreleuantia articulorum, denegat remissoriam. *Greg. decis.*81. *n.*3.& *dec.*356. *n.*1. *& decis.* 461. *n.* 1.

Ex pluribus autem irreleuantia articulorũ colligi potest, & plura exempla videri possunt in *decis.* 218. *n.* 1. *& seq. post cons. Farin. par.* 2. & in *decis.*305. *n.*1. *par.*2. *in recentiss.* & in *decis.* 18. *n.* 1. & *decis.*111. *n.*8. & *dec.*315. *n.*2. *par.*6. *diuers.* & apud *Duran. in dec.*121. *n.*1. *& seq. &* 196. *n.* 1. & 214. *n.*1.

446 Vt tamen detur remissoria, sufficit releuãtia vnius articuli. *Gregor. decis.*124. *n:*3. & 403. *n.*7.

Et pro releuantia sufficit, quod articuli directè, vel indirectè faciant ad causam, etiam pro læui præsumptione. *Caual. decis.*232. *n.*2. *Bal. in cap. licet causam*, *n.*33. *de probat.* vbi post *Iacob. Butr.* quem allegat, ait quod positio pertinens dicitur, non solum quæ directè, & principaliter facit ad causam; sed etiam quæ qualitercumque adminiculatur, etiã læui præsumptione; atque Rota, quãdo dubitat, an articuli sint releuantes, & admittendi; eos admittit, & concedit remissoriam. *Rota in antiq. dec.* 25. *de testibus*. *Buratt. decis.* 28. *n.* 3.

447 Sed quando articulatur materia criminosa, seu obiectiua, Rota non dat remissoriã sine fumo. *Caput. dec.*60. 62. *&* 63. *par.*3. & *decis.*212. *n.*5. *&* 6. *par.*1. *recent. Duran. decis.* 131. *n.*2. *&* 6. *Caualer. decis.*512. *n.*1.

448 Et quando quis articulat plura, quæ sunt inter se varia, & contraria, non datur remissoria propter vitium variationis, & cõtrarietatis, cùm audiendus nõ sit, qui sibimet contrarius est. *Innoc. in cap. fraternitatis, in fin. de testibus. Vital. in Clem.* 2. *n.*144. *eodem tit. Caual. decis.*208. *n.*2.

449 Quartus casus sit, quando remissoria petitur ad probandum illud, quod per scripturas publicas probari potest; tunc enim censeretur superflua, & calumniosa, & denegaretur ad euitandos labores, & sumptus, qui fiunt in remissionibus, qui nõ fiunt in productionibus scripturarum. *Felin. in cap.*1. *n.*4. *de appellat. Bellam. decis.* 9. *n.* 1. & 384. *Rota in antiq. decis.* 4. *de testib. Dur. decis.*131. *n.*13. *&* 196.

& 196. n. 2. Greg. decis. 253. n. 2.

Et ideo si quis articularet aliquem fuisse carceratum, seu condemnatum, vel absolutum, deberet probare per exhibitionem actorũ. *Bellam. decis. 495. Rota diuers. par. 6. decis. 18. n. 6. & decis. 196. n. 8. par. 1. recent.*

Item si quis articularet aliquem fuisse subcollectorem, debet probare per librum Cameræ, vbi scribuntur nomina subcollectorum. *Rota in nou. decis. 10. vers. præterea, de offic. deleg.*

Item si articularet taxam beneficij, deberet probare in Curia per librũ Thesaurarij. *Bellam. decis. 9. in princ.*

Itẽ si articularetur aliquid quod per historias, & similia documenta, ac etiam per attestationem Officialiũ posset probari, non daretur remissoria. *Rota diuers. decis. 18. n. 15. & 16. par. 6.*

Sic etiam vbi quis articularet nullitatem, vel iniustitiam notoriam sententiæ, nõ daretur remissoria; sed deberet probari ex eisdem actis. *Caual. decis. 216. n. 2.*

Similiter vbi quis peteret remissoriam pro iustificatione clausulæ, si quid exequendum, non daretur; cùm debeat eadem clausula iustificari ex eisdem actis, non autem ex nouis probationibus. *Caual. decis. 264. n. 1.* Idem est quando peteretur pro iustificatione sententiæ excommunicationis, quæ non potest ex nouiter deducendis iustificari. *Caput. decis. 129. par. 3.*

Atque non daretur remissoria ad probandum obseruãtiam statuti; quia actus, & casus, ex quibus obseruantia deduceretur, deberent probari per scripturas. *Rota in recent. decis. 314. n. 1. par. 1.*

450 Ad probandam autem præscriptionem immemorabilem datur remissoria, licet actus ex quibus ea deducitur possint probari per scripturas, & ratio est, quia negatiua, quæ necessaria est ad probandam immemorabilem, hoc est, quod non extet memoria in contrarium, non potest probari per scripturas; sed per solos testes *Io: Andr. in cap. 1. in fin. de præscr. in 6.* cum alijs allegat. per *Coccin. decis. 165. n. 4.*

451 Quando autem quis articulat, amissionem scripturæ, vel

vel propter combustionem archiuij, ruinam, naufragiũ, incendium, aliamuè causam, ad *tex.* in *l. si quis ex argentarijs*, §. *fin.* vbi *gloss.* in verbo *in longinquo habere*, *ff. de eden.* admittitur ad probandũ per testes, & conceditur remissoria, vt de priuilegio amisso. *tex.* est in *cap. cùm olim, de priuileg.* vbi quod contenta in instrumento amisso possunt probari per testes, qui illud perlegerint; & ibi *not. DD.* adde *Put. decis.* 366. *n.* 7. *lib.* 2. & de archiuio combusto data fide incendij, est *decis. Caualer.* 368. *in fin.* at si amissio propter casũ, vel incendij, vel naufragij, vel alterius infortunij non probaretur, non admitterentur testes ad probandum, per quos facilè multa veritati cõtraria perpetrantur, vt est *tex.* expressus in *l. testium*, *C. de testib.* Ideoque quando potest haberi probatio per scripturas, non datur remissoria pro testibus examinãdis; potiora enim censentur monumenta publica, quàm testes. *l. census*, *ff. de probat.* verum tamen est, quod contra instrumentum, quantumcumque publicum, admittuntur testes, dummodo sint ad minus quatuor, *cap. cùm Io: Eremita*, vers. *porrò, de fide instrum.* vbi *gloss.* in verbo, *quodlibet instrumentũ*, ponit rationem: quia auctoritas tabellionis videtur æquiualere duobus testibus.

452 Immo si articularetur aliquid factum fuisse per scripturam priuatam, ea deberet exhiberi, vel probari eius amissio; vt potè si articularetur mandatum fuisse reuocatum per litteras missiuas. vt in *decis.* 414. *n.* 5. *par.* 2. *recent.*

453 Item si articularetur solutio magnæ summæ, non daretur remissoria; sed deberent exhiberi quietantiæ, sine quibus non solent magnæ summæ exbursari, vt censuit Rota in *recentiss. par.* 1. *decis.* 772. *n.* 3.

454 Et quamuis negatiua probari possit per productionem scripturæ, quatenus in scriptura non reperitur, non tamen sequitur; quin alio modo per testes possit probari, ad *tex.* in *l. fin. C. de fideicom.* *Hercul. in tract. quis teneatur probare negatiuam*, *n.* 174. *Rot. in recentiss. par.* 1. *decis.* 304. *n.* 4.

455 Et quando ex pluribus articulis existeret vnus solus, qui.

qui non per ſcripturas, ſed per teſtes poſſet probari, daretur remiſſoria pro omnibus. *Coccin. deciſ.* 149. *n.* 2. *Caual. deciſ.* 271. *n.* 1. *& in recentiſſ. deciſ.* 694. *n.* 3. *par.* 1. Duplex redditur ratio per *Rotam in nou. deciſ.* 17. *de teſtib.* vna, vt euitetur circuitus, iuxta *Clem. Auditor, de reſcript.* nempe quod pro vno articulo daretur remiſſoria, & pro alijs compulſoria; Altera eſt, quia nomine teſtium continentur etiam inſtrumenta. *l. in exercendis, C. de fide inſtrum. & cap. peruenit, il* 1. *de teſtibus cogen.* Ideo ſi remiſſoria datur pro teſtibus ſuper vno articulo, non eſt inconueniens, vt detur ſuper alijs pro extractione ſcripturarum.

Et quia plures ſunt caſus, in quibus actus nõ poteſt fieri ſine ſcriptura, vt per *gloſſ. in cap.* 1. *§. poſtquam*, in verbo, *in ſcriptis, de cenſibus in* 6. ideo pro illis non poteſt dari remiſſoria.

456 Et ſunt plures alij, qui poſſunt fieri per ſcripturam, & etiam ſine. ideo pro illis poteſt dari remiſſoria, quotieſcumque ceſſat calumnia; quia quando probatio poteſt fieri, tàm per ſcripturas, quàm per teſtes, non eſt coanguſtanda probatio ad ſcripturas, vt cenſuit *Rota in Turritana bonorum*, 23. *Febr.* 1615. *coram Vbaldo*, relata per *addentes ad Greg. deciſ.* 253. *n.* 3. *in fin.* addo *deciſ. Caual.* 271. *n.* 3. Et quando aliquid eſt probandum per litteras miſſiuas, vel ſcripturas priuatas, quæ per ſe non probant; ſed indigent recognitione teſtiũ, danda eſt remiſſoria, vt cenſuit *Rota diuerſ. par.* 6. *deciſ.* 196. *n.* 7. *&* 8. ſed quia facilius, & ſecurius fit probatio per ſcripturas, quam per teſtes, vt per *gloſſ.* in d. *cap.* 1. *§. poſtquam, in verbo, in ſcriptis, in fin. de cenſibus*, niſi daretur fumus, non concederetur remiſſoria, ex iã dictis.

457 Quintus caſus ſit, quando quis diſtulit petere remiſſoriam in vltimis Rotis, ſeu audientijs; quia tunc remiſſoria præſumitur calumniosè petita ad impediendam, & differendã cauſæ expeditionem, & ideo denegatur. *Rota diuerſ. deciſ.* 322. *lib.* 3. *par.* 3. *Seraph. deciſ.* 1450. *Greg. deciſ.* 356. *n.* 8. *Duran. deciſ.* 196. *n.* 7. Fallit quando in vltimis audientijs cauſa non reperiretur in ſtatu expeditionis.

Mar-

Martin. Andr. decis. 38. *in fin.* prout etiam fallit, quando daretur fumus sufficiens ad excludendum præsumptam calumniam. *Rota in recentiss. p.* 1. *decis.* 683. *n.* 3. *&* 4.

458 Sextus, & vltimus casus sit, quando quis in præcedētibus instantijs potuit probare, & non probauit, tunc enim ratione negligentiæ præsumitur, quod si potuisset probare, vtique non neglexisset id facere. & successiue, quod remissoriam petat calumniosè, itaut veniat deneganda. *Caput. decis.* 65. *par.* 3. verum quia hoc latiori indiget explicatione.

459 Dico in primis, quod quādo contingeret causam agi in Curia in prima instantia, petitio remissoriæ, non censeretur calumniosa, dummodò articuli essent releuantes. *Cassad. decis.* 3. *de dilat. Rota decis.* 661. *n.* 4. *par.* 2. *recent.* Imò durum videretur, quod Causa in prima instantia discuteretur in Curia, & tolleretur facultas partibus probandi extra Curiam. *Gregor. decis.* 403. *n.* 4. *Burattus decis.* 821. *n.* 1. *&* 2. sed si Causa prius in eadem prima instantia fuerit agitata in partibus, & ea postea aliqua de causa ad Curiam auocata, si peteretur remissoria, daretur sine retardatione: ex quo illam petens potuit prius, dum causa extra Curiam pendebat, probare; & ita Causa expediretur, iuxta vulgatum dictum in Rota, vni sententia, & alteri remissoria. *Rota diuers. decis.* 1111. *lib.* 3. *par.* 3. *Burratt. decis.* 337. *n.* 19.

Si pariter fuisset inchoata causa in prima instantia in Curia, & post longum tempus peteretur remissoria, non deberet ratione calūniæ concedi cum retardatione, etiam quod alia remissoria non fuisset concessa. *Put. decis.* 201. *lib.* 1. *Rota diuers. par.* 5. *decis.* 235. *n.* 8. & quando fuisset cōmissa causa nullitatis pensionis, cum clausula, non retardata solutione, tunc remissoria non concederetur; at si materia esset releuans, non concederetur nisi sine retardatione solutionis pensionis. *Caput. decis.* 55. *par.* 3.

460 Et quia remissoria non conceditur, nisi sine retardatione processus, quando articuli sunt irreleuantes, vel suspecti de calumnia, vt sæpius Rota firmauit, vt in recen-

cent. par. 1. *decis.* 582. *n.* 3. *par.* 1. sequitur, vt remissoria etiam concessa simpliciter, non esset expectanda ad impediendam sententiæ prolationem, quando probationes in ea factæ, non releuarent. *Caput. decis.* 66. *par.* 3. *Rota in recentiss. par.* 2. *decis.* 545. *n.* 4.

Quando scilicet post illius concessionem articuli detegerentur irreleuantes; quia exaduerso producta de nouo fuissent iura in contrarium; tunc enim Iudex posset sententiam ferre, licet enim pendente dilatione conquiescat officium Iudicis. *l. siue pars, C. de dilat.* tamen arbitrarium est Iudicis ex causa huiusmodi dilationes reuouocare. *l. quod iussit,* vbi *Bar. n.* 5. *ff. de re iud. Rota in recent. decis.* 582. *n.* 3. *par.* 1. & quando remissoria est decreta, est pariter in arbitrio Iudicis illam relaxare. *Cassad. decis.* 2. & 3. *de dilat. Caput. decis.* 58. *n.* 1. & 2. *par.* 3.

461 Et quod in casu nimiæ negligentiæ ad expediendã remissoriam decretam, quando scilicet fuisset pluries pręfixus terminus ad illam expediendam, Rota aliàs denegauerit, sed postea concesserit, refert *Caput. decis.* 65. *par.* 3. *n.* 2.

462 Sed quando in prima instantia fuissent admissi articuli in Curia, & decreta remissoria, & qui illam petijt fuit negligens in illa expedienda, poterit illa vti in secunda instantia, & illam prosequi ex benignitate canonica, vt ait *Rota in nou. dec.* 20. *de test lib.* per *tex.* in *l. per hanc diuinam, C. de temp. appellat.* vbi habetur, in gradu appellationis licere vtrique parti nouis etiam assertionibus vti.

463 Ex eo autem, quod petens remissoriam in secunda instantia potuisset in partibus probare, vbi diù causa fuit ventilata, præsumitur calumniosè remissoriam petere. *Put. decis.* 201. *lib.* 1. *Caput. decis.* 63. *par.* 3.

464 Ex pluribus tamen cessat hæc præsumptio, nempe quando petens remissoriam obtinuisset in partibus sententiam fauorabilem. *Gregor. decis.* 276. *n.* 4.

Item quando tunc in partibus tali probatione non indigebat. *Greg. decis.* 174. *n.* 5. vtputà, quia pars aliquid de nouo deduxit in secunda instantia, ad cuius exclusionem remis-

remissoria peteretur.

Cessaret etiam prædicta præsumptio calumniæ, quando in partibus non fuisset actum super negocio principali, super quo in Curia peteretur remissoria. *Coccin. decis. 338. n. 4.*

465 Et propterea data releuantia articulorum, non obstante quod diu litigatum fuerit in partibus, & non fuit articulatum, non est neganda remissoria; quia in progressu causæ quandocumque probatio est admittenda, ex vulgato dicto non deducta deducam, & non probata probabo. *l. per hanc, C. de temp. appell. Rota in recentiss. par. 1. decis. 277. n. 2.* & facultas probandi angustari non debet. *l. quoniam*, & ibi *Bart. C. de haret. & Manich.*

466 Neque etiam præsumeretur calumnia in eo, qui in secunda instantia datis articulis induxisset aliquos testes, qui deposuissent in Curia, & pro alijs peteret remissoriam etiam ad locum non multum remotum, quia testes à proprijs negocijs distrahi non debent. *l. 1. §. fin. ff. de testibus, l. 3. §. testes, ff. eodem*, & ibi *gloss.* in verbo *sæpe. Buratt. decis. 314. n. 2. & seqq.*

467 Sed contra eum, qui in secunda instantia peteret remissoriam ad probandum illud, quod in prima instantia, siue in partibus, siue in Curia fuit articulatum, & super quo testes inducti deposuerant, vrgeret nedum præsũptio calumniæ; sed etiam subornationis testium. *cap. fraternitatis, & cap. constitutus, de testibus. Clem. 2. eodem tit. Buratt. decis. 180. n. 1.* & denegaretur remissoria. *Put. decis. 201. lib. 1. Caput. decis. 63. par. 3.* nec sufficeret releuantia articulorum, cùm testes antea super illis examinati non probarent. *Rota diuers. par. 5. decis. 235. n. 7. 15. & 16.* & in *recentiss. par. 1. decis. 634. n. 3.* & in *recent. p. 2. decis. 406. n. 2. Buratt. dec. 23. n. 2.* Hoc enim casu præsumitur, quod idem petens remissoriam fecerit antea meliores probationes, & testes magis idoneos, quos habebat, examinari fecerit. *Innoc. in cap. auditis, in gloss. vlt. post princ. de restit. in integr. Bellam. decis. 38. in princ. Caual. decis. 289. n. 1. Greg. decis. 414. n. 1.* atque etiam verisimile esset, quod.

quod si potuisset habere alios testes, qui fortè superuenissent, illud allegasset in prima instantia, & eorum nomina dedisset. *Crauett. cons.* 134. *n.* 3. & sibi imputare debet, qui noluit probare in partibus in prima instantia, sed expectare voluit, vt causa deuolueretur ad Curiam in secunda, vt ad fatigandum Aduersarium posset remissoriam petere.

468 Sic non videtur deferendum esse iuramentum in supplementum probationis illi, qui, cùm potuisset plenè probare, semiplenè tantùm probauit. *Ias. in repetit. l. admonendi*, *n.* 25. vers. 35. *quæro*, *ff. de iureiur. Seuerol. de remiss. cap.* 7. *per tot. Boccac. de litteris remiss. cap.* 3. *n.* 32. neque enim dandæ sunt dilationes petitæ sola trahendi differendiuè arte. *l.* 1. *C. de dilat. in fin.* neque etiam succurrendũ est ei, qui seipsum in necessitate ponit. *l. si fideiussor*, & ibi *gloss.* in verbo *necessitatem*, *ff. qui satisd. cogan.*

469 Cæterùm quando excluderetur hæc calumniæ præsumptio vtique daretur remissoria. *Vestr. lib.* 6. *cap. vlt. n.* 3. *vers. quapropter*, vtpotè quando testes, qui prius deposuerunt, fuissent nulliter examinati: ad eos enim validè repetendos non denegaretur remissoria; quia non debet præstare impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. *cap. non præstat*, *de reg. iur. in* 6. *Rota in nou. decis.* 11. *de probat.* dicens quod si testes dicerent idem, quod prius, vtique cessaret calumnia, si verò dicerent cõtrarium, eorum dicta non releuarent, & ita cessaret ratio *Clem.* 2. *de testibus*, idem dicit *Caual. decis.* 425. *n.* 2. & *Rota in recent. decis.* 720. *n.* 1. *par.* 2. quæ *n.* 3. declarat quod si dicta testium nulliter examinatorum non releuarent, non esset danda remissoria pro illorum repetitione, & *n.* 2. distinguit, quod releuantia aliter consideratur ad effectum decidendi causam, & aliter ad effectum concedendi remissoriam. Adde quod quãdo nullitas examinis prouenisset ex facto, & culpa eiusdem partis petentis remissoriam, ea non veniret concedenda. *Angel. in l. vlt. n.* 2. *ff. de eden. Rota in recent. decis.* 209. *n.* 2. *par.* 2.

Cessaret etiã præsumptio calum-

calumniæ, quando primi testes non deposuissent super omnibus articulis, & in specie super materia, super qua de nouo essent examinandi; tunc enim remissoria nõ esset deneganda. *Gregor. decis.*83. *n.*3. *&* 4. *Rota in recent. p.* 1. *decis.*348. *n.*8.

Cessaret pariter prædicta præsumptio, si articuli, pro quibus peteretur remissoria, essent magis specificati, quàm primi, vt per *Rot. diuers. par.*5. *decis.*235. *n.*15. *&* 16. *Coccin. decis.*23. *n.*2. *Caual. decis.*469. *in fin.*

Cessaret similiter eadem præsumptio, si alij non deposuissent in prima instantia, vel propter metum alterius partis, vel aliud legitimum impedimentum, propter dolũ, vel negligentiã Iudicis. *Bellam. decis.* 624. *Vestr. d. cap. vlt. n.*3. *lib.*6.

470 Ex eo etiam, quod quis peteret secundam remissoriã, præsumeretur calumnia, & adesset timor subornationis; Vnde regulare est, quod bis remissoria non concedatur in eadem Causa, nedum super eisdem articulis. *Rot. in antiq. decis.*29. *de Iud. Caput. dec.*50. *n.*3. *&* 4. *par.*3. *Coccin. decis.* 339. *n.*2. *Greg. decis.* 48. *n.* 1. *&* 2. *Buratt. dec.*180. *n.*1. *Rota in recent. par.*2. *decis.*406. *sub n.*2. *vers. & propter.*

Sed nec etiam super nouis. *Rota dec.*26. *de testib. in antiq.* Et dictũ fuit in *Corduben. decimarum*, 4. *Iunij* 1610. *corã Card. Pamphilio*, apud *Marches. de cõmiss. tom.*1. *fol.*287. *Buratt. d. decis.*188. *n.*2.

Quãdo enim peteretur noua remissoria super articulis primæ, si super eis testes deposuissent contra petentem, manifesta esset calumnia; quia dictis eorundem cõstaret de malo eius iure, & subesset timor subornationis aliorum testium. *Bellam. decis.*624. *sub n.*1. vers. *hinc est.*

Si verò peteretur super nouis articulis, præsumeretur calumniosè petita ad differendũ, dum sat non haberet induxisse testes in prima remissoria, & vt lites citius finiantur, hoc etiam casu regulariter denegatur. *Seuerol. de remiss. cap.*6. *n.* 2. & vt dicitur in *cap. constitutus, de test.* debet prioribus attestationibus esse contentus.

In illis autem casibus, quibus iusta causa subesset, & calumniæ, subornationisque

præsumptio cessaret, remissoria iterato etiã concederetur. *Put. decis.* 4. *de dilat. Rot. post cons. Farin. par.* 2. *decis.* 338. *sub n.* 5. *Buratt. decis.* 824. *n.* 6.

471 Iusta esset causa petendi nouam remissoriam, quando quis vellet, vel nouos testes inducere, vel per iam receptos aliquid comprobare, super nouis dumtaxat capitulis, vt est *tex. in cap. fraternitatis, de testibus*.

Item iusta esset causa, vt daretur noua remissoria, quãdo quis neglexisset probare in prima remissoria, & pro obtinenda secunda se obligasset stare vnicæ sententiæ, vt per *Sarneñ. decis.* 83. *lib.* 1.

Item si receptio testium primæ remissoriæ non teneret. vt per *gloss. in Clem.* 2. *de testibus*, in verbo *ritè*: quando enim depositiones testiũ validæ nõ sunt, habentur pro non factis. *cap. cùm causam, de testibus,* & *ibi not. per Doct.* & passim cũ articuli semel fuerint habiti pro releuantibus, si super eis fuerint nulliter examinati testes, solet dari noua remissoria, & nouum examen. *Guid. Pap. decis.* 72. *n.* 1. latè *Gabr. concl.* 21. *n.* 18. *de testibus, Rota in recent. decis.* 209. *n.* 2. *par.* 2. *Vestr. d. cap. fin. n.* 3. *lib.* 6. *Rota diuers. decis.* 47. *par.* 3. *lib.* 3.

Item quando testes vigore primæ remissoriæ non fuerunt examinati. *Rota in recent. par.* 1. *decis.* 348. *n.* 8.

Item quando prima remissoria non potuisset exequi in tempore, vt in d. *Cordubeñ. decimarum, coram Pamphilio,* apud *Marches. de commission. tom.* 1. *fol.* 287.

Item quando ex primis depositionibus constaret de veritate materiæ articulatæ; sed testes paterentur aliquẽ defectum, vtputà ætatis, seu alterius inhabilitatis; tunc enim noua remissoria concederetur. *Rot. in recentiss. p.* 2. *decis.* 517. *n.* 2.

Item quando primi fuissẽt confusi, & secundi essent magis specificati, iuxta declarationem. *Abb. in cap. fraternitatis, n.* 8. *de testibus. Coccin. decis.* 23. *Rot. decis.* 235. *n.* 15. *par.* 5. *diuers.*

Item quando testes essent de nouo reperti; vtpotè si occasione litterarum monitorialium reuelassent. *Buratt. decis.* 816. *n.* 2. vel si iuraret testes, quos de nouo desiderat producere, prius habere

non

non potuisse. *cap. penult. de testibus*.

Item quando remissoria secunda peteretur ad diuersum finem primæ, & materiæ tàm primæ, quàm secundæ nihil inter se commune haberent, & essent diuersæ in substantia. *Buratt. decis.* 824. *n.* 2.

Et quamuis post publicationem testium, & post didicita eorum testificata non liceat nouos testes inducere. *Auth. & qui semel, C. de prob. cap. fraternitatis, & cap. intimauit, de testibus, & Clem.* 2. *de testib. Greg. decis.* 48. *n.* 2.

Tamẽ in prædictis casibus, quibus dictum est remissoriã nouã, iusta subsistente causa, concedi, non obstaret si testes fuissent publicati, & didicita eorum testificata. *gloss. in §. quia verò*, in verbo *non habebit*, vers. *sed tu distingue, de testibus. Abb. in d. cap. fraternitatis, n.* 6. *in fine, de testib. Greg. decis.* 191. *n.* 3. *Mantic. decis.* 374. *n.* 5. *Buratt. dec.* 816. *n.* 3. *& decis.* 824. *n.* 4. *&* 5. *& decis.* 392. *n.* 2. & an, & quando testes post didicita testificata possint examinari super eisdem Capitulis, vel directè contrarijs, ponit latè *Gabr. conclus.* 21. *de testibus*.

473 *Ad concordandum de Iudice*, si ad hunc actum pars non citaretur, & de Iudice remissoriali partes non concordarent, ille qui daretur, posset in partibus recusari. *cap. insinuante, de off. deleg. Mohed. decis.* 1 *eodem tit.* sed facta hac citatione, si vel partes concordarent, vel Iudex illũ deputaret ex officio, non posset recusari, nisi superueniente noua causa. *Sarnen. decis.* 44. *lib.* 2. *Boccac. de litteris remiss. cap.* 6. *n.* 1. *&* 7.

474 Et qui vult eum recusare debet exprimere causam, & appellare ab vlteriori processu. *Caput. decis.* 393. *&* 394. *par.* 2. & talis recusatio non est necessario proponenda in Rota, nisi ad effectum subrogationis alterius Iudicis; sed ad effectum impediendi processum ad vlteriora, potest proponi etiam coram eodem Iudice remissoriali. *Anchar. & Card. in cap. super quæstionum, §. quem verò, & ibi Innoc. sub n.* 8. *de off. deleg. Rota in recentiss. par.* 1. *decis.* 490. *n.* 2. *& post cons. Farin. decis.* 347. *n.* 2.

475 Quæ recusatio non operatur nullitatẽ processus, quãdo fuit proposita per procu-

ratorē sine speciali mandato. *Paris. cons.* 31. *n.* 72. *&* 112. *lib.* 1. *Rolan. cons.* 19. *n.* 2. *lib.* 3. *Caput. decis.* 168. *par.* 1. nisi ꝑ Dominum fuerit ratificata, etiam tacitè, vtputà si coram alio Iudice fuerit prosecutus. *Rota in recent. par.* 2. *decis.* 440. *n.* 2. mandatum autē speciale intelligitur, quādo in eo adesset clausula ad Iudices, & notarios recusandum, & eligendum alios. *Addent. ad Gregor. decis.* 368. *n.* 8. neque etiā obstaret recusatio, quando ab ea fuisset recessum. *Alex. cons.* 12. *n.* 12. *&* 16. *lib.* 6. *Lancellott. de attent. penden. recusat. cap.* 4. *tom.* 1. *n.* 31. *Rota diuers. par.* 1. *decis.* 363. *n.* 3. *& Buratt. decis.* 388. *n.* 2. *&* 4. recusationi autem Iudicis censetur renūciatum per redditum ad eūdem. *Rota in recent. par.* 1. *decis.* 141. *n.* 2. testes igitur examinati coram Iudice validè recusato, sunt nulliter examinati. Secus coram Iudice recusato non validè. *Rota in recent. par.* 2. *decis.* 346. *n.* 3.

476 Si causa sit Ecclesiastica, debet remissoria dirigi Iudici Ecclesiastico. *cap. statutum, de rescr. in* 6. sed in prophanis, potest dirigi Iudici Laico. *Auth. apud eloquentissimum*, & ibi *gloss.* 1. & *Doct. C. de fid. instr.* & *§. quoniam, in auth. de testib.* & ibi *Bar. n.* 10. *&* 11. *Buratt. decis.* 725. *n.* 11. & in causa decimarum, si testes sint examinati coram Laico, nō probant; cùm Laicus sit incompetens in materia decimarū. *Rebuff. de decim. quæst.* 10. *n.* 35 *cum seqq. Rota in recentiss. decis.* 239. *n.* 7. *par.* 2.

477 Remissoria potest etiam dirigi pluribus. *cap. licet causā, de probat.* etiam cum clausula, si non omnes interesse poterunt, alter ipsorum solus exequatur. *Specul. in tit. de teste, §. qualiter, n.* 17. *post medium*, vers. *Datum, &c. Seuerol. de remiss. cap.* 20. *n.* 4.

478 Quādo enim duo, vel tres dantur simpliciter, tunc duo ex tribus iudicibus, vno absēte, iudicare non possunt; quia omnes iudicare iussi sunt, vt est *tex.* in *l. duo ex tribus, ff. de re iud.* sed si vnus iuraret sibi nō liquere, tunc alij duo possūt iudicare, quia, & si illi duo ab alio dissentirent, sententia plurium obtineret. *l. Pomponius, ff. eodem, de re iudic.*

Quando verò dantur plures sub illa forma, vt omnes, aut duo, vel vnus eorum exequatur; tunc ipsorum

rum

rum quilibet poteſt liberè mandatum implere. & quando vnus negociũ inchoauit, alij de eodem negocio nequeunt vlterius ſe intromittere. *tex.* eſt in *cap. cùm plures, de offic. deleg. lib.6.*

Quando igitur remiſſoria dirigitur duobus cum dicta clauſula, vt ſi non omnes intereſſe poterunt, alter ipſorum ſolus exequatur; tunc ſi altera partium proteſtatur, quod debeat procedi coram duobus, ſi coram vno tantũ procederetur, tunc proceſſus eſſet nullus ex defectu iuriſdictionis. *Caput. deciſ.71.n.1. par.3.*

Quod ſi ante dictam proteſtationem proceſſus fuiſſet inchoatus per vnum; tunc proceſſus valeret coram eo, qui inchoauit. & ita dicit ibidem *Caput. n. 2. & 3.* quod Rota declarauit dictum *cap. cùm plures.* procedere quandò cœptum fuiſſet corã vno, non autẽ quando fuit facta dicta proteſtatio ante inchoatum proceſſum.

479 At ſi is, qui impètrauit remiſſoriã, omiſſo Iudice à ſe electo, vellet procedere coram electo per partem aduerſam, proceſſus eſſet validus; ratio eſt: quia multiplicatio Iudicum eſt introducta ad fauorem partium, & quilibet poteſt renunciare fauori ſuo, & ideo quilibet poteſt renunciare ſuæ electioni, ita *Caput. deciſ.69. per tot. par.3.*

480 Hac etiam ratione ſi impetrans remiſſoriam pro ſua parte nominaret Franciſcũ, & in eius abſentia Titium, poteſt procedere corã Titio, etiamſi de abſentia Franciſci non conſtaret. *Caput. deciſ. 113. par.2.*

481 Verum quia in remiſſorijs expreſsè dicitur, & mandatur, quod altero legitimã excuſationem proponente, aut procedere recuſante, alter ſolus procedat; Ideo ſi vnus altero impedito, vel nolente, ſeu recuſante proceſſerit, examen teſtium eſt validum. *Greg. deciſ.327. n.1.* Et aſſertioni eiuſdem impediti ſtandum eſt. *Buratt. dec.388. n.1.* & hoc eſt conforme iuri communi, vt in *cap. prudentiam, §. adijcimus, de off. deleg.* ibi *adijcimus etiam, quod vbi fuerit in commiſſione appoſitũ; vt ſi omnes intereſſe nequiuerint, duo eã nihilominus exequantur; ſi aliquis ex ipſis, cùm poſſit, noluerit intereſſe,*

duo nihilominus in causa procedant, licet ille tertius grauissimè sit arguendus pro eo, quod mandatum Apostolicũ exequi subterfugiat, aut contemnat.

482 Et hoc procedit dummodo ille fuerit monitus, seu requisitus, vt veniret, & sufficit vnica monitio, seu requisitio inter pares. *Abb.* & *Dec. in cap. cùm causa, de offic. delegat. n.5.* Et si vnus dicetet nolle venire nisi præsentata sibi remissoria, ad hoc vt videret suam facultatem; tũc alij, qui acceptarunt non possent sine illo procedere; cui debet præsentari remissoria, vt certus sit de sua iurisdictione; cùm nulli credere absque ea teneatur; & debet expectari. Sed si præsentata sibi remissoria noluisset comparere, examen per alios factum valeret, ex adductis per *Boccac. de litteris remissorial. cap.6. n.4.*

483 *Loco, & loco loci,* quamuis enim remissoria sit decernẽda ad locum, vbi testes reperiuntur. *l. Iudicis, C. de fide instrum.* & quilibet Iudex ordinarius certum habeat Tribunal, locumuè iudicij, *l. 1. ff. de Iud.* quia tamen altera pars posset siue Iudicem, siue locum suspectum habere; Ideo ad excludendam huiusmodi præsumptionem, fit citatio ad concordandum tam de Iudice, quam de loco, & loco loci, & quando quis locum testium, vel allegaret non tutum, vel quod ibi peritorum copia non adesset; tunc alius locus tutus, & vbi periti adessent, debet eligi. ad *not. in Clem. pastoralis, de re iud. Seuerol. de remiss. cap.28. n.1.* & quando timetur potẽtia Domini temporalis, remissoria danda est extra illius loca. *Caput. decis.53. par. 3.* & quãdo testes examinandi habitarent in diuersis locis; tũc Iudex daret remissoriam ad duo, & aliquando ad tria loca, quæ sint insigniora, quãdo causa esset grauis: aliàs ad tot loca non daretur, tanquã animo fatigandi aduersariũ petita. *Seuerol. d. cap. 28.*

484 Posset etiam dirigi remissoria alicui, ad examinandos testes per totam Diœcesim, & tali casu debet intimari locus præcisus, vbi Iudex velit examinare; alias examen esset nullum, ratione incertitudinis loci, vt per *Rotam decis. 104. per tot. post consil. Farin. par.2.*

Quan-

Quando autem examen fieri debet in certo loco, certauè Ciuitate, licet in citatione non fuerit expressus locus loci; nihilominùs examē testium non vitiatur; quia subintelligitur locus iudicij. *l. penult. ff. de iust. & iur.* in Iudice scilicet ordinario; sed si sit delegatus, & ab initio deputauit locum, subintelligitur locus deputatus; si verò non deputauit; tunc locus debet exprimi. *Bart. in l. si vt proponis, la 2. C. quom. & quand. iud. Caput. decis.* 274. *n.* 4.

486 Sustineretur tamen examen testium non obstante defectu intimationis, seu citationis absque expressione loci, quando pars sciuit, & notitiam habuit de dicto examine: cùm notitia suppleat defectum citationis. *Roman. cons.* 410. *n.* 2. *vbi addent. littera C. Rota in recent. par.* 1. *decis.* 686. *n.* 1. & *decis.* 47. *n.* 5. *post cons. Farin. par.* 2.

487 Stante autem quod vel per partes locus remissoriæ fuerit concordatus, vel per Iudicem electus, ille non potest mutari per Iudicem remissoriæ, quamuis locus loci, seu audientiæ per eum possit deputari, & successiuè mutari facta intimatione parti. *Boccac. de litteris remiss. cap.* 8. *n.* 4.

488 Et propterea si testes examinarentur extra locum deputatum, examen esset nullum ex defectu iurisdictionis. *l. fin. ff. de iurisd. omn. Iudic. Greg. decis.* 519. *n.* 10. *Rota in recentiss. decis.* 306. *n.* 2. *par.* 2. sufficit autem testes iurare in loco assignato, licet examen fuisset factū in alio loco, quia examen est meri facti, & potest extra iudicium expediri. vt fuit dictū in *Meliten. Prioratus*, 7. *Maij* 1618. *coram Manzanedo*, vt referunt *Addent. ad Gregor. d. decis.* 518. *n.* 12. sic etiam quod examen testium possit fieri in die feriato si testes iurarunt in die iuridico, dictum est *supra cap.* 10. *n.* 245.

489 Si pariter testes fuissent examinati extra locum designatum, nempe si pars intimasset, quod testes examinarentur in vno loco in intimatione designato, si fuissent examinati in alio, examen non valeret. *Rota in recent. decis.* 655. *n.* 3. *par.* 2. & examen non præsumitur factum in loco designato, nisi pro-

betur per eum, qui vult sustinere validitatem examinis. *Put. decis.* 262. *lib.* 1. *Rota decis.* 307. *post cons. Farin. par.* 2. *sub n.* 4.

490 *Et termino infra quem.* Remissoria non valet nisi in ea præfigatur terminus probatorius, tanquam incerta, & generalis, & indeterminata. *Caput. decis.* 274. *p.* 3. *Mohed. decis.* 4. *n.* 3. *de testibus. Rota diuers. decis.* 151. *n.* 1. *par.* 2. *Buratt. decis.* 164. *n.* 12. Sed quod debeat intelligi datus terminus à iure statutus in *l.* 1. *C. de dilat.* ait *Seuerol. de remiss. cap.* 24. *n.* 2. vsus autē seruat, vt expresse detur terminus, & ideo citatur pro concordando de eo, & in Italia regulariter præfigitur terminus trium mensium; extra Italiā verò præfigitur maior terminus, attenta distantia locorum. *Seuerol. vbi supra d. cap.* 24. *n.* 3. Et regulariter extra Italiam præfigitur terminus sex mensium, & transmare datur terminus nouem mensium. *Boccac. de litteris remissor. cap.* 7. *n.* 4. qui terminus est communis vtrique parti, videlicet vni ad probandum, & alteri ad reprobandum, scilicet in Italia duo menses ad probandum, & vnus ad reprobandum. extra Italiam quatuor ad probandum, duo ad reprobandū; & transmare sex ad probandum, & tres ad reprobandū. *Seuerol. vbi sup. d. cap.* 24. *n.* 3. qui dicit ideo separari dilationem probatoriam, & reprobatoriam, ne alioquin quis per calumniam vltimo die testes produceret, vt postea tempus reprobandi non superesset, ad dicta per *Vital. in Clem. sæpe, §. verum quia, de verborum signific.*

491 Remissoria autem separatim ad reprobandū testes regulariter non datur. *Caputaq. decis.* 54. sed si in remissoria non esset datus terminus ad reprobandum, Iudex remissoriæ non posset admittere partem ad reprobandum; cùm careret iurisdictione, & processus reprobationis remaneret nullus. *Buratt. decis.* 587. *n.* 7. cùm debeat specialiter committi facultas recipiendi testes super reprobatione. *Specul. in tit. de teste, §. qualiter, n.* 21.

492 Et vbi non fuisset datus terminus ad reprobandum, vtique noua daretur remissoria pro reprobatione testium, quia

quia tunc cessaret præsumptio calumniæ; cùm antea non potuisset id agere. *Specul. in d. §. qualiter, n. 25. Seuerol. de remiss. d. cap. 24. n. 4.*

493 Terminus remissoriæ ad probandum currit à die consignationis; nisi Iudex aliter statuerit: cùm pẽdeat ab eius arbitrio, vt supra dictum est. *Boccac. de litteris remiss. d. cap. 7 n. 10.*

Sed si inter Iudices remissoriæ orta esset controuersia super loco loci examinis; tũc ea pendente terminus remissoriæ non curreret; stante enim legitimo impedimento terminus siue à lege, siue ab homine præfixus, non currit. *cap. 1. de præscript.* cum aliis per *Rotã in nou. decis. 2. in fin. de dilat. Buratt. dec. 376. n. 10.*

494 Terminus remissoriæ ad probandũ potest semel, bis, & alias arbitrio Auditoris prorogari, dummodo cesset calumnia petentis prorogationem. *Franc. in cap. 1. §. si quis igitur, de except. in 6.* hoc est quando impedimentum iustũ contigisset, quod non posset remissoria in termino expediri, vtpotè propter infirmitatem vel testium, vel Iudicis, vel aliud simile. *Seuerol. de remission. cap. 25. n. 1. Put. decis. 220. lib. 1.*

495 Prorogatio autem fit, aut ad tantum tempus quantum fuit prius datum, aut ad breuius, prout Iudici videbitur. *Seuerol. ibidem, n. 5. & 6.* Sed si lapsus esset prior terminus, tunc nõ intraret prorogatio, sed daretur nouus terminus; prorogatio enim dicitur durante primo termino. *l. sed, etsi manente, ff. de præcar. Gabr. conclus. 2. de dilat.* quæ prorogatio conceditur, vt facilius ad veritatẽ deueniatur. *Caput. decis. 114. par. 2.*

496 Et concessa, licet non intimetur Iudici in partibus, antequam procedat ad vlteriora, non propterea dicitur nulliter executa, quamuis de iure Iudex debeat esse certus de sua iurisdictione, alioquin actus sit nullus, & non nisi per præsentationem cõmissionis certificetur. & doctrina *Soc. in l. multum interest, ff. de condit. & demonstr.* procedit in illis prorogationibus, quæ de facili non solent concedi; secus est autem in prorogationibus remissoriæ, quæ de facili solent concedi, vt per *Caputaq. decis. 405. per tot. par. 2.*

Vbi

497 Vbi autẽ remissoria fuit sæpius prorogata, & cum termino sine spe vlterioris prorogationis, eo elapso non debet dari alia dilatio, ob præsumptionẽ calumniæ, & quãdo lapsus est terminus perẽptorius, ille non potest prorogari; sed dari nouus terminus. *Mant. decis.* 24. *n.* 7.

498 Terminus remissoriæ ad reprobandum nõ potest currere nisi finito termino, siue dato, siue prorogato ad probandum; sed quando pars, quæ obtinuit remissoriã, expediuisset illã, & residuo termini renunciaret; tunc quãdo hæc renunciatio deducta esset ad notitiam partis, inciperet currere terminus ad reprobandum.

499 Qui potest prorogari, sed de rarò prorogatur propter præsumptam calumniam. *Boccac. de litteris remiss. cap.* 7. *n.* 12. & *Put. dec.* 352. *lib.* 1. refert fuisse concessã prorogationẽ termini reprobatorij, non obstante quod ille, qui habebat remissoriam ante tempus expediuisset probationes suas, & reliquo termino renunciasset.

500 Iste tamen terminus ad reprobandum non daretur in summarijssimo possessorio, in quo non dantur obiectus, nec admittũtur exceptiones cõtra testes. *Gregor. decis.* 449. *n.* 10. & ibi *addent. n.* 11. *Caual. decis.* 44. *n.* 4. prout nec daretur in illis iudicijs, in quibus non plena; sed læuis probatio sufficeret, & in quo testes etiam inhabiles admitterentur ex latè deductis p *Farin. de testibus, quæst.* 62. *limit.* 9. *n.* 191. *& seqq.*

501 Præfixo itaque termino, si eo elapso testes examinarentur, examen nullum esset, tam ex defectu iurisdictionis, cùm ad tempus permissum, post tempus censeatur prohibitum. *l. si vnus*, §. 1. *vbi Bald. ff. de pactis*, & quod fit non seruata forma rescripti, non tenet. *cap. statutum, de rescr. in* 6. *cap. cùm dilecto, de rescr.* & testes examinati extra terminum remissoriæ non probant. *Rota decis.* 171. *n.* 6. *& decis.* 311. *n.* 12. *post tract. Possij, de mand. de manut.*

502 Sed quia pro executione remissoriæ duo actus sunt necessarij, hoc est, vt testes iurent, & deponant. Ideo antiquitus fuit disputatum in Rota, an terminus in remissoria censeatur præfixus receptioni

ptioni iuramentorum, an verò etiam depositioni testiũ, & fuit conclusum, quod censetur præfixus receptioni iuramentorum testium, itaut sufficiat testes iurare infra terminum, & quod post terminum testes possint examinari saltem de æquitate.

Ea ratione quia recipere testes, seu iuramenta testium est actus iurisdictionis, & propterea ad istum referenda est termini præfixio. *cap. de causis, de offic. deleg.* recipere autem testium depositiones, cosuè examinare, est quid facti, ad quod referri non debet præfixio termini; cùm examen possit committi notario, & fieri extra iudicium quandocumque, & æquitas versatur in hoc, quod si isti duo actus deberent expediri in termino præfixo in remissoria, non rarò contingeret, quod vel propter articulorũ, & interrogatoriorum multitudinem, vel propter longã distantiam testium, qui tardè propè finem essent recepti, non possent omnes examinari. *Bisign. decis. 1. de testib. Bellam. decis.* 378. *Rota in antiq. decis.* 26. *&* 27. *de probat.* & in *nou. decis.* 3. *eodem tit.*

503 Testes igitur, qui coram Iudice remissoriæ iurarũt intra terminum, possunt post terminum examinari, & dies examinis trahitur ad diem iuramenti. *Felin. in cap. licet causam, n.* 19. *de probat. Seraph. decis.* 857. *n.* 21. *Vestr. in praxi, lib. 6. cap. fin. n.* 8. *Addent. ad Greg. decis.* 327. *n.* 17. *Seuerol. de remiss. cap.* 37. *per tot. Boccac. de litteris remiss. cap.* 7. *n.* 13.

504 Sed quid si in remissoria daretur certus terminus ad probandum, & probatum habendum; dic quod etiam in hoc casu ex æquitate possunt testes, in tempore iurati, examinari post tempus, vide latius de hoc termino per *Bellam. decis.* 714. *per tot.* & *Rotam in nou. decis.* 13. *de probat. Vestr. cap.* 2. *n.* 6. *lib.* 6. & ibi *adden. n.* 34. *& seq.*

505 Sed quid, quando Iudex non per litteras remissoriales, sed per decretum præfigit terminũ partibus ad probandũ; distinguit *Iac. Butrig. in l. si quando, in fin. C. de testibus*; aut est datus terminus ad probandum, & tunc sufficit si testes iurarunt infra terminum, cùm testis fides ad iuramentum reducatur. *Lasse toto*,

toto, *ff. de hæred. instit.* & d. *l. si quando, in fin. C. de testib.*

Et hoc confirmat *Rota in nou. decis.* 13. *sub n.* 7. *de probat.* quia fides testis est propter sacramentũ. d. *l. si quando*, & regula est, quod quando vnum propter alterũ requiritur, sufficit si postea fuerit impletum. *l. cum pupillus*, §. *fin. ff. de condit. & demonstr.* ibi *alterum defecisse non oberit altera postea impleta*; & etiã quia ad primordia sequentia referuntur. *l.* 1. *C. de imponenda lucratiua descriptione, lib.* 10. circa fin. ibi, *& si ad primordium tituli posterior quoque formetur euentus.*

Aut est assignatus terminus ad probandum, & probatũ habendum; & tunc non sufficit, vt d. *l. si quando, in fine*, & hoc confirmatur ex rationibus adductis per *Bellam. decis.* 714. *n.* 1. *& seqq.* nam probatio est ostensio rei dubiæ per argumenta faciens fidem, vt not. *in rubr. C. de probat.* & *Azo in summa*, & sola depositio est illa, quæ ostendit, Ideo debet fieri in tempore, & probatio insurgit ex duobus insimul, videlicet ex iuramento, & depositione. *l. testium, ff. de testibus*, ergo vno deficiente totum deficit. d. *l. testium*, §. 1. *ff. de testibus. l. scire oportet, ff. de excusat. tut.* sed hoc casu si pars non potuisset examinari facere testes propter impedimentum, vel alterius partis, vel Iudicis, vel ipsorum testium, possent elapso etiam tempore, quãuis peremptorio examinari, saltem per viã restitutionis in integrum. *Rota in nou. d. decis.* 13. *de probat. in fin. Bellam. d. decis.* 714. *in fin.*

506 *Et dandum interrogatoriã*, Interrogatoria sunt, quæ facit pars testibus contra se productis, & super articulis partis, quæ formantur secundũ circumstantias causæ, & personarum testium, hoc vel simili modo. Si dixerit testis verum esse, quod in primo articulo continetur, Interrogetur quomodo sciat, si ibi præsens erat, & ad quid ibi erat, & an vidit; potuit enim præsens esse, & non vidisse. Item quo anno, & die id fuit factum. Item in quo loco, qua domo, qua parte domus, & an domus illa sit terranea, vel in solario, & qui erant ibi præsentes, Item si cognoscit illum, de quo testificatur, &

cuius

cuius ætatis, ſtaturæ,& coloris, & ſimilia, vt docet *gloſſ. in cap. præſentium, de teſtibus, in 6.* in verbo *interrogatoria*, non autem debent continere nouum Capitulum. *Io: Andr. in addit. ad Specul. in tit. de teſte, §. iam de interrogatorijs, ſub n.4. in verbo. cauſam quæ.*

507 Adduntur hæc verba, *quatenus dare intendat*, quia licet ſine articulis teſtes examinari non poſſint. *Coccinus deciſ.262. n.3.* cùm articulus vocetur pars intentionis cõtinens id, quod actor probare intendit, ab arctando quaſi arctet ad reſpondendũ. *gloſſ. in d. cap. præſentium*, in verbo *articulus. iuncta addit.*

508 Tamen ſine interrogatorijs poſſunt examinari, quibus non datis Iudex ex officio interrogabit teſtes de circumſtantijs, de cauſis, perſonis, loco, tempore, viſu, auditu, ſcientia, credulitate, fama, & certitudine, iuxta *tex.* in *cap. cùm cauſam*, cum ibi not. per *gloſſ. & Doct. de teſtibus.*

509 Et ideo examen teſtium non poteſt dici nullum, vti factum ſine interrogatorijs, quando pars citata ea dare non curauit, & ſufficit per Iudicem fuiſſe teſtes interrogatos. *Seraph. deciſ.1456.* & pars ſibi imputet; quia illa non exhibuit. *Greg. deciſ.351. n.47. Rota diuerſ. deciſ.256. n.6. p.5.*

510 Poſſunt autem dari tam in Curia, vt incluſa in Rotulo tranſmittantur, quàm extra Curiam coram Iudice remiſſoriæ. *Seuerol. de remiſſion. cap.29. per tot.* non autẽ ſunt parti oſtendenda, ne poſſet teſtes inſtruere, & malignare. *gloſſ. in d. cap. præſentium*, in verbo *interrogatoria, in fin. de teſtibus, in 6. Felin. in cap. per tuas, n.3. de teſtibus;* Ideoque Iudex ea debet examinare, & ſi aliqua reperit ſuperflua, vel impertinentia, reſecare. *gloſſ. in d. cap. præſentium, in verbo interrogatoria, in fin.* Sed Iudex remiſſoriæ nequit ea, quæ incluſa ſibi fuerunt tranſmiſſa, reſecare inconſulto Iudice cauſæ; cùm non poſſit alterare formam ſibi præſcriptam.

511 Quamuis in litteris remiſſorialibus apponatur clauſula, & alias iuxta diſcretionem veſtram; quia ea intelligitur vltra expreſſa. vt per *Rotam poſt conſ. Farin. par.2. deciſ.214. n.5. & 6.*

512 Cauere debet pars, quæ

dat

dat interrogatoria, vt ea det in actis, & insimul protestetur, testes sine illis non examinari, alias de nullitate, &c. Etenim non facta hac protestatione examen testium, etiã sine interrogatorijs valeret, nec iuuaret protestatio facta, ne testes examinarentur sine interrogatorijs existentibus penes interpretem, quia debet constare de eis in actis. *Rota post cons. Farin. par.* 1. *decis.* 31. *n.* 6. *Coccin. decis.* 176. *n.* 1. *& seqq.* & *decis.* 226. *n.* 1.

513 Hoc tamen intellige verum, quando interrogatoria dantur coram Iudice remissoriæ; sed si fuissent per Iudicem transmissa, non requireretur alia protestatio, & examen sine illis factũ esset nullum, ob non seruatam formã remissoriæ. vt per *Rot. d. decis.* 214. *n.* 5. *& 6. post cõs. Farin. par.* 2. qua fuit resolutum examen testium fuisse nullum.

514 Quia testis non fuit examinatus super interrogatorio, an testis eo anno fuisset confessus, & communicatus; hoc enim interrogatorium est releuans; cùm is, qui eo anno non fuisset confessus, & communicatus, secundum opinionem, quam sequitur Rota, repellendus sit à testimonio ferendo. vt in ea.

515 Sed si interrogatoria fuissent data corã Iudice remissoriæ, & ipse omisisset examinare super eis, tunc examen non esset nullum; sed testibus non adhiberetur fides, nisi essent repetiti. *Seraphin. decis.* 494. *n.* 1. *Greg. decis.* 331. *n.* 17. & ibi *adden. n.* 22. sed adhuc obstaret, quod forma remissoriæ non esset obseruata, si in ea præciperetur, vt examinarentur testes super interrogatorijs dandis; Ideo si data fuissent cum dicta protestatione, examen sine illis esset nullum, iuxta prædicta. Ideo Iudex remissorię cautus esse debet, ne sine interrogatorijs partis fiat examen.

516 Pars, quæ dat interrogatoria, censetur examini consentire. *Put. decis.* 301. *n.* 2. *lib.* 3. *Rota in recent. decis.* 585. *n.* 2. *par.* 2. & habere scientiã testium, & materiæ super qua erant recipiendi. *Buratt. decis.* 118. *n.* 10. atque censetur præstare consensum, vt in eius absentia fiat examen. *Mart. Andr. decis.* 28. *n.* 3. & absque alia ipsius citatione. *Buratt. decis.* 376. *n.* 12.

Et

517 Et quando illa dat coram Iudice recusato, licet cum protestatione, dicitur quodammodo recedere à recusatione, cùm protestatio sit contraria facto. *Puteus decis.* 380. *lib.* 1. *Seraph. decis.* 897. *n.* 7.

518 Et qui dedit interrogatoria, licet postea opposuerit contra personas testium exaduerso examinatorum; tamē ex quo dedit interrogatoria, potest pro se allegare dicta testium impugnatorum, dando enim interrogatoria, videtur profiteri velle posse vti testium dictis super illis. *Felin. in cap. præsentium, de testibus. Achill. decis.* 2. *n.* 4. *de testibus.*

519 Et pro validitate examinis datio interrogatoriorum non parum operatur: nam de æquitate solet testibus fides adhiberi per Rotā, stante commissione Sanatoria, cum clausula arbitrio, quando sūt examinati cum interrogatorijs partis, licet examen fuerit nullum, siue ex defectu iurisdictionis, dummodo nō sit totalis, vtputà, quando examen fuit factum extra locum remissoriæ; siue etiam ex defectu citationis. *Puteus decis.* 301. *lib.* 3. *Rota post cons. Farin. decis.* 122. *n.* 3. *par.* 2. *siue etiam extra tempus. Cresc. decis.* 1. *de fer. Caual. dec.* 275. *n.* 4. *& decis.* 321. *n.* 6. *& decis.* 349. *n.* 2. *Buratt. decis.* 164. *n.* 15. *Greg. decis.* 466. *n.* 1. *& ibi addent. n.* 11.

520 Interrogatoria autē primo loco data, non faciunt sustineri examen aliorum testium postea inductorum, quos si pars sciuisset fore examinandos, alia interrogatoria dare potuisset. *Burattus decis.* 726. *n.* 5.

521 Ille testis, qui nollet respondere, & euacuare omnia interrogatoria, non habetur pro idoneo. *Bald. in l.* 2. *n.* 2. & ibi *Rip. n.* 23. vers. *& infert.* & *Dec. n.* 43. *C. de eden. Buratt. decis.* 113. *n.* 33. & non probat. *Nell. in tract. de testibus, n.* 99. *Greg. decis.* 533. *n.* 10. & ibi *Addent. n.* 17. & redditur suspectus. *Crauett. cōs.* 134. *n.* 43. *Seraph. decis.* 836. *n.* 2.

522 Si in interrogatorijs testis dicit contrarium eius, quod dicit in articulis, attenditur dictum super interrogatorijs. *Seraph. decis.* 1073. *sub n.* 9. *Rota in recent. decis.* 774. *n.* 3. *par.* 1.

523 An autem testes debeāt prius.

prius examinari super interrogatorijs, quàm super articulis, iure cautum non est; & ideo præposteratio non induceret nullitatem; nisi ordo daretur in litteris, vt prius interrogaretur super interrogatorijs. *Rota in recentiss. p. 2. decis. 663. n. 12.* vel si pars protestata fuisset, vt prius examinaretur super interrogatorijs. *Paris. cons. 107. n. 70. & 71. lib. 1. Boccac. de litteris remiss. cap. 6. n. 21. & cap. 8. n. 6. & seqq.*

524 *Et conducendum interpretem*, vt in examine testium adhibeatur interpres non est de iure, sed de stylo, & ideo in citatione adduntur hæc verba, *quatenus eo vti velit*, potest autem vtraque pars adhibere suum interpretem, cuius est muneris, vt iuret de fideliter interpretando, & vt curet per notarium fideliter scribi ea omnia, quæ testis deponit ad fauorem sui principalis, & nihil ex eis omittatur, super quibus debet testis interrogari, & vt suppleat interrogatoria opportuna, abstineat tamẽ ab illicitis, & impertinentibus, & vterque interpres in fine se subscribit; & seruatur cuiuslibet Curię stylus.

525 Examen factũ sine præsentia interpretis valet, cùm vt dictum est, non sit iure cautum, vt requiratur, nisi in litteris remissoriæ daretur pro forma, vel pars fuisset protestata nõ examinari sine. *Rot. in recentiss. par. 2. decis. 663. in fin.*

526 Et tunc testis, examinatus sine interprete, dicitur rectè examinatus si pars fuerit citata ad comparendum pro certa hora, & non comparuit, vel si comparuit non expectauit vsque ad finẽ horæ intimatæ. *Seraph. dec. 1279. n. 6.*

527 *Alias videndum per D. ex officio deputari, eligi, & præfigi respectiue, & mandari examinari fine.* Fit hæc citatio, vt Iudex ex officio, partibus nõ concordantibus, deputet Iudicem, eligat locum, & præfigat terminum, & mandet examinari fine interrogatorijs, & sine interprete, si per partem non dentur, & non adhibeatur.

528 Non enim Iudex suum officium impertitur; nisi parte petente. *l. de pupillo, §. qui opus, ff. de nou. oper. nunc. l. 4. §. hoc edictum, ff. de damno infec. Bellam. decis. 714. n. 5. in fine, & Rota in nou. decis. 13. de probat. in fine.*

Et

529 *Et constituendum procuratorem in partibus reperibilē, & acceptantem, aliàs videndum mandari procedi per affixionem ad valuas maioris Ecclesiæ loci deputandi*. Hæc eadem verba ponuntur in citatione pro compulsoria,& explicauimus supra hoc *eodem capite, sub vers. pro processu cōpulsoriali validè cōficiendo,quæ citationes requirantur, n.*203. & non citatur simpliciter ad constituendum procuratorē, sed additur reperibilem, & acceptantem.

530 Nemo enim tenetur citare procuratorem partis, qui mandatum non acceptauit. *Seraph. decis.* 400. *nu.* 4. Imò procurator non dicitur, nisi onus acceptet. *l.* 2. *ff. de procur. Caput. decis.* 319. *n.*2. *par.*1.

531 *Et concordandum de portitore, videndumque illum iurare, & ei consignari*, & hoc fit ad effectum vt tutè per portitorem, seu Tabellariū, & absque fraude ad Iudicem deferantur litteræ remissoriales, vnà cum Rotulo in quo includuntur articuli,& etiam interrogatoria, si dantur in Curia, vt in formulario terminorum, *tit. de remiss. fol. mihi* 119. & quis facere debeat impensam remissionis, & satisfacere portitori, seu Tabellario, ponit *Seuerol. de remiss. cap.*29.

532 *Ad primam diem*. Citatio prædicta pro remissoria debet fieri ad diem iuridicā, aliàs tempore feriato nulliter decerneretur.

533 Et eius vigore testes essent nulliter examinati; quæ tamen nullitas rescripto Papæ esset sanabilis. *Cresc. dec.* 1. *de ferijs*.

534 *Instan. D.N. principali, siue eius procuratore*.

Remissoria potest ab vtraque parte peti, tametsi regulare sit, vt Actori non detur dilatio, quippe qui instructus ad iudicium venire debet. *Cassad. decis.* 1. *n.* 2. *de dilat.* Et quando remissoria fuit cōcessa Reo, debet etiam concedi Actori ex æquitate. *l.*1. *cum seqq. ff. quod quisque iur.* & quoad probationem non est fauorabilior Reus, quàm Actor. *l. vlt. C. de fructib. & lit. expens. gloss. in cap. cùm ad sedem*, in verbo, *& pertinentijs, vers. sed qualiter procedatur, de restitut. spol. Rota in recent. decis.* 696. *num.* 2. *par.* 2.

Peti poteſt nedum à principali; ſed etiam à procuratore, in tantum quod conceditur etiam ex obſeruantia Rotæ, aſſerto procuratori cũ promiſſione de rato, parte tamen non contradicente; quia ſi pars contradicat, non auditur etiam cum cautione, vt ait *Seuerol. de remiſſion. cap.* 12. *n.* 2. ſed ſi appareret de mandato, & dubitaretur de validitate, admitteretur cũ dicta cautione. *cap. coram*, & ibi *gloſſ. & Abb. de offic. deleg. Seuerol. ibidem n.* 4. ſed in caſu, quo remiſſoria non datur ſine obligatione de ſtando vnicæ ſententiæ, non auditur procurator illam petés ſine ſpeciali mãdato ad obligandum principalem de ſtãdo vnicæ. *Caput. deciſ.* 63. *n.* 6. *par.* 3. ſed quod concedatur etiã parte opponẽte, dictum eſt *ſupra cap.* 3 *in fine*.

535 Ad prædictam citationem Iudex admittit articulos cum clauſula ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, & decernit remiſſoriam, & deputat Iudicem, & locum cum termino; & niſi ad p. d. cum intimatione aliquid in cõtrarium docuerit.

536 Et per dictam clauſulam ſaluo iure impertinentium, & non admittendum, conſulitur præiudicio quod poſſet, cõtingere ex ſimplici articulorum admiſſione. *Rota poſt conſ. Farinac. deciſ.* 47. *nu.* 1. & cum termino niſi ad p. d. cum intimatione, conſulitur citato, vt poſſit contradicere decreto remiſſoriæ, quæ vt ſupra dictum eſt, in multis caſibus denegari debet.

537 Forma remiſſoriæ, vt ait *Rota in antiq. deciſ.* 26. *de probat. & Biſign. deciſ.* 1. *de teſtibus, deducta eſt, ex c. licet, de probat.* ibi, *quia tamen nolumus à Iuris tramite declinare, Magiſtris G. & T. præcipimus, vt teſtes, quos ſuper hac exceptione procurator Fauentinorum duceret producendos infra menſem recipere, & examinare curarent, de ſingulis circumſtantijs ſubtiliter inquirentes, indulto ex tunc altero menſe procuratori Eccleſia ſupradicta infra quẽ ſi vellet, ad reprobationem teſti ũillorum, produceret teſtes coram eis*, & formulam magis extenſam ponunt *Seuerol. de remiſſion. cap.* 23. & *Boccac. de litteris remiſſ. cap.* 8. ſed ante eos *Specul. in tit. de teſte, §. qualiter, n.* 6

Et

538 Et quia aliquando datur vnus Iudex,& aliquando plures,& aliquando etiam deputantur plura loca, & aliquando vnum, & aliquando præfigitur terminus breuior,& aliquando longior,& aliquando mandatur quis citari in certo loco & examinari;Ideo nobis satis erit admonere, vt Iudex remissoriæ bene inspiciat litteras Iudicis remittentis,easque ad vnguem obseruet, ne aliàs processus esset nullus. *cap.statutum,de rescript. in 6. l. aut qui aliter, in princip.* & ibi *Bart. ff. quod vi, aut clam.*

539 Præsentantur itaque litteræ Iudici, cui diriguntur,vt sit certus de sua facultate. *cap.super eo,il secondo,in fin. de appellat.* & ibi *Dec. n.* 12. *Bellam.decis.* 110. *num.* 12. & vt pariter acquirat exercitium Iurisdictionis.*cap.pastoralis,in fin. de rescript. Rota in nou. de offic. delegat. decis.* 6. *num.* 1. *Caput. decis.* 324. *n.* 4. *par.* 1. & si sint directę pluribus,potest qui eas impetrauit præsentare Iudici pro eius parte electo,eumque requirere debet, vt iurisdictionem acceptet, aliosque Cõiudices moneat, vt infra terminum in litteris assignatum cõpareant in loco executionis remissoriæ,ad interessendum singulis diebus, & toto tempore, quo durabit illius executio in omnibus actibus, vnà cum ipso Iudice requirente.

540 Vnus enim delegatus nõ potest alium Condelegatum citare, cùm citatio præsupponat iurisdictionem, & superioritatem, sed tanquam par, qui in parem non habens imperium, debet eum admonere,& rogare,vt veniat. *glos. in cap.cùm causa,in verbo ab illis, de offic.deleg.vers. ad hoc dicat.*

Et sufficit vnica monitio inter pares. *Dec.in d. cap. cùm causa, de offic.deleg. n.* 5. cum præsentatione tamen litterarũ,vt ipsi quoque possint esse certi de eorum facultate, & notificatio prædictæ admonitionis, cum litterarum remissorialium præsentatione, debet fieri per notarium,qui de illorum responsione,an acceptauerint, vel ne, tenetur relationem facere,cui non creditur nisi cum testibus, prout quando refert se citasse.vt late dictum est *sup. in cap.7. sub vers.de citatione per nuncium*, *nu.*97. & latius *in cap.*12. *sub vers.de relatione citationis,nu.* 263. *cum seqq.*

Aa 2 Si

541 Si aliquis ex Coniudicibus se excusauerit ob aliquod impedimentum, stabitur eius assertioni. *Buratt. decis.* 338. *num.* 1. Et si vnus solus, vel duo acceptauerint, ipsi poterunt procedere stante clausula in litteris apposita, quod si nō omnes interesse poterint, alter solus exequatur. *Greg. decis.* 327. *num.* 1. & ibi *addent num.* 13. & superius dictum est *in hoc cap. in verb. ad concordan. de Iudice, nu.* 473.

Sin autē omnes acceptauerint, vnus sine alijs procedere nequit, ex defectu iurisdictionis *l. duo ex tribus, ff. de re iudic. Caputaq. decis.* 71. *n.* 1. *par.* 3. at si duo soli processissent, asserentes fecisse de licentia, & consensu tertij, vel propter illius absentiam, impedimentum, excusationem, vel recusationem, processus esset nullus, nisi constaret de assertis, & assertioni illorum non crederetur. *c. prudentiam, in princ. de offic. deleg. Rota in recent. decis.* 451. *n.* 12. *par.* 2. cum alijs supra in *c.* 11. *n.* 58. 63. *&* 65.

Omnibus itaque acceptātibus omnes debent vocari, & expectari in quolibet actu, & accusata non comparentium contumacia, illi qui cōparuerint, possunt actum expedire, *Boccac. de lit. remissor. cap.* 6. *n.* 4.

542 Qui enim in termino non venit, præsumitur vel nolle, vel non posse venire. *l. contumacia, ff. de re iud.* & non est inconueniēs, vt vnus alterius negligentiam suppleat. *gloss. in d. cap. cùm causa,* in verbo *ab illis, circa fin. de offic. deleg.*

543 Et qui in vno actu non interuenerunt, dum à principio obtulerunt, seu venturos, debent in alijs actibus requiri, qui si veniant, admittuntur in eisdem statu, & terminis. Et alij actus antea, vt supra legitimè per comparentes facti, non sunt repetendi, & de viribus clausulæ in statu, & terminis, in quibus reperitur, plura congessit *Mandos. de commiss. form.* 9. *vers. in statu, & terminis.*

544 Et si quis degat extra locum remissoriæ, tenetur is, pro cuius parte fuit deputatus, illum proprijs sumptibus conducere, alias sibi imputet, si eo non veniente alii processerunt. *Caput. decis.* 273. *par.* 3.

545 Conuenientibus Coniudicibus, debet agēs pro executione remissoriæ instare vt

vt accepteent iurisdictionem, deputent notarium, nuncium, locum, & dies, & horas audiẽtiæ, & mandent partem citari generaliter ad omnes actus, & cum comminatione. Quæ citatio non ab vno solo, sed insimul ab omnibus, debet decerni, & his, vel similibus verbis, cum insertione tamen litterarum, & præmisso eorundem nomine, est concipienda.

546 Citetur N. ad videndum reproduci litteras remissoriales, & Rotulum aperiri, dicendum contra, & iuxta illarum tenorem, & formã mandari procedi, & deputari dies & horas, & locum audientiæ, nominarique notarium, & nũcium, illisque deferri iuramẽtum necnon fieri omnes alios actus necessarios, & opportunos pro totali executione remissorialium, alias vidẽdum, ipso etiam non comparente, procedi ad debitam executionẽ, iuxta illarum formam. ad p. d. Instan. N.

Hæc est citatio generalis, de qua supra diximus quod potest fieri, vel cum expressione singulorum actuum, vel generaliter ad totam causam, & vt arctet, debet fieri, vel cum termino peremptorio, vel cum comminatione, & fit ad reddendum citatum contumacem ad omnes actus, adeò vt si in termino illius non comparuit, vlterius citandus non sit; sed si compareat debeat postea citari personaliter ad singulos actus, vt in *cap. 7. nu.* 113. *vsque* 119.

Et in prædicta citatione debet præmitti nomen eorũ Iudicum, qui illam decreuerunt, iuxta ea, quæ dicta sunt supra *in cap. 9. vers. de Iudicis nomine in citatione exprimendo, n.* 2. *& seqq.*

Debet etiam inseri totus tenor litterarum; quia quando delegatus citat, non tenetur citatus credere eius assertioni. *cap. cùm in iure, de offic. deleg.* cum alijs in *d. cap. 9. n.* 8. & ex eisdem litteris insertis potest certificari citatus, an solus Iudex citans habeat facultatem, an insimul cum alijs; quia citatus per vnum ex duobus vel tribus non tenetur comparere. *cap. suscitatus, de rescript. & cap. gratum*, & *cap. prudentiam, de offic. deleg.* & dictum est in *eodem cap. 9. n.* 15.

547 *Citetur N.* si in instru-

mento remissoriæ descripti sint illi qui sint citandi, ipsi sunt perquirendi, & citandi; aliàs debet citari principalis, vel procurator, si quis se obtulerit cum mandato sufficienti, & quæ exceptiones opponi possint contra procuratorem dictum est *supra cap. 9. n. 332.* & quilibet intelligitur citatus, vt compareat per se, vel per procuratorem. *Bald. in l. fin. C. de procur.*

548 Citatio, quia debet legitimè peruenire ad scientiam citati, vel veram, & indubitatã, per personalem apprehensionem ad faciem, vel præsumptam, per dimissionẽ ad domum, vel verisimilem, per affixionem ad locum publicum, iuxta latissimè dicta *supra cap. 7. sub versiculis de citatione personali, num.* 211. & *de citatione domi, nu.* 233. & *de citatione per edictũ, n.* 272. Ideò siue principalis, siue alij citandi, debent perquiri, vt personaliter citentur, quibus non repertis, citatio debet decerni ad domum, qua non existente per edictum, & affixionem ad locum publicũ, quales sunt valuæ Ecclesiæ principalis, ad dicta in *cap.* 11. *sub versiculis perquisitio personæ, n.* 167. & *de decreto citationis ad domum, n.* 300. & *de citatione per edictum, fol.* 386. & ita citatio exequenda est eo modo quo fuit decreta, vt in *cap.* 12. *sub versiculis de executione citationis. nu.* 129. & *de executione citationis in personam, nu.* 159. & *de executione citationis ad domum. nu.* 182. & *de executione citationis ad Ecclesiam, num.* 190. & *de citatione per edictum extra curiam eiusque executione, num.* 217.

549 *Ad videndũ reproduci litteras remissoriales*, cùm enim antea fuerint præsentatæ Iudici vt supra, tunc citata parte dicuntur reproduci, iuxta ea, quæ diximus *sup. in cap.* 12. *vers. de reproductione citationis, n.* 405.

550 *Et Rotulum aperiri*. In Rotulo enim includuntur articuli, & interrogatoria, *Boccac. de litteris remiss. cap.* 5. *de articulis in Rotulo Remissoria includendis*, qui Rotulus clauditur, & sigillatur, vt clausus ad Iudicem deferatur, vt in *formulario terminorum, in tit. de remiss. ad partes, fol.* 144. coram quo non debet aperiri nisi parte citata, cuius interest

est illum videre, quando aperitur, vt certus sit nullam fraudem fuisse commissam. *ad text. in l. de vnoquoque, ff. de re iudic.*

551 *Dicendum contra*, antequam pars sit citata ad dicendum contra, ipsa commissio non tribuit iurisdictionem, seu iurisdictionis exercitium. *Cassad. decis. 7. in fin. de appell. Cas. de Grass. decis. 3. nu. 7. de restit. spoliat. Rota in Bracharen. Monasterij de Ganser. 27. Nouembr. 1600. coram Cardin. Sacrato, apud Marches. de Commiss. par. 1. fol. 173. nu. 2.* & quod Delegatus non acquirat iurisdictionem, eiusuè exercitium; nisi postquam partem citauerit, vide *supra in cap. 8. nu. 140. & seqq.* quæ citatio, ad dicendum contra, fit ad effectum vt pars citata possit parare suas defensiones, & exceptiones proponere. *Bald. in l. cùm fratrem, nu. 9. C. de his quib. vt indign. Caputaq. decis. 114. nu. 2. par. 1.* & quod contra Delegatum possint plura opponi, non autem contra Ordinarium dictum est *sup. cap. 9. n. 12.*

552 *Et iuxta illius tenorem, & formam mandari procedi*; Tenor enim seu ordo, & forma commissionis, seu facultatis debet diligenter inspici, attendi, & obseruari. *cap. porrò, & cap. recepimus, de priuileg.* & forma rescripti non seruata Iudex nulliter procedit. *cap. cùm dilecta, de rescript. cap. Pisanis, de restit. spoliat. cap. venerabilis, de offic. deleg. Greg. decis. 1. num. 1.*

553 *Et in earum executionem videndum deputari dies*, qui debent esse iuridici, concessi scilicet ad ius dicendum. *l. omnes dies, C. de ferijs*, non autem debent esse feriati, minusque festi, in quibus actus iudiciarij fieri nequeunt. *l. si feriatis, ff. de ferijs. l. dies festos, C. eod. tit. de ferijs*, de qua feriarum materia plura dicta sunt *sup. cap. 10.*

554 Et in specie quod iuramentum testium sit actus iudicialis, qui fieri non potest in diebus feriatis, *num. 91.* quodque in die feriato testes possunt examinari, quando iurarunt in die iuridico, & in termino *num. 92.* dummodo altera pars cōsentiat *n. 94.* & testes non recusent, qui non possunt cogi ad subijciendum se examini in tempore feriato, licet partes fe-

rijs renunciauerint *num. 60.*

555 Aduertendum tamen est, quod si in remissoria assignarentur dies Lunæ, Mercurij, & Veneris, qui sunt in Rota iuridici, non posset Iudex remissorię deputare alios dies iuridicos, cùm eius iurisdictio, & facultas esset restricta ad illos dies expressos, in quibus si caderet aliquod festum, non posset procedi. *gloss. in Clem. 1. de offic. deleg. Boccac. de litteris remiss. cap. 9. nu. 22.* siue festum esset tale, quod obseruandum indixisset, siue Vniuersalis Ecclesia, siue particularis, cùm quilibet Episcopus in sua diœcesi, cum Clero tamen, & Populo, possit festum particulariter obseruandum statuere. *cap. fin. de ferijs*, festis enim diebus Iudex remissorię nō posset iudicialiter procedere, vt supra in *d. cap. 10. nu. 44. & 45.*

556 Et Delegatus, sicut Ordinarius, tenetur seruare ferias loci Iudicij, vt tradunt *Doctores in cap. fin. de ferijs*, & diximus in *d. cap. 10. sub num. 55. vers. & quia contingit*, & stylus loci, vbi quis iudicat, attendi debet. *l. Labeo, ff. de statu liber. & l. 3. §. fin. ff. de testib.* & dictum est supra in *cap. 9. sub num. 404.* & in respicientibus processum, & modum procedendi, attēdi debet stylus fori. *Greg. decis. 126. nu. 2.* & in executione facienda attenditur stylus Iudicis exequentis. *Greg. decis. 352. nu. 8.* & in examine testium seruādus est stylus loci in quo fit examen. *Coccin. decis. 141. n. 2.* & Delegatus Apostolicus tenetur seruare stylum loci, vbi lis agitur quoad ordinatoria, secus quoad decisoria. *Put. decis. 127. lib. 1. Greg. decis. 251. nu. 11.* & ibi *Addent. nu. 16.* & latius diximus in *cap. 8. n. 94. cum tribus seqq.* Et quod Iudex remissoriæ debeat seruare festa secundum consuetudinem loci, in quo testes sunt producendi, nisi aliud in litteris sit expressum, dicit *Seuerol. de remission. cap. 33. nu. 5.* & regulariter Auditores Rotæ comittunt in remissoria, vt Iudex procedat singulis diebus Lunę, Mercurii, & Veneris. *Boccac. de litteris remiss. cap. 8. nu. 1.*

557 *Et horas*. De die scilicet. de nocte enim fieri nequeūt actus Iudiciales. *l. 2. §. deinde, ff. de orig. Iur.* & dictum est supra *cap. 10. num. 281. & seqq.*

Et

Et debent esse congruæ. *cap. consuluit. de offic. deleg.* & sedere debent Iudices horis congruentibus Matutinis, & Vespertinis. *§. sedebunt,* iuncta *gloss. in auth. de Iudicibus.* Et in litteris remissorialibus solet dari pro forma, quod procedatur dictis diebus Lunę, Mercurij, & Veneris hora tertiarum, vel Vesperorum, in quibus diebus, & horis debent seruari termini ad dicendum contra, & videndum iurare testes, & faciendum similes actus iudiciales, qui si fierent alijs diebus, & horis, tanquam non seruata forma, processus esset nullus. *cap. cùm dilecta, de rescript. cap. porrò, de priuileg. Seuerol. d. cap. 33. & Boccac. d. cap. 8. nu. 5.*

558 *Et locum Audientiæ.* locus remissoriæ in Curia concordatus, & designatus in remissorialibus, non potest per Iudices remissoriales mutari, nisi accedat expressus consensus partium. *cap. statutum, §. in nullo, de rescr. in 6.* cum alijs supra in *cap. 11. nu. 107.* Locus autem loci audientiæ, & examinis potest eligi per Iudices, qui donec de eo concordent, non currit parti terminus probatorius. *Burat. decis. 376. nu. 10.* Et postquam fuerit electus debet partibus notificari, & ita designari, ne resultet locorum æquiuocatio, *cap. fin. de rescript.* aliàs citatio Iudicis remissoriæ, si sit nimis incerta, & vaga, ratione locorum, non valet. *Rota diuers. decis. 415. n. 1. par. 1. Put. decis. 262. lib. 1.*

559 Et si Iudex remissoriæ citaret ad vnum locum pro iuramento, & testes extra illum iurarent parte absente, examen esset nullum. *Vestr. in praxi, lib. 6. cap. 2. n. 16. & 20.* & ibi addent, *nu. 53.*

560 Et si citaret, aut alternatiue ad hunc, vel illum locum, aut copulatiuè ad hunc, & ad illum locum, citatio non valeret propter incertitudinem loci prout latè dictū est supra in *cap. 9. sub vers. de loco in citatione exprimen. à n. 429. vsque 440.*

561 At si locus, vbi deberent examinari testes, designatus esset in remissoria, tunc nulliter examinarētur testes extra illum. *Rota in recentiss. decis. 306. nu. 2. par. 2. Gregor. decis. 518. nu. 10.* Valeret tamen examen, si iuramentum fuisset præstitum in loco in remissoria præscripto. *Addent. ad*

ad Greg. d. decis. 518. *nu.* 12. quod intellige verum si locus examinis fuisset parti intimatus, vel aliàs posset præsumi illius scientia, vt in *dict. cap.* 9. *nu.* 433. examen testiũ remanet nullum, quando non fuerunt expressa loca in specie; sufficit tamen, vt pars sciuerit deputationem, & accessum examinatoris ad illum locum: ob scientiam enim partis sustineretur. *Seraph. decis.* 1489. *nu.* 1. *vers. nec etiam placuit. Mart. Andr. decis.* 41. *nu.* 5. & 6.

562 Qui autem degunt in aliena iurisdictione, non possunt se iuuare allegando, quod extra iurisdictionem non tenetur quis Iudici parere. *l. fin. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* quia Iudex remissoriæ non ita citat vt cogat; sed vt compareat, quatenus sua intersit. *Seuerol. de remiss. c.* 31. *n.* 4. Sed an, & quando possit citare extra territorium. vide latè *sup. in cap.* 11. *nu.* 29. *cum pluribus seqq.*

563 *Nominarique Notarium,* potest enim Iudex remissoriæ ad illam exequendam notarium deputare, cùm generaliter Iure cautum sit, vt in quouis iudicio, tam ordinario, quàm extraordinario, siue delegato Iudex adhibeat personam publicam, quæ fideliter vniuersa iudicij acta conscribat, ne falsitas veritati præiudicet, aut iniquitas prçualeat æquitati. *cap. quoniam contra, de prob.*

564 Qui postquam fuerit deputatus, si ab vna parte allegetur suspectus, debet remoueri, quia ad recusandum notarium sufficit leuis causa, solaque suspicio, quæ iuramẽto probatur. *gloss. in* §. *& quid, in auth. de trien. & semisse, in verb. artificis, Bal. in cap. super quæstionum, col.* 1. *vers. pone quod notarius, de offic. deleg. Franc. in cap. cùm speciali, col.* 6. *vers. secundo dubitatur, de appell. Alex. cons.* 104. *col.* 1. *lib.* 5. *Boccac. de lit. remiss. cap.* 6. *n.* 14. *Rota diuers. decis.* 604. *num.* 1. *par.* 1. Nec sufficit illi dare adiunctum, qui datur Iudici ordinario, ex quo recusari nõ potest. *Auth. si vero contigerit, C. de iudic.* quia nec ob id tolleretur eius suspicio, cùm posset nihilominus dicta testium reuelare. *Rot. diuers. d. decis.* 604. *par.* 1. *nu.* 2.

565 Potest etiam Iudex, ad satisfaciendum vtrique parti, deputare duos notarios, quo casu

casu post cuiuslibet testis depositionem vterque examen debet subscribere; aliàs si vnus solus subscriberet, processus non mereretur fidem, ad not. *in cap. quoniam cõtra*, vbi *Felin. num.43. de probat. Alex.cons.124.n.3.lib.7.Rom. cons.281.n.5.Guidopap.q.122. Rota post cons. Farin.par.1. decis. 61.*

566 *Et Nuncium*. Quamuis autem Iudex possit citare, vel per nuncium publicum, vel etiam per priuatum, vt *supra cap.7.sub versiculis de citatione per nuncium priuatum, n.23. & de citatione per nuncium publicum. nu.38.* tamen quia in omni ferè loco sunt nuncij à publico deputati, tutius est, vt Iudex remissoriæ vnũ ex illis eligat, cùm illis ratione publici officij credatur. *d.cap. 7.n. 56.*

567 *Illisque deferri iuramentũ*, licet ex forma remissoriæ notarius debeat iurare; tamen sufficit eius iuramentum præstitum ab initio sui officij notariatus, iuxta *gloss.in Clem.1. §. porrò, de haret. Rota post cõs. Farinac. par.2. decis.147.n.3.* & idem dicendum est de nuncio publico, qui cùm in rincipio sui officij iuramentum præstiterit; non tenetur illud reiterare, vt supra *dict. cap.7.nu.56.*

568 *Nec non fieri omnes alios actus necessarios, & opportunos pro totali executione remissorialium*, nisi post expressionem supradictorum singulorum actuum adderetur hæc generalitas citationis ad omnes actus, citatio non diceretur generalis ad totam causam, quæ requirit vel expressionem omnium, & singulorum actuum, qui de iure requiruntur in prosecutione causæ, vel in genere ad totã causam, vel ad omnes & singulos actus, absque illorum specificatione, vt supra in *cap. 7. vers. de citatione generali, n.113.*

569 *Aliàs videndum ipso etiã non comparente*, sine hac comminatione, quæ habet vim peremptorij, citatus nõ comparens, non redderetur contumax, vt in *d. vers. de citat. generali, n.115.*

570 *Procedi ad debitam executionem, iuxta illorum formam ad p. d.* si citatus comparet in termino citationis, debet postea ad quoscunque actus citari personaliter, vel domi, si vero non comparet, ad eosdem

eosdem singulos actus debet citari per affixionem ad valuas, tanquam contumax. vt sub *d.vers. de citatione generali*, *cap.*7. *n.* 117. *cum duobus seqq.* & in primis debet citari pro iuramento testium sub hac forma.

571 *Citetur N. ad videndum induci, & iurare testes de veritate dicenda, super articulis remissoriæ, & tota causa, ad p. d.*

Citetur N. si plures sint qui habeant interesse, omnes citari debent; alias contra non citatos, examen non valeret. *Gonzal. reg.*8.*gloss.*9. *in annot. num.* 49. *Seraph. decis.* 1071. *per tot.*

572 *Ad videndum induci*, inducere testes nil aliud est quàm eos adhibere, & Iudici proferre, vt deponant. *l. produci, ff. de testibus*, cum alijs *supra cap.* 12. *vers. de product. citatis, sub num.*405.

573 Inductio testis operatur approbationē personæ; Itaut si quis induxerit pro se aliquos testes, & ijdem postea contra eum inducantur, censetur eorum personas approbasse, itaut contra eos non possit excipere, nisi ostenderit inimicitias superuenisse; poterit tamen contra eorum dictum opponere. *l. si quis testibus, C. de testibus*, ad quam materiam adde *Seraph. decis.* 265. & 289.

574 *Et iurare testes*, vt enim dicitur in *l. iurisiurandi, C. de testibus. Iurisiurandi religione testes, priusquam perhibeant testimonium, dudum arctari præcipimus;* Et propterea vis, & substantia depositionis cōsistit in iuramento, quod prę-standum est parte præsente, vel citata. *l. si quando*, & ibi *gloss. C. de testibus*, ad videndū scilicet, seu audiendum eos iurare. *cap.* 2. & ibi *gloss. in verbo audire, de testibus. Achill. decis.* 1. *eodem tit. de testibus. Rota in nou. decis.* 15. *eodem & decis.* 1. *de fide instrum. n.* 3. *&* 4. *Coccin. decis.* 182. *num.* 1. quia ratione testium depositio retrotrahitur ad tempus præstiti iuramenti. *Bald. in d. l. si quando, nu.* 2. *C. de testibus*, & in *d. cap.* 2. *nu.* 9. *eodem tit. Roman. cons.* 443. *nu.* 5. *& seq. Alex. cons.* 38. *num.* 10. *& cons.* 133. *nu.* 3. *lib.* 1. *Felin. in cap. licet causam, num.* 52. *de probat. Rota decis.* 3. *de dilat. in antiq. & decis.* 13. *de probat. in nou. Mantic. decis.* 352. *num.* 14.

Et

575 Et in tantum est necessarium testium iuramentum, vt secundum *August. de Ancona in lib. de potest. Eccles. quæst. 55. art. vlt.* quem refert, & sequitur *Felin. in cap. constitutus, vers. & pro hac limitatione, nu. 16. de rescr.* Papa non possit dispensare, vt in testimonio ferendo non interueniat iuramentum; quia quod testis iuret, est de iure diuino, per id quod habetur in *Genes. cap. 31.* vbi Iacob voluit testimonium Soceri sui Laban confirmatum per iuramentū, quam *Augustini conclusionem* idem *Felin.* appellat stupendam, & Canonistis incognitam.

576 Et respondet obiectioni, cur Papa hoc non possit, dum pars potest testibus iuramentum remittere. *cap. tuis, de testibus*, dicens quod iuramentum testis respicit fauorem partis, cui ipsa potest renunciare.

Procurator autem à Domino constitutus ad ea quæ sunt necessitatis, non potest remittere iuramentum testi. *Bellam. decis. 119.*

577 Citatio itaque ad videndum iurare testes est necessaria, vt testibus possit fides adhiberi. *Bald. in cap. 1. num. 7.* & ibi *Abb. num. 7. de testibus. Mantic. decis. 155. nu. 1.*

Quæ debet esse præcisa ad videndum iurare. *Gregor. decis. 268. nu. 3.* & ibi *addent. num. 12.* nec sufficeret citare ad videndum fieri probationem, cùm sit quid diuersum. *Rota in recentiss. par. 2. decis. 306. nu. 4.* neque sufficeret citare ad videndum cognoscere; & præsentare testes; cùm actus præsentationis differat ab actu prçstationis iuramenti. *Rota in Concben. Decimarum de Villanuouo 2. Iunij 1599. coram Card. Pamphilio seniore. Mart. Andr. decis. 19. num. 9.* Neque tandem sufficeret citare, ad videndum committi notario iuramentum testium, nisi etiā dicatur, ad videndum iurare testes, cùm aliud sit iurare, & aliud committere iuramentum. *Rot. in recent. par. 1. decis. 259. nu. 4.*

578 In aliquibus tamen casibus, hæc citatio ommissa coram Receptore non vitiaret examen, vtpotè quando fuisset semel, legitimè tamen facta coram Iudice, qui remissoriam decreuit, vt in pluribus causis resolutum fuisse testatur *Seraph. decis. 1010. nu. 3.*

nu. 3. *Caual. decis.* 275. *nu.* 5. vel quando idem Iudex causæ monuisset partes præsentes ad videndum iurare testes in loco testium, & ad quem remissoria decreta est. *Rota decis.* 355. *n.* 10. *&* 11. *post cons. Farinac. par.* 2. Item quando vel non facta citatione, vel non relata, pars comparuisset. *Mantic. decis.* 352. *n.* 9. Item quando præcessisset citatio generalis coram Iudice remissoriæ ad videndum exequi, & adimpleri litteras remissoriales. *Rota in recentiss. decis.* 557. *num.* 1. *par.* 2. Item quando Iudex remissoriæ mãdasset citari partes ad videndum iurare testes, & idem decretum fuisset intimatum, quia tunc citatio ad videndum iurare testes, si fuisset omissa, non annullaretur examen, & censeretur impleta per æquipollens, quod procederet quando hæc citatio requireretur solum de iure communi.

579 Secus autem, si vlterius requireretur pro forma in litteris remissorialibus apposita, quæ præcisè seruanda est, non autem per ęquipollens. *gloss. in Clem.* 1. *de vit. & hon. Cleric. Bart. in l. non sunt liberi ff. de stat. hom. Alex. in l.* 1 *sub nu.* 8. *vers & ex prædictis, ff. de liber. & posthum. Greg. decis.* 518. *num.* 1. *cum duobus seqq.*

580 Item stante stylo eadem citatio posset omitti, prout de huiusmodi stylo in Hispanijs testatur *Suarez de Paz in sua praxi, tom.* 1. *tit.* 8. quem Rota sæpius approbauit. *Buratt. decis.* 304. *num.* 3. vbi stylus est, vt vnica citatio sufficiat pro toto termino probatorio; nisi examen fieret in diuersis locis. *Gonzal. reg.* 8. *gloss.* 9. *in annot. nu.* 55.

Sed quid si allegaretur stylus, quod citaretur solum ad videndum induci, & produci Capitula, non autem ad videndum iurare testes? *Rota in vna Aretina Spolij, coram Coccino. decis.* 141. *num.* 2. respondit examen fuisse validũ, attento dicto stylo, quem dixit esse ordinatorium, & sufficere, vt de eo extraiudicialiter constet; sed postea in eadem causa recessit, & contrarium censuit *coram eodem*, vt in *decis.* 182. dicens quod huiusmodi stylus esset contra Ius, *l. iurisiurandi, C. de testib.* & respiceret decisoria; non autem ordinatoria, ex quo deci-

decisio,& Victoria causæ pēdet ex probatione. *Dec. in cap.2. nu.103. de probat. Asin. in praxi,* §.19. *nu.* 3. & quod tãquam stylus decisorius deberet concludenter probari, atque quod tanquam contra ius non potuisset introduci à Iudicibus de partibus, quorum est ius reddere. *Alexan. consil.36. nu.10. lib.2. Aym. de antiq. temp. par.4. in princip. num.36. vers. Ideo Magistratus.* & quod contra Ius non sufficit stylus; sed requiritur consuetudo, vt scilicet probentur tot, & tales actus, vt deuenerint ad notitiam populi, vel maioris partis. *Alex. d. cons.36. nu.11. Aym. d. n.36. circa medium, vers.2. intellige,* & prout latius in eadem *Coccin. decis.182. nu.1. cum duobus seqq.*

581 Item quando altera pars eandem citationem omisisset in suo examine, alterius etiã examen absque ea sustineretur ex æquitate edicti, idem ius sibi dici, quod ipse alijs dixit, vel dici effecit. *l.1. ff. quod quisque iur. Coccin. dicta decis.141. num.3. Buratt. decis.304. num.8.*

582 *De veritate dicenda.* Dicunt Doctores plura requiri pro forma iuramenti testis nempe, quod iuret dicere veritatem siue interrogatus, siue non, & super tota causa, & pro vtraque parte, & absque immixtione falsitatis, & non amore, pretio, timore, vel odio, aliouè commodo, quodque non reuelabit suum dictum ante publicationem; subiungunt tamen, secundum praxim communiter receptam sufficere, vt simpliciter iuret dicere veritatem. *Campeg. de testib. reg.168. per totam.* latè *Farinac. de testib. q.74. à n.4. vsque 20.*

583 *Super articulis remissoria.* Non enim potest Iudex remissoriæ in termino probatorio examinare super alijs articulis, quàm super inclusis in Rotulo remissoriæ, cùm articuli debeant admitti per Iudicem causæ, non autem remissoriæ, vt dictum est supra, hoc eodem capite in verbo facto datos. *n.365.*

584 Et hoc iuramẽtum super articulis, non refertur ad articulos impertinentes, super quibus si falsum deponeret testes, non efficeretur periurus; cùm eius iuramentum referatur solum ad articulos per-

pertinentes. *Bald. in l. si ex falsis, nu.* 15. *in fine. C. de transact. Franciscus Curt. in tract. de testib. concl.* 5. *n.* 16.

585 *Et tota causa.* Hæc verba non inutiliter adduntur, licet enim in *cap. de testibus, extra de testibus. Butr.* senserit, idē esse quod testis iuret simpliciter dicere veritatem, vel quod iuret dicere veritatem super tota causa; tamen ibidem *Innoc.* hoc non concedit, quia propter articulos testes producuntur, & iuramentum simpliciter præstitum videtur referendum ad articulos, quoniam limitata causa limitatum parit effectum. *l. in agris, ff. de acquir. rerum domin.* & per *Alberic. de Maletis, in tract. de testib. cap.* 7. *nu.* 58. *& seq.* Vtilitas autem istorum verborum cōsistit in hoc, quod alias deponens extra articulos non probat; sed si iuret super tota causa probat, dummodo deponat super pertinentibus ad causam. *Specul. in tit. de teste, §. sequitur, n.* 3. *Pract. Papien. in for. iuramenti testium, in gloss. super tota causa, Farinac. de testib. d. q.* 74. *nu.* 14. *&* 15. *Vestr. in praxi, lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 9.

586 Et hic nota quod testis falsus in vno de pertinentibus ad causam, nec etiam meretur fidem in alijs; cùm iuramentum sit quid indiuisibile, & testis non potest excusari propter ignorantiam; quia nunquam deponere debet, nisi de eo quod nouerit in veritate. *Innoc. in cap. fraternitatis, de hæret. Alberic. de Malet. d. tract. de testib. cap.* 7. *nu.* 62.

587 Qui sub *n.* 63. subiungit, quod Imperator non posset facere, quod dictum testis falsum in vno, valeret in alio, quod dixisset verum, per not. in *l.* 1. & in *l. fin. C. si per vim, vel alio modo.* vide latius ibi per eum, & hanc quæstionem an testis in parte falsus reputetur in totum falsus, ponit *Bal. in l. si ex falsis, nu.* 15. *C. de transact.* & latè examinat *Farinac. de testib. q.* 67. *§.* 4.

588 Testis igitur, qui iurauit dicere veritatem super articulis, & tota causa, potest etiā vltra articulata deponere. *Rota post consil. Farinac. par.* 2. *decis.* 40. *sub nu.* 1. *in fin.* Sed si limitatè iurasset super vno articulo, & pars, & Iudex limitatum iuramentum detulissent, non posset deponere, nisi super eo. *Rota diuersor.* de-

decis. 593. num. 2. par. 1. sed quod testis parte petente teneatur iurare de veritate dicenda super tota causa, quando inductus est super negotio principali, non autem super dilatoria exceptione, tradunt *Doct. in cap. per tuas, de testib.* cum alijs per *Rot. diuers. d. decis. 593. n. 1. par. 1.*

589 Ad *p. d. & pro omnibus, & singulis diebus, & horis, & pro toto termino probatorio.* Citatio quæ non continet terminum expressum, tanquam incerta ratione temporis an valeat, est quæstio intricata, quam examinaui *supra cap. 9. vers. de tempore in citatione exprimendo, nu. 473.* & de hac citatione latè diximus *ibid. à n. 490. vsque 495.* Hic autem dicendum est, quia si in hac citatione ad videndũ iurare testes, non apponeretur certa dies, ad summum posset substineri pro prima die, secundum aliquos. *Put. decis. 212. nu. 1. lib. 2. Seraph. decis. 857. n. 6. & 23.*

Si apponeretur certa dies, quæ non esset iuridica, frustratoria esset; quia testes nõ possunt iurare die feriata, & nulliter iurarent in die iuridica sequenti, quia citatio tunc remansisset circumducta. *Rota in nou. decis. 15. de testib.* Si verò simpliciter citaretur ad p. d. quæ intelligitur die iuridica, pariter posset esse frustratoria propter difficultatem cõducendi plures testes, & congregandi Iudicem, notarium, & partem, sub vnica die, & hora; Ideo vtile est addere alios dies pro commoditate partium, & testium. Sed aduertendum est, quia si citaretur ad videndũ induci, & iurare testes intra sex, certosue alios dies, fieret difficultas; quia citatus non teneretur comparere nisi in vltima die termini, & ita si antea testes iurassent, actus fuisset nullus, tanquam sine citatione, & si fuissent inducti in vltima die, requireretur alia citatio, ad videndum iurare testes, vt per *Caputaquen. decis. 108. num. 1. par. 1.*

Et ideo tutius est addere, & pro omnibus, & singulis diebus, & horis. *Bald. in l. si ita relictum, §. Pegasus, ff. de leg. 2. Caput. d. decis. 108. nu. 2. & decis. 113. nu. 1. par. 1.* atque vt cesset omnis scrupulus, ne citatio videretur vaga, & incerta ratione temporis, addenda sunt alia verba, & pro toto tẽ-

pore remissoriæ; volunt enim quod citatio pro omnibus,& singulis diebus, & horis non possit censeri vaga,& incerta; sed restricta pro toto termino remissoriæ. *Bal.in l.si quando, num.4.C.de testib.Vestr.lib.6. cap.2.nu.21.vers. quæ verba,* & ibi *Addent.num.59. Seraph. decis.*1489.*num.*1.*Rota in recent.par.*1.*decis.* 393.*num.*6. & 7.quæ declarat decisiones *Put.*258.*num.*5.*lib.*1. & *Mobed.*4.*num.*3. *de testib.*& *Caput.*274.*par.* 3. procedere, quando in citatione nulla adest tēporis prefinitio,iuxta *cons.Bal.*268.*vers.factum tale, lib.* 1. Et talis citatio nedum deseruit pro termino dato in remissoria,sed etiam pro prorogato,non tamen pro nouo. *Greg.decis.*329.*nu.*5. & 466. *num.*5.*Gonzal.reg.*8.*glos.*9. *in annot.num.*58.& 59.

590 Sed quoniam citatio debet etiam esse certa ratione loci, iuxta late dicta supra in *cap.*9. *vers. de loco in citatione exprimen.nu.*427.Ideo quando omnes testes degunt in loco remissoriæ,& ibi debent iurare, non est necessaria alia expressio loci;quia si est ordinarius, intelligitur citatio facta ad locum maiorum, seu solitum ad ius reddendum. *Bal. in l.si vt proponis, la 2. C. quom.& quand.Iud.* cum alijs in *d.cap.*9.*dicto num.* 427. Si vero sit delegatus,intelligitur facta citatio ad locum audiētiæ deputatum, & intimatū, *Doct.in cap.fin.de.rescr.*cum alijs *d.cap.*9.*num.*430. *Caput. decis.*274.*nu.*4. *par.*3. & subintelligitur locus Iudicij, *decis.*65.*nu.*4.*post cons. Farinac. par.*1. Sed quando testes sunt in diuersis locis,& ad diuersa loca,pro recipiendis eorum iuramentis, debet Iudex accedere; tunc non sufficit vnica citatio,ad videndum iurare testes; sed tot requiruntur quot sunt loca, cum expressione cuiuslibet loci, & cum expressione temporis,quo Iudex ad ea loca sit accessurus, vt pars illum possit sequi, ad interessendum receptioni iuramentorum, alias examen esset nullum, ratione incertitudinis loci, & non intimati accessus. *Gonzal.d.gloss.*9.*in annot.n.*59.*Rota decis.*52.*per tot. post cons. Farin. par.* 2. et post *tract. Postij de manuten.decis.*30.*num.*5. Et quando citatio est expressa ad vnum locum, non potest extendi ad alium, et iuramentū

testium

testium nulliter recipitur extra locum expressum in citatione. *Felin.in cap.1.num.22. de Iud.* et in *cap. in nomine Domini, num.37. vers. vltimo secus, de testib.* cum alijs *supra d.cap.9.nu.434. & seq.*

591 Et in alio etiam casu, prima citatio ad videndum iurare testes, non sufficeret pro toto termino probatorio, quando fuisset mutatus Iudex remissoriæ; tunc enim noua citatio requiritur. *Felin.in cap.quia G. nu.4. in fin. de testib. Gonzal.in d.annotat. nu. 61.*

592 Ad aliud etiam aduertēdum est, quod si iuxta formam remissoriæ non teneretur Iudex per se, sed posset per notarium recipere iuramenta testium; tunc in prædicta citatione deberent addi hæc verba. Ad videndum committi notario receptionem iuramentorum & examen testium, & postquàm commissum fuerit, videndum illos iurare in tali loco. *Vestr. in praxi lib.6.cap.2.nu.11.& & seqq.* & *Grauat. num. 45. & 51.*

593 Benè igitur vt supra concepta citatione, ad videndū iurare testes, ea debet exequi per nūciū personaliter, si fieri possit. *glos. in cap. causam,* in verbo *ad domum, de dol. & cont. Innoc.in cap.significauit,* in verbo *denunciande, de testib. Abb. cons.* 84. *lib. 2. Vant. de nullit. ex defect. citationis, nu.9. Coccin. decis. 216. nu.2.* qua executa, & relata sunt conducendi in termino testes, & debet Iudex iuramentum deferre, quod per notarium debet scribi in actis, vt de eo constet.

594 In conducendis testibus si pars illis ostenderet articulos, ad effectum vt possint melius recordari, & veritatē dicere, eorum fides non minueretur, *Rota post cons. Farinac.decis.141.nu.1.par.2.*

595 Et in receptione iuramētorum si plures sunt Iudices vnus alijs spretis nulliter defert. *Greg.decis.327. n.1.* & ibi *Adden. nu. 13.*

596 Et in adnotatione iuramenti, cùm de illo constare debeat, iuxta superius dicta *hoc eodem cap. nu.294.* debet notarius exprimere nomen cuiuslibet testis, & dispositiuè asserere de præsenti, quod N. tali die, & hora, & tali loco ad delationem Iudicis iurauit, tactis scripturis in for-

ma, de veritate dicenda super articulis,& tota causa; cui notario creditur de præstatione iuramenti absque testibus, & absque eius subscriptione, quæ, cùm apponatur in fine processus, sufficit pro singulis actis. *Greg. decis. 368. in fin.*

Non autem satis esset dicere, N. iuratus, quia esset assertio enunciatiua de præterito, quamuis ex coniecturis, & præsumptionibus, & ex præsentia Iudicis, & ex stylo posset, non tamen sine disputatione, et labore, et impensa, ac sine commissione sanatoria, saltem cum clausula arbitrio Rotæ, sustineri, et sanari, ad dicta per *Rot. in recent. part.* 1. *decis.* 704. *& decis.* 587. *par.* 2. *Greg. decis.* 39. et ibi *Addent.* cum alijs supra deductis *hoc eodem cap. sub vers. de processu Compulsoriali, valide conficiendo à nu.* 294. *vsque* 300.

597 Sed quid si aliquis recuset deponere? dic breuiter in hac materia, quod quicunque non requisitus se ingerit ad deponendum, redditur suspectus, et eius dictum non probat. iuxta *l. quæ omnia*, §. 1. *ff. de procurat.*

598 At qui requisitus est à parte, recusare non debet; quia, vt testes deponant iure inuentum est, ne veritas lateat, et vt negata patefiant. §. 1. *in auth. de testib.* et tunc etiam absque citatione deponens, valet eius testimonium, cùm citatio testis non sit de ordine iudiciario, nec requiratur, si testis est præsens. *l. post legatum*, §. *his vero*, et ibi *gloss.* in verbo *adiuuauerunt. ff. de his quib. vt indign* et ibi *Bart. nu.* 1. *Aufr. ad Capell. Tholos. q.* 385. *nu.* 2. At si recuset, potest instante parte per Iudicem citari ad subijciendum se examini, et si nō paruerit, cogi et pignoribus, seu mulcta grauari et censuris etiam Ecclesiasticis astringi. *cap.* 1. *de testib. cogen.* Et eius testimonium valet. *l. si quando, C. de testibus*. at quoniā delegatus ab alio quàm à Principe, nō videtur quod possit cogere testes, nisi talis potestas ei expresse data sit, vel nisi aliter iurisdictionem suam defendere possit. *Zabarell. in Clem.* 1. *nu.* 7. *de offic. deleg. cap. præterea*, et ibi *Abb. de offic. deleg. Seuerol. de remiss. cap.* 34. *nu.* 5. Et facultas recipiendi testes non videtur

posse

posse extendi ad ipsos cogẽdos. Ideoque ad tollendam hanc difficultatem debet in remissoria addi hæc facultas. *Vestr. lib.6.cap.vltimo, nu.* 10. qua non apposita, occurrente necessitate cogendi aliquos, consulenda esset Rota pro ea habenda; nisi fortè receptor vellet procedere de facto; quando hoc sibi non obijceretur, ad dicta per *Zabarel.d.Clem.* 1. *sub nu.* 7. *vers. oppono adhoc.*

599 Recepto iuramento testes debent examinari vel per eundem Iudicem, vel per notarium. si ei voluerit Iudex examen committere prout est quid facti, iuxta superius dicta *hoc eodẽ Cap. sub d. vers. de processu compulsoriali valide conficiendo, nu.* 262. *& seqq.* sine qua commissione nulliter testes examinarentur per notarium. *Caput. decis.* 268. *par.* 2. *Rota post cons. Farinac. par.* 2. *decis.* 355. *nu.* 1. *Gemin. cons.* 38. *num.* 7. Adde *Coccin. decis.* 181. *n.* 6. præsumeretur tamen huiusmodi commissio, stante stylo illarum partium recipiendi iuramenta, & examen testium per notarium absque Iudicis præsentia. *Vant. de nullit. ex defect. citationis, n.* 41. quia stylus esset validus. *Caput. decis.* 265. *par.* 3. *Rota d. decis.* 355. *n.* 1. vbi aliæ referuntur. Notarius autem quando deputatur ad examen faciendum, debet iurare de fideliter examinãdo; vt per *Vestr. lib.* 6. *cap. vlt. nu.* 10. *in princ.* ibi, *cuius iuramenti tu memor eris in ipsa deputatione notarij.*

600 Finito termino probatorio, succedit terminus reprobatorius, in quo testes pro parte eius; qui remissoriam obtinuit, non possunt iurare; quia expirauit terminus, et facultas recipiendi testes super probatione; et ideo nulliter reciperentur & examinarentur, nisi de consensu partium terminus prorogaretur. *cap. de causis, de offic. de leg. Boccac. de litteris remissor. cap.* 8. *nu.* 13.

601 Quæ facultas reprobandi, cum termino reprobatorio, de necessitate debet dari in litteris remissorialibus; quia aliàs is cui committitur, quod recipiat testes super principali, non potest recipere super reprobatione; nisi sibi specialiter sit cõmissum. *cap. licet il terzo, de testib. Specul. in tit. de teste.*

§. *qualiter*, *num.* 21.

602 Quæ facultas reprobandi intelligitur non quoad dicta, sed quoad personas testium. *gloss. in cap.* 2. in verbo *nomina*, *de testibus,in* 6. & ita seruatur; *Boccac. de litteris remissorial. cap.*8.*nu.* 12. *&* 13. quamuis sub *nu.* 14. *& seqq.* adducat plures rationes in contrarium; quæ tamen apud me nihil stringunt, quia aliud est probare contrarium eius, quod testes deposuerunt, & aliud est testes reprobare, & dare contra illos articulos obiectiuos: nam volens probare contra dicta testium, deberet dare articulos coram Iudice causæ; qui vero vult reprobare personas ratione obiectus, seu criminis, debet illos dare coram Iudice remissoriali.

603 In termino reprobatorio debent iurare testes, & examinari; quia licet iurassent durante termino reprobatorio; non tamen possent eo finito examinari, quia repulsa est odiosa, & restringenda, *Abb. in cap. licet dilectus filius,in fine, de testib.* licet vt supra dictũ est, secus fit in causa principali, in qua cùm non vigeat tale odiũ, possunt testes examinari extra terminum, dummodo iurauerint in termino. *Marant. in specul. par.*6.*vers. actorum editio fieri solet, actu* 13, *nu.* 6. vbi de repulsa testium, sic etiam licet semel, & pluries ex causis terminus probatorius soleat prorogari, *Franc. in cap.* 1. §. *si quis igitur, de except. in* 6. *Seuerol. de remiss. cap.* 25. vt ad veritatẽ facilius deueniatur. *Caput. decis.* 114. *nu.* 2. *par.* 2. tamen prorogatio dilationis ad reprobandum, raro solet concedi. *Put. decis.* 352. *lib.* 1. *Boccac. de litteris, remiss. cap.* 7. *nu.* 12.

604 Quando ad examen testium deueniendum est, tunc debet parti intimari dies, & hora, & locus, quibus testes examinabuntur, & si non fuissent respectu probationis data interrogatoria in Curia, possent dari coram Receptore, qui licet possit resecare superflua, & irreleuantia. *Felin. in cap. per tuas, col.* 2. *vers. secundo quando, de testib. Boccac. de lit. remiss. cap.* 6. *nu.* 32. maxime vigore clausulæ, quę apponitur in remissoria, & alias iuxta discretionem vestram.

605 Tamen interrogatoria super

super confessione,& communione, quod non possit resecare,cùm sint releuantia,censuit *Rota decis.* 214. *num.* 6. *par.*2.*post cons. Farinac.*

606 Respectu autem reprobationis testium,cùm articuli sint dandi coram Receptore, ideo hoc sufficiat dicere, quod tam in recipiendis prędictis interrogatorijs, & articulis,quàm in recipiendis testium depositionibus, debet obseruari forma,si quæ data sit in remissoria.*cap.statutum, de rescript.in 6.l.aut qui aliter, in princ.*& ibi *Bart.ff. quod vi, aut clam.*sin minus debet seruari stylus loci,qui in ordinatorijs debet attendi.*l.3.§.fin. ff.de testibus,*& ibi *Bal.& alij, Rota in recet.par.*1.*decis.*704. *num.*5.*Coccin.decis.*141.*n.*2.

607 Debet itaque prius Receptor examinare super interrogatorijs, deinde super articulis, si talis forma est data in remissoria, alias iure nō est cautum,vt prius super interrogatorijs,quàm super articulis examen fiat.*Rota in recentiss.par.*2.*decis.*663.*n.*12. non autem coniunctim, sed disiunctim.

608 Quando enim plures testes insimul examinati sunt, non probant. *Abb.in cap.quia propter, nu.*14.*&* 15.*de elect. Coccin. decis.* 262.*nu.* 4. Imò quādo omnes testes loquūtur per eundem præmeditatum sermonem, etiam disiunctim examinati, redduntur valdè suspecti. *l.* 3.*§. Ideoque* & ibi, *Bar. & alij, ff. de testib. Crauett.cons.*78.*in fin.Rota diuers. decis.*720.*n.*2.*par.*1.

609 Testis autem qui non vult respondere interrogatorijs, cogendus non est; sed non probat.*Nell.in tract.de testib.nu.*99.*Greg.decis.* 553. *num.*10.& ibi *adden.num.*17. prout nec etiam probat,quādo respondit; sed interrogatoria noluit euacuare.*Bal.in l.*2.*num.*2.& ibi *Rip.num.*23. *vers.& infert.Dec.nu.*43.*Farin.de opposit.contra exam.test. quæst.*73.*num.*14. *Buratt.decis.*113.*nu.*33.*adden. ad Greg. d.decis.*553.*num.* 17.

610 At si testis, qui alias deposuit, se referat ad primum examen,& illud petat sibi legi, si illud sibi lectum ratificet, non est vlterius cogendus, & validè deponit. *Bart. in l.eos,num.*6.*ff.ad l.Cornel.de falsis,Seraph.decis.*270.num.5. *Rota in recentiss. decis.* 663. *num.* 11.*par.*2.

611 Receptor debet interrogare super omnibus interrogatorijs in Rotulo remissoriç inclusis, alias, forma remissoriæ non impleta, examen remaneret nullũ, & super illis, quæ fuissent data coram eo, si pars protestata fuisset, vt examinaretur super omnibus, si aliqua omitteret, testes essét super omissis repetendi. iuxta *text.* in *cap. per tuas, in fine, de testibus. Rota post cons. Farinac. decis.* 172. *num.* 1. *par.* 2. *Abb. in cap. cùm causam, sub nu.* 6. *prope fin. vers. alio modo limitatum, de testibus. Burati. decis.* 110. *n.* 10. & ibi *Addent. n.* 25. *Coccin. decis.* 176. *per tot.*

Perfecto examine pars instabit pro expeditione, & citabit Aduersarium hac, vel simili forma.

612 Citetur N. ad videndum collationari, & claudi, & sigillari instrumentum actorum, & depositionum testium; illudque collationatum consignari portitori, & Iudicis decretum, & authoritatem interponi, & ad Romanam Curiam transmitti. ad p. d. instante, &c. Quæ citatio est necessaria, vt per *Rot. in recent. par.* 2. *decis.* 22. *nu.* 1. cum alijs quæ supra hoc eodem *cap.* de huiusmodi citatione, quæ fit etiã in processu cõpulsoriali diximus, *num.* 351. *& seqq.*

613 Notarius in confectione prædicti instrumenti actorũ, & depositionum testium, debet transumprare etiam depositiones testium reprobatoriorũ, alias processus non esset integer, vt fuit dictum in *Meleuitana pensionum*, 28. *Nouembris* 1597. *coram Litta.*

614 Adueniente prædictæ citationis hora, fit collatio; qua facta Iudex interponit suam authoritatem, & decretum, processumque clausum, & sigillatum consignat portitori iurato, vt ad Romanam Curiã transmittat, vna cum eiusdem litteris missiuis scriptis ad eũdem Iudicem, qui remissoriã decreuit; quibus significare debet se litteras remissorias recepisse. & iuxta illarum formam ad omnia sibi commissa processisse, & quod de omnique colligatum, & introclusum processum transmittit. vt per *Vestr. lib.* 6. *cap. vlt. num.* 10. *vers. ac vbi denique perfectus erit.*

615 An autem Iudex ita rescribens teneatur Iudici causæ fidem facere de legalitate testium; si in remissoria requiri-

quiritur Iudex receptor, vt significet quanta sit testibus fides adhibenda, & quo animo deposuerint, id significare debet; & tunc eius assertioni creditur. At si non requiritur, nihilominus idem significare debet; sed tunc eius dictis non creditur, nisi id quod dicit constet ex legitimis documentis. ita *Seuerol. de remission. cap.* 38. Sed si receptor requisitus, non rescribat super legalitate testium ad eundem Iudicem remissoriæ, an examen sit nullum, tanquam forma non seruata, puto quod non; quia hæc esset omissio
616 modi, non autem formæ, cũ modus sit, vbi aliquid venit implendum post perfectionẽ, & executionem actus, etiamsi esset dictum cum hac conditione. *Bar. in l. quibus diebus, §. termilius, num.* 5. *ff. de condit. & demonstr. Rota diuers. decis.* 39. *num.* 1. *par.* 1. *Seraph. decis.* 1336. *nu.* 1. & quando modus non fuit impletus, non annullatur actus. *cap. verum, de cond. appos. Rot. diuersor. decis.* 695. *num.* 9. *par.* 1.
617 Imò non videtur, quod vt Iudex debeat rescribere quanta fides sit testibus adhibenda, importet formam, neque modum, sed solam facultatem Iudici datam, vt possit de fide testium attestari, & ei sit credendum, quod facere non posset absque illa. *Boerac. de litt. remiss. cap.* 8. *num.* 18. Quapropter si Iudex non sit ea facultate vsus, non ideo potest induci nullitas actus examinis, qui præcessit; maxime si aliunde qualitas testium possit apparere: tutius tamen est, vt Receptor etiam non requisitus, id significet. *Innoc. in cap. quoniam contra, nu.* 5. *de prob.*
618 Fides autem, & legalitas testis vnde colligi possit, est tex. in *l.* 2. *& 3. in princ.* & §. 1. *ff. de testib.* & in *cap. fin.* 4. *quæst.* 3.
619 Vbi autem scrupulus non sit, sufficit absque alia speciali expressione, attestari testes examinatos esse probos, legales, & fideles, seu testibus examinatis, attenta eorum dignitate, religione, probitate, & legalitate, seu alia speciali qualitate, fidem esse adhibendam, quod exempli gratia dictum sit. At si quid particulare inciderit, vel ratione qualitatis personæ, vel testis trepidationis, vacillationis, vel alterius perturbationis; tunc

tunc opus esset significare, ne alias Iudex in sententia ferenda deciperetur, credens testi, cui non esset plena fides adhibenda. *Innoc. & alij in d. cap. quoniam contra, de probat. Abb. in cap. constitutus, de fideiuss. Pau. in de eff. & pot. cap. sed vac. par. 1. quaest. 10. vers. & aduerte quod Auditores. Spec. ul. in tit. de teste, §. nunc tractandum, vers. considerare etiã, sub n. 3.* & modum examinandi per Receptorem, ponit *tex. in cap. 2. de testib. lib. 6.*

620 Quando processus clausus peruenit ad Curiam, consignatur notario causæ, & citatur pars hoc modo.

Citetur N. ad videndum aperiri processum de partibus vigore remissoriæ factũ, dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare testes super illorum recognitione, quatenus opus sit, & admitti ad p. d. instãt. N.

621 *Ad videndum aperiri.* Processus remissorialis debet aperiri, aliàs, eo non aperto, non posset constare de dicto, nec de reuelantia testium: & si Iudex pronunciaret eo adhuc clauso, sententia esset nulla: maximè quando per citationem ad dicendum contra, fuit factus de actis; cùm sententia lata non visis actis, non possit excusari à nullitate; prout ita censuit *Rota in vna Aquen. pensionis 2. Decẽbris 1611. coram Cardinali Sacrato, apud Marches. de commiss. nullit. sanat. par. 3. §. 1. nu. 2. fol. 25.*

622 *Dicendũ contra*, necessaria est hæc citatio, vt processus fiat de actis, & Iudex teneatur illum videre, & attendere. *Cassad. decis. 7. in fin. de appellat. Cas. de Grass. decis. 3. nu. 7. de restit. spoliat. Rota in d. Aquen. pensionis, penes Marches. par. 3. fol. 25. nu. 1. & 6.*

623 *Videndum iurare testes, super illorum recognitione*, hæc etiam citatio est necessaria ad hoc, vt constet processum esse in forma probanti, hoc est subscriptum, & publicatum per notarium de eo rogatum; debent enim testes in Curia recognoscere manum, & personam, signumuè notarij, seu litteras legalitatis: facta enim recognitione, processus censetur in forma probanti, iuxta not. per *Innocent. & alios in cap. 2. de fid. instrum.* & dixit *Rota in Mindonien. Archidiaconatus, 14. Aprilis 1614. coram*

Vbal-

Vbaldo, *& superius etiam dictum est sub vers. de processu Compulsoriali valde conficiendo,nu.* 357.

624 Contra processum remissorialem plura sunt,quæ possunt opponi; hic autem nonnulla subijciam,absque superflua multorum,quæ hactenus dicta sunt, repetitione.

Si processus habet additiones, & emendationes in substantialibus, diuerso atramento, & interlineaturas à latere, & non in corpore, non censetur habere solemnitates processus, vel instrumenti, nec probare dicta testium. *Bal.in l. nostram,nu.* 2. *C.de testam. Paris.de Puteo, de reassumptione instr.rubr.*33.*in fin.* & hoc casu non sufficit subscriptio notarij; nisi notarius in subscriptione de illis fecisset mentionem.*pract.Papien.in forma opposit.contra instrum. vers. tum quia, Rota post cons. Farinac. par.* 1. *decis.*106. *num.*3.

625 Si tamen additiones, & cassaturæ in margine sint approbatę per notarium,& subscriptæ, processus non esset suspectus: De iure enim cōmuni Apostillæ in margine debent esse subscriptæ à notario rogato. *l.*1.§. *& ideo*, *&* ibi *Bart.ff.de his,quæ in testamento delentur*, cum aliis per *Mant.decis.*357.*num.*1.

626 Similiter si processus fuit factus, subscriptus, & publicatus per notarium recusatū, non valet,& sufficit,quod per solam suspicionem iuramento probatam,fuerit recusatus. *gloss.in* §. *& si quid,in authen. de trien.& semiss.*in verbo *Artificis.Bal.in cap.super quæstionum, col.*1. *vers.ponè quod notarius,de offic. deleg. Boccac.de lit.remiss.cap.*6.*num.*14. *Gonzal.reg.*8.*gl.*9.*in annot.n.* 99.

627 Et huiusmodi nullitas nō sanatur ex clausula arbitrio Rotæ, *Caput.decis.*292.*par.*3. idem est si fuissent deputatī duo notarij,& vnus publicasset, & subscripsisset contra protestationem partis, quod vnus non examinaret sine alio, *Caput.decis.*64. *par.*3.

628 Si remissoria fuisset decreta per Iudicem non habentem iurisdictionem in illa causa, vel in illo articulo, processus eius vigore factus esset nullus:remissoria enim non datur sine iurisdictione, *Abb. in cap. fraternitatis, sub num.*6.*vers.est enim hoc iurisdictionis, de cleric. non residen. Greg.*

*Greg.decis.*325.*num.*20. *Rot. diuers.par.6.decis.*111.*nu.*1.

629 Et pariter est nullus, si remissoria fuisset concessa parte non citata, *decis.*239.*num.* 3. *par.*2. *in recentiss.* Item si in remissoria non fuisset præfixus aliquis terminus. *d. decis.*239.*num.*5.

630 Examen vero testium est nullum, si remissoria continet certum Iudicem, coram quo sint examinandi testes, & illud sit factum corã alio. *Gosfred.in summa, de testib. n.*15. *Rot. in recentiss. par.* 2. *decis.* 306. *num.* 3.

631 Et regulariter testes examinati à non competenti Iudice non probãt, etiam si præstiterit iuramentum parte præsente, ex defectu iurisdictionis. *cap.ad audientiam, de consuetud.l.*1.& *tot. tit. C. si à non compet. Iudic. Mantic.decis.*199.*num.*1.

632 Item, si remissoria in causa beneficiali, seu Ecclesiastica fuisset directa Iudici laico, examen non valeret ex defectu iurisdictionis; quia laici ecclesiastica negocia tractare non debent. *cap.decernimus, de iudicijs.*

633 Nudum autem examen, prout est quid facti, etiam in causa ecclesiastica potest cõmitti laico. *Clem.vn.de off. deleg. cum alijs per Gonzal. in dd. annot.nu.*114.*& seq.*

Et quando in Rota agitur de causa prophana, & reus sit laicus; tunc remissoria dirigitur etiã Iudicibus laicis, prout sunt Auditores Rotæ perusinæ, *Buratt.decis.*725.*n.*11.

Et etiã notarius laicus est capax recipiendi iuramenta testium. *Put. decis.*258. *nu.*4. *lib.*1.& etiam in causis ecclesiasticis, maxime stante stylo. *Gonzal.in dd.annot.num.*115.

634 Similiter si duo fuerunt in remissoria deputati Iudices, processus factus ab vno, est nullus. *l.duo ex tribus, ff.de re iud.*& ibi *gloss. & Doct. Buratt. decis.* 100. *num.* 9. & est nullitas ex defectu iurisdictionis, & insanabilis, ex adductis per *Adden.ad Greg.decis.*327.*num.* 13.

Nisi constaret alterum noluisse, vel non potuisse interesse, & se excusasse. *Greg d. decis.*327.*nu.*1. & *Adden.ibidem sub d.nu.*13.vel nisi alius obijsset.*l.*1. *vbi Bald. ff.de off. consul.Bar.in l.Pomponius, ff. de re iud.Rot.diuers.decis.*573. *num.*1.*par.*1.vel nisi alius approbasset,& pars comparuisset.

fet. *Rot. in recentiss. par. 2. decis. 557. num. 5.*

635 Item processus esset nullus, si fuisset factus per Iudicē recusatum legitimè, scilicet cum expressione causæ, & interpositione appellationis à processu ad vlteriora. *Innocen. & alij, in cap. cùm speciali, de appellat. Achill. decis. 3. de except. Caput. decis. 393. & seq. par. 2. Rot. post cons. Farinac. par. 2. decis. 347. nu. 1. & in recentiss. par. 1. decis. 490. num. 2.*

Nisi tamen is, qui allegauit suspectū Iudicem, posteà comparuisset, & dedisset interrogatoria, etiam cum protestatione, de non recedendo à recusatione, tanquàm contraria facto. *Put. decis.* 380. *in fin. lib. 1. Seraph. decis.* 897. *num.* 7. vel nisi aliàs pluries comparuisset corā eo, absque vlla protestatione. *Seraph. decis.* 971. *nu.* 2. atque etiā nisi recusatio fuisset proposita à procuratore, vel non habente mandatum, vel sine iuramento, vel sine expressione causæ, iuxta ea, quæ latè dicta sunt de materia recusationis. *cap. 9. nu.* 143. *vsque* 194.

636 Procurator quando censeatur habere sufficiens mandatum ad recusandum, vide *ibid. num.* 190. & quod in propositione recusationis requiratur iuramentum, dictum est ibidem *nu.* 178. quodque requiratur expressio causæ, vide ibidem *num.* 161.

637 Processus remissorialis pariter esset nullus, si Iudex formam datam in remissoria non obseruasset in examine testium; quæ ad vnguē debet obseruari. *cap. statutum, de rescr. in 6. l. aut qui aliter, in princ.* & ibi *Bar. ff. quod vi, aut clam. Rot. in recentiss. decis. 3. num. 1. par. 2. Greg. decis.* 518. *nu.* 2. vtputà, si data sit forma, vt examinet testes super interrogatorijs partis, & Iudex omiserit aliqua interrogatoria sine consensu partis; tunc enim examen est nullū; quia Iudex non habet facultatem alterandi formam sibi præscriptam. *Rot. post cons. Farin. decis.* 214. *num.* 3. *par.* 2.

Sed si non esset data forma prædicta, examen factum interrogatorijs omissis, nō esset nullum; sed testibus non adhiberetur fides, nisi ipsis repetitis, super interrogatorijs omissis. *Put. decis.* 427. *lib.* 1.

cum

cum alijs per *Doct. in d. decis. 514. num. 2. post consil. Farin. par. 2.*

Similiter processus esset nullus, si testes fuissent examinati prius super articulis, & postea super interrogatorijs contra formam datam in remissoria, vt prius examinarentur super interrogatorijs, *Gonzal. Reg. 8. glos. 9. in annot. num. 79. Rot. diuers. par. 6. decis. 156. num. 6.*

Et pariter processus esset nullus, si data fuisset forma examinãdi super articulis cũ interrogatorijs, & interprete partis, & fuissent examinati sine. Secus si examinare cum interprete non esset datum pro forma. *Rot. in recentiss. decis. 32. num. 4. & decis. 663. nu. 12. par. 2.*

Et quatenus esset datum pro forma testis examinatur validè sine interprete; quando pars citata in termino nõ comparuit, vt per *Seraphin. decis. 1456. num. 4.*

638 Item processus esset nullus, si forma data esset, vt pars citaretur ad valuas maioris Ecclesiæ, & fuisset citata ad valuas palatij: locus enim pręfixus non potuit immutari: cũ hac particulari ratione censeri possit electus: quia maior verisimiliter concursus est populi ad Ecclesiam quàm ad palatium. *Achil. decis. 19. de dol. & cont. Rot. in recent. decis. 486. nu. 1. par. 2.*

Item si fuisset data forma cum potestate citandi N. ad valuas Ecclesiæ facta prius ibidem diligentia de ipsum reperiendo, processus esset nullus, si citatus fuisset ad valuas, non facta diligentia de reperiendo. *Caput. decis. 111. num. 2. par. 1.*

Similiter si fuisset data forma exequendi citationẽ per hæc tria verba, affigẽdã, publicandam, & exequendã, processus esset nullus, si citatio fuisset tantum affixa, & non lecta. *Achil. decis. 14. de dol. & contum.* vel si fuisset lecta, nõ tamen affixa. *Rot. in nou. decis. 8. de dol. & contum.*

640 Processus pariter remissorialis esset nullus, si Iudex mãdauit in examine testium citari partem ad videndum iurare testes, & cùm iurassent in termino probatorio, postea fuerunt examinati, non aliter facta dicta citatione, & sic nõ seruata forma decreti. *Rot. in recentiss. par. 2. decis. 306. nu. 5.*

nec

nec sufficit, si fuisset intimatū idem decretum. *Greg. decis.* 518. *num.* 2.

Item processus esset nullus, si fuisset commissum, vt Iudex per se examinaret, & ipse cōmisisset notario iuramentum, & examen testium. *Caput. decis.* 266. *par.* 3. nisi fortè partes consensissent. *Crescent. decis.* 4. *nu.* 5. *de testibus*. Sed si hoc non esset datum pro forma, sustineretur examen stante stylo. *Rot. in recentiss. par.* 1. *decis.* 483. *nu.* 3.

641 Item processus esset nullus, si Iudex examinasset super alijs materijs, quàm contentis in articulis remissoriæ. *Rot. in d. decis.* 485. *n.* 6. *par.* 1. *in recentiss.*

642 Pariter nullum esset examen testium, si fuisset factum extra locum in remissoria deputatum, tanquam forma nō seruata, & sine iurisdictione. *l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. cap. statutum, §. in nullo, de rescr. in 6. Rot. decis.* 30. *de rescr. in nou. & in recentiss. par.* 2. *decis.* 306. *num.* 2. *Greg. decis.* 518. *n.* 10. *Rot. in recentiss. par.* 1. *decis.* 628. *num.* 9.

Sufficit tamen testes iurasse in loco remissoriæ, qui est actus iurisdictionis, quamuis examen fuerit factum in alio loco: cùm examen sit meri facti, & possit extra iudicium expediri. *Rot. decis.* 27. *de probat. in ant.* & *decis.* 3. *de testib. in nou.* & *in recentiss. par.* 2. *decis.* 654. *nu.* 2. *Adden. ad Greg. decis.* 518. *num.* 12.

643 Et si in remissoria fuissēt assignati plures loci, tunc examen factum in vno loco, parte non intimata, esset nullū: quia ratione incertitudinis loci, pars non potuisset interesse iuramento, neque dare interrogatoria. *Rota diuers. par.* 4. *decis.* 23. *nu.* 1.

Hic autem esset defectus iurisdictionis nō totalis; ideoque posset sanari ex clausula arbitrio, maximè si vel fuissēt examinati testes cum interrogatorijs, seu de consensu notitiauè partis. *Rot. diuers. par.* 4. *decis.* 818. *nu.* 2.

644 Quo fit vt, assignatis pluribus locis examinis, debeat citari, seu moneri pars ad accedēdum ad locum, quo fiet examen. *Castr. in l. Iudices, num.* 6. *C. de fid. instr. Rot. decis.* 80. *nu.* 5. *post tract. de manutenendo Possij*: imò testes examinati in alio loco, quàm assignato in remissoria, sunt validè examinati, si ille locus fuit

fuit parti intimatus. *Rot. in recentiss. par.1.decis.229. nu. 3.*

645 Et quando fuisset intimatus parti certus locus examinis, seu iuramentorum testiũ, si testes iurarent extra illumq́, examen esset nullum. *Felin. in cap. in nomine Domini n. 37. vers. vltimo secus, de testibus, Rota in Beneuentana decimarum, 23. Iunij 1600. coram Litta.* apud *Marches. de commiss. nullitatum sanatoria. par.3.§.3.fol.103.*

646 At si locus loci expressus in remissoria non reperiretur in eo loco; tunc examen in alio loco posset fieri. *Mantic. decis.9.nu.3.* vbi fuerat commissũ examen in oppido Madriti, in Ecclesia collegiata, & examen fuit factum in Monasterio, cum in eodem oppido Ecclesia collegiata non reperiretur; quod Rota vti validum approbauit. Si vero cõmissum fuisset, vt fieret examen in certo loco loci, & eũ notarius non posuisset, non præsumeretur factum in loco deputato, & examen remaneret nullum. *Put. decis.262. nu.3. lib.1.*

647 Similiter nullũ esset examen testiũ, si fuisset factũ in loco allegato suspecto. *Caput. decis. 53. par.3. Rota decis.93. num.1. par. 1. diuers. & in recentiss. par.2. decis.557. nu. 10.*

648 Examen pariter factum extra terminum in remissoria præfixum est nullum; nisi intra terminum iurassent. *Rota diuers. decis.36. nu. 3. & 9. par.4. Greg. decis 327. num.8.* & ibi *Adden. nu.17. Caual. decis. 275. num.2. & decis. 349. num.5.* Sed si intra terminum remissoriæ non iurarunt, examen est nullum. *Caput. decis. 285. num. 3. par. 3. Greg. decis.429. nu.5.*

Sed si vel ex forma remissoriæ, vel decreti Iudicis remissorialis fuisset præfixus certus terminus ad iurãdum, tunc eo elapso iuramentum nulliter esset præstitũ, quamuis duraret terminus probatorius, propter omissionem formæ. *Rot. in recentiss. par.2. decis.306. nu.5.* & propter lapsum termini ad iurandum præfixi, ad dicta latè per *Felin. in cap. licet causam, nu.18. de probat. Rot. diuers. par.4. decis.36. num.3. & 9. Coccin. decis.216. nu. 21.*

649 Et etiam propter defectum citationis; quia examen factum extra terminum, consequenter etiam dicitur factũ

sine

sine citatione, quæ non durat, nisi durante termino. *Greg. decis.* 453. *num.* 2.

650 Sed quod ex æquitate possint testes admitti ad iurandum extra dilationem, in die sequenti, quando dilatio non habet clausulam exclusiuam, post *Felinum*, & *Alex. in locis per eum allegatis*, tenet *Io. Baptista Ferrettus, consil.* 48. *num.* 11.

651 Similiter si in termino citationis, ad videndum iurare testes, Iudex præfixisset terminum ad dandum interrogatoria, illo durante testes nulliter iurarent. *Rot. diuers. decis.* 41. *num.* 2. *par.* 4. datis enim articulis potest altera pars petere terminum ad dãdum interrogatoria, qui dari debet, tàm de iure, quàm ex generali consuetudine, vt per *gloss.* in *cap. præsentium*, in verbo *interrogatoria*, *de testibus. lib.* 6.

652 Ex defectu etiam iuramẽti depositio testis non valet, vtputà si non iurauit. *l. si quãdo, C. de testib. Greg. decis.* 39. *nu.* 2. vel si iurauit, iuramentũ non probatur, cùm de eo cõstare debeat, ex dictis supra hoc eodem *cap. num.* 294.

653 Vel si iurauit, non tamen de iuramento apparet, nisi ex verbis enunciatiuis notarij, quæ non sufficiunt. *Caput. decis.* 123. *par.* 2. & 285. & 295. *par.* 3. *Greg. d. decis.* 39. *num.* 3. debet enim notarius de iuramento attestari dispositiuè, non autem enunciatiuè. *Greg. decis.* 368. *n.* 5. latè *Adden. ad eundem d. decis.* 39. *nu.* 4. *Rot. post cons. Farin. p.* 2. *decis.* 215. *num.* 3. *Rot. diuers. par.* 5. *decis.* 406. *num.* 3. & *seq.* nec sufficeret notarium dixisse testis iuratus tactis scripturis, quia debet dicere testis iurauit tactis scripturis. *gloss. in cap. vt circa, in verbo corporali, de elect. Lanfranc. in cap. quoniam contra, in vers. testium depositiones, num.* 6. *de probat. Caput. decis.* 248. *par.* 2. nisi tamen probaretur stylus in cõtrarium. *Coccin. decis.* 141. *n.* 2. & *decis.* 182. *nu.* 2. *Rot. diuers. par.* 4. *decis.* 30. *num.* 3.

Concurrẽtibus tamen adminiculis, verba etiam enunciatiua, testis citatus, monitus, & iuratus, probant iuramentum. *Rota diuers. par.* 5. *d. decis.* 406. *nu.* 11. adminiculũ autem præstaret, si sub die qua cadebat citatio, notarius enunciasset testem esse iuratum, & vlterius addidisset ta-

ctis scripturis, vel dixisset iuratus in forma iuris. *Seraph. decis.* 857. *n.* 25. item si fuisset examinatus testis coram Iudice. *Seraph. decis.* 1288. *n.* 2. *Rot. diuers. par.* 5. *d. decis.* 406. *n.* 14. & *post cons. Farin. lib.* 2. *decis.* 147. *n.* 2.

654 Quod autem testes iurauerint coram Iudice, non posset inferri ex verbis notarij, si dixisset testem iurasse secundum morem; quia ista verba magis respiciunt iuramenti formam, quàm personam, coram qua iuratur; vt benè probat *Oldrad. cōs.* 323. *n.* 6. vers. *circa quartum*.

Et propterea quando notarius diceret testem iurasse in forma, intelligendum est iurasse eo modo, quo debuit, attento stylo notariorum. *Rot. post cons. Farin. decis.* 47. *n.* 6. *par.* 2. vel attenta forma statuti. *Imol. cons.* 86. *n.* 3. *Rot. in recent. par.* 1. *decis.* 393. *n.* 8. *&* 9.

655 Item si diceret testis citatus, iuratus, & interrogatus, quæ verba licet omnino non probent iuramentum, tamen faciunt adminiculum, ad effectum sanationis ex clausula arbitrio: & in dubio an iuramentum præcesserit, præsumitur præcessisse pro validitate depositionis. vt per *Ias.* in *l. admonendi, in* 2. *lect. n.* 230. *& sequen. ff. de iure iur. Farin. de testib. quæst.* 74. *n.* 36. *& seq. Caual. decis.* 334. *n.* 3.

656 Et sufficit testes verbis iurare, absque tactu scripturarum. *cap. & si Christus, de iureiur. vbi not. Doct.* & ideo non est necesse, quod notarius testetur de tactu scripturarum. *Rot. in recent. par.* 1. *decis.* 704. *n.* 7. & virtualiter, quando notarius dicit testem iurasse in forma, intelligitur tactis scripturis. *Rot. coram Buratto, decis.* 148. *n.* 10. *& ibi adden. n.* 12. *referunt alias decisiones*.

657 Et ex eo etiã quod pars dedit interrogatoria pro examinandis testibus, absque eo quod opposuerit de defectu iuramenti, præsumitur iuramentum, licet de eo non constet, nisi ex enunciatiua notarij. *Rot. in recent. par.* 1. *d. decis.* 704. *n.* 4. alia in hac materia dicta sunt supra hoc eodem *cap. n.* 294. *vsq;* 300.

658 Processus pariter remissorialis est nullus ex defectu iuramenti, quando testes iurarunt parte non citata, ad viden-

videndum iurare testes. *l. si quando*, C. *de testib. cap.2. eodem tit. Rot. decis.* 15. *eodem tit. in nouis*, & in *recentiss. p.* 1. *decis.* 764. *n.* 5. *Caput. decis.* 100 *n.* 4. *par.* 2. *& decis.* 4. *par.* 3. & hic etiam dici potest defectus citationis, qui reddit examen nullum. *decis.* 637. *n.* 2. *par.* 2. *recent. Gregor. decis.* 268. *n.* 2.

659 Item quando testes iurarunt in die, qua fuit facta citatio; non autem sub qua citatio cadebat. *Caput. decis.* 285. *n.* 1. & 3. *par.* 3. *Mantic. decis.* 155. *n.* 3. *Rot. diuers. decis.* 74. *n.* 1. *par.* 4. *Rot. in recentiss. decis.* 365. *n.* 2. *par.* 1.

660 Similiter quando citatio fuit facta ad diem non iuridicam, ad videndum iurare testes, si testes iurarunt die sequenti in absentia partis, receptio iuramenti non valet, quia circumducta fuit citatio, & opus erat noua citatione, sine qua non valet receptio; *cap.* 2. *de testibus*, nisi Iudex de benignitate, partibus præsentibus, prorogasset terminum in crastinum, ad not. in *cap. consuluit, de offic. deleg. Rot. in nou. decis.* 15. *de testibus*.

661 Et quando testes iurarunt in die feriata reijciuntur. *Seraphin. decis.* 857. *n.* 9. *&* 27. & nulliter examinantur *Io. Andr. in cap.* 1. *n.* 2. & ibi *Abb. n.* 9. *& seq. de fer. Alex. cons.* 213. *n.* 4. *lib.* 2. *Rot. in recentiss. decis.* 365. *n.* 3. *par.* 1.

Ex eo autem quod testis iurauerit in die feriata, & sit reijciendus; non tamen processus corruit. *Rot. diuers. decis.* 36. *n.* 15. *par.* 4.

662 Ratione pariter iuramẽti examen esset nullum, quando testes iurassent, & non constaret de relatione citationis ad videndum iurare testes, quæ omnino requiritur pro validitate examinis. *cap.* 2. *de testib. l. si quando*, C. *eodem. Caput. decis.* 274. *n.* 3. *par.* 3.

663 Sed quid si post quam testes iurassent, fuisset facta relatio d. citationis, & videretur dicendum nulliter detulisse iuramentum, non constito sibi de executione citationis per relationem nuncij, ad dicta per *Bar. in l. multum interest, n.* 4. *ff. de cond. & demonstr.* sed iuxta dicta per *Bal. in l. falsus, n.* 20. C. *de furtis*, concludendum est valide fuisse delatum iuramentum, secuta postea relatione,

quia Iudex potuit credere parti inducenti testes, quod pars fuisset citata, vt per *Bal. d. n.20. in fin. Vestr. in praxi, lib.4. n.5.* & censuit *Rota in Parmen. pens. 10. Maij 1621. coram bo. mem. Vbaldo seniore.*

664 Item ratione iuramenti examen est nullum, quando testes iurarunt, & examinati fuerunt per Iudicem remissoriæ, quæ fuisset expedita parte non citata. *Rot. in nou. decis. 8. de testib. Caput. decis. 272. par. 3.*

665 Item quando testes iurarunt facta citatione sine die, & hora examinis. *Caput. decis. 274. n.1. par.3. Rot. post cons. Farin. par.2. decis. 307. n.1.*

666 Itē quando iurarunt extra locum remissoriæ, *cap. statutum, §. in nullo, de rescr. in 6.* nisi pars dedisset interrogatoria. *Caual. decis. 349. n.1. & 2.*

667 Item quando iurarunt in manibus, vel vnius ex duobus delegatis, vel notarij sine commissione Iudicis. *Rot. post cons. Farin. par.2. decis. 147. n.1. & 4.*

668 Item quando tēstes iurarunt ad instantiam alterius partis, quæ non obtinuit remissoriam; quia cùm ab altera parte fuerit obtēta, p examine testium per eum inducendorū, non potest extendi ad testes pro alia parte inducēdos; sed si mortui sint, vel iterum nō possint examinari, examen valet ex quadam æquitate. *Mohed. decis. 7. n.1. & 3. de testibus.*

669 Ex defectu etiam mandati examen testium est nullum, quando remissoria fuisset petita, & obtenta à procuratore non habente mandatum legitimum, & pariter fuissent inducti, & examinati testes instante eo, qui non habuisset legitimum mandatum, ad not. in *l. licet, C. de procur. & cap. in nostra, eodem tit. Vant. de modo, & ordine viden. process. n.5. & de nullit. ex defect. mandati, n.59. Burattus decis. 164. n.1.*

Sed si is, qui remissoriam obtinuit, fecisset solitam impensam, præsumeretur mandatum, cùm non sit modica, ex pluribus alleg. per *Gregor. decis. 44. n.5.*

Atque si in partibus fuissent per principalem præsentatæ litteræ remissoriales, & institum pro illarum executione, vtique constaret de ratificatione, & actus valeret. *Felin.*

Felin. in cap. nonnulli, §. sunt, & alij, n.41. ante 4. ampliat, de rescr. Rot. diuers. decis. 103. *n.*12. *par.*5.

670 Ex defectu pariter iurisdictionis processus remissorialis potest detegi nullus, vt putà si testes fuissent examinati coram notario, & non coram Iudice, nec constaret de deputatione notarij. *gloss. vlt. in l. iubemus, C. de lib. caus. gloss. ante pen. in l. hac cõsultissima, §. penult.* vbi *Bal. n.* 1. *C. de testam. & cons.* 481. *n.*3. *lib.*4. *Crot. in tract. de test. lib. n.*257. *Rot. post cons. Farin. par.* 2. *decis.*215. *n.*5.

Item si fuisset factus coram vno ex pluribus delegatis. *cap. sciscitatus*, & ibi *Doct. de rescript. cap. gratum, & cap. prudentiã*, & ibi *Decius n.*18. *de off. deleg. Rot. in nou. dec.*2. *n.*1. *de off. deleg. adden. ad Greg. decis.* 327. *n.* 13. Sed latius quando ex pluribus Iudicibus vnus, vel duo Iudices sine alijs possint procedere, dictũ est *supra in cap.*11. *à n.* 57. *vsque* 67.

Ex defectu etiam iurisdictionis examen testiũ est nullum, quando fuit factum lapsis fatalibus, quæ prorogata non fuissent. *Felin. in cap. inter monasteria, n.*33. vers. *tria tempora, de re iud. Rot. diuers. decis.*71. *n.*1. *par.*4.

671 Hactenus sufficiat dixisse ex quibus detegi posset nullus ꝓcessus remissorialis, nũc dicamus, quando possit sanari, breuiter tamen, quia superius plura dicta sunt de sanatione nullitatis ex defectu citationis *hoc eodem capite, sub vers. an & quando defectus, & nullitas citationis suppleri sanariue possit à num.* 138. *vsque* 202.

672 Et quoad defectum iurisdictionis regula est certa, & indubitata, quod omnino insanabilis est etiam ex vi clausulæ arbitrio Rotæ; quia iurisdictio est lapis angularis iudicij, de qua in primis, & ante omnia constare debet. *Vestr. in praxi, lib.*5. *cap.*13. *n.* 4. *Staphil. de litteris Iustitiæ, in tit. commissio an detur super validitate processus, n.*11. *&* 13. *Sarnen. in compendio vtriusque signat. n.* 74. *&* 75. *Caual. decis.*40. *n.*2. *& dec.*63. *per tot.* & sæpius Rota censuit, vt per *Buratt. decis.*871. *in fin.* & latius dictum est *supra hoc eodem capite à num.*194. *vsque* 197.

673 Sed tunc demum locus

est sanationi ex dicta clausula arbitrio, quando defectus iurisdictionis non esset totalis, vt dictum est *supra hoc eodem capite*, *n*.198. & 201.

674 Hic autẽ rem hanc quibusdam exemplis declaro, quando testes fuissent examinati litteris non expeditis, examen esset nullũ ex defectu iurisdictionis: omnia enim gesta ante expeditionem litterarum sunt nulla, per regulam Cancellariæ 31. quod non valeant cõmissiones causarum, nisi litteris expeditis. *Caput. decis.* 37. *n*.3. *par*.3. quæ regula ad infringendum processum potest in actis produci quandocumque, etiã post rem iudicatam, & reddit iudicium retro nullum ex defectu iurisdictionis insanabili. *Caput. decis.* 38. *par*.3.

675 Huic autem regulæ passim in gratijs apostolicis derogatur, cum conditione tamẽ, dummodo litteræ ante terminum ad articulandum expediantur, & quod interim beneficium non censeatur litigiosum, etiam ad effectum regulæ de subrogandis. *Mandos. eadem reg.* 31. *quod cõmiss. causar. quæst.* 13. *n*.3.

676 Quæ derogatio operatur, vt interim etiam litteris non expeditis commissio tribuat iurisdictionem, & inducat litis pendentiam. *Mandos. ibidem n*.4. dummodo litteræ expeditæ fuerint ante terminum ad articulandum bene seruatum cum sua dilatione solita, & sub sua die, prout hæc clausula intelligenda est. vt per *Vestr. in praxi, lib*.3. *cap*.11. *n*.3.

677 At si terminus ad articulandum fuisset malè seruatus, & postea fuissent expeditæ litteræ, nihilominus dubium videretur, an defecisset conditio derogationis regulæ, dũmodo litteræ fuissent expeditæ ante terminum ad articulandum, & tali casu non cẽseretur defectus totalis iurisdictionis, sed tanquã nullitas turbida sanaretur vigore dictæ clausulæ arbitrio Rotæ, maxime si testes fuissent examinati cum interrogatorijs partis. & ita censuit *Rot. in Hispalen. beneficij* 22. *Aprilis* 1611. *coram Cardin. Panphilio Iuniore*.

678 Quando examen testium fuisset factum per Auditorẽ, tanquam subrogatum in locũ alterius coauditoris, cui non reperiretur, quod vnquam eadem

dem causa fuisset commissa, seu appareret pendere extra Rotam, & dubia in Rota tanquã pro voto habendo fuisse disputata: tunc esset nullum ex totali defectu iurisdictionis,& insanabili; quandoquidem commissio subrogatoria nullam potuisset tribuere iurisdictionem, cùm illam non habeat is in cuius locũ fuisset facta subrogatio, & signatura maiorem iurisdictionem in subrogatum transfundere nõ intelligitur, sed iam concessam transferre, de qua si nihil constat, nihil translatum dicitur, vt dixit *Rot. in Romana domorum in Burgo, 3. Iulij 1623. coram bon. mem. Pirouano*.

679 Item si testes fuissent examinati post inhibitionem Rotalem, essent nulliter examinati ex defectu iurisdictionis, & examen corrueret tãquam attentatum, & factum coram Iudice incompetente, tot. *tit. C. si à non compet. iud. l. 1. §. hac verba, ff. quod quis. iur. l. 2. in fin. ff. de poen. Alex. cons. 79. in fin. lib. 7. Caual. decis. 40. n. 1. & decis. 63. n. 3. Mantic. decis. 199. n. 1.*

680 Item si fuissent examinati post Iudicis recusationem, interpositam cum appellatione à processu ad vlteriora. *Doct. in cap. cùm speciali, de appell. Put. decis. 30. in fine, lib. 2. Seraphin. decis. 897. n. 1.* & fuit dictum in *Hispalen. primitiarum, 16. Iunij 1618. coram Cardinali Pamphilio Iuniore.*

681 Item si fuissent examinati testes per vnũ solum ex duobus Iudicibus. *l. duo ex tribus, ff. de re iud. cap. prudentiam, in princ. de off. deleg. Angel. Aret. cons. 132. n. 16. Buratt. decis. 100. n. 9.* & fuit dictum in *eadem Hispalen. primitiarum, coram Card. Pamphilio iun. add. ad Greg. decis. 327. n. 13.*

682 Sic etiam examen testiũ factum per notarium est nullum ex defectu iurisdictionis, & est insanabile; nam receptio iuramentorum testium est iurisdictionis, & ideo delegari non potest, *Caput. decis. 167. par. 1.* & testium iuramenta sunt recipienda ab eodem Iudice deputato ad examinandum. *Caput. decis. 266. n. 1. par. 3.*

De stylo tamen, seu consuetudine Curiarũ potest sustineri. idem *Caput. decis. 265. par. 3. Rot. in recentiss. par. 1. decis. 485. n. 3.*

683 Declara pariter, quod si iuramentum fuisset per Iudicem remissoriæ notario commissum de consensu partium, tũc vigore clausulæ, arbitrio, posset sanari, ne vlterius partes grauarētur superfluis expensis ad iterum examinandum testes, & expedien. alteram remissoriam. *Crescent. decis.4. de testibus*.

684 Item declara, quod quãuis testes fuisset nulliter examinati ex defectu iurisdictionis, tamen si fuissent examinati cũ interrogatorijs partis, examen posset sanari vigore clausulæ arbitrio, qui .n. dat interrogatoria videtur examini consentire, ita *Put. decis.301. n.2. lib.3.*

685 Per solam autem, & simplicem comparitionem non sanatur defectus iurisdictionis, licet sanetur defectus citationis. *Achil. decis.2. n.4. super reg. de triennali*.

686 Nota tamen, quod testibus nulliter examinatis, & in iudicio per aliquem productis fides contra producentẽ adhibetur, ea ratione, quia ex productione tacitè approbauit eorum testificata. *Felin. in cap. cùm causam, n.49. de rescr. Caput. decis.268. par.3.*

687 Item nota, quòd examen sanatur per clausulam arbitrio, quando principale fundamentum partis non est in depositione testium; sed in scripturis. *Rot. in recent. p.2. decis.284. n.2.*

688 Ex defectu citationis, quando examen est nullum, sanari non potest, quando citationes quæ necessariæ sunt, iuxta superius dicta, totaliter deficiunt: ea ratione, quia omittens citare partem, aufert illi defensionem. *Bar. in extrauag. ad reprimen.* in verbo *in figura, n.6. gloss. in Clem. sæpe*, in verbo *defensiones, de verborũ signific. Caual. decis.53. & 396. n.1. & 6.*

689 Verum quia cessante ratione, cessat dispositio; rectè dicemus tunc examen nulliter factum sanari posse, quando non sit parti sublata defensio, quod pluribus modis contingere potest.

690 Primò, quando pars dedisset interrogatoria. *Seraph. decis.78. n.3.* ex quorum datione inducitur consensus. *Put. decis.301. n.2. lib.3. Crescent. decis.1. in princ. de ferijs*, & facilis est *sanatio, Caualer. decis.275. n.4. & 322. n.6.*

Se-

691 Secundò, quando pars comparuiſſet,& certa de examine faciendo non contradixiſſet, nec appellaſſet: tunc enim examini cenſeretur cōſenſiſſe. *Felin. in cap. cùm in iure, n.6. de off. delegati, Caput. deciſ.116.n.9.& 10.p.1. & deciſ. 293.n.3.par.3. Caſ. de Graſſ. deciſ.15.n.6. de teſtibus, Rot. in recentiſſ.par.2. deciſ.557.n.6.*

692 Tertiò, quando aliunde etiam appareret de ſcientia partis. *Rom. conſ.*410.*n.*2. & ibi *adden. littera, C. Felin.in cap. cùm contingat, n.*8. *de reſcr. Vant. in tit. quib. mod. ſentent. nullit. defendi poſſit, n.*122.

Et quod hoc vnico fundamento notitiæ partis Rota in pluribus cauſis ſuſtinuerit examen teſtium, alias ex defectu citationis nullum, refert *Mart. Andr. deciſ.*41. *n.*1.

693 Ex defectu pariter mandati examen nullum eſt inſanabile, quando omnino defuit; ſecus ſi ex aliquibus cōiecturis præſumi poſſit; tunc enim nullitas, tanquam turbida, poſſet ſanari. *Rot. in recent. deciſ.* 440. *n.* 6. *par.*2. ex quibus autem coniecturis mandatum poſſit præſumi, latè dictum eſt *ſupra in cap.*9. *ſub verſ. de exprimen. nom. inſtan. n.*351. *cum ſeqq.*

694 Quamuis autem teſtes vigore remiſſoriæ nulliter examinati non probent. *Caput. deciſ.* 282. *par.*3. *Oſaſch. deciſ.*79.*n.*18. verſ. *nec etiam facit, Rot. in recentiſſ. dec.*594. *n.6.par.*1.

695 Tamen illis fides adhibetur, quando ſunt nulliter examinati propter culpam partis, vel propter impedimentum per eam præſtitum, nedum ex æquitate; ſed etiā iure ordinario. *Doct. in cap. peruenit, il* 1. *de teſtib. cogen. Ferrett. conſ.*160. *lib.*1. *Seraphin. deciſ.* 1154. *n.*2. *Rot. in recentiſſ. par.*1. *deciſ.*564. *ſub n.*5.

696 Item adhibetur ſaltē de æquitate fides teſtibus nulliter examinatis, quando repeti, ſeu de nouo non poſſunt examinari; quia vel mortui ſunt, vel in longinquo abſentes. *Mohed. deciſ.*7. *n.* 4. *de teſtib. Caual. deciſ.* 322. *n.*7.

697 Et vbi non exigitur plena probatio, admittuntur teſtes etiam nulliter examinati; quia ad minus faciunt adminiculum. *Marſ. ſingul.*24. *incip.* clarum eſt in iure. per tot.

Cra-

Crauett. conf. 198. *n.*11. *Caput. decis.*208. *n.*6. *par.*2. *Seraphin. decis.* 585. *n.*1. *Rot. in recentiss. par.* 1. *decis.* 174 *n.*5.

Et ex his absolutum remaneat hoc Caput.

Qui sint Citandi, vel non, Caput XIV.

SVMMARIVM.

1 *Citari nequeunt mortuus, præsens, impeditus venire, non habens legitimam personam standi in iudicio, non habens ius, & interesse, & nollens ad iudicium venire.*

2 *Mortuus citari non potest, nec fieri contumax: & iudicium pro eo nullum est.*

3 *Mortuum in certis casibus ecclesia ligat, & absoluit, eius scilicet memoriam.*

4 *Sententia contra mortuum lata: quando valeat, distingue.*

5 *In causa beneficiali, mortuo reo & possessore, proceditur in Curia ad vlteriora per contradictas.*

Siue ad instantiam actoris pro adiudicatione, siue ad instantiã rei pro absolutoria.

6 *Mandatum procura in profanis expirat per mortem principalis, reintegra tamen ante litem contestatam.*

7 *Procurator mortuo principali post litem contestatã, efficitur Dominus litis in profanis, non autem in beneficialibus.*

8 *Sententia lata contra mortuũ valet, quando ex actis non constat de morte.*

9 *Decisio in Tudeñ. Parochialis coram Cardinali Verospio Seniore.*

10 *Et in Pacen. decimarum coram Pirouano ponuntur, & per authorem non approbantur, qui ad contraria in eisdem decis. allegata, respondet, & distinguit. Vide.*

11 *Sententia condemnat, vel absoluit.*

12 *Morte crimen finitur.*

Mortuus non damnatur; sed eius memoria.

13 *Hæreditas fungitur vice personæ.*

14 *Hæreditas nõ potest citari.*

15 *Hæreditas vacat, quando nullus est hæres, & pertinet ad fiscum, qui citari debet.*

16 *Hæreditas iacet, quando extant hæredes, qui nondum adierunt.*

Et

Et datur illi curator, qui citandus eſt.

17 *Curator hæreditati iacenti, vel datur ad inſtantiam vniuerſitatis creditorũ, vel vnius creditoris, & quæ ſit differentia.*

18 *Curator hæreditati iacenti dari non poteſt, quando hæres adiuiſſet.*

19 *Hæreditas vt poſſit dici eſſe iacens, debent citari filij, vel alij qui poſſunt adire. Et eis danda eſt dilatio, ad declarandum an velint eſſe hæredes.*

20 *Hæreditas vt poſſit dici iacens, debet citari fiſcus, quando delinquentis mortui bona propter delictum ſunt confiſcata.*

21 *Curator hæreditati vt poſſit dari, debent nominatim citari, qui ſunt certi ſucceſſores. Alias curator non eſſet legitimus.*

22 *Hæres adita hæreditate, repræſentat perſonã defuncti. Et ſi ſunt plures, quiſque pro rata.*

23 *Hæres non poteſt citari, niſi docto quod ſit talis.*

24 *Hæres nõ poteſt cenſeri validè citatus per proclama, contra intereſſe putantes.*

Sed cum ſit certus debet nominatim citari.

25 *Hæredes ſub nomine appellatiuo quando poſſint citari.*

26 *Hæres poſſidens, ſi agit pro iuribus hæreditarijs, debet probare ſe talem, ſi alius prætendat hæreditatem. Sed ſi alius aſſerat adeſſe alios hæredes, aſſerens debet probare.*

27 *Procurator effectus Dominus litis repræſentat perſonam defuncti. Et contra eum poteſt ferri ſententia. Etiam hærede non citato.*

28 *Sententia contra procuratorem effectum Dominum litis, qualiter debeat formari.*

29 *Sententia contra procuratorem litis effectum non poteſt exequi.*

30 *Procurator Dominus litis effectus non poteſt obtinere executionem trium conformium. Nec ei ſolui poteſt.*

31 *Procurator effectus Dominus litis cenſetur etiam procurator hæreditatis, & hæredis.*

32 *Procurator nõ efficitur Dominus litis mortuo principali ſine hærede, vel cum hærede*

hærede inhabili: quia tunc negocium ex se prosequi nõ potest.

In dubio tamen, antequam non constet, quod nullus velit esse hæres, potest procurator Dominus litis causã prosequi.

33 *Procurator Dominus litis an & quando possit in alijs instantijs causam prosequi, distingue.*

34 *Procurator Dominus litis effectus potest reuocari, nedum per constituentem, sed etiam per eius hæredes, ex iusta tamen causa, arbitrio scilicet Iudicis.*

Vtputà si mouisset litem domino super salario.

Et procuratori reuocato ex culpa sua, post reuocationẽ scilicet, non debetur salariũ.

Et pro suo salario antea debito non potest retinere scripturas, sed bene pro expensis.

Pro quibus non sufficit oblatio.

35 *Procurator Dominus litis effectus reuocari non potest, nisi aduersario cõsentiente.*

Nec sufficit consensus eiusdem procuratoris reuocati.

Et reuocatio debet intimari.

36 *Procurator dicitur effectus Dominus litis, quando eius mandatũ extenditur ad omnes instantias, alias fit Dominus solius instantiæ.*

37 *Executor testamentarius, datus ad pias causas repræsentat personam defuncti, & est loco hæredis, & citare, citariuè potest.*

Et potest etiam agere contra hæredem pro executione voluntatis testatoris.

Et testatoris mentẽ supplere, & interpretari potest.

38 *Executor testamentarius nõ datus ad pias causas, non repræsentat personam defuncti.*

Et si non adeatur hæreditas, cessat eius officium.

39 *Executor testamẽtarius est nudus minister, itaut non possit agere nec conueniri.*

Potest tamen implorare officium Iudicis, vt hæres impleat, vel ipse potest implere, quãdo res non sit penes hæredem.

40 *Executor testamentarius in executione testamenti debet hæredem requirere, vt bona fides adsit.*

41 *Fiscus repræsentat personã defuncti, quando succedit decedenti sine hærede.*

Item quando succedit condem-

demnato in bonis confiscatis. Declara.

42 *Mortis appellatione, quando veniat etiã mors ciuilis. Mors ciuilis alia est necessaria per deportationem, vel damnationem in metallum.*
Et alia voluntaria per ingressum Monasterij.

43 *Deportatus non potest, tanquam mortuus, citari, nec citare, Bona damnatorum non applicantur fisco, sed debentur proximioribus.*

44 *Banniti nostri temporis æquiparantur deportatis, scilicet banniti à Principe cùm condemnatione bonorum, & citari non possunt, nec citare possunt, sed si eorum bona non sint confiscata, possunt citare, & citari.*

45 *Banniti citari non possunt ad locum, à quo sunt banniti, sed citari ad alium locum, tenentur comparere.*

46 *Rebellis non debet citari ad sententiam.*

47 *Decoctus habetur pro mortuo, & non potest citare, nec citari.*

48 *Decocti bona pertinent ad creditores, ad quorum instantiã deputatur curator, seu administrator.*

49 *Monasteriũ ingrediens, voluntariè moritur ciuiliter, & citari non potest.*

50 *Mors ciuilis in beneficialibus ex quibus inducatur. Resignans, seu cedens in beneficialibus habetur pro mortuo, itaut nec citare, neque citari valeat.*
Ecclesia semper viuit.
Sententia lata contra cedentem, & resignatariũ quando valeat.

51 *Mandatum datum per prælatum sicut reuocatur per mortem eius naturalem, ita etiam per ciuilem.*

52 *Mortis pœna, quando irrogatur à iure Canonico, intelligitur de morte ciuili, per excommunicationem.*

53 *Præsens in iudicio an, & quando citari debeat. Vide latè Doctorum dicta.*

54 *Ex præsentia, & comparitione partis præsumitur citatio.*

55 *Præsens in iudicio, ab initio si petit dilationem, non cogitur respondere.*

56 *Præsens in iudicio post motam litem præsumitur citatus, & sententia contra eum lata nõ potest dici nulla ex defectu citationis, stante eius præsentia.*

Præ-

57 *Præsentia plus operatur quã citatio.*
Et operatur consensũ actui præstitum.
58 *Præsentia operatur citationem, etiam vbi citatio requireretur pro forma.*
Non enim refert quid ex æquipollentibus fiat.
Aequipollentia dicũtur, quæ habent eandem, vel maiorem rationem.
59 *Forma potest impleri per æquipollens, quando est data ad certum effectum.*
60 *In præsentia partis non præsumitur quid factum, nisi in actu exprimatur.*
61 *Impeditus an debeat citari.*
62 *Impedimentum vel est facti, vel iuris, vel naturæ.*
Impediti facto publico, quales sunt gerentes magistratum, & sacra facientes, citari nequeunt.
63 *Impediti facto priuato, quales sunt, qui nuptias celebrant, causam coram superiore agunt, & funus familiare ducunt, non possunt citari.*
64 *Impedimẽto iuris citari nequeunt illi, quibus reuerentia debetur, vt sunt parentes, & patroni.*
65 *Impedimento naturæ nequeunt citari infantes, minores, furiosi.*
66 *Magistratus maiores, quãdo sunt perpetui, conueniri possunt, & citari.*
67 *Magistratus maiores, quãdo sunt temporales, citare, nec citari possunt durante officio.*
68 *Magistratus minores citare possunt etiam durante officio.*
69 *Magistratus maiores non possunt citari in loco sui magistratus; secus alibi.*
Imò in loco magistratus possunt citari coram Principe, & etiam coram alio superiore in casu delicti.
Atque gerens magistratum potest in ciuilibus citari, vt cõpareat finito magistratu.
70 *Citari qui non potest ex priuilegio, nec tenetur comparere per procuratorem, alias priuilegium nullum esset.*
71 *Sacerdos diuinis assistens, an possit in ius vocari.*
72 *Præco publicus citari nequit de tempore, quo vadit per ciuitatem præconizando.*
73 *Nuptijs impeditus non potest citari, eo scilicet tempore, quo de more nuptiæ celebrantur.*

Citatus

74 *Citatus coram maiore, non potest citari, vt compareat coram minore. Declara.*

75 *Funere familiari impeditus, quando citari nequeat. Vide.*

76 *Reuerentiæ ratione plures sunt, qui citari nequeunt sine venia. Vide.*

77 *Venia petenda est à Iudice, non ab eo cui reuerentia debetur.*

78 *Iudex pro venia cōcedenda requisitus, quid debeat explorare.*

79 *Venia non petita, quando processus sit nullus.*

80 *Venia petenda est siue quis agat nomine proprio, siue alieno.*

81 *Infans citari non potest, qui minor est septem annis.*

82 *Infirmus corpore, vt febricitans, citari nequit.*

83 *Infirmus animo, vt furiosus, non potest citari.*

84 *Infirmus corpore, & animo, vt phreneticus, multo minus potest citari.*

85 *Sententia lata contra infirmum an & quando sit nulla; distingue.*
Sententia contra infirmum lata per Iudicem, qui sciebat infirmitatem, est ipso iure nulla.
Sed si ignorabat, sententia valet, & datur restitutio.

86 *Infirmus citatus debet allegare impedimentum infirmitatis, & mittere excusatorem, non autem procuratorem.*
Excusator, & procurator in quibus differant.

87 *Impeditus debet in tribus casibus comparere per procuratorem, & non sufficit mittere excusatorem. Vide.*

88 *Impedimentū alleganti an sufficiat iurare, ita ut sententia retractetur. Vide.*

89 *Citari debent illi, qui non habent legitimam personā standi in iudicio.*
Declara vt possint citari ad comparendum legitimè. Vide exempla.

90 *Interesse non habens non est citandus, & sufficit citatum fuisse interesse habētem.*
Contradicere qui nō potest, non est citandus.

91 *Translatio pensionis fieri potest titulari non citato.*

92 *Citandus nemo est, quando ordinarius procedit per modum gratificationis; cùm nemo possit contradicere.*

93 *Gratia iustificata censetur quoad narratiuam nemine cita-*

citato, quando de tempore gratiæ non aderat contradictor, qui posset citari.

94 *Testes examinati officio Iudicis super obitu alicuius probant, etiam nemine citato, quando non adest lis, nec qui possit contradicere.*

95 *Dominus directus non est citandus in actu, qui geritur cum emphiteota, quando non posset actui contradicere.*

96 *Bulla reformari potest, etiã parte non citata.*

97 *Insinuari potest donatio sine partis citatione.*

98 *Nuncianti nouũ opus, quãdo constat ius non competere, non demolitur nouum opus.*

99 *Euictio debetur etiam si nõ præcesserit denunciatio, quãdo constat nullam defensionem competere.*

100 *Nullitatem ex defectu citationis allegare nõ potest is, qui si citatus fuisset, non potuisset actum impedire.*

101 *Citari quod non debeat is, cui non competit defensio, non procedit quando in potentia possit competere.*

102 *Possessor, seu etiam defensor semper est citandus.*

103 *Possessori, seu defensori, etiã spoliatori non potest obijci, quod ei non competat defensio.*

104 *Defensionis defectus debet esse notorius, adhoc vt citatio possit omitti.*

105 *In notorijs, quando non habent excusationẽ, citatio non requiritur. Secus quando possunt habere aliquam excusationem.*

106 *Delinquens notorius, & inexcusabilis, nõ est citandus.*

107 *Vassallus potest per Dominum priuari feudo absque citatione, quando culpa esset inexcusabilis, vt si esset rebellis notorius.*

108 *Notorium inexcusabile dicitur, quando factũ est omnino probibitum, vt aliquo casu licitè fieri non possit, alias secus.*

109 *Periti licet electi fuerint de consensu partium, & eorũ relationi sit standum; nihilominus citãdæ sunt partes, propter rationes quas possent adducere.*

110 *Exempti sunt citandi in impositione onerum, siue fiat pro publica necessitate per communitatem, siue per Principem.*

111 *Princeps quando aliquid cõcedit pendens ab eius voluntate,*

tate, nemo est citandus.

112 *Princeps praeiudicat etiam non citato, quando aliquid cōcedit cum clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis.*

113 *Abbas potest monachum etiam non citatum amouere ab officio ad nutū amouibili. Secus si vellet amouere propter delictum: quia citari debet, cùm possit se à delicto excusare.*

114 *Citandus vlterius non est, qui vel expresse, vel tacitè declarauit nolle comparere. Fallit in citatione reali, siue captura.*

115 *Contumacem potest Iudex ex benignitate expectare, vel mandare iterum citari.*

116 *Citatus respondens nolle venire, vt non sit vlterius citandus, procedit quando id respondet eidem citanti. Item quando fuit personaliter citatus ad totam causā cum cōminatione: alias secus.*

117 *Citatus ad vnum actum respōdens nolle venire, quoad alios actus debet citari.*

118 *Responsio nolle venire, debet probari, vel per relationem nuncij, vel per testes fidedignos.*

119 *Citatus in loco iudicij ad totam causam, si respondeat nolle venire, nihilominus ad quemlibet actum debet citari. Secus si citatus sit de longinquo.*

120 *Citatus personaliter, quando non venit, nec docuit de legitimo impedimento, censetur tacitè declarasse nolle venire, itaut vlterius non sit citandus. Item quando ascendit equū, vel nauim in alias partes profecturus. Item quando dolosè latitat, & impedit se personaliter citari.*

121 *Citatus, quando latitat in loco delicti, debet citari, vel ad domum, vel ad loca publica.*

122 *Suspectus de fuga non est citandus.*

123 *Expensae factae per suspectū de fuga non citatum, cuius damno cedere debeant. Distingue.*

124 *Appellans ab interlocutoria, quando vlterius non sit citandus. Distingue.*

125 *Allegans Iudicem suspectū an sit vlterius citandus. Declara.*

126 *Declinans Iudicis citantis iu-*

iurisdictionem simpliciter, non est vlterius citandus, secus si addat clausulam, nisi si, & quatenus.

127 *Citationi renunciare non censetur, qui dicit suo aduersario, quod faciat suas diligentias.*

128 *Examen testium approbare non censetur, qui citatus dixit nolle contradicere.*

129 *Citandi sunt illi quorum principaliter interest.*

130 *Citari non debet is, cuius non interest principaliter; sed secundariò.*

Declara, vt non sit citandus pro validitate actus, sed ad effectum, vt actus illi præiudicet, & illius executionem, nequeat impedire.

131 *In examine testium sufficit citare eum, cuius principaliter interest.*

Testes contra habentem interesse secundariò, & non citatum faciunt solum præiudicium semiplenum, quãdo essent mortui.

132 *Interesse principaliter habet, & est citandus is, contra quem dirigitur actio. Alij autem citari debent solum pro extensione præiudicij.*

133 *Creditor agere volens contra tertium, sat est vt illum citet, non autem necesse est citare principalem debitorem, cùm petitio contra illum non dirigatur.*

134 *Creditores, quando agunt inter se, cui sit adiudicandum pignus, non est citandus debitor, cùm non sit contentio cum illo.*

135 *Vsusfructuarius non est citandus, quando agitur cum proprietario.*

136 *Dominus directus non est citandus, quando iudicium est motum cõtra emphiteotã.*

137 *In libello quicũque sunt nominati, necessariò citandi sunt, alias iudicium esset nullum.*

138 *Episcopum citare non sufficit, nisi etiam citetur capitulum, quando motum est iudicium contra Ecclesiam Cathedralem. Vide rationẽ.*

139 *Interesse principaliter censetur habere, & citari debet, qui fuit admissus, & protestatus nihil fieri, nisi ipso citato.*

140 *Citationis defectus quoad vnum, non nocet quoad legitimè citatum.*

Fallit, quando eadem est omnium causa defensionis.

141 *Sentẽtia lata in causa status, facit*

facit ius quoad omnes.
Fallit quoad habentes ius æque principaliter, qui non fuerint citati.
Parium natura eſt, quod alteri per alterum non inferatur incommodum.

143 *Poſſeſſor cenſetur habere intereſſe principaliter, & citandus eſt, quando agitur de eo amouendo.*

144 *Poſſeſſor, quando eſt certus, non ſufficit citatio generalis, & debet inueſtigari quis poſſideat.*

145 *Poſſidens pro alio debet citari, vtputà Conductor, Inquilinus, Colonus, Capellanus, & alij.*

146 *Poſſeſſore non citato nemo poteſt ingredi, etiam habens facultatem ingrediendi propria authoritate.*

147 *Pactum ingrediendi propria authoritate an operetur, quādo quis adiuit Iudicem.*

148 *Poſſeſſor ſciens inter alios litigari ſuper re, quam poſſidet, an ſibi præiudicet, ſi non citatus nullam faciat defenſionem.*

149 *Poſſeſſor nedum iuſtus, ſed etiam iniuſtus debet citari, quādo agitur de illo eijciendo. Declara.*

150 *Intruſus lite pendente, & attentans, non poteſt expelli non citatus.*

151 *Tertius debet citari in reuocatione attentatorũ, quādo agitur de eius præiudicio.*

152 *Attentatorum iudiciũ, quādo fit Iudicis officio, & non ad inſtantiam partis, non requiritur citatio.*

153 *Intruſus in beneficialibus dicitur, nedum poſſeſſionem capiens lite pēdente, ſed etiā illam capiens, vel propria authoritate, vel eius, qui ius conferendi non habet.*
Vel quando de beneficio reſeruato prouiſus eſt ab alio, quàm à Papa; vel quando accepit poſſeſſionem ante collationem.
Vel ante factum concurſum in parochiali.

154 *Intruſus debet citari; cùm intruſio ſit quid facti.*
Niſi intruſio eſſet notoria.

155 *Author non eſt citandus, ſed ſufficit citare poſſeſſorem.*

156 *In Saluiano non eſt neceſſe citare vxorem, cui bona mariti ſunt pro dote obligata.*

157 *Intereſſe principaliter dicitur etiam is habere, qui cōparuit in actis, & proteſtatus fuit, nihil fieri, niſi ipſo citato.*

158 *Item qui citatus fuit in pri-*

ma instantia, censetur habere interesse principaliter, itaut sit citandus in causa appellationis.

159 *Venditor debet citari ad defendendum, vt contra eum possit agi de euictione.*

160 *Emptor potest agere ex primaeua actione, vt rem liberam tradat, in casu quo agere nequeat de euictione, ob non factam intimationem.*

161 *Auctor citari, seu laudari debet, & quomodo.*

162 *Auctor dicitur etiam nominari; quando possidens nomine alieno conuenitur.*
Possidens nomine alieno statim conuentus, debet denunciare quis sit dominus.

163 *Fideiussor contractus debet citari, alias contra eum non potest exequi sententia contra debitorem lata.*

164 *Fideiussor iudicij non est citandus, & contra eum fit executio sententiæ latæ contra debitorem.*

165 *Interesse principaliter plures possunt habere, & omnes debent citari.*

166 *Causa diuersa est, quando mutatur siue persona, siue causa petendi, etiam si eadem sit causa defensionis.*
Falsum instrumentũ si pronuncietur contra vnum, non nocet alteri consorti eodem instrumento vtenti.

167 *Cohæredes plures vbi sint, sententia contra vnum lata pro iure suo, non præiudicat alteri, etiã scienti causam agi.*

168 *Exceptio rei iudicatæ an noceat, inspiciendum est, an sit idem corpus, eadem quãtitas; idem ius, eadem causa petendi, & eadem conditio personarum.*

169 *Venditor, & emptor debent citari, quando quis petit restitui aduersus præscriptionem rei.*

170 *Sententia lata cum vno ex pluribus interesse habẽtibus æque principaliter, an præiudicet alijs non citatis. Vide tres Casus.*

171 *Causa quando est eadem, semel, non autẽ pluries quæri oportet. Vide exempla.*

172 *Sententia lata in populari actione contra vnum, nocet alijs.*
Idẽ in quasi populari actione prout in causa electionis.

173 *Electioni, quando opponitur aliquis defectus per aliquẽ, sententia lata pro electo, nocet alijs.*

174 *Absolutio in popularibus actio-*

ctionibus praeiudicat omnibus, etiam absentibus.
Fallit quando quis suam iniuriam prosequitur, & probat se ignorasse accusationem ab alio institutam.
Item quando quis vult docere de collusione primi accusantis.

175 *Res iudicata contra vnum ex duobus reis credendi, alteri etiam nocet.*

176 *Res iudicata in indiuiduis, vtputà super iure seruitutis, contra vnum, nocet alteri, & lata pro vno, prodest alijs.*

177 *Sententia super seruitute datur praedio, non personae.*

178 *Sentētia super legitimitate, filiatione, & parentela, quando faciat ius, etiam quoad non citatos.*

179 *Interesse secundarium dicuntur habere illi, qui habent ius de futuro.*

180 *Substituti nondum nati, citari nequeunt.*

181 *Citandi impossibilitas operatur, vt sententia lata contra haeredem valeat, non autem vt illi noceat.*

182 *Substituti nati non sunt citandi ad effectum, vt sententia contra haeredem valeat; sed ad effectum, vt illis praeiudicet, debent citari saltem per proclama.*

183 *Sententia lata contra haeredem, an, & quando noceat etiam substitutis legatarijs, & fideicōmissarijs non citatis.*

184 *Sententia lata super validitate testamenti, & tota haereditate, nocet etiam substitutis, & legatarijs non citatis.*

185 *Substituti, & legatarij possunt admitti ad causam, vt possint defendere voluntatē defuncti, ne fieret collusio per haeredem.*

186 *Substitutis, & legatarijs non nocet sententia, si haeres causam non defendisset, & culpabiliter non appellasset.*

187 *Substituti, & legatarij possunt appellare, quando haeres appellare non possit, in casu scilicet, quo non sunt citandi, sed quando sunt citandi, possunt appellare; sed non est necesse, quia nulla est sententia ipsis non citatis.*

188 *Haeredem citare sufficit, quādo agitur de tota haereditate; quia illius defensio ad eundem spectat.*

189 *Haeredem citare non sufficit, quando agitur super aliqua*

re particulari, nisi citentur substituti, & legatarij, alias sententia illis non nocet.

190 *Sententia contra hæredem lata pro credito hæreditario, nocet legatarijs, & fideicõmissarijs non citatis, quando creditum absorberet legatum.*
Item quando hæres fuisset cõdemnatus absque eius dolo malo, alias secus.

191 *Laudum erroneum latum contra hæredem, non nocet fideicommissarijs nullo modo citatis, saltem per proclama.*

192 *Laudum latum contra hæredem, & executioni demandatum præiudicat substitutis nullo modo citatis, saltem ad effectum illos excludendi à remedio, l. fin. C. de edict. D. Adriani tollen.*

193 *Fideicommissarius conditionalis in confectione inuentarij, non est nominatim citandus; sed sufficit citatio generalis.*

194 *Sententia lata contra institutum, non nocet substituto non citato, quando actus nõ est necessarius; sed voluntarius.*

195 *Sententia lata contra principaliter interesse habentẽ, non afficit habentes interesse secundarium, quando fuisset lata in contumaciam.*

196 *Sententiæ contumaciales nõ habent præsumptionem pro se.*
Intellige verum, quando ex actis solum constat de contumacia, secus si constaret etiam de malo iure.

197 *Feudi possessor habet ius de præsẽti principaliter, agnati verò proximiores habẽt interesse secundarium.*
Et sententia lata contra feudatarium, non nocet posterioribus agnatis non citatis.
Et sententia lata cõtra vassallum super feudo, quando noceat domino directo. remissiuè.

198 *Interesse principaliter habet vsufructuarius, & emphiteota, secundarium autẽ proprietarius, & dominus directus.*
Et ideo ratione naturalis possessionis, quando quis cõuenitur, non est necesse citare habentem ciuilem.
Sententia lata contra vsufructuarium, & emphiteotã non nocet proprieatario, vel domino directo non citato.

199 *Sententia lata contra Prælatum*

latum inferiorem, non debet nocere superiori non citato, quando non tangit ius superioris, alias secus.

200 *Sententia lata cõtra aliquos de capitulo citatos, & qui procuratorem constituerũt, non nocet illis, qui citati nõ sunt, nec interuenerunt constitutioni procuratoris.*

201 *Interesse secundarium habens, quãdo fuit citatus per proclama, & non possidet, non potest impedire executionem.*

Sed si possidebat ante litem motam, citatio per proclama illum non afficit; secus si cœpit post litem possidere.

202 *Possessori, vt noceat sententia sub prætextu, quod possessionem habuit lite pendẽte, debet probari possessio capta de tempore motæ litis, & quod lis fuerit super eadem re.*

203 *Citatur quis, vel proprio nomine, videlicet principalis, litis consors, tertius pro suo interesse: & Iudex pro defensione suæ sententiæ, vel nomine alieno, videlicet tutor, curator, procurator, & alij pro vniuersitatibus.*

204 *Principalis dicitur is, contra quem petitio dirigitur, & quem principaliter negociũ tangit.*

205 *Principalis quãdo possit citari omisso procuratore, & è conuerso.*

206 *Principalis quando constituit procuratorem, declarãs nolle per seipsum litigare, non potest citari; sed citandus est procurator.*

207 *Principalis dicitur legitimè citatus, quando eius procurator fuit citatus.*

208 *Principalis potest citari antequam lis sit contestata cũ procuratore; secus post: quia tunc procurator effectus est dominus litis.*

209 *Lis in summarijs censetur contestata, postquam cœptũ est tractari de meritis causæ.*

210 *Principalis omisso procuratore potest citare, etiam post litem contestatam, ex causa tamen.*

211 *Principalis, quando est præsens, potest citari, quando procurator abesset, vel esset impeditus, vel nollet interesse.*

Item si principalis sit magis instructus, vel iustior.

212 *Lite contestata cum procuratore si citaretur principalis, & non compareret, & non*

non valeret actus, secus si compareret.

213 *Procuratore omisso sententia lata principali præsente, & non citato, non valeret; nisi alias appareret fuisse præsentem ad effectum illius actus.*

214 *Principalem autem omisso procuratore citare sufficit de iure Canonico, & in terris Ecclesiæ.*

Contrarium tenet author. & ad authores in contrariũ allegatos respondet. & distinguit.

215 *Sententia, an & quando possit ferri in personam procuratoris, qui fuit litem contestatus, siue de iure ciuili, siue de iure canonico.*

216 *Principalis, qui constituit procuratorem idoneũ, quando non teneatur comparere.*

217 *Sententia debet concipi in personã procuratoris de iure ciuili. Fallit quatuor modis. Vide.*

218 *Principalis in Romana Curia condemnatur, non autẽ procurator.*

219 *Procurator in extraiudicialibus, quando se opposuit, debet citari.*

220 *Iudex quando mandat citari procuratorem, & principalem; si fuit citatus solus principalis, non autem procurator, actus est nullus.*

221 *Iudicium an possit incboari cum procuratore.*

222 *Cũ procuratore speciali iudicium validè incboatur.*

223 *Procurator habens generale mandatum, si vult, debet etiam parte contradicente admitti in causis, tàm motis, quàm mouendis.*

Fallit in exigẽtibus speciale mandatum.

224 *Procurator habens generale mandatum potest citari, si illud acceptauit, & cum eo iudicium incboari, maximè absente principali.*

225 *Procurator ante acceptationem mandati non potest citari, & post acceptationem cogitur respondere.*

226 *Practica viget in Curia, vt iudicium possit incboari cũ procuratore generali.*

227 *Euictionem, qui promisit, tenetur, licet denunciatio fuerit facta procuratori.*

228 *Principalis an citetur, an vero procurator, non est differentia. Vide.*

229 *Procurator generalis apprehensus in Curia, potest petere dilationem ad consulendum principalem.*

Sed

Sed quando spontè se offert, censetur verisimiliter informatus.

230 *Cum procuratore generali in Curia non potest iudiciũ inchoari in 7. Casibus.*

Primus, quando non acceptasset. nisi in vna causa.

Secundus, quando mandatum esset generale, sed restrictum ad lites motas.

Tertius, quando principalis non posset conueniri in Curia.

Quartus, quando esset principalis præsens, vel in loco certo, non valdè remoto.

Quintus, quando agitur de graui præiudicio.

Sextus, quando agitur de lite extincta per transactionem, vel per absolutoriam, tunc instauranda quia debet instaurari citato principali.

Septimus, in materia regulæ de annali.

231 *Litis consortes licet sint plures, vnusquisque potest prosequi ius suum, siue agendo, siue defendendo.*

232 *Litis consors, quando constituit procuratorem nomine proprio, videtur prohibere alium consortem, ne pro eo aliquid faciat.*

233 *Iudex citari debet, quando pars læsa instaret illum puniri.*

Item si aliquid egit ex officio, debet citari pro defensione gestorum.

234 *Iudex potest cõueniri, quãdo deliquit in officio.*

235 *Iudex litem suam facit, quãdo aliquid agit per imprudentiam. & tenetur ex quasi delicto.*

236 *Iudex non facit litem suã, nisi quãdo de facto exequitur, propter damnum parti illatum.*

237 *Iudex, qui à tutore vel nullum, vel minus idoneum fideiussorem recepit, tenetur in subsidium actione tutelæ.*

238 *Iudex quando processit per inquisitionem, an sit citandus ad defendendum suum processum.*

239 *Iudex, & officiales debent syndicari tantũ de dolo, furto, & barataria, & illicitis extorsionibus.*

240 *Iudicem inhibendum non est necesse citare.*

241 *Adiunctus debet citari, seu magis propriè vocari.*

242 *Tertius pro suo interesse debet citari.*

Et citatur vel per verba facultatiua, quatenus sua inte-

intereſſe putet, vel per verba præceptiua, compareat. Vide.

243 *Tertij citatio fit de eo, qui venit ad cauſam cœptam inter actorem, & reum.*

244 *Tertius, qui non fuit in lite, non poteſt conueniri via executiua, & impedit executionem.*

245 *Tertius non poteſt dare de nullitate contractus, nec de defectu beneplaciti, neque de defectu ſolemnitatis ſtatuti.*

246 *Tertij ius in gratijs ſemper cenſetur præſeruatum.*

247 *Tertij iuris taciturnitas vitiat gratiam.*

248 *Tertij ius, quando eſt incertum, & euentuale, ſi de eo non ſit facta mentio, non inducit ſubreptionem.*

249 *De iure tertij, quando eſt diuerſum, nemo poteſt excipere; niſi eo volente.*

250 *Tertij ius, quando eſt excluſiuum iuris agentis, de eo dari poteſt.*

251 *Tertius, quis dicatur.*

252 *Tertius, qui vult venire ad cauſam inter alios pendentem, debet docere de intereſſe, admitti, & admiſſus citari.*

253 *Tertius, ad effectum vt poſſet audiri, ſufficit docere apparenter de intereſſe.*

254 *Tertius, incontinenti debet docere de intereſſe, alias nõ impedit.*
Verbum incontinenti intelligitur arbitrio Iudicis.

255 *Tertius, interim dum cognoſcitur, an habeat intereſſe, vel non, cauſæ progreſſum impedire nõ poteſt.*

256 *Tertius, quando docuit de ſuo intereſſe, debet ad cauſam admitti.*

257 *De tertij admiſſione debet conſtare per interlocutoriã Iudicis.*

258 *Tertius, quando obtinuit cõmiſſionem admiſſionis ad cauſam cum clauſula docto de intereſſe, ſi conſtaret de ſola citatione ad docendum contra commiſſionem, non cenſeretur admiſſus.*

259 *Tertius veniens ad cauſam, non poteſt petere fructus decurſos ante admiſſionem.*

260 *Tertius, ad effectum, vt fiat collitigans, ſufficit tacita admiſſio, ex aliquibus actibus geſtis.*
Ad effectum autem, vt faciat acta, & probationes ſuas, requiritur expreſſa.

261 *Tertius veniens ad cauſam poſt conſummatã executionem,*

nem, non admittitur, cùm res non sit integra.

262 *Tertius potest venire ad causam, vel ad defensionem vnius ex collitigantibus, vel ad exclusionem vtriusque, vel ad impediendum executionem.*

263 *Tertius venit ad defensionem, quando habet ius connexum cum iure partium, & admittitur in statu, & terminis.*

264 *Tertius non censetur ratificare omnia acta; quando fuerint gesta in contumaciam.*

265 *Tertius non censetur fecisse suam sententiam, quæ fuit lata super attentatis.*

266 *Tertius admissus in statu, & terminis, non censetur acceptasse confessionem factam per partem.*

267 *Tertius veniens ad causam ad defensionem vnius, potest causam, & defensionem prosequi, eo etiam inuito. Et eo etiam mortuo.*

268 *Tertius venit ad exclusionē vtriusque, quando venit ex iure proprio, & non connexo, vel prout in prima, vel alteri adhærendo.*

269 *Tertius veniens alteri adhærendo, facit acta sua, secus si venit ex iure proprio, prout in prima.*

270 *Tertius appellans, vel dans de nullitate, facit acta sua.*

271 *Tertius in beneficialibus veniens ad causam quouis modo, nō potest aliter admitti, quàm in statu, & terminis, ne alias lites fierent immortales.*

272 *Tertius in beneficialibus potest sine noua commissione comparere etiam in gradu appellationis.*

273 *Tertius mortuo collitigante potest obtinere gratiam si neutri.*

274 *Tertius, quando venit etiā ex iure nouo ad iudicium iam cœptum, admittitur in statu, & terminis, & facit acta sua.*
Sed quando incboat nouum iudicium, non facit acta sua, neque impedit processum, nec mutat statum iudicij.

275 *Tertius, quando venit defendendo, non impedit causæ expeditionem.*
Si sciuit causam agi; secus si ignorauit.
Et dum cognoscitur an habeat interesse, non impeditur processus.

276 *Tertius veniens ad causam*

post

post rem iudicatam, si venit adhærendo, & ex iure connexo cum iure partis cõdemnatæ, non impedit executionem.

277 *Tertius veniens adhærendo in causa restitutionis post tres conformes, potest obtinere nouam commissionem ad effectũ retardandi executionem pro iure suo.*

278 *Tertius, veniens ad causam principaliter pro suo interesse, separato à iure partium, potest impedire executionem rei iudicatæ.*

Et potest ratione sui iuris dicere de nullitate, & appellare, non obstantibus tribus conformibus, quatenus sibi præiudicarent, quando scilicet venit de nouo, & prout in prima: secus si ad causam cœptam inter alios.

279 *Tertius veniens ad causam commissam cum clausula parito iudicato, non auditur nisi post paritionem.*

Nec etiam auditur postquã condemnatus, etiam sine dicta clausula paruisset.

280 *Tertius, veniens ad causam commissam cum clausula sine præiudicio rei iudicatæ, censetur venire in statu, & terminis.*

Clausula sine præiudicio rei iudicatæ præseruat facultatem exequendi Iudici à quo.

281 *Tertius veniens ad causam commissam cum clausula parito, vel cum clausula sine præiudicio, licet impetraret cõmissionem sine dicta clausula, tamen in ea censeretur repetita, nisi aliud appareret in contrarium.*

282 *Tertius in beneficialibus, de cuius interesse constat ex resignatione, debet audiri, nõ obstantibus clausulis parito iudicato, & refectis expensis.*

283 *Clausula posita in vna commissione, quando non censeatur repetita in alia, remissiuè.*

284 *Tertius veniens ad causam ex iure proprio, & separato, si ignorauerit causam agi, potest impedire executionem; secus si sciuerit.*

Sed si venit post actualem executionem, tunc sine sciuerit, siue ignorauerit, non auditur.

285 *Tertius non impedit executionem ex iure proprio, quãdo possessio non esset vacans, sed plena; quia tunc sua non interesset, an possessio esset penes vnum, vel alterũ.*

Tertius

286 *Tertius non poteſt impedire immiſſionem ex Saluiano; quia dum poſſeſſio eſt plena, illi non ſit præiudiciũ.*
287 *Tertius non impedit executionem, quando non probat ius ſuum concludenter, quod ſit excluſiuum iuris vtriuſque.*
288 *Tertius non impedit reſtitutionem ſpolij, quando ius illius eſt connexum cum iure ſpoliantis.*
289 *Tertius impedit executionẽ in ſpolio, quando incontinenti docet de dominio. Niſi ſpolium fuiſſet attentatum; quia deberet purgari.*
290 *Tertius, quando impedit reſtitutionem ſpolij; non tamen impedit proceſſum in petitorio.*
291 *Tertius non impedit ex iure proprio executionem, quãdo victor præſtaret cautionem in forma depoſiti, in caſu ſuccumbentiæ.*
292 *Cautio in forma depoſiti nõ impedit tertium volentem incontinenti probare.*
293 *Cautio in caſu ſuccumbentiæ non admittitur, quando cõdemnatus non poſſidet, ſed tertius, qui non fuit citatus.*
294 *Tertius non attentat, nec reſpectu eius attentatur; niſi quando fuiſſet admiſſus ad cauſam. Vel quando attentaſſet vna cum parte, & cum ea colluderet.*
295 *Tertius, qui non eſt in lite, ſi capit poſſeſſionem vacantem, & ſine fraude, non dicitur attentare.*
296 *Citãtur multi nomine alieno, videlicet pater, & alij. Vide.*
297 *Pater nomine filij citatur, & citat tanquam legitimus adminiſtrator. Quando ſcilicet agitur de bonis aduentitijs.*
298 *Vſusfructus patris in aduẽtitijs eſt plenior alio vſufructu.*
299 *Teſtator poteſt prohibere vſumfructum patri.*
300 *Pater comparens pro filio in aduentitijs, non eſt neceſſaria expreſſio adminiſtratorio nomine.*
301 *Pater poteſt conſtituere procuratorem in bonis aduentitijs, tàm ante, quàm poſt litem conteſtatam.*
302 *Pater an poſſit in aduentitijs quidquam agere ſine conſenſu filij.*
303 *Pater, adeundo hæreditatem pro filio conſultum eſt, vt faciat filium conſentire.*

Pater,

304 *Pater, quando vti legitimus administrator cōstituit procuratorem, mandatum non expirat, licet Pater banniretur.*

305 *Pater si abest, non constituto procuratore in aduentitijs, filius potest per se agere, si sit legitimæ ætatis; debet tamen cauere ratione vsusfructus patris.*

306 *Pater minor* 25. *annis potest citari, & citare in bonis aduentitijs filij, cum authoritate tamen sui curatoris, & cauere debet se non petiturum restitutionem.*

307 *Pater legitimus administrator in aduētitijs dicitur procurator mixtus, scilicet in rem suam, ratione vsusfructus, & procurator filij ratione proprietatis.*

308 *Pater non est legitimus administrator in bonis, in quibus non habet vsumfructū, in castrensibus scilicet, vel quasi; & illorum ratione nec citare potest, neque citari.*

309 *Pater an possit citare nomine filij clerici.*

310 *Clericus potest liberè testari de bonis etiam aduentitijs.*

311 *Clericus priuatur beneficio, si illud pater administrat.*

312 *Furioso filio in potestate patris non datur curator, sed eius pater est legitimus administrator.*

313 *Patronus, quomodo dici possit, citari nomine serui.*

314 *Maritus citatur, & citat nomine vxoris, quādo agitur de bonis dotalibus; sed pro alijs non, nisi caueat.*

315 *Vxor si specialem procuratorem constituit, maritus nō potest vti mandato generali sibi à lege dato.*

316 *Maritus cōparens pro vxore, tanquam eius procurator, si non docet de speciali mandato, iudicium est nullum.*

317 *Coniunctus pro coniuncto admittitur, ne alias siue pupillus, siue absens, indefensus remaneret.*

318 *Coniuncti, & amici nō admittuntur in requirentibus speciale mandatum, & si cōpareant procuratorio nomine, debent docere de mandato.*

319 *Coniunctus non admittitur, quando constat de contraria voluntate pupilli, vel absentis.*

320 *Coniūctus admissus ad causam, an possit substituere. Vide.*

Tutor,

321 *Tutor, & curator æquiparantur, & sæpe vnus pro alio sumitur, secundum subiectam materiam.*

322 *Tutor, & curator recipiunt potestatem à lege, non autem à Iudice, licet ab eo dentur.*

323 *Tutor datus in vno loco, est etiam tutor in alio, etiam extra territorium.*

324 *Cum pupillo acturus, quid debeat inspicere.*

325 *Gesta cum falso tutore, siue scienter, siue ignoranter, etiam si is pupillum defendisset, sunt nulla.*

326 *Cõmunis error non admittitur in tutore, seu curatore, ad conualidandum processum.*

327 *Tutor esse non potest minor 25. annis.*

Et si allegaretur dispensatio, videndum esset an valeret.

328 *Tutor à matre constitutus debet à Iudice confirmari.*

329 *Tutelæ est incapax mulier, nisi sit auia, vel mater.*

330 *Mater, seu auia transiens ad secunda vota, debet filijs, vel nepotibus petere tutorem, & nominatus ab illis debet confirmari.*

331 *Mater vel auia, si postquã transierunt ad secunda vota, & funditus desiissent esse tutrices, nominarent tutorem, Iudex non posset illum confirmare; sed earum consilium sequi, & deputare ex officio.*

332 *Tutor si non confecit inuẽtarium, processus cum eo factus est nullus; fallit in tutore ad lites tantum.*

333 *Cum tutore litigãs debet instare, vt doceat de tutela, & de inuentario.*

334 *Processus cum tutore, qui nõ confecit inuentariũ est nullus in præiudicium agentis.*

335 *Tutor administrans ante confectionem inuentarij, licet sit tutor, potest tamen vti suspectus remoueri, & gesta tenent in præiudicium tertij, non autem pupilli.*

336 *Pupilli fauore claudicat cõtractus, & iudicium.*

337 *Tutor si exhibeat tutelam dubiam, debet ad instantiã actoris deputari curator ad litem.*

Sed processus antea gestus sustineretur.

338 *Tutor, quando deputatus est à Iudice, siue benè, siue malè, si pro tali se gerebat, actus cum eo sustinetur.*

339 *Tutor, quando agit nomine pupilli, debet reus excipere de*

de tutela, vt illam exhibeat.

340 *Tutor tenetur probare se talem ante litem contestatam, & vel testamentum, vel Iudicis decretum exhibere.*

341 *Tutor allegans se esse in possessione tutelæ, debet docere de possessione, & de publica reputatione.*
Et sufficit, quod eius gesta habuerint effectum suum.

342 *Tutor ex pluribus actibus per longum tempus præsumitur, quod tutelam acceptauerit, & cõfirmatus fuerit à Iudice.*

343 *Tutelæ administratio, si non probetur ex actibus positiuis, non sufficit probare communem reputationem, quod administrauerit, nisi cõcurrant alia adminicula.*

344 *Tutor non potest agere, nec conueniri pro pupillo, si constet ei fuisse interdictã administrationem.*
Tutori agenti pro pupillo nõ potest obijci, quod non confecerit inuentarium; sed potest recusare cum eo agere, antequam impleuerit solẽnia.

345 *Solemnia per tutorem implenda quæ sint.*

346 *Tutor nõ tenetur defendere causam pupilli iniustam.*

347 *Tutor litigaturus pro pupillo, debet aduertere, quod causa non sit iniusta, alias nomine proprio condemnaretur in expensis.*

348 *Tutor potest compromittere, quando iura pupilli sunt obscura.*
Item quando statutum mãdaret fieri compromissum inter consanguineos.

349 *Tutor trãsigere potest, quãdo lis esset valdè dubia.*

350 *Tutor non potest compromittere, nec transigere sine decreto Iudicis.*

351 *Tutor potest consentire subhastationi pignorum, si sint capta iussu Iudicis.*

352 *Tutores, quando sunt plures, sufficit vnum citare.*

353 *Tutores, & curatores plures censentur dati in solidũ, quando administrationes nõ sunt diuisæ.*

354 *Tutor vnus potest pupillum defendere, quando alij negligunt.*

355 *Tutorem vnum non sufficit citasse, quando non comparet, sed alij etiam debẽt citari.*
Fallit, quando administratio esset diuisa, vel per testatorem, vel per Iudicem, secus

secus si per eosdem tutores. Sed quando vnus comparet, non est necesse alios contutores citare.

356 *Tutores alij si non fuerunt citati, quando citandi erant, non excusatur actor allegãdo, ignorasse alios extare.*

357 *Tutorem reuocatum citans, non excusatur: quia noui tutoris deputatio sibi non fuerit intimata.*

358 *Tutor citatus, quando non comparet, acta contra pupillum sunt nulla, licet aliquis consanguineus comparuisset, sed liti semper non astitisset.*

Secus si pupillus fuisset defensus.

359 *Pupillus si non habeat tutorem, tunc acturus cum eo debet curare, vt illi detur.*

360 *Tutor si deputauit actorem ad lites, seu procuratorem, ille esset citandus; si tamen fuisset legitimè constitutus.*

361 *Actor ad lites quomodo differat à procuratore.*

362 *Actorem ad lites an tutor possit constituere, antequam confecerit inuentarium.*

363 *Gesta per actorem deputatũ ante cõfectionem inuentarij valent in fauorẽ pupilli, secus in eius praeiudicium.*

Ad pupilli fauorem claudicat, tàm contractus, quàm iudicium.

364 *Actor ad lites à tutore debet dari cum decreto Iudicis, & non constito de decreto, non auditur, nisi caueat.*

365 *Actor ad lites constituitur periculo tutoris.*

366 *Tutor an possit procuratorẽ constituere ante litis contestationem, vel cum decreto Iudicis, vel sine.*

367 *Differentia inter actorem ad lites, & procuratorem sublata est de iure Canonico.*

368 *Procuratoris nomine intelligitur quilibet rerum ecclesiasticarum administrator, velut praepositus, oeconomus, vicedominus.*

369 *Procuratorem generaliter qui constituit, consideranda est qualis sit eius intentio, vel constituendi, siue actorem, siue procuratorem, siue syndicum.*

370 *Episcopi maior est authoritas, quàm tutoris.*

371 *Verbalis differentia non attenditur.*

372 *Tutores testamentarij possunt procuratorem constituere sine decreto Iudicis. Et etiam sine consensu adiuncti sibi dati.*

373 *Tutor, vel curator post litẽ contestatã potest constituere procuratorem simpliciter, etiam inuito aduersario.*
Sed illum semel constitutum non potest reuocare in præiudicium partis, cui reuocatio est intimanda.

374 *Tutoris noui deputatio non est parti intimanda.*

375 *Mater tutrix non potest cõstituere procuratorem sine decreto Iudicis.*

376 *Sententia per procuratorẽ à tutrice constitutum obtenta nomine tutricis, non autem pupilli, an valeat.*

377 *Tutela, quando finiatur.*

378 *Actoris ad lites potestas cessat finita potestate tutoris.*

379 *Procurator constitutus per tutorem, quando desinat esse talis, post tutoris authoritatem finitam.*
Referuntur duæ Decisiones Rotæ inter se contrariæ.
Et per auctorẽ conciliantur.
Substituti potestas non expirat per mortem substituẽtis.

380 *Pupillus si est infans, idest minor septennio, nullatenus citari potest.*
Nec etiam ad comparendũ legitimè cum tutore.

381 *Infans citatus si compareret, nõ reualidaretur citatio.*

382 *Infante citato si tutor compareret, citatio non reualidaretur.*

383 *Sententia pro vel contra infantem lata, est nulla; quia debet concipi in personam tutoris.*

384 *Infans solus an possit acquirere possessionem.*
Et apud eum nõ residet possessio; sed apud tutorem ratione custodiæ.

385 *Sententia pro vel contra infantem concepta valet, si insimul etiam concipiatur in personam pupilli.*

386 *Pupillus maior infante potest citari.*
Non tamen sufficit, nisi etiã tutor citetur.

387 *Pupillo maiore infante citato si tutor non citatus cõpareat, valet processus.*

388 *Contumax pupillus non redditur, quando solus fuit citatus, & nec ille, nec tutor comparuit.*

389 *Tutor solus si fuit citatus sine pupillo maiore infante, citatio non valet, nisi comparuisset, & defendisset.*

390 *Contumax redditur pupillus, quando fuit citatus simul cum tutore, & non comparuit.*

Sed

Sed læsus restituitur.

391 *Tutor an citari possit, quādo Iudex mandauit citari pupillum.*

392 *Tutor citatus intelligitur citatus, tàm nomine proprio, quàm pupilli, quando ipse est principalis, & etiam tutor.*

393 *Pupillus maior infante, quando possit stare in iudicio absque tutore.*

394 *Pupillus potest interpellari sine tutore ad effectum inducendi scientiam, non autem moram.*

395 *Lis potest denunciari soli pupillo ad effectum euictionis.*

396 *Interpellari non potest solus pupillus, vt soluat ad effectum moræ.*

397 *Disdicta census an fieri possit soli pupillo omisso tutore, & an fiat ad constituendū in mora, vel ad notificandum tantum.*

398 *Oblatio ad effectum retrouenditionis vigore pacti de retrouendendo, an soli pupillo possit fieri.*

399 *Citatio facta maiori infante, omisso tutore, valet ad effectum regulæ de triennali.*

Idem ad effectum regulæ de annali.

400 *Pupillus, quando non habet tutorem, quomodo citari, interpellariuè possit.*

401 *Infans citari nullo modo potest, siue ad petendum tutorem, siue ad legitimè comparendum; sed debet peti tutor.*

402 *Tutorem petere non potest litigaturus cum infante; sed debet requirere eos, qui debent petere.*

403 *Citari debent proximiores infantes ad suscipiendum tutelam.*

404 *Amici, & vicini, ad defendendum infantem sunt citandi per proclama.*

405 *Infans, quando caret defensore, Iudex quomodo debeat prouidere agere volentibus cum eo.*

406 *Tutor non datur nisi causa cognita.*

Secus in curatore.

407 *Infanti non potest dari curator ad negocia.*

408 *Pupillus maior infante non habens tutorem, potest solus citari ad comparendum legitimè, & petendum tutorem.*

409 *Pupillus maior infante citatus, si solus comparet, iudicium cum eo fit nulliter,*

sustineretur tamen in eius fauorem.

410 *Pupillo comparenti Iudex præcipere debet, vt tutorem petat, & eo nolente ex officio decernat.*

411 *Pupillus maior infante, quando non comparet, creditor curare debet, vt ab agnatis tutor petatur.*
Et in subsidium detur ex officio.

412 *De stylo Romanæ Curiæ nō citantur agnati pupilli maioris infante; sed sufficit eius citatio ad comparendum legitimè, alias videndum sibi dari curatorem ad litem.*

413 *Fiscus acturus cum pupillo, debet citare tutorem, vel instare, vt illi detur.*

414 *Tutor, quando est litigaturus cum pupillo, siue infante, siue maiore infante, quid agendum sit.*

415 *Curator datur minoribus, non tamen inuitis.*
Nisi ad litem.

416 *Curator potest dari ad certum actum.*
Quo finito desinit esse curator.

417 *Curator ad negocia si constituat procuratorem, finita curatoris administratione, expirat mandatum.*

418 *Curator ad litem potest reuocari ante litem contestatam.*

419 *Iudicium debet incboari cū persona legitima.*

420 *Citatio contra personam illegitimam non valet.*

421 *Curatore illegitimo citato sententia non valet; sustinetur tamen in fauorem minoris.*

422 *Citans curatorem illegitimum censetur illum approbare.*

423 *Curator debet dari per Iudicem ordinarium, siue lis coram eo agatur, siue non.*

424 *Curator datus in testamento debet per Iudicem confirmari, non obstante testatoris prohibitione.*

425 *Testamento suo nemo cauere potest, ne leges in eo locum habeant.*

426 *Curatorem testamento datum Iudex non potest confirmare, nisi adulto petente.*

427 *Curator, vel tutor non potest dari alterum curatorē, vel tutorem habenti.*

428 *Curator datus hac causa expressa, quia caret defensore, est nulliter datus, ob falsam causam.*

Cura-

429 *Curator ad litem potest dari etiam habenti curatorem, non autem curator ad negocia.*

430 *Curator potest dari vnus in certis bonis, & alius in alijs.*

431 *Curatorem non idoneum habenti, alius dari potest.*

432 *Curator non est legitimus, quando in alijs causis fuit declaratus illegitimus.*

433 *Curator censetur legitimus, quādo fuit datus, vel confirmatus, vel talis declaratus.*

434 *Minor, quando est conueniendus, potest actor eligere an illum velit citare, an eius curatorem.*

435 *Minor citari debet ad comparendum, vel per se, vel per legitimam personam, non autem vt ipse solus iudicium suscipiat.*

436 *Minor, quando possit stare in iudicio sine curatore.*

437 *Curator citatur ad actus necessarios, & cum eo lis contestatur, quæ interrumpit præscriptionem, & præstare debet authoritatem in quolibet actu.*

438 *Minor non habens curatorem, citatus ad comparendum legitimè, si non veniat, cogitur officio Iudicis.*

439 *Contumaciam potest minor citatus incurrere.*
Sed quilibet comparens pro illo, illum excusat.

440 *Contumacia minoris operatur, vt Iudex curatorem deputet, non autem vt sententiam ferat.*

441 *Sententia contra minorem indefensum lata, est nulla.*

442 *Sententia lata contra minorem, qui non citato, vel non dato sibi curatore, de per se fecit suas defensiones, an valeat, Rota pro maiori parte tenuit pro validitate.*
Contrarium sentit auctor.
Vide rationes.

443 *Minor, quando dicatur defensus, vel indefensus, ad hoc vt sententia contra eum sit valida, vel nulla.*

444 *In criminalibus etiam minor non potest stare in iudicio sine curatore, de iure communi; secus ex consuetudine.*
Etiam ex Constitutione Aegidiana.

445 *In beneficialibus maior quatuordecim annis potest agere, & se defendere sine curatore.*
Et idem minor quatuordecim annis indiget curatore ad lites.

446 *Nomine etiam alieno citantur curatores maiorum, qui rebus suis interesse non possunt.*

447 *Furiosis, mentecaptis, & similibus an possit dari curator, ipsis non citatis. Distingue.*

448 *Furor non præsumitur, sed debet probari.*

449 *Furiosus, quis dicatur.*

450 *Furiosus custodiri debet, & si alijs noceat, excusatur infelicitate fati.*

451 *Furiosus, quando quis est probatus, semper præsumitur talis; nisi contrarium probetur.*
Fallit si modico tempore fuit furiosus.

452 *Furor non semper impedit rebus suis interesse, vtputà furor poeticus, furor amoris, furor momẽtaneus, primus animi motus.*

453 *Furiæ tres denotant triplicem animi affectum, iram, cupiditatem, & libidem.*

454 *Furor, quãdo est continuus, vel cum aliqua intermissione, dantur curatores, vel à lege, vel à Iudice.*

455 *Furioso habenti dilucida interualla, curator datus non desinit esse curator de tempore, quo cessat furor; sed interim cessat facultas administrandi.*

456 *Mentecapto datur curator, sicut furioso.*

457 *Mentecaptus, demens, & fatuus, idem significant.*

458 *Stultus differt à fatuo, & idem est, quod incautus, imprudens, & ineptus.*

459 *Dementia, & fatuitas non præsumitur; sed debet probari, vel ex dictis, vel ex factis.*

460 *Dementia testatoris excluditur, quando eius dispositio est ordinata, quasi à sapiẽte facta.*
Fallit in eo, qui est cõtinuò furiosus, vel demens.

461 *Demens censeri non potest quis, ex eo, quod non habeat memoriam ordinatam.*
Fallit in eo, qui proprij nominis esset oblitus.

462 *Memoriæ defectus prouenit, vel ex senectute, vel ex natura, vel ob negociorum varietatem, & multitudinẽ.*

463 *Obliuio in teste non est lata culpa, & potest dicere, non recordari.*

464 *Furor probatur factis, quãdo quis absque causa lapides proijcit.*

465 *Furor probatur ꝑ testes deponẽtes de dictis, vel factis.*

Itaut

Itaut ex illis possit colligi insania, quæ non percipitur solo visu, sed iudicio rationis.

466 *In probando furore, vel dementia statur potius testibus deponentibus de sanitate, quàm de furore.*

Fallit, quando ageretur de probando furore, vel dementia constituti in articulo mortis; quia si testes inuicem pugnarent, magis crederetur deponentibus de infirmitate mentis.

467 *Thresillus insanus dixit nõ vixisse iucundius, quàm tempore insaniæ.*

468 *Timans Cleoneus senio confectus, quia non poterat arcum intendere, pròut quãdo iuuenis erat, se ipsum interfecit.*

469 *Stultitiæ signum est, quando senex profitetur se amãtem.*

470 *Stultitiæ signum est, quando quis vellet alteri nocere, & non posset.*

471 *Stultitiæ signum est, quando quis se opponit stulto.*

472 *Prodigo, sicut furioso, licet maiori, dandus est curator.*

473 *Prodigus, quis censeatur.*

474 *Prodigus an sit citandus, vt possit ei dari curator.*

Distingue, vt sit citandus, quando ei interdicitur bonis, sed postea non, quando deputatur curator.

475 *Prodigus, quãdo deuenit ad sanos mores, cum eo agendum est, non autem cum curatore.*

476 *Curator etiam datur illis, qui perpetuo morbo laborãt, vt rebus suis interesse non possint.*

477 *Ad probandũ quod quis fuerit insanus, vel perpetuò morbosus, non sufficit exhibere solam sententiam sine actis, ex quibus apparere possit, an fuerit adhibita plena causæ cognitio.*

478 *Curator datus furioso, & similibus, potest pro illis trãsigere.*

479 *Curator nedum datur generaliter ad bona; sed etiam specialiter ad litem.*

480 *Curator ad litem nulliter datur non interueniente curatore vniuersali, vel ex causa eo amoto.*

481 *Curatorem ad litem dari, non potest impedire is, qui vel tutelam, vel curã vniuersalem non suscepit.*

482 *Curator ad litem alium tutorem, seu curatorem non habenti, datur à Iudice.*

Et potest facere idem, quod tutor.
Et de stylo Curiæ non cauet.
Nec conficit inuentarium.

483 *Curator datur siue bonis defuncti, siue viuentis.*

484 *Curator bonis defuncti, seu hæreditati iacenti datur, quando hæreditas à nemine adita est.*
Et dari debet à Iudice.

485 *Curator hæreditati iacenti, vt dari possit, debent specialiter citari, qui sunt certi successores, vel ex testamẽto, vel ab intestato, an velint esse hæredes.*
Et vbi non sint certi, debent citari generaliter per edictum.

486 *Terminus hæredi ad declarandum, an velit esse hæres, qualis debeat dari.*

487 *Curator hæreditatis iacentis debet citari.*

488 *Curator hæreditatis iacentis repræsentat personam defuncti.*
Et in eum transeunt omnes actiones, tàm actiuè, quàm passiuè.
Et stante Statuto potest cõpromittere.

489 *Curator hæreditati iacenti datus, non ad instantiam creditorum, sed officio Iudicis, non potest intentare nisi actiones tempore perituras.*

490 *Hæreditas iacens dicitur, quando non est certus hæres.*
Vel quando certus declarauit nolle esse hæredem.
Vel etiam quando non potest adire pendente conditione institutioni apposita.

491 *Hæreditas iacere dicitur ad commodum sui hæredis, vt non currat præscriptio.*
Secus in eius præiudicium.
Nisi tamen fuerit illi præfixus terminus ad declarandum, an velit esse hæres.

492 *Curatore hæreditatis iacentis citato, processus esset nullus, quando hæreditas fuisset adita, vel per hæredem, vel per illius tutorem.*

493 *Curator bonis viuentis datur, quando debitor vel abest, vel latitat.*

494 *Procurator dicitur, qui aliena negocia administrat, & illius vsus est necessarius.*

495 *Procurator nõ debet citari, nisi constet de illius mandato, & mandatum procuræ probatur etiam præsumptionibus, & coniecturis.*

496 *Procurator debet citari, quãdo in actis constat de mandato, nec valet processus*

per

per contradictas.
Nisi constaret de absentia legitimè probata.

497 *Processus per contradictas valet, quando procurator non comparuit.*

498 *Mandatum procuræ non sufficit, quod in alio officio, vel in alia causa fuerit exhibitum.*
Etiam si probaretur aduersarium sciuisse.

499 *Procuratores vbi plures fuerint constituti, non sufficit vnum citare.*
Nisi adsit clausula insolidum.

500 *Curatores plures constituti cum libera, non intelliguntur constituti insolidum.*

501 *Mandata duo procuræ eadem die facta, si in qualitate sunt diuersa, neutrum attenditur.*

502 *Mandatum potest quandocunque produci, parte non opponente.*

503 *Protestatio, neminē audiri, nisi docto de mandato, fieri debet.*
Et operatur nullitatem gestorum.
Si tamen repetatur.
Et appellatur ab vlteriori processu.

504 *Protestatio in extraiudicialibus semper censetur repetita, quando durat eadem causa.*
Secus autem in iudicialibus.

505 *Protestatio neminem audiri, non prodesset, quando antea idem comparens fuisset approbatus per citationem.*

506 *Mandatum ad defendendum, non prodest ad agendum.*
Item datum ad vnam instantiam, non extenditur ad aliam.
Item restrictum ad certum Iudicem, non extenditur ad alterum, atque etiam rescriptum ad vnam causam, cum certa persona, non extenditur ad aliam cum diuersa persona.

507 *Procurator, qui non acceptauit mandatum, non est citandus, & è conuerso, qui acceptauit, omnino citari debet.*

508 *Procurator, quando acceptauit ad effectum substituendi tantum, non est citandus.*
Sed substitutus.

509 *Mandatum reuocare non sufficit, nisi reuocatio fuerit intimata, vel alias deuenerit ad notitiam partis.*

510 *Procurator nō est citandus, quando mandatū expirauit.*

Man-

511 *Mandatum expirat, quando datum fuit ex causa absentiæ, quæ cessauit.*
512 *Mandatum expirat morte mandantis.*
Fallit, quãdo procurator est effectus dominus litis.
513 *Procurator potest constitui nedũ à Domino proprio nomine; sed etiam ab alijs nomine alieno.*
514 *Procuratorem potest pater constituere, tanquam legitimus administrator bonorum filij.*
515 *Procurator non potest constitui per personam coniunctam.*
Nisi post litem contestatã.
516 *Procuratorem constituere nõ potest maritus pro vxore*
517 *Procurator, quando possit constitui per tutorem.*
518 *Procurator, quando potest constitui per minorem.*
519 *Vniuersitas, Collegium, Societas, in quo differant.*
520 *Vniuersitas est loco pupilli, vel minoris.*
Et iuuatur beneficio restitutionis.
Et sententia contra illam indefensam est nulla.
Et vniuersitati non comparenti debet peti, & deputari defensor.
In diffinitiuis tamen, secus in interlocutorijs.
521 *Vniuersitas potest citari, vel personaliter, vel domi.*
522 *Vniuersitas, quãdo non vult se congregari, quid agendũ.*
523 *Vniuersitatis nomine possũt citari, qui eidem præsunt.*
524 *Syndici ciuitatum, & villarum æquiparantur tutoribus, & curatoribus.*
Et dicũtur habere generale mandatum à lege cum libera.
525 *Syndici si sunt duo, vnus generalis, & alter specialis, debet citari specialis in causa, qua constitutus est.*
526 *Vniuersitas vbi est citanda, nõ potest prima citatio fieri contra antianos, vel syndicum.*
Nisi Iudex mandet citari administratores, Rectores, seu Syndicos, & Vniuersitatem.
527 *Vniuersitas in criminalibus potest comparere per syndicum.*
Et cogi potest ad illum constituendum, si illo careat.
528 *Syndicus debet constitui à maiori parte vniuersitatis, & sufficit si in instrumento dicatur mandatum datum fuisse ab vniuersitate, & interue-*

teruenientibus duabus ex tribus partibus.
Secus si notarius affirmaret, quod fuit rogatus, qualiter congregati asserebant esse duas partes ex tribus.

529 *Vniuersitatis nomine, si citaretur nō habens sufficiens mandatum, citatio esset inualida.*
Nisi subsequeretur ratificatio.

530 *Ratificatio vniuersitatis, licet inducatur ex scientia officialium.*
Non tamen sufficit scientia aliquorum officialium.

531 *Ecclesia est res inanimata, & pro ea citari debet Prelatus, seu Syndicus, & pro ea agere, & conueniri ratione eorum legitimè administrationis.*

532 *Episcopus, Abbas, seu Prelatus potest agere, & conueniri pro sua Ecclesia, sine consensu Capituli.*

533 *Ecclesiæ nomine agens, debet probare se talem, parte scilicet opponente.*

534 *Episcopum solum citare non sufficit, nisi citetur etiam Capitulum, quando agitur de præiudicio Ecclesiæ Cathedralis.*

535 *Ecclesiæ nomine debet citari Prelatus nomine suæ dignitatis, non autem nomine proprio.*
Quia potest eligere an per se, an per procuratorem velit litigare.

536 *Prelatus, qui malè alienauit, & habuit se pro spoliato, potest nomine Ecclesiæ agere, tàm in petitorio, quā in possessorio.*

537 *Ecclesia nunquam moritur, nec priuatur sua possessione, ex actu nulliter per Prelatum facto, cùm ipsa possideat, non autem Prelatus.*

538 *Prelatus tenetur stare pacto donec viuit, quamuis non noceat Ecclesiæ.*
Quando scilicet præiudiciū Prelati est separabile à præiudicio Ecclesiæ.
Secus quando est inseparabile.

539 *Syndicus, seu procurator Curiæ Episcopalis semper citari debet, vbi agitur de præiudicio Ecclesiæ Cathedralis.*

540 *Syndicus, seu promotor Fiscalis debet citari in cognitione iurispatronatus.*
Item quando agitur, an reus qui confugit ad Ecclesiam commiserit delicta excepta.

541 *Syndicus, seu promotor Fiscalis debet cōstitui ab Episcopo,*

scopo, cum consensu Capituli.

542 *Ecclesia habet fiscum.*

543 *Capitulum, quando est citandum, citatio debet fieri Canonicis capitulariter cõgregatis, vel facta diligentia de illo congregando, alias non sufficeret facta singulis Canonicis.*

Et requirendus est is, cui incumbit onus illud congregandi.

544 *Mandatum Capituli non est necesse, quod contineat nomina specificata omnium capitularium.*

Non autem sufficeret dicere, quod Canonici dederunt mandatum.

Et licet non dicatur canonicos capitulariter congregatos constituere procuratorem, tamen subintelligitur.

545 *Mandatum Capituli, seu Vniuersitatis requirit ad minus duas partes, in quibus connumeratur etiam idem deputatus.*

546 *In mandato Capituli, seu Vniuersitatis, vtile est exprimere nomina, nisi magnus esset numerus.*

547 *Vniuersitatis alicuius Artis, seu Confraternitatis, quæ facilè non potest congregari, Rectores, seu Officiales debent citari.*

Qui si sint plures, Iudex potest eos cogere, vt constituant vnum Syndicum, Procuratorem, seu defensorem.

548 *Plures creditores, seu hæredes conuenti, quando teneantur constituere vnum procuratorem. Distingue.*

549 *Monasterij potestas, quoad iudicialia, residet in Abbate, & ipse est citandus.*

Et sine consensu Capituli potest procuratorem constituere, præterquam in arduis.

Vt si vellet deputare curatorem, seu officialem, vel oeconomum generalem.

550 *Abbatissa habet dignitatem cum administratione, & potest citari, & procuratorem constituere.*

551 *Ecclesiarum beneficiati, & Rectores, qui habent administrationem Ecclesiæ, possunt eius nomine citari, & citare, & procuratorem constituere, sine consilio Episcopi.*

552 *Procurator constitutus à Prælato, siue ad lites, siue ad negocia, Prælato mortuo desinit esse procurator:*

HVIC

HVIC quæsito, qui sint citandi, vel non, vt aliquo ordine satisfaciam, repeto citationis definitionem, supra *in cap.1, n.7.* positam, & explicatam; cuius verba ponderans, plures negatiuas conclusiones desumo ex regula, cui non competit definitio, neque competit definitum. *Bal. in l.maximum vitium, C. de lib.prat. Euerard. in loco à definitione, n.2.*

Citatio est in ius vocatio, iuris experiundi causa. *l.1. ff. de in ius voc.*

1 Ex quo igitur citatio est vocatio, deduco primã conclusionẽ, quod citari nequeũt, qui sensibus carent: quales sunt vita functi. *l. pen. ff. quæ sen. sine appell. rescind.*

2 Et ex quo citatio est vocatio in ius, idest ad locum iudicij, secundam conclusionem desumo, quod præsens in iudicio citari, vocariuè nõ debet. *l. de vnoquoque, ff. de re iud. l. si eum seruum, §. 1. ff. de fideicom. libert.*

Et pariter tertiam conclusionem colligo, quod nec vocari, citariuè possunt, qui propter aliquod impedimentum non valent ad locum iudicij venire; vel propter infirmitatem. *l. quæsitum, ff. de re iud.* vel propter non tutam nauigationem, atque propter non tutum iter causa latronũ. *l. qui comeatus, ff. de re milit.* vel propter alia impedimenta, de quibus in *l.2. ff. de in ius voc.* in summa, quia citatio est in ius vocatio, iuris experiundi causa, facio quartam conclusionem, quod ad iudicium vocandi non sunt illi, quos iura prohibent in iudicio stare. *l.1. & seqq. C. qui legit. person. hab. vel non stan. in iud.*

Et etiam ex eisdem verbis formo quintam conclusionẽ, quod qui habet ius, & interesse, & non potest actum impedire, non est citandus. *l. qui potest inuitis, ff. de reg. iur.*

Ex quibus denique verbis sextam, & vltimam conclusionem negatiuã elicio, quod contumax, qui expressè vel tacitè declarat nolle comparere, seu ad iudicium venire, non est citandus. *cap. venerabilibus, §. porrò, vers. secus autem, de sent. excom. in 6. cap. 2. de dol. & contum. eod. lib. 6.*

In explicatione istarum cõclusionum insistam primò, vt faciliùs sit dignoscere, qui sint

sint

sint citandi; cognito enim vno de contrarijs, cognoscitur, & alterum. §.1. *instit. de ijs qui sui, vel alieni iur. sunt, l. qui accusare, ff. de accusat.*

2 Quoad primam conclusionem, mortuus citari non potest; quia non est amplius in rebus humanis. *d. l. pen. ff. quæ sent. sine appellat. rescind.* & mors omnia soluit. *§. deinceps auth. de nupt.* Et qui fuit citatus, si pendente citationis tempore obijt, non potest condemnari; nam morte rei edictum peremptorium soluitur. *l. in summa, §. fin. ff. de re iud.* Et mortuus non potest fieri contumax; quia cõtumacia requirit contemptũ. *l. 1. in princ. ff. si quis ius dic. non obtemp.* & contumax est, qui tribus edictis propositis, vel vno pro tribus, quod vulgo peremptoriũ appellatur, litteris euocatus, præsentiam sui facere contemnit. *l. contumatia, ff. de re iud.* & iudicium, quod mortuo debitore per defensorem eius accipitur, nullũ est. *l. de qua re, §. fin. ff. de iud.* nec quisquam post mortem liberari intelligi potest. *l. qui libertinus, §. posthumus, ff. de oper. libert.* & qui fideiussorem de iudicio sisti dedit, si decesserit, non debet cogi fideiussor, vt illũ exhibeat. *l. si decesserit, ff. qui satisdare cog.* & si duo sunt instituti, quorum vnus sit mortuus, pro non scripto habetur. *l. quo loco, §. si iam mortuo, ff. de hæred. instit.* & vt in *l. 1. §. & cum triplici, C. de cad. tollen.* dicitur, ea quæ relinquebantur illis, qui in rerum natura tunc temporis, cùm condebantur vltima elogia, non fuerant, fortè hoc ignorantibus testatoribus, ea pro nõ scripto esse leges existimabant. Et quando Princeps concederet priuilegium iam defuncto, existimans eũ viuere, non subsisteret concessio, deficiente mente concedentis. *l. Neratius, ff. de reg. iur.*

3 At quod in certis casibus Ecclesia liget, & absoluat mortuos, est *tex.* in *cap. à nobis, il 2. de sententia excom.* & ibi *glos.* in verbo *mortuos*, vbi *Abbas, & Felin.* ad alia inferunt.

Hoc tamen intelligendum videtur respectu memoriæ, seu famæ, quo casu cùm agatur de præiudicio, vel interesse hæredis, seu agnationis, omnia fiunt citatis, vel instan-

ſtantibus hæredibus, ſeu agnatis.

Vt enim declarat *Bal.conſ.* 408.*n.*4.*lib.*1.nõ homo mortuus abſoluitur, vel condemnatur; ſed eius memoria, vel bona confiſcari poſſunt.

4 Et ſtantibus prædictis iuribus bene infertur, quod sẽtentia lata, vel contra mortuum, vel pro eo, ſit nulla. *Caſſad.deciſ.*1. *n.*11.*de appell. Put. dec.*186.*n.*1.*lib.*2.*Mant. deciſ.*213.*n.*2. & 4.*Caualer. deciſ.*396. *n.*3.

Pro cuius concluſionis faciliori intelligentia cõſidero, quod ſi iudicium agebatur cũ ipſo principali præſente, ſecuto illius obitu non poſſet validè ſiue pro eo, ſiue contra eum ſententia ferri; cùm ipſe non poſſet pro illa inſtare, neque ad illam citari, non exiſtens amplius in rerum natura.

At ſi non fuiſſet opus citatione, vt quia deceſſiſſet, vel poſt concluſum in cauſa, vel poſt monitionem, ſeu citationem ad ſententiam, durante termino ad illam ferendam, neque validè ferri poſſet contra eum, vel pro eo: quia per mortem finitur lis, & citationis ius euaneſcit, & deficit poſſibilitàs ferendi sẽtentiam contra eum.*l.in ſumma*, §.*fin.* & ibi *gloſſ.*in verbo *ſoluitur*, *ff. de re iud.* Iudiciũ enim transfertur in hæredẽ. *l. tàm ex contractibus*, *ff. de iud.*

Si verò iudicium agebatur cum ipſo principali abſente, & contumace, vtputà per cõtradictas, ſi de tempore quo fuit lata ſententia erat mortuus, non amplius humanæ poteſtati ſubditus erat; ſed Diuino iudicio, & propterea ſententia, vel pro eo, vel cõtra eum eſſet nulla ob defectum iuriſdictionis. *Vant. de nullit. ex defect. iuriſdict. ord. n.*106. *Surdus conſ.*99. *n.*14. & 46.

Sin autem iudicium agebatur cum procuratore, & cauſa erat beneficialis, mortuo principali non potuiſſet vlterius in cauſa procedi cum eodem procuratore; quia in beneficialibus per mortem mandantis expirat mandatũ. *Clem. fin.de procur. Put. deciſ.* 186.*per tot. lib.*2.*Mantic.deciſ.*213. *n.*2. & *ſeqq.*

5 Et propterea in cauſa beneficiali mortuo reo, & poſſeſſore proceditur in Curia ad vlteriora per contradictas; & ci-

& citantur generaliter omnes sua interesse putantes, & ad maiorem cautelam citatur etiam nominatim idem procurator defuncti, ad instantiam scilicet actoris, ad effectum adiudicationis beneficij, vel consignationis fructuum sequestratorum, qui sunt eidem, qui victoriam finalem obtinet, consignandi, iuxta formam *Clem. vn. de sequestr. poss. vel fruct.* ad instantiam verò Rei proceditur ad effectum obtinendi absolutoriã, quæ vtilis est propter multa. *Cassad. decis. 1. de re iud. Vestr. in praxi, lib. 4. cap. 4. sub n. 11.*

6 At si causa erat prophana, & principalis obijt ante litem contestatam per procuratorem, tunc quia mandatum re integra expirauit. *l. mandatum, C. mandati, l. inter causas, in princ. ff. mand. l. eius qui in prouincia, ff. si cert. pet.* Instituendum est nouum iudiciũ cum hærede. *d. l. tàm ex contractibus*, vbi *gloss.* in verbo *post litis contestationem, ff. de Iudic.*

7 Si verò obijt post litem contestatam cum procuratore, tunc cum eodem procuratore Domino litis effecto finiendum est iudicium. *l. si defunctus, ff. de proc.* qui nequit reuocari; sed ipse potest alium constituere. *l. nulla*, cum *gloss. C. eodem, de procur.*

8 In hac materia Rota distinguit, vt si de morte constet in actis, tunc sententia contra mortuum lata sit nulla, si verò non constet, sit valida, vt in sequentibus decisionũ particulis.

9 Coram Cardinali Verospio seniore. Tudeñ. Parochialis S. Christinæ 5. Martij 1614.

Vacante per obitum Petri, &c.

Denique non obstat prætensa nullitas sententiarum, vti latarum Sede Episcopali vacante, nam cùm dicta vacatio non iustificetur ex actis, fuit responsum illas tenere, sicut pariter sententia contra mortuum lata dicitur valida, quãdo ex actis de illius morte nõ apparet. *Guido Pap. decis. 86. n. 2.* quem sequitur *Rebuff. super Constit. Regni, tom. 3 tit. de sent. art. vlt. gloss. vn. n. 10.* cum alijs allegat. per *Becc. consil. 110. n. 2. lib. 1.*

Coram Pirouano Paceñ. decimarum, 14. Maij 1627.

Lata fuit sententia per Cõsilium Ordinum, &c.

Quod si dicatur neque pro-

procuratorem illorũ de Fuccaris fuisse saltem legitimè citatum, ex quo citationis terminus ad audiendum sententiam cadebat in die 4. Iulij, ille autẽ decessit die sequenti, nempe die 5. eiusdem mensis, vt propterea tanquam morti proximus, & inhabilis ad causam defendendam citari non potuerit. *l. quæsitum, ff. de re. iud. Guiliel. in cap. Rainutius, §. in extremis, n. 2. & 16. de testam.* facilè euitatur obiectũ, nam qua ratione sententia contra mortuum lata sustinetur, quando de obitu in actis non fuit oppositum. *Becc. cons.* 110. *n.* 2. *Gabr. cons.* 50. *n.* 1. *lib.* 1. *Mins.* 57. *obser. cent.* 4. eodem modo quando de infirmitate in actis nõ fuit probatum. *Mastrill. decis.* 137. *n.* 19.

10 Sed attentis iuribus superius allegatis talem distinctionem veram non existimo, & *primo* per *textum*, in d. *l. in summa, §. fin. ff. de re iud.* cuius verba sunt hæc.

Si quis ex Edicto peremptorio post mortem sit condemnatus, non valet sententia; quia morte Rei edictum peremptorium soluitur. Ideoque, vt in re integra de causa notio præstabitur, qui textus indistinctè loquitur considerando cõdemnationem post mortem, & adducendo rationem; quia morte Rei edictum peremptorium soluitur, qui est effectus mortis, non autẽ scientiæ mortis. Et lex indistinctè loquens indistinctè venit intelligenda. *l.* 1. *§. quod autem, ff. de alea lusu, & aleat.* ibi *Prætor enim simpliciter ait;* & idem habetur in *l. de precio, ff. de public. in rem. act.* ibi *De precio verò soluto nihil exprimitur, vnde potest coniectura capi, quasi nec sententia Prætoris ea sit, vt requiratur an solutum sit precium, an non.*

Secundò per *tex.* in d. *l. vnica, §. & cum triplici*, cuius verba superius retuli, *C. de cad. tollen.* ibi *fortè ignorantibus*, & in d. *l. Neratius, ff. de reg. iur.* ibi *existimans eum viuere*, ex quibus apparet differentiam non fieri, an quis sciat, vel esse mortuum, vel existimet eum viuere, ad hoc, vt quod de eo scribitur, habeatur pro non scripto, quia constito de morte, deficit intentio concedentis.

Quæ ratio militat etiam in Iudice, qui tanquam instru-

ctus ex actis, ad *tex.* in *cap. quoniam contra, de probat.* putat eum, pro quo, vel contra quem, iudicat viuere; & propterea quandocũque constat de morte, deficit eius mens; itaut eiusdem sententia debeat haberi pro non scripta, vt expressè cauetur in d. *l. in summa, §. fin. ff. de re iud.* ibi *re integra de causa notio præstabitur*, idem enim est dicere, quod causa cognoscatur ex integro, & quod sententia antea lata habeatur pro nõ scripta.

Allegata in eisdem decisionibus minime obstare puto: quia *Guid. Pap. decis.* 86. *n.*2. non loquitur de iure; sed de consuetudine Curiæ parlamenti, eius enim verba sunt hæc.

Sed quid si ambo sint mortui, & procurator Dominus litis, & Dominus causæ; an dabitur sententia in personã defuncti? Circa hoc distinguitur, quia aut ex eisdem actis constat de morte, vel non constat, si constet, tunc non profertur sententia in personam mortui, sed consueuerunt citari hæredes; si verò non constet, tunc si proferatur, valet, & tenet sententia, ita seruatur in Curia Parlamenti.

Nec etiam *Rebuff.* loquitur de iure, sed de consuetudine super *Constit. Regn. tom.*3. *tit. de sententijs, art. vlt. gloss. vna, n.*10. vbi simpliciter ait, etiamsi vterque mortuus sit, adhuc valebit sententia, idest tam procurator, quam Dominus, si non constet de morte illorum. *Guid. Pap. decis. Delphin. quæst.* 86. & inferius *n.*23. ait quartus casus est, quando reus, vel actor moritur facto processu, & post conclusionem in causa, tunc sententia lata contra mortuũ non sit nulla; quia hæredes illius poterant appellare, si cõdemnatus grauatus fuerit, & sic per appellationem reuocabitur, si malè fuerit iudicatum contra mortuum, & quod hoc non sit de iure, exprimit ibidem *n.*2. dicens, & quamuis de iure fauore tantum libertatis valeret sẽtentia lata contra mortuum. *l. cùm quasi, ff. de fideicom. libert.* hodie ex iure cõmuni Gallorum sententia lata contra mortuum valet per istum textum. Cuius dispositionis rationem subiungit *n.*6. dicens, quia quod iure factum

est

est non debet retractari licet perueniat ad casum à quo nō potuit incipere, sed processus rectè fuit gestus cum viuo vsque ad sententiā, ergo sententia non debet annullare totum processum, sed valebit processus, & sententia, nec grauamē infertur ex hoc cuiquam, quia ex processu iudicatum est, & defensus extitit, qui condemnatus est, ideo valebit iudicatum, secus si non fuisset defensus. *l. ea, C. quom. & quando Iud.* vbi dicitur *ea quæ statuuntur aduersus absentes non per contumaciam, scilicet denunciationibus nequaquā ex more conuentos iudicatæ rei firmitatem non obtinere certum est.*

Sed hic animaduertendū est, quia prædicta consuetudo, seu lex Gallicana est rationabilis, ex quo post latam sententiam contra mortuum dat eius hæredi facultatem appellandi; quæ non potest intelligi incipere nisi à die scientiæ, & propterea dum hæres sententiam contra defunctum latam potest reformare per viam appellationis, non videretur æquum, vt illam debeat retractari per viā nullitatis.

Sed in terminis iuris communis si sententia contra mortuum lata valeret, & trāsiret in iudicatum, hæres non posset appellare, & esset iniquum, dum vel per viam nullitatis non posset illam de medio tollere, & tanquam pro non scripta, ex prædicta tot iurium dispositione, non haberetur.

Nec obstat *cons. Becc.* 110. *n.* 2. *lib.* 1. in eisdem *decis. alleg.* quia nititur dictis *Guid. Pap. & Rebuff.* loquentium, vt dictum est, de consuetudine, non de iure, & in suis iudicio meo decipitur argumētationibus. Primò enim argumentatur à simili dicens porrò in iure illud est certū, quod sententia lata contra laborantem graui febre non valet ipso iure, si Iudex cùm morbum sciret, tulit sententiam. & tamen valet si ignorauit. *l. quæsitum, ff. de re iud. vbi not. Bart. & cæteri*, idem ergo eadem ratione dicendum videtur in casu nostro, supposito pro vero, quod Iudex ignoraret D. Galeottum mortuū, vt scilicet sententia mero iure valeat, quæ alioqui non valeret si sciuisset. Decipitur inquam, quia

aliud est, quod sententia feratur contra febricitantem, qui adhuc remanet homo Iudicis suppositus iurisdictioni, & potest proponere, alio mediante, suas exceptiones, & allegare impedimentum infirmitatis; & aliud est ferre sententiam in mortuum, qui desinit esse, nec remanet capax condemnationis, vel absolutionis, sicut nec priuilegij, vel relicti ab eo facti, qui illum mortuum ignorabat. d. *l.* 1. §. *& cùm triplici, C. de cad. tollen.* & d. *l. Neratius, ff. de reg. iur.* neque est habilis, vt quispiam etiam illum viuere putans possit pro eo stipulari. *l. eius, qui in prouincia*, vers. *quod si stipulatus, ff. si cert. pet.* ibi *Nam si nominatim fortè Titio Domino suo, mortuo iam dari stipulatus sit, proculdubio inutiliter esset stipulatus*, vbi *gloss.* supplet mortuo iam, hoc non expresso. argumentum autem à simili non procedit quando datur dissimilitudo etiam parua. *Butr. in repet. cap. fin. de consuetud. Euerard. in loco à simili, n.* 11. *in fine*.

Secundò argumentatur idē *Becc.* vbi supra à contrario sensu dicens in hæc verba. Et in hac opinione non obscurè fuit *Angel. cons.* 223. incipien. *pro decisione, n.* 2. vbi specialiter inquit, quod sententia lata contra memoriam defuncti ipso iure est nulla, tanquam lata contra iam mortuum, & per iudicem mortis habentem notitiam allegat d. *l. in summa, §. fin.* & dicit facere dictam *l. quæsitum, ff. de re iud.* ex quo ait sequi aliud esse si feratur contra eum, quē Iudex mortuum esse ignorauit.

Cæterum in hoc etiam decipitur, quia argumentum à contrario sensu non debet sumi ex verbis Doctorum, sicut nec glossarum, quamuis glossæ auctoritas omnes auctoritates antecellat, ex adductis per *Euerard. in loco à contrario sensu, n.* 41. vers. *illud autem pro indubitato*, & sane casu, quo Iudex damnat memoriam defuncti, non potest fieri distinctio, an sciuerit, vel ignorauerit mortem; sed necessariò præsupponitur mors, alias non memoria, sed idem delinquens damnaretur.

Ad dicta per *Gabr.* & *Mynsing.*

sing. allegat. in d. *decis. Pacen.* respondetur eos loqui in diuerso casu, scilicet in sententia lata contra febricitantem, de cuius infirmitate Iudex scientiam non habebat; sed dicunt, quod licet sententia valeat, tamen infirmo, qui non comparuit, conceditur restitutio in integrum, saltem ad appellandum, iuxta tex. in *l. fin. ff. de restit. in integr.* qui est casus longè diuersus, vt superius dictum est.

Ad *decis. Mastrill.* 137. *n.* 19. in eadem *decis. Pacen. allegat.* respondeo, quod loquitur de consuetudine, sed de iure dicit veriorem esse contrariam opinionem, atque loquitur in casu, quo ratio specialis fuit considerata, dicens, quod Concistorium discusso articulo declarauit validam sententiam; nam & si grauissimi sint Doctores exaduerso allegati; tamen in casu de quo agebatur, vltra Doctores etiam maximæ auctoritatis, concurrebat; quia in Regno vbi proceditur sola facti veritate inspecta, non attenduntur apices iuris, eoque magis, quod de tempore mortis iam fuerat conclusum in Causa; & quia procurator erat filius, & hæres mortui, qui eo tempore impossibile erat, quod nesciret mortem patris, & dum dederat causã nullitati, non poterat illam allegare, & *n.* 25. subiungit, in tantum, quod ista opinio tenenda erat, esto quod altera esset verior, & communior; sed qui eam tenuerunt refert ibidem *n.* 11. vbi ait, & in specie etiam data ignorantia dixerunt *Dec. in l. eius qui, §. si stipulatus, n.* 1. *&* 2. *ff. si cert. pet.* & ibidem *Bart. & Socc. n.* 13. *Iacobin. n.* 11. & in *l. si decesserit, n.* 10. *ff. qui satisd. cogan.* vbi *Castr. & Zas. n.* 6. *Cabedo decis.* 197. *n.* 1. *Vinc. de Franch. decis.* 245. *Vant. de nullit. ex def. iurisd. ord. n.* 106. *Viu. decis.* 52. *n.* 6. *Put. decis.* 186. *lib.* 2. *Asin. in praxi, §.* 31. *ampliat.* 21. *Turret. cons.* 53. *n.* 5. & esse communem, refert *Polid. Rip. obseru.* 22.

11 Deducendo rem ad praxim, sententia lata contra mortuum, vel condemnat, vel absoluit. *l.* 1. *ff. de re iud.*

12 Si condẽmnat ad pœnam corporalem eum qui mortuus est, sententia est nulla.

Quia crimen morte finitur. *l. fin. C. si reus, vel accusator*

mortuus fuerit; & nulla quæstio supereſſe poteſt. *l.3. C. ſi pend. appell. mors interuen.*

Et in illis caſibus, in quibus de crimine agitur, etiam contra mortuum, nempe in crimine læſæ maieſtatis, & in alijs, de quibus in *l. ex iudiciorum*, & in *gloſſ.* in verbo *maieſtatis*, *ff. de accuſat.* non damnatur mortuus, ſed eius memoria *Angel. d. conſ.* 223. *n.*2. quo caſu, vt etiam ſuperius dictum eſt, non poteſt fieri diſtinctio ſi Iudex ſciat, vel ignoret mortem, quia non poteſt condemnari memoria; niſi mors præſupponatur.

Et pariter ſi propter delictum feratur contra iam mortuum ſententia capitalis, & confiſcationis bonorum, non tenet, cùm per mortem extinctum ſit delictum, niſi deceſſerit poſt latam ſententiã, quo caſu ſententia afficit hæredem. *d. l. ex iudiciorum*.

Si verò ſententia feratur ſimiliter contra iam mortuũ ad factum, vt potè ad dimittendam poſſeſſionem, ad rem tradendam, vel ad ſoluendũ, & ſimilia, ſententia non poteſt ſubſiſtere; quia mortuus nil agere poteſt, neque poteſt poſſeſſionem dimittere, cùm omnia moriens dimiſerit, & nihil habet, quod præſtet, cùm omnia in hæreditate relicta ſint, & hæredi, cũ quo agendum eſt. *Angel. conſ.* 334. *n.*3.

Hactenus dictum eſt de mortuo, quod nequeat citari, nec cõdemnari, dicemus modo de hæreditate, & de hærede, & de procuratore Domino litis effecto, qui defuncti perſonam videntur repræſentare.

13 Hæreditas fungitur vice perſonæ defuncti, ſicuti municipium, & Curia, & ſocietas. *l. mortuo reo, ff. de fideiuſſ.* & quod hæreditati interim quæritur, hæredibus poſtea adeuntibus quæſitum intelligitur. *l. cùm hæreditas*, & ibi *Bal.* & alij, *C. depoſiti*.

14 Hæreditas autem non poteſt citari; licet enim perſonæ vice fungatur, non tamen eſt perſona, nec cadit in ea citatio perſonalis. *Bal. cõſ.* 118 *ſub n.* 6. *lib.*5. ſed debet dari, & citari curator, quando hæreditas eſt iacens; vel Fiſcus, quando hæreditas eſt vacans.

15 Vacare dicitur hæreditas illius, qui nullum reliquit hæredem,

redem, nec ex testamento, nec ab intestato. hoc est, quãdo nullus extat ex eius linea, vel consanguineis, cui de iure hæreditas debeatur. *l. vacantia, C. de bon. vacan. lib.* 10. vel quando non extat vir, & vxor, qui Fiscum excludunt. *l. vn. C. vnde vir, & vxor,* cui hæreditati vacanti non datur curator, quia eius administratio pertinet ad fiscum, & ipse est citandus. *l. 1. ff. de iure fisci, & l. 2. C. de bon. vacan. lib. 10. Peregr. de iure fisci, lib. 4. tit. 3. de bonis vacan.*

16 Iacere autem dicitur hæreditas, quando extant hæredes, vel ex testamento, vel ab intestato, qui nondũ adierunt, cui hæreditati iacenti datur curator.

Neque enim contra hæreditatem iacẽtem potest intentari iudicium. *l. si seruus hæreditarius, ff. de stipul. seruorum*; sed debet citari curator illi datus. *l. 1. & 2. ff. de curat. bon. dando.* In casibus tamen desiderantibus celeritatem, & etiam ad primum decretum posset procedi cõtra hæreditatem iacentem nullo dato curatore bonis. *l. si bona,* & ibi *Bart. C. de bon. auth. iud. possid. & l. cùm debitores,* vbi *Guil. de Cugn. & Bal. C. de iud.* non tamen ad secundum decretum posset deueniri; nisi dato curatore, eoque citato. *l. si diù,* & ibi *Bart. ff. quib. ex causis in poss. eat. l. si quis instituatur,* & ibi *Bar. ff. de hæred. instit.* & not. *Alex. in l. 4. §. prætor ait, n. 24. ff. de damn. infect.*

17 Differentia est an curator sit datus ad instantiam Vniuersitatis creditorum, vel ad instantiam vnius: nam primo casu datur ad duplicem effectum, vt scilicet validè cum eo possit agi per creditores, & vt in eo transferatur possessio, & custodia, & administratio bonorum. *Felin. in cap. 2. n. 9. de constit.* Et proptereà eo citato quilibet creditor potest agere, secundo autem casu datur dumtaxat ad effectum, vt ille particularis possit eo citato validè procedere, alij autem creditores cum eo agere non possunt, cùm deputatio sit ad vnam causam, & ad alias non possit extendi. *l. si procurator, C. de procur. & l. cùm mandati, C. de mandati.*

18 Non potest tamen curator hæreditati iacenti dari, quando filius, aliusuè hæres adiuisset;

uisset; per aditionem enim definit esse hæreditas ipsius defuncti, & efficitur propriũ patrimonium filiorũ, seu hæredum, vt not. *gloss.* in verbo *per vnum*, in *l.1. §. veteres*, vbi *Doct. & Ias. n.14. & 20. ff. de acquir. poss. Bar. in l. bona. ff. de bonor. poss. Roman. cons. 40. n.2. Paris. cons. 20. n.1. lib.2.*

19 Similiter dari non potest Curator hæreditati iacenti, quando adsunt filij, vel hæredes, qui possunt adire, nam vt possit constare Iudici hæreditatem iacere, illi sunt citandi, & eis danda est dilatio ad declarandum, an velint esse hæredes. *l. si quis institutatur*, in princ. *ff. de hæred. inst.* & *Bar. in l.1. ff. de curat. bon. dando* dicit, quod debent requiri illi, quos prima causa successionis contingit; & vt possit deueniri ad dationem vniuersalis curatoris hæreditati iacenti, quinque requisita ponit *Capic. decis. 87. n.1. & seqq.* nempe quod concurrat maior pars creditorum, & nominatim citentur illi, qui sũt in primo gradu succedendi, illisque statuatur tempus ad deliberandum, an velint adire, & curator conficiat inuentarium, & satisdet. sequitur *Menoch. de arbitr. Iud. lib.2. casu 150.* in princ. *Rota in Toletana nullitatis professionis 28. Iunij 1600. coram Iusto.*

20 Adde aliud requisitum, quod Curator hæreditati iacenti dari non potest, nisi citato fisco, quando fiscus delinquentis mortui bona propter delictum confiscata adeptus fuit. *Rota post cons. Farin. decis. 39. n.1. par.1.*

21 Et notandum est, quod qui sunt certi successores debent nominatim citari; sed quoad incertos sufficit generale proclama cõtra interesse putantes. *Angel. cons. 193. n.4. Alex. cons. 137. n.1. lib.2.* quibus non seruatis curator non est legitimus, qui nec citari, nec cum eo agi validè posset. *l. vlt. §. tali itaq; C. de Curat. furiosi.* Curator enim citandus est, quando legitimè datus est. *l. Licinius. §. bonorũ, ff. de leg.2.* ita censuit *Rota in Colimbrien. Decanatus, 27. Iunij 1595. coram Iusto.*

22 Adita igitur hæreditate hæres repræsentat personam defuncti, & vna quodammodo videtur persona hæredis, & eius, qui in eum transmittit hæreditatem. *§.1. in princ. in*

auth.

auth. de iureiuran. à mor. præstito, & hæres eiusdẽ est potestatis, & iuris, cuius fuit defunctus. *l. heredem, ff. de reg. iur.* & ab hæredibus, & contra hęredes actiones incipiũt. *l. vn. C. vt action. ab hæred. & contra hæred. incip.* & cùm hæredes instituti sumus, adita hæreditate omnia quidẽ iura in nos transeunt. *l. cùm hæredes, ff. de acquir. possess.* & ex pluribus hæredibus quilibet repræsentat defunctum pro sua parte, pro qua est hæres institutus. *l. cùm à matre*, ibi *pro qua persona ad eum hæreditas pertinet vti non prohibetur*, & ibi *Bal. C. de rei vendic. l. 2.* ibi *pro hæreditarijs partibus hæredes onera hæreditaria agnoscere etiam in fisci rationibus placuit*, & ibi *gloss. C. de hæredit. act.*

23 Nemo autem vti hæres citare, citariuè potest; nisi docto prius, quod sit talis, parte tamen opponente. *l. 1.* vbi *gloss.* in verbo *filiũ*, ibi *tu dic plenè, & nunc probat si in dubium reuocetur, C. quorum bonorum, Greg. decis. 88. n. 1.* & dixi supra *cap. 9.* sub vers. *de exprimen. nom. instan. n. 284.* & sub vers. *de exprim. nomine eius, qui citandus est, n. 226.*

24 Et hæres quando quis vult agere contra eum, non potest cẽseri validè citatus per proclama contra interesse putantes, quia cùm sit certus debet nominatim citari. *Seraph. decis. 957. n. 7.* qui nihil allegat, sed superius vbi dixi nominatim pro datione curatoris hæreditati iacenti citandos esse illos, quos prima causa succedendi contingit, allegaui *Angel. in cons. 193. n. 4. & Alex. cons. 137. n. 11. lib. 2.* adde *Bal. in l. si Curatoris, C. de iure delib.* & *Alex. cons. 107. lib. 5.* Et qui censeantur certi, & incerti ad hunc effectum, vide in d. *cap. 9. n. 253. & seq.*

25 Et citatio facta cõtra filios, & hæredes N. & sic sub solo nomine appellatiuo, quando valeat, dictum est supra in *cap. 9. sub vers. de exprimendo nomine eius, qui citandus est, n. 223.* & quando filius præsumatur hæres patris, ibidem *n. 227.*

26 Et qui possidet tanquam hæres, & agit pro iuribus hæreditarijs, si alius prætendat hæreditatem, debet probare se esse talem; secus nemine contendente. *Caput. decis. 66. n. 1. par. 2.* & dixi in d. *cap. 9. n. 286. & seq.* & quod onus pro-

probandi alios adesse hæredes non spectet ad hæredem; sed ad eum, qui affirmat alios esse dixit *Seraph. decis.* 1407. *n.* 5.

27 Defuncti personam repræsentat etiam procurator Dominus litis effectus, quoad prosecutionem scilicet illius causæ; *nulla enim dubitatio est post causam in iudicio agitatam, vtpotè dominum litis procuratorem effectum, etiam post excessum eius, qui agendam, vel defendendam litem mandauerat, posse inchoatam causam iurgiumque finire*, vt dicitur in *l. nulla, C. de procur.* adeout cōtra eum possit ferri sententia. *l. nō solum, §. morte, ff. de oper. nou. nunciat. Alex. in d. l. nulla, n.* 3. & ibidem *Ias. in fin. C. de procur. Greg. decis.* 396. *n.* 1. etiam hærede non citato. *Crescent. decis.* 11. *n.* 1. *de sent. & re iud.*

28 Quærit *Bart.* in d. *l. nulla*, qualiter mortuo Domino formabuntur verba sentētiæ cōtra procuratorem istum; nam si condemnaretur procuratorio nomine Domini, cùm Dominus iam sit mortuus, videretur sententiam esse nullam: vt *l. penult. ff. quæ sententiæ sine appellat. rescind.* sed non resoluit dicens, quid dicemus? cogitabis. *Bal.* autem ibidem *n.* 3. soluit dicens tu dic, quod formabitur contra eum, tanquam contra procuratorem hæreditatis, vel hæredis, *Alex.* in eadem *l. nulla*, in fine dicit, quod tutior videtur ista practica, quod dicatur, condemno talem procuratorem talis defuncti, procuratorio nomine eorum ad quos res pertinet, ac etiam posset dici procuratorio nomine hæredum, si hæreditas esset adita. *Marant. in Specul. par.* 6. *vers. & demum fertur sentētia, n.* 108. vbi sub *n.* 109. dicit, quod hoc cessaret in procuratore Prælati, vel Rectoris Ecclesiæ; quia quamuis efficiatur Dominus litis; tamen extinguitur mandatū quandocumque per mortem Prælati, vel Rectoris Ecclesiæ, vt est *tex.* in *Clem. fin. de procur.* & not. *Ias. in d. l. nulla.*

29 Non tamen sententia potest mandari executioni cōtra procuratorem litis Dominum effectum, sicut nec contra Tutorem, Curatorem, & similes. *l.* 4. *§. Tutor, ff. de re iud.* actio enim iudicati datur in dominum, non autem in procuratorem; nisi in iudicio se obtulisset, hoc est sine man-

mandato sponte aliena negocia suscepisset, vel fuisset cōstitutus procurator in rem propriam. vt in d.*l.*4.in princ. iuncta *gloss. ff. de re iud.Guid. Papæ decis.*86.*n.*3. & ideo licet in sententia, vt dictum est dirigantur in procuratorē verba condemnatoria; non tamen diriguntur verba executoria, & ideo procurator debet condemnari ad soluendum hæredi, seu Domino, non autem procuratori; nisi haberet ad id mandatum, ita respondet *Bart.* in *l.*1. *n.*11. *C.de sent.& interloc.omn.Iud.*

30 Et hac ratione censuerunt Domini, quod procurator effectus Dominus litis, non est legitima persona, quæ possit obtinere executionem trium, & cui possit solui, vt in *Toletana nullitatis professionis*, 28. *Iunij* 1600. *coram Iusto*.

31 Procurator igitur effectus Dominus litis censetur etiam procurator siue hæreditatis, siue hæredis ad illam causam. *Alex.* in d. *l. nulla*, *sub n.* 3. *circa fin. C.de procur.* mandatum enim transit ad hæredes, & procurator defuncti est etiam procurator hæredis. *Cresc. d. decis.*11.*n.*2. *de sent. & re iud.*

32 Pro clariori autem intelligētia distingue, quia si principalis decessit cum hærede, mandatum procuratoris non expirat; licet enim voluntas constituentis finiatur p mortem, potestas tamen procuratoris constituti post litem contestatam, & postquam est effectus Dominus litis, non pendet ex mera Domini voluntate, sed si alium substituerit, qui nihil egerit in causa; tamen quoad illum non censetur res integra, cùm sit constitutus non à principali, sed à procuratore Domino litis effecto. *Bald.* in d. *l. nulla*, *n.*1. & 2. & ita mandatum transit ad hæredem, qui personam Domini repræsentat, ita *Bal. in l.*1. *n.*3. *C. de act. & oblig. sub n.* 3. ibi istud est verum, quando mandans decedit cum hærede; quoniam repræsentat defunctum.

Sed quādo hæres esset pupillus, vel alias esset inhabilis, & ex persona hæredis fieret mutatio status, quod procurator etiā Dominus litis effectus non possit causam prosequi, nisi vocato hærede, vide *Cresc. decis.*11.*per tot. de sententia, & re iud. & Socc.*

sen.

sen. cons. 112. *n.* 12. vers. *tertium, lib.* 1. *& cons.* 172. vers. *secundo mutatio status, lib.* 2. *Gabr. de procur. concl.* 2. *n.* 17.

Si verò principalis decessit sine hærede, tunc mandatum procuratoris extinguitur, quãuis litem viuo principali fuisset cõtestatus; quia tunc nulla remanet imago Domini defuncti. *Bal. in d. l.* 1. *C. de act. & oblig. n.* 3. ibi *secus si sine hærede*, tunc enim impossibile est, quod quis sit procurator: nam procurator dicitur, qui aliena negocia mandato Domini administrat. *l.* 1. *ff. de procur.* mortuo autem Domino sine hærede, non sunt negocia defuncti, cuius morte omnia soluuntur, *§. deinceps, in auth. de nupt.* Nec etiam dicuntur negocia hæreditatis iacentis; quia si decessit sine hærede, & appareat neminem velle esse hæredem, tunc incipiunt bona esse vacantia, & ad neminem pertinentia. *l.* 1. *§. an bona, ff. de iur. fisci*, sed si adesset hæres, vel ex testamento, vel ab intestato, hæreditas esset iacens, quæ vt supra dictum est repræsentat personam defuncti. *l. hæreditas, ff. de acq. rer. dom. l. cũ hæreditas, C. depositi*, & tunc non cessat mandatum; vide *Dec. in cap. relatum, n.* 1. *de offic. deleg.*

At si dubium esset an quis decesserit cum hærede, vel sine, tunc si nulla est facta diligentia, an quis velit esse hæres, antequam non constet, quod nullus velit esse hæres, & quod ita hæreditas non iaceat, sed vacet, idem procurator potest causã prosequi. *Dec. ibidem*, cùm alijs relatis per *Marescott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 62. *n.* 1. *cum duobus seqq.*

33 Sed an, & quando prædictus procurator possit prosequi causam in alijs instantijs, & quando per hæredem possit reuocari, superest hic videre. Dico igitur, quod mandatum re integra Domini morte finitur. *l. mandatum, C. mandati*. Imò alterutrius morte idest vel eius, qui mandauerit, vel mandatum susceperit, soluitur mandatũ. *§. item si adhuc, instit. de mand.* Quod intellige in prophanis, nam in beneficialibus, & ecclesiasticis causis finitur per mortem Rectoris, etiam quoad negocia iam cœpta, & causas in quibus per procuratorem ipsum lis fuerit ante mortem con-

contestata. *Clem. fin. de procur.* Sed in prophanis, quando res non est integra, non finitur mandatum. dicitur autẽ res non integra post litem contestatã in ordinarijs. *l. procuratoribus institutis, C. de procur.* ibi *procuratoribus institutis, & post litem contestatam dominis effectis*; at in causis summarijs, vel executiuis, in quibus lis non contestatur, tunc desinit res integra esse, & procurator efficitur dominus litis, quando incipit tractare merita causæ. *l. nulla, C. de procur.* ibi *post causam in iudicio agitatam*, vbi *Bart.* considerat, quod lex non dicit post litem contestatam, sed post causam in iudicio agitatam, & sequuntur *Bal. Alex.* & alij. Efficitur etiã procurator dominus ante litis contestationem, quando idẽ procurator præsente domino satisdat de iudicio sisti. *l. si defunctus*, vbi *gloss.* & *Doct. ff. de procur.*

34 Ante litem igitur contestatam, & antequam procurator sit factus dominus litis, & re integra, potest libere reuocari. *l. ante litem, ff. de procur.* postea autem re non integra procurator inuitus nõ potest reuocari; nisi causa cognita. *l. post litem, ff. de procur.* vbi *glossa* reddit rationẽ, quare mandatum iurisdictionis reuocetur, & non procuratoriũ, quia aduersarius oneraretur propter mutationem personarum.

Quæ autem sint iustæ causæ reuocandi procuratorem dominũ litis enumerantur in d. *l. post litem*, cum octo sequentibus. & in *cap. 2. de procur. in 6.* vbi declaratur, quod licet nequeat procurator inuitus reuocari, potest tamen dominus suæ causæ adesse cũ ipso procuratore; maxime si de collusione timeat. & quia quæ sit iusta causa non videtur certa regula posse tradi, relinquitur arbitrio Iudicis, ex allegatis per *Rot. in recent. decis. 172. n. 1. par. 2.* vbi fuit firmatum, quod procurator fuit iustè reuocatus, ex quo mouit litem Domino super salario, & quod procuratori culpa sua reuocato post reuocationem non debetur salarium, atque quod non requiritur summaria cognitio, & pariter, quod procurator reuocatus non potest pro suo salario retinere scripturas, sed bene pro expensis, & prout latius

latius in ea.

Sed quod procurator non debeat reuocari post litem contestatam, etiam ex causa; nisi ei restituantur expensæ factæ, & quod non sufficiat oblatio; sed opus sit facto, censuit *Rota diuers. par. 4. decis. 353. per tot.*

35 Atque quod procurator litis Dominus effectus nõ possit reuocari, nisi aduersarius consentiat, dixit Rota apud *Seraph. decis. 195.* vbi dicitur, quod de consensu ipsius procuratoris reuocati non multum curatur, quia eius contradictio non impedit effectum reuocationis in præiudicium reuocantis; sed id facit tantum pro conseruatione suæ famæ, vt cognoscatur an sit iuste reuocatus, alias si se ingereret, esset suspectus. *l. quæ omnia, §. 1. ff. de procur.* Et propterea licet procurator cõsentiret eius reuocationi, eius consensus non sufficeret, nisi etiam pars consentiret, dum esset reuocatus sine causa. *Put. decis. 8. de procur.* & talis consensus debet probari per eum, qui reuocationi nititur. *Put. decis. 9. eod. tit. de procur. adden. ad Greg. decis. 548. n. 14.* & dicta reuocatio debet intimari parti, quo facto omnia postea gesta per procuratorem reuocatum essent nulla. *Vant. de nullit. sententiæ ex defect. inhabil. seu mandati, n. 162.* vbi subiungit, quod talis reuocatio potest etiam intimari per procuratorem ad hoc speciale mandatum habentem, iuxta not. per *gloss. & Bart. in l. 1. §. 1. ff. de liber. agnosc.* & ita ex iusta causa prædictus procurator reuocari potest, nedum per ipsũ constituentem; sed etiam per eius hæredes, & successores, d. *l. post litem, ff. de procur.*

36 Aduertendum tamen est mandatum quale sit, nam si restrictum sit ad primam instantiam, tunc post litis contestationem inuitus procurator non posset in eadem prima instantia reuocari, sed bene in secunda instantia; quia non esset effectus Dominus totius litis, sed solius instantiæ, vt post *gloss. in l. nulla, C. de procur.* tradunt communiter *DD. in cap. 1. §. 1. de procur. in 6. Rot. decis. 20.* circa fin. *de procur. in nou. Achill. decis. 13. eod. tit. de procur.*

Sed quando mandatum esset generale ad quamcumque instantiam, vel haberet clau-

clausulam releuans, tunc esset procurator effectus Dominus, non solius instantiæ; sed totius litis. *Seraph. decis.* 824.*n.3.*& *decis.*1180.*per tot.* & tunc non posset reuocari, nisi ex iusta causa, vt supra.

37 Repræsentatur etiam aliquando persona defuncti per executorem testamentarium, & præcipuè, quando est datus ad pias causas; tunc enim etiam si testamentum factum scilicet ad pias causas, careret institutione, vtputà si in vniuersũ essent instituti pauperes, valeret tamen, & executor in eo datus haberetur loco hæredis. *Innoc. in cap. cùm tibi, de testam.* quem sequuntur cõmuniter Legistæ, & Canonistæ, vt dicit ibi *Abb. n.4.Rip. in l.Centurio, n.*105. *ff. de vulg. & pup. Rota diuers. decis.*553.*n.*3.*par.*1. *Menoch. de adipisc. remed.*4. *n.*267.

Sic etiam si Testator instituisset pauperes per Titiũ executorem eligendos, talis executor repræsentat personam defuncti, & habetur loco hæredis, itaut etiam ante factam electionem pauperum possit citare, & citari, agere scilicet, & conueniri nomine pauperum eligendorum. *Bar. in l.illa institutio, n.* 10. *ff. de hæred. instit.* & immitti in possessionem nomine pauperum eligendorum. *Zuchard. in d. l. fin. n.* 253. *C. de edict. D.Adr. toll.Menoch.de adipisc. d. remed.* 4. *n.* 269. qui sub *n. seq.* declarat hoc non procedere in executore dato pro loco ædificando, vbi vide rationem.

Et etiam executor testamenti ad piam causam potest agere cõtra hæredes pro executione voluntatis testatoris. *l. nulli, vers. & si qua*, & ibi *gloss.* in verbo *licentiam*, vbi *Bart.* & *Bal.* in 3. *notab. C. de Episc. & Cleric. Butr.* & *Abb. in cap. Ioannes, de testam. Buratt. decis.* 144. *n.*1.

Atque executor ad pias causas potest etiam supplere, interpretari, & declarare mẽtem Testatoris; & eius declarationi standum est. *Bal.cons.* 259. *lib.* 4. *& cons.* 468. *n.* 3. *vers. super quo etiam executore, lib.*1.*Anchar.cons.*329.*n.*2. in fin. & *n.*3.*Mant.de coniect. vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 1. *n.*20. *Rota diuers. decis.*365.*n.*2.*p.*5.

38 Quando autem executor testamentarius non est datus ad pias causas, non repræsentat personam defuncti, nec habe-

habetur loco hæredis. Imò si nō adeatur hæreditas, eius officium cessat. *Fulgos. cons.* 75. *n.* 4. *Seraph. decis.* 943. *n.* 6. & adita hæreditate eius potestas pendet à facultate ei data à Testatore. *Bal. in l. id quod pauperibus, n.* 14. *C. de Episc. & Cleric. Seraph. decis.* 1048. *n.* 2.

39 Et est nudus minister, itaut agere non possit, neque conueniri. *Surd. de alim. tit.* 8. *priuil.* 32. *Capr. in tract. de execut. vlt. volunt.* 6. *membr. n.* 12. *vsque* 49. *Grat. discept. Forens. cap.* 339. *n.* 1. cū duobus seqq. potest tamen cogere hæredes ad implendam voluntatem Testatoris implorato Iudicis officio, vel quando res non sit penes hæredem, potest absque alio Iudicis officio per se ipsum implere. d. *l. nulli, C. de Episc. & Cler.* §. *si quis autem pro redemptione. auth. de Ecclesiast. titul. Seraph. decis.* 1048. *n.* 3.

40 Debet tamen executor testamentarius in executione testamenti hæredē requirere, vt bona fides adsit; ne alias videretur clam facere, & cum mala fide, & quia hæredis pręsentia posset inducere eum ad aliquid, quod vtilius sibi foret, nempe ad aliam rem vendendam, vel meliori conditione, maioriuè precio, ex iur. adduct. per *Soccin. de citat. art.* 5. *n.* 12.

41 Fiscus denique repræsentat personam defuncti, vel quando succedit illi, qui decessit nullo relicto hærede in bonis vacantibus. *l.* 1. *ff. de iur. fisc. l.* 1. *& tot. tit. C. de bon. vacant. lib.* 10. cùm sint de regalibus. *cap. vnico, quæ sint regaliæ,* vbi feudistæ omnes, & quomodo habeatur loco hæredis. vide latè per *Peregr. de iur. fisci, lib.* 4. *tit.* 3. *per tot.*

Vel quando succedit condemnato in bonis confiscatis tamquam hæres anomalus, siue hæres extraneus, siue successor iuris in omnibus iuribus condemnati, tàm actiuis, quàm passiuis. *l.* 2. *C. ad l. Iul. de vi publica,* cum alijs adductis per *Peregr. de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 53. *& seqq.* sed non per omnia in eisdem bonis condemnati fiscus habetur loco hæredis. *gloss. Bart.* & alij in *l. inter eos,* §. *fin. ff. de fideiuss. Ias. in l. ex facto,* §. *Iulianus, ff. de vulg. in* 2. *not.* In multis enim non gerit vices hæredis; nam potius æquiparatur successori in prælatura,

vt

vt per *Peregr. d. lib. 5. tit. 1. n.60. & seqq.*

Sed quamuis instantia iudicialis cœpta cum defuncto transeat actiuè, & passiuè ad eius hæredes. *l. si eum hominem*, & ibi notatur *ff. de fideiuss. cap. quia, V. qui violenter, de iud.* non tamen transit cōtra fiscum, quia speciales Iudices habet. *l. si constante*, *§. fin. ff. sol. matr. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. d. tit. 1. n. 65.*

42 Quemadmodum autem, vt dictum est, mortuus naturaliter non potest citari; ita nec mortuus ciuiliter, & appellatione mortis venit etiam mors ciuilis, quando est omnino eiusdem effectus cum naturali. *gloss.* in verbo *non morte, in cap. susceptum, de rescr. lib. 6.* & ibi *Doct. Euerard.* in loco ab æquipollén. *n.10.* & quando eadem est ratio. *Rota in nou. decis. 22. de procur.*

Mors autem ciuilis, vel est necessaria, vel voluntaria, necessaria per deportationem, vel damnationem in metallum; volūtaria per ingressum Monasterij. ita distinguit *Bar. in repet. l. 1. n. 40. C. de sacrosanct. Eccles.*

43 Quantum ad necessariam, deportati mortuorū loco habentur, vt est *tex.* in *l. 1. §. fin. ff. de bon. poss. contra tabulas.* Et deportatus non agit, neque suo nomine conuenitur, & successiuè non potest citari, nec citare, quasi tota obligatio contra eum extincta sit, vt dicitur in *l. si debitori, ff. de fideiuss. l. quotiens, ff. de nouat.* sed fiscus, qui in eius bonis succedit conuenitur, & agit *l. si quis post hac, C. de bon. damnat. Specul. in tit. de actore, n. 14.* Hodie autem bona damnatorum non applicantur fisco; sed debentur ascendentibus, & descendentibus vsque ad tertium gradum, excepto crimine læsæ maiestatis. *auth. bona, C. de bon. damnat.*

44 Et propterea Banniti nostri tēporis æquiparantur deportatis, quando Banniti sunt à Principe, cum confiscatione bonorum. *gloss. in §. relegati,* in verbo *retinent. instit. quib. mod. ius. patr. potest. soluitur Alex. cons. 23. n. 9. & 10. lib. 1.* tunc enim actiones, tàm actiuè, quàm passiuè transeunt in fiscum. *Bart.* in *l. fin. n. 8. ff. de in integr. restit. Bal. in l. 2. in princ. C. ad l. Iul. de vi publica.*

45 Banniti autem expulsi, & exititij, quando eorum bona non sunt publicata, seu confiscata, citare possunt, & citari, sed si citentur ad locum, à quo sunt banniti eiecti, seu expulsi, tanquam citati ad locum notoriè sibi non tutum non tenentur comparere, & processus contra eos non tenent. *l. sciendum. ff. de legation. Clem. pastoralis, §. Pisana quoque Ciuitas, de re iud. Bar. d. l. fin. n. 8. ff. de in integr. restit.* & si citarentur ad locū à quo banniti expulsiue non essent, citatio valeret, & processus. *Soc. de citat. art. 5. n. 48.* tunc enim non intraret ratio *tex.* in *l. Fulcinius, §. quid autem sit latitare, ff. quib. ex caus. in poss. eatur,* nempe quod potest quis latitare non turpi de causa, veluti qui Tyranni crudelitatem timet, aut vim hostium, aut domesticas seditiones. de qua materia loci non tuti plura dicta sunt supra, in *cap. 9. sub vers. de loco in citatione exprimendo, n. 440. & seqq.*

46 Et quod ad sententiam non debeat Rebellis citari, ponit *Nicell. de concord. gloss. concord. 52. fall. 25.* Item quod nec Hostis sit citandus, *sit Grammat. decis. 65. n. 53.*

47 Addo quod etiā decoctus habetur pro mortuo, & non potest agere, nec conueniri in præiudicium creditorum. *Rota Genuen. decis. 1. n. 9. Seraph. decis. 794. n. 17. Rota in recentiss. decis. 226. n. 11. p. 2. & decis. 345. n. 7. par. 5. diuers.*

48 Ad creditores enim pertinent iura, & bona decocti, qui in vnum cōuenientes eligere debent curatorem, seu administratorem bonorum, vel Iudicem adire, qui illum constituat, iuxta dispositionem *l. 2. & l. fin. ff. de curat. bon. dan. Strac. de decoctor. 7. par. n. 6. & 10.* sed *Rot. corā Buratto, decis. 723. n. 4.* declarat hoc non esse verum, vbi quis non fuit declaratus decoctus, nec professus se talem, subiungens, *n. 5.* quod etiam decoctus non prohibetur se defendere. *l. 3. ff. de cess. bon.* vbi *Bar. n. 2.*

49 Quantum ad voluntariam ingrediens Monasterium, seu Religionē habetur pro mortuo ciuiliter. *l. Deo nobis,* vbi *Bar.* not. *C. de Episc. & Cleric.* propria enim voluntate offert se, & sua bona Monasterio. *cap. in præsentia, de prob. auth. ingressi, C. de sacrosanctæ Ecclesijs.*

clesijs. Declarat tamen *Bart. in auth. si qua mulier, C. de sacrosanct. Eccles. n.* 7. quod nō habetur pro mortuo quoad omnia, quia adhuc potest conueniri, & in eum dari libellus, & ferri sententia, & *n.* 9. quærit vtrum hæres institutus in testamento habeat omnia bona statim, an expectabitur mors naturalis, & distinguit, aut mors ciuilis per ingressū Monasterij habet omnino quoad bona effectum, quem haberet mors naturalis, vtputà si quis ingreditur Religionem Fratrum Minorū, qui non possunt habere aliquid, nec in proprio, nec in communi, & tunc putat, quod hæres habebit omnia bona incontinenti, sed quando talis mors ciuilis nō habet omnino eundem effectum, quia saltem in cōmuni potest omnia bona tenere, tunc hæres institutus debet expectare mortem naturalem, & interim erit impendenti, quam distinctionem sequi videtur *Abb.* in *cap. in præsentia*, sub *n.* 58. *& Soc. in consf.* 92. *incipien. Dominus labia mea*, verſ. circa primum per tot. sed quouis modo Monachus, Monialis, & Religiosus citari non potest, per *tex.* in *l.* 2. *ff. de in ius vocan.* ibi *nec eos, qui propter loci religionem inde se mouere non possunt*, vbi *gloss.* exemplificando ait, *vt sunt Monachi, & Heremitæ, sed eorum Prælatus*, vt in *authen. apud quos oporteat causas dic.* §. 1. & quod non Monachi, seu Religiosi sint citandi, sed eorum Prælati post d. *gloss.* dicit *Bart. in eadem l.* 2. *n.* 4. *ff. de in ius voc. Specul. in tit. de citat.* §. *contra, verſ. item non valet citatio ratione citati, n.* 18. & not. in *cap.* 2. *de Iud. lib.* 6. *Socin. de citat. art.* 5. *n.* 45. & dictum est *supra cap.* 11. *sub verſ. de decreto citationis ad domum, n.* 319. & quod mors ciuilis æquipolleat naturali, quando post mortem ciuilem frustra expectatur mors naturalis, vide *Rotam diuerſ. decis.* 92. *n.* 10. *par.* 2. quæ per hanc rationem firmat ex vera, & magis communi Doctorum opinione, quod quando lex, vel statutum, vel pactum defert marito lucrum dotis in casu, quo vxor decedat sine filis maritus lucretur non solùm, quando vxor moritur naturaliter, sed etiam, quando Monasterium ingreditur, & moritur

tur ciuiliter, & prout latius in ea, *n.*11.

50 In beneficialibus mors ciuilis inducitur ex cessione, translatione, & priuatione. *Vital. in Clem. fin. n.*3. *de procurat.* Cedens enim, seu resignans beneficium habetur pro mortuo, itaut citare, & citari nequeat, & sententia contra eum lata sit nulla; sed hoc procedit, quando agitur de priuata vtilitate beneficiatorum; secus quando de vtilitate ipsius Ecclesiæ, quia tunc non diceretur sententia lata magis pro mortuo, quàm pro Ecclesia, quæ semper viuit. *Rota in recentiss. decis.*355. *n.*1. *par.*1.

Atque quod sententia lata contra cedentem non valeat, tanquam contra mortuum, intelligitur verum, quando de tempore latæ sententiæ constaret in actis de cessione, aliàs non. *Seraph. decis.*307. *n.*1.

Similiter sententia contra resignantem valeret, quando non constaret de acceptatione resignatarij, & non esset abdicatum ius à resignante. *Cassad. decis.*1. *n.*7. *de renunc. Caput. decis.*90. *n.*1. *par.*3.

51 Et generaliter sicut mandatum datum per Beneficiatum, seu Rectorem, seu Prælatum Ecclesiæ, per mortem eius naturalem reuocatur. d. *Clem. fin. de procur.* ita etiam reuocatur per mortem ciuilem, nempe quando vel cessit beneficium, vel translatus fuit ad aliam Ecclesiam, vel eadem Ecclesia fuit priuatus, seu depositus, quando scilicet vel per cessionem, vel translationem, vel depositionem vacat Ecclesia, vt post *gloss.* in verbo *reuocari*, not. *Doct.* in d. *Clem. fin. de procur.* & ibi *Vital. in n.*3. *Card. Zabarel. n.*13. *vers. decimo quarto quæro.*

52 Hic noto, quod vbicunque de iure Canonico reperitur imposita pœna mortis, debet intelligi de excommunicatione, quæ separat animam à gratia Diuina: nam Deus est vita animarum, ita not. *Abb. in cap. per venerabilem, n.*21. *vers. nota vltimo, qui fil. sint legitimi,* quod dicit menti tenendum, quia duplex est mors, quædam temporalis, quæ est illa separatio animæ à corpore; alia ciuilis, vt excommunicatio, per quam separatur anima à gratia Dei. Hinc si Prælatus

latus sit excommunicatus, non reuocatur procurator ab eo constitutus, seu officium gerens; sed interim, quod durat in excommunicatione, suspenditur eius officium. ita declarat *gloss.* in d. *Clem. fin.* in verbo *contestata, de procurat.* & sequitur ibidem *Cardin. n.* 15. vers. *decimo sexto quaero.*

PRAESENS IN IVDICIO citari non debet.

53 Quoad secundam conclusionẽ supra in principio huius capitis deductam ex citationis definitione, quod præsens citari non debet, ea probatur in *l. de vnoquoque, ff. de re iud.* ibi, *de vnoquoque negocio præsentibus omnibus, quos causa contingit.* nihil enim dicitur de citatione, sed solum de præsẽtia. & in *l. 2. C. quom. & quando Iud.* quam *Bal.* ita sumat, vbi est præsentia personarum, ibi non requiritur peremptorium. & in *l. etiam si patre, §. fin. ff. de minor.* ibi *nemine de creditoribus paternis præsente, vel ad agendum à Præside euocato,* & sic ibi parificantur præsentia, & citatio.

Hinc Doctores varia dixerunt, vt refert *Socin. de citat. art.* 5. *n.* 21.

Alij enim dixerunt, quod præsens in iudicio, si ob aliam causam venerit, non tenetur respondere, cùm non præcesserit citatio, qua potuerit instrui de eo, quod agendum foret, & pro hoc est *tex.* in *l. 2. ff. de cond. & demonstr.* ibi *nam, vt paruisse quis cõditioni videatur, etiã scire debet hanc conditionem insertam: nam si facto fecerit, non videtur obtemperasse voluntati,* ad idem facit *tex.* in *l. 2. §. legatis, ff. de iud.* ibi *ei quoque, qui ipse prouocauit non imponitur necessitas, intra tempora prouocationis exercẽda, Romæ, vel alio loco, vbi prouocatio exercetur, alijs pulsantibus respondere: nam Celsus huic, & licentiam domum reuocandi dandam ait: quoniam ad aliam causam venerit.*

Alij dixerunt, quod præsens in hoc casu debet promittere, quod certa die respondebit, & pro hoc adducitur *tex.* in d. *l. 2. §. sed & si dubitetur, ff. de Iud.* ibi *debebit cauere iudicio sisti, statuẽte Prætore in quem diem promittat.*

Alij verò dixerunt, quod licet Reus casu venerit corã Iudice nulla præmissa citatione, potest tamen ei offerri libellus, iuxta illud, vbi te inuenero, ibi te iudicabo. *Specul. in tit. de libellorum concept. §. sequitur, n.6. vers. item dicunt quidam.*

Alij quod in processu, & sententia satis est partem esse præsentem, absque eo quod præcedat citatio, facit *tex.* in *cap. qualiter, il 2. §. debet, de accusat.* ibi *debet igitur esse præsens is, contra quem facienda est inquisitio; nisi se per cõtumaciam absentauerit.*

Alij dicunt, quod iudicium potest incipere à partis præsentia, sicut à citatione, & quod finis dilationum expectatiuarum est solum ad comparendum, & tunc præsens non est expectandus, finis autem probatoriarum est probatio, & tunc præsens est expectandus.

Alij dicunt, quod si partes sunt præsentes, licet nulla præcesserit citatio ad audiendam sententiam; tamen sententia valet, & quod stultus est Iudex, qui facit citari partes, quando sunt præsentes: sed contradicunt alij, quod imò Iudex non est stultus; sed cautus, quoad præsentes, vel monet, vel citari facit ad sẽtentiam, cùm posset esse, vt vnus nollet stare.

Concludit in hac varietate idem *Soc. vbi supra d. art. 5. n.22.* quod præsens tenetur respondere, & non potest dicere cites me, si vis quod tibi respondeam; sed debet petere terminum, ad deliberandum, aut ad probandum, vel quid simile faciendum, neque ad hoc est necessaria alia citatio; quia finis citationis est comparitio, videlicet, vt quis se præsentet, & ea quæ sunt ad finem cessant adepto fine, subiungens in *num. seq.* quod citatus per citationem nullam si comparuit, tenetur respondere, non vigore citationis nullæ, sed vigore præsentiæ; & notat quod comparens in termino præsumitur citatus, & non fortuito venisse, & declarat, quod quando præsens nollet comparere, & opponeret non fuisse citatum saltem legitimè, talis oppositio non releuaret, & si Iudex pronunciaret procedendum ad vlteriora saluis exceptionibus, non intelligeretur reseruata exceptio non factæ, vel

inua-

inualidæ citationis, ex quo semel fuit præsens, & recepit debitas dilationes ad suas defensiones, & prout ibi latius per eum.

In hac materia *Ias.* in *l.1. n.12. ff. de in ius vocando*, ponit conclusionem, quod indistincte pars præsens in iudicio, non est aliter citanda: quam tribus modis limitat.

Et primo, quando fit solum ad finem simplicis comparitionis, secus si ad finem responsionis, inferens, quod si aliquem præsentem in iudicio vellet Iudex compellere ad respondendum inquisitioni, non posset, nisi prius illum citaret; quia citatio cōtra inquisitum fit non solum, vt compareat; sed etiam, vt suas defensiones instruat, secundum *Bal. in l. cùm fratrem, C. de his quib. vt indign.*

Secundo limitat, quando citatio requireretur per modum formæ; non enim scientia sufficit, vbi citatio est de substantia. addit tamen hoc pendere ab alio articulo, an quæ requiruntur pro forma sufficiat implere per æquipollens.

Tertio limitat dummodo pars præsens in iudicio certificetur per Iudicem de actu, qui fieri debet; alias censeretur factus, tanquam contra absentem: sed contrariam opinionem amplectitur, quia præsens præsumitur sciens, & ideo testis, qui dicit se scire, quia fuit præsens, optime probat, licet aliter non dicat, quod audiuerit, vel intellexerit, pro quo adducit *tex.* in *§. si quis igitur*, in vers. *præsentibus*, *in auth. de instrum. caut. & fide*, & in *§. oportet*, in vers. *quia etiā præsentibus*, cum alijs allegatis per eum.

Eandem conclusionem ponit *Gabr. de cit. concl.* 1. *n.* 411. nempe, quod in ijs, quæ fiunt parte præsente non requiritur alia citatio, & quamplures allegat, nonnullos tamen cōtrarium tenentes adducit, sed firmat primam opinionem esse magis communem, quam limitat primo, quando pars est informata de actu gerendo, alias secus; sed hanc limitationem cōtrouertit, quia ex quo pars est præsens præsumitur scire actum faciendum.

Secundo limitat nisi quis fuisset citatus ob aliam causam, vtputà si ad finem simplicis comparitionis, quia tūc

non potest cogi ad præcisam responsionem, ex allegatis per eum.

54 At nos quid dicemus? Examinauimus *sup.in cap.1.n.30.* hunc articulum, an citatio sit de essentia substantiali iudicij, stante, quod iudicium possit consistere sine citatione, quãdo partes sunt præsentes, & quod citatio præsumatur ex præsentia, & comparitione citati dictum est *supra in cap.13.sub vers. an, & quando citatio præsumatur, n.99.& seqq.* Hic autẽ dicemus, quod citatio ea ratione est necessaria, ne quid in præiudicium absentis fiat; sed vt venire possit, & se defendere; Ideoque non sufficit vnum sine altero, parum enim esset aliquem esse præsentem, si non habens in promptu suas defensiones, non valeret se tueri.

55 Qui igitur, nulla præmissa citatione, casu reperitur in iudicio, non videtur, quod cogi debeat ad respondendũ, quando vti non instructus petit dilationem, quod si contradicat tanquam instructus, nõ aliter est citandus, & quicquid per Iudicem fit eo præsente, validum est, non autẽ nullum. *Ant. de Butr.in cap.1. de Iud.* vers. *oppono 2. Mil. in repert.* in verbo *citari non debet præsens in iudicio.*

56 Quando verò is, qui post motam litem fuit alias in iudicio, demum reperitur etiã casu coram Iudice, & non citatus, si sententia contra eum feratur, non potest dici nulla ex defectu citationis, quia sufficit alterum de duobus, vel quod sit præsens, vel citatus d. *l.de vnoquoque, ff.de re iud.* & d. *l.etiam si patre, §. fin. ff. de minor.* & quando præsens potest se defendere, satisfactũm est legi requirenti citationem, ex pluribus adduct. per *Vant. de nullit. ex defectu citationis, n.17. & 18.* & ita, quod sit parte præsente, non requirit citationem. *Seraph. decis.1057.n.3 Surd. cõs.227. n.16. in princ.Greg.decis.576. n.2. Caual.decis.117.n.1.* nec etiam decretum potest dici nullum ex defectu citationis, quando fuit factum procuratore præsente. *Bar. in l.probatam, n.7.C.de sentent.Angel. in l.de vnoquoque,* circa med. *ff. de re iud. Greg. decis.503. n.2.* dummodo mandatum sit sufficiens. *Natt. cons.18.n.3. & seqq.*

57 Imò plus operatur præsentia,

tia, quàm citatio: quoniam præsentia supplet defectum citationis, vbi quis fuisset nulliter citatus. *l.1.ff.de fer.* cũ ibi not. per *Bart. Bal.* & alios *Dec. conf.* 187. *col.* 3. *verf. & quia iste citatus Felin. in cap. illud, col* 4. *in* 4. *declarat. de præscr. Tiraq. de retract. consanguin.* §. 9. *gloss.* 2. *n.* 17. *Surd. conf.* 227. *sub n.* 16. adde quæ de cõparitione dicta sunt *sup. in cap.* 13. *sub vers. an, & quãdo citatio præsumatur, n.* 108.

Et qui tanquam certi erant nominatim citandi, si præmissa sola generali citatione contra interesse putantes cõparuissent, per eandem spontaneam comparitionem, & præsentiam reconualidata esset citatio. vt per *Doct.* in d. *l.1. ff. de fer. Alex. conf.* 123. *col.* 2. *lib.* 2. *Rol. conf.* 9. *n.* 36. *lib.* 1.

Sic etiam, qui præsens fuit de tempore, quo testes iurarunt, non potest dare de nullitate ex defectu citationis. *Cassad. decis.* 2. *n.* 3. *de Iud. Achill. de reg. de trien. decis.* 2. *n.* 5. *Rota diuers. decis.* 311. *n.* 1. *par.* 1.

Præsentia partis operatur etiam, vt citatio præsumatur, vt dictum est supra dicto *cap.* 13. *n.* 105. hoc est, quando dubitari posset, an citatio fuisset facta, seu executa, sed quando constaret de citatione, quæ non fuisset executa legitimè, non posset præsentia partis inducere præsumptionem, quod citatio ad eius notitiam perueniisset, vt dictum est *supra in d. cap.* 13. *sub vers. qualiter probetur citationem nulliter executam deuenisse ad notitiam citati, n.* 136.

Atque etiam præsentia partis operatur consensum actui præstitum; quando enim præsens in iudicio non contradixit, nec appellauit, censetur actui consensisse. *Felin. in cap. cùm in iure, n.* 6. *de off. deleg. Caput. decis.* 116. *n.* 10. *par.* 1.

58 Hinc sequitur, quod si citatio requireretur pro forma, nihilominus præsentia sufficeret. *Eugen. conf.* 86. *n.* 14. *&* 17. *lib.* 2. adde *Ias.* in *l.* 1. *n.* 1. *&* 2. *ff. de in ius vocan.* nõ enim refert, quid ex æquipollentibus fiat. *l. mulier, in princ. ff. ad Trebell. l. si mater, C. de instit. & substit. sub cõdit. fact.* cũ alijs per *Euerard. in loco ab æquipollentibus, n.* 1. Aequipollentia autem dicuntur,

tur, quæ habent eandem, vel maiorem rationem, & quorum effectus est idem. *Bal. in l. illud, n. 4. C. de sacrosancta Eccl. Euerard. ibidem, n.3.*

59 Et licet regula sit, quod requisitum pro forma non possit impleri per æquipollens; tamen hoc non procedit, quando forma est data ad certum effectum, quia tūc potest impleri per æquipollens, dummodo sequatur effectus. *l. iubemus, C. de testam. l. 2. ff. de liber. & posthum. Dec. in l. si mater, n. 4. C. de instit. & substit. Put. decis. 252. n. 8. lib. 2. Mant. de tac. & ambig. lib. 2. tit. 4. n. 45. Rota in recent. par. 2. decis. 167. n. 2. & par. 1. decis. 577. n. 9.* & in *recentiss. par. 1. decis. 353. n. 1. & par. 6. diuers. decis. 149. n. 14.*

60 Quod autem, quid factum sit in præsentia partis, non præsumitur, nisi in decreto, seu sentētia exprimatur; Notario enim asserenti, quod factum in præsentia partis, creditur tanquam attestanti non de præterito, sed de præsenti. *Innoc. in cap. cùm in iure, de offic. deleg. Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de sentent. §. iuxta,* verf. *& nota. Abb. conf. 92. n. 3. lib. 1. Anchar. quæst. 29. n. 12. lib. 2.* Et quando ex actis non constat de præsentia partis, illius negatiua clarè est probata, quæ ex inspectione scripturæ concludenter probatur. *l. Titia textores,* vbi *Bar. ff. de legat. 1. Crauett. conf. 138. n. 5. Anchar. d. q. 29. n. 12. lib. 2.*

IMPEDITVS NON debet citari.

61 Quoad tertiam conclusionem supra firmatam de impedito, quod nequeat citari, considero triplex impedimētum, facti, iuris, & naturæ, infirmitatis scilicet, & itineris; & dico factum, vel esse publicum, vel priuatum.

62 Facto publico impediti venire ad iudicium, nequeunt citari: quales sunt Consul, Præfectus, Prætor, Proconsul, & qui Magistratus gerunt. Item Pontifex, dum sacra facit, & qui equo publico in causa publica transuehitur. *l. 2. in princ. ff. de in ius vocan.*

63 Facto autem priuato impediti ad iudicium venire, citari nequeunt, vt est is, qui ducit vxorem, & ea quæ nubit; & qui apud Prætorem causam agit, quique funus ducit

cit familiare, bustaue mortuo facit, d. *l.2. post medium, cum duobus sequentibus, ff. de in ius vocan.*

64 Iuris impedimento citari non possunt illi, quibus reuerentia debetur, sine Iudicis scilicet permissu, hoc est sine venia petita. quales sunt parentes, patroni. parentes dico, siue naturales sint, siue adoptiui, & siue vocarentur nomine proprio, siue alieno: vtputà tutorio. *l. quique, §. Prætor ait, l. parentes, & sequ. & l. sed si hac lege, §. fin. ff. de in ius voc.* Item iuris impedimento, nec potest citari hæres pendente termino ad cōficiendum inuentarium. *l. fin. §. donec, C. de iure deliber.*

65 Naturæ impedimento nequeunt citari infantes, minores, furiosi. d. *l. 4. ff. de in ius voc.* & infirmi. *l. quæsitum, ff. de re iud.* de quibus omnibus, alijsque similibus sigillatim dicemus.

66 Magistratus maiores, quando sunt perpetui, possunt conueniri, & citari, *tot. tit. C. vbi cauf. Fiscal.* & *tot. tit. C. si aduersus fiscum, l. proximè, ff. de his, quæ in testam. delen. Angel. de Perusio in l. 2. n. 4. ff. de in ius voc.*

67 Quando autem sunt temporales, nō possunt citari, nec citare durante officio, *tex.* est in *l. pars litterarum, ff. de Iud.* ibi *Magistratus, in quo Magistratu sunt, anno illo non ingrediantur iudicium propriū, neque persequendo, neque fugiendo,* & inferius *cùm autem exierint Magistratum, & ipsis aduersus fugientes, & fugientibus aduersus illos introducenda sunt iudicia.*

68 Magistratus autem minores possunt citari etiam durante officio, *tex.* est in *l. nec Magistratibus, ff. de iniur.* ibi *sed vtrum deposito Magistratu, an verò quandiu est in Magistratu? sed verius est, si is Magistratus est, qui sine fraude in ius vocari non potest, expectandum esse, quod à Magistratu abeat. Quod si ex minoribus Magistratibus erit, idest, qui sine imperio, aut sine potestate sūt Magistratus, etiā in ipso Magistratu posse eos conueniri.*

69 Declara tamen, quod propter impedimentum officij, seu Magistratus maioris, non potest quis in ius vocari in loco sui Magistratus; secus autem alibi. *gloss. 1. in l. præsens, C. de Episc. aud. Alex. in d. l. 2.*

d.l.2. n.1. & ibidem *Iaſ. in repet. n.3. verſ. quarto notabiliter*.

Sed etiam in loco Magiſtratus poteſt Iudex conueniri coram Principe, qui ſolutus eſt legibus. Item pro delictis in officio commiſſis, item in caſu, quo à iure eſſet impoſita pœna remotionis ab officio, ſi enim expectaretur finis officij, fruſtra fieret talis amotio; Item quando actio eſſet tempore peritura, poſſet conueniri vſque ad litis conteſtationem. *Iaſ.* in d. *repetit. l.2.* vbi ponit octo limitationes, *n.2. & 3. Alex. ibidem n. 1.* adde *Socin. reg.* 249. in verbo *Magiſtratus*, vbi *ponit regulam cũ quinque fallentijs*.

Declara etiam, quod licet Magiſtratus non poſſit citari, vt compareat durante Magiſtratu; poteſt tamen citari, vt compareat finito Magiſtratu. *Bar.* in d. *l.2. n.2.* & ibidem *Iaſ. in repet. n.1. limit.1.* iuxta *tex. in l. in tempus*, ibi *cùm capere poterit, ff. de hered. inſtit.*

70 Et quando locus eſt priuilegio, vt non poſſit quis citari, non tenetur comparere, etiam per procuratorem; alias nullum eſſet priuilegium. *Bar.* in *l.2. §. ſi quis in iudicio, ff. ſi quis caut. Alex. in d. l.2. n.2.* & ibi *Iaſ. in repetit. ſub n.1. ff. de in ius vocan.*

71 Sacerdos dum ſacra facit, vel diuinis aſſiſtit, non poteſt in ius vocari. d. *l.2. ff. de in ius voc.* quod intelligunt ibi *Doct.* vt non poſſit citari ad comparendum tunc in iudicio; ſed bene poſt finitum ſacrum. Sed animaduertunt etiam, quod citatio nõ poteſt fieri in Eccleſia, ne turbetur diuinum officium, cùm nullus ſtrepitus fieri debeat in Eccleſia. *cap. decet, de immun. Eccleſ. lib.6. Angel. de Peruſ.* in d. *l.2. n.2. ff. de in ius voc.* At ſi Sacerdos extra Eccleſiam citaretur, vt compareret coram Iudice Eccleſiaſtico in tertijs, & ſic in tempore, quo Miſſam populo deberet dicere, vel diuinis aſſiſtere, non teneretur comparere, & non fieret contumax. *Caſtr.* in d. *l.2. n.3. ff. de in ius voc.*

72 Præco publicus, qui vadit per Ciuitatem præconizando, non poteſt in ius vocari tempore præconizationis. vt in d. *l.2. ff. de in ius voc.* vbi *Bar. n.5.* dicit feciſſe liberari quendam Præconem captum

pro

pro debito dum iret per Ciuitatem præconizando; quia non potuit vocari in ius tempore præconizationis; pro eo scilicet, quod ad Rempublicam pertineret; secus si ad priuatum. *Angel. de Peruſ. d. l.2.n.2.* vbi notat, quod omnes isti, qui non possant in ius vocari propter huiusmodi impedimenta, si caperentur, tanquam iniustè capti deberent relaxari; sed benè possunt verbaliter citari conferendo in tempus non prohibitum, vt in d. *l. in tempus, ff. de hæred. instit.*

73 Nuptijs impeditus, vir scilicet, qui ducit vxorem, & mulier, quæ nubit, & ducitur ad sponsum, non possunt citari, & compelli comparere ad litigandum coram Iudice in illis diebus, quibus de more nuptiæ celebrantur. *Castr.* post alios in d. *l.2.n.5.*

74 Iudicio impeditus, hoc est, qui debet stare in vno loco coram vno Iudice, non potest citari in alio loco coram alio Iudice; nisi vocetur ad maius Tribunal. *gloss.* in d. *l.2. ff. de in ius voc.* in verbo *agit*, vbi *Bar.* infert, quod ille, qui recommendatur in carceribus per Iudicem in vna causa, non possit per alium recommendari ex alia causa, ex dictis per eumdem in *l.2. §. qui exhibendi, n. 4. ff. de custodia reorum, & Bal. in l. quique, ff. de in ius voc. n.1.* dicit, quod sic, distinguendo, quod in actibus, qui impediunt se in concursu, primo Iudici est obediendum, vt in d. *l. quique*, sed vbi non est impedimentum per concursum, cuilibet Iudici est obediendum, vt in d. *l.2. §. fin. ff. de custod. reorum.*

Et ideo si eodem tempore citetur quis coram diuersis Iudicibus, tunc citatus debet accedere ad maius Tribunal, & citatio coram minori non valet. *l. contra pupillum, §. is, qui ad maius, ff. de re iud.* nisi citaretur pro diuersis causis cõpatibilibus; quia in vtraque debet respondere, & cuilibet Iudici obedire, quando non se impediunt in concursu, aliàs distingue, vt latè per *Bar.* in d. *l.2. §. qui exhibendi, n.2. ff. de custod. reorum.*

75 Funere familiari impeditus citari nequit, d. *l. 2.* ibi *neque funus ducentem familiare, ff. de in ius voc.* quæ verba non sunt intelligenda ad litte-

litteram de solo actu, quo cadauer de domo extrahitur, & fertur ad Ecclesiam, vsque in quo sepeliatur; sed ciuiliter pro toto illo tempore, quo iusta fiunt defuncto, nouem scilicet dierum spatio, iuxta *textum*, in §. *sancimus itaque*, in *auth. vt cùm de appell. cognosc.* cuius verba sunt hæc, *sancimus itaque nulli penitus esse licentiam, aut hæredes, aut parentes, aut liberos, aut Coniugem, aut Agnatos, vel Cognatos, aut alios Affines eius, aut fideiussores, ante nouem dierum spatium, in quibus videntur lugere; conueniendi, aut quocunque modo inquietandi, aut aliquam admonitionem eis offerendi, aut in iudicio eos vocandi, siue debiti gratia, quod à defuncto descendit, siue alterius cuiuscunque causæ nomine ad memoratas personas specialiter pertinentis; si vero intra nouem dierum spatium aliquis ausus fuerit quãlibet de prædictis personis aut conuenire, aut aliquam cautionem, seu promissionem, vel fideiussionem exigere ab ea, hæc omnia inualida esse decernimus*, vbi *gloss.* in verbo *inualida*, notat, quod quædam funeris causa conceduntur, quæ alias non cõcederentur: & in *auth. vt defuncti, seu funera eorum non iniurientur à creditoribus*, in princ. prohibentur creditores mortuis, & moribundis funeribus eorum domui, & rebus, ac familiæ iniuriam inferre, absque iudiciali decreto; & in *l. fin. C. de sepulchro viol.* sancitum est ratione debiti sepulchra defunctorum non posse impediri cum *duabus authenticis sequen.* & in *l. fin.* §. *in computatione, C. de iure deliberãdi*, datur licentia hæredi retinendi quicquid in funus expendit. Et quod familiare funus intelligatur, siue sit de suo genere, siue de seruis, siue seruitoribus, notat *gloss.* in d. *l.* 2. in verbo *familiare*, *ff. de in ius voc.* per *tex.* in *l. pronunciatio*, §. *in communi*, *ff. de verborum significat.*

76 Reuerentiæ ratione plures sunt, qui nequeunt citari nõ petita venia, videlicet parentes, patroni, & patronorum parentes, & liberi. *l. quique*, §. *prætor ait*, *ff. de in ius voc.* vbi *gloss. Castr. & alij*. Et filius adoptiuus nedum citare nequit sine venia patrem naturalem, sed nec etiam patrem adoptiuum. *l. adoptiuũ*, vbi

vbi *gloss. & DD. ff. de in ius voc.* atque sicut filius non potest in ius vocare matrem sine venia, ita nec mater filium; cùm ius reuerentiale mutuum sit inter eos. *l. sed, & si §. si liberta, ff. de in ius vocan.*

Illi etiam nequeunt sine venia citari, qui habentur loco parentum, quales sunt socer, socrus, pater spiritualis, qui leuauit à sacro fonte, qui parentis locum obtinent. *l. generaliter*, & ibi *gloss.* & *Angel. de Perusio, ff. de in ius vocan.*

Item Ciuis acturus contra Patriam, seu eiusdem Ciuitatis defensorem debet veniam petere; cùm patria loco patris habeatur. *l. 1. §. si ea, ff. de ventre in possess. mitten.* ibi *partus enim iste alendus est, qui non tantum parenti, cuius esse dicitur, verum etiam Reipublicæ nascitur*, & *l. veluti, ff. de iust. & iure*, ibi, *vt parentibus, & patriæ pareamus*, vbi *gloss.* addit *pugna pro patria dixit Cato*. Imperator etiam, & Papa sunt loco parentum omnium fidelium. *l. Imperialis, C. de nupt. Angel. de Perus. in d. l. generaliter, n. 3.* & cùm Imperator sit loco patris magis curare debet numerum Ciuium, quàm diuitiarum. *l. cùm ratio, § si plures, ff. de bonis damnat.* ibi, *sed & Diuus Adrianus rescripsit fauorabilẽ apud me causam liberorum Albini filiorum numerus facit: cùm ampliari Imperium hominũ adiectione potius, quàm pecuniarum copia, malim*. Et quod non solum pater spiritualis, qui alterius filium leuauit à sacro fonte; sed etiam qui tenuit ad Crisma, quod ob reuerentiam nõ possit vocari in ius sine venia, dixit *Soc. in tract. de citat. art. 20. sub n. 74. vers. & quod dixi*.

Abbas etiam à suo Monacho non potest in ius vocari sine venia. *Alex. in l. generaliter, n. 13. ff. de in ius voc.*

Maritus autem ab vxore, & è conuerso, citari potest venia non petita. *Alex. in d. l. generaliter, n. 14.* quid autẽ de Domino feudi à Vassallo, de Clerico, de Rectore Parochialis, de Magistro, de Nouerca, an possint vocari in ius sine venia: vide *Iaf. in d. l. generaliter, per totam*. Et quod filius in omni statu debeat patrem honorare, notat *Doct. in l. 3. § prætor ait, ff. de in ius voc.* inferentes, quod etiam

etiam si filius efficiatur Papa; tamen debet reuerentiam patri. *Iaf. ibidem, n.* 14.

77 Venia petenda est à Iudice, non ab eo, cui reuerentia debetur. *l.* 3. §. *prætor ait, ff. de in ius voc.* ibi *prætor ait parentem, patronum, patronã, liberos, parentesq; patroni patronæque in ius sine permissu meo ne quis vocet*. Et propterea, qui vult petere veniam à Iudice, debet illum adire, & notificare qualiter vult eum, cui reuerentiam debet, conuenire, & successiue petere, vt contra eum citationem cõmittat, eumque citari mandet. *Castr.* in d. §. *prætor ait, n.* 1. nec præmitti debet pro hac venia, seu citandi licentia obtinenda aliqua parentis, patroniuè citatio; cùm permissio Iudicis requiratur, antequam vocetur. vnde ait *Bal.* in d. §. *prætor*, quod quando statuta requirunt citationes fieri certo ordine præmisso, tunc ad effectum præmittendi illum ordinem, non debet pars citari.

78 Iudex itaque requisitus pro veniæ concessione, debet explorare, quæ lis sit mouenda; quia si famosa non sit, illam statim committere debet, absque eo, quod requirat, quæ intentanda sit actio. *Castren. in d.* §. *prætor ait, n.* 1. *& in additione, n.* 2.

79 Venia autem non petita processus esset nullus, quando fieret citato absente, & contumace; secus si compareat, & non cõtradicat. *l. quãuis, ff. de in ius voc.* volenti enim non fit iniuria, & si à principio non contradicit, consentire videtur. ita *Bart.* in d. *l. quamuis, n.* 2. sed *Bal.* dicit ibidẽ in fine, quod processus non tenet, quasi ordo omissus reddat citationem nullã, & ideo subiungit, quod si citatio habet vitiũ expressum, vtputà si in citatione sit expressa qualitas personæ citandæ, idest N. pater, seu N. Auus; tunc citatio est nulla, etiamsi compareat propter omissum ordinem citandi; si vero qualitas non sit expressa, itaut ex lectura citationis nõ appareat personã citandi non esse de illis, qui sine venia citari non possunt, citatio valet, quando scilicet comparet. alleg. *Innoc. in cap. præsentia, in fin. de dilat.*

80 Petenda etiam est venia, siue quis nomine proprio, siue etiam alieno, vtputà tutorio

torio nomine, agat contra eum, cui reuerentiam debet; secus si cõtra illius Tutorem, vel Curatorem. *l. sed si hac lege, §. semper autem hunc honorem, ff. de in ius voc.* plura de hac venia petenda cumulauit *Soc. de citat. art.* 20. *n.* 74. *&* 75.

81 Infans citari non potest. *l. quique, in princ. ff. de in ius voc.* propter impedimentum scilicet naturæ, cùm vim loquendi nondum habeat; infans autem intelligitur, qui est minor septem annis. *l. si infanti, C. de iur. delib.* Et si quis citetur ad comparendũ legitimè, & constet, quod sit infans, citatio est nulla. *Castr. in l.* 2. *in fin. ff. de in ius voc. Afflict. decis.* 262. *n.* 1. & processus contra eum non valet, idem *Afflict. ibidem n.* 3. *Vant. de nullit. ex defectu citat. n.* 69.

82 Infirmitatis ratione quis citari non potest; quia si infirmus est corpore, vt febricitans, non potest comparere ad se defendendum, quod de graui, non autem de leui febricula intelligendũ est. *l. quæsitum est*, vbi *gloss. & Doct. ff. de re iud.*

83 Si infirmus est animo, vt furiosus, licet possit ad iudicium venire, nequit tamen sano iudicio contradicere: Ideo citari nequit, d. *l. quique, in princ. ff. de in ius voc.* & est animi vitium, quod corporis sanitatem nõ tollit. *l.* 1. *§. apud Iulianum, ff. de edil. edict.*

84 At si infirmus sit corpore, & animo, vt phreneticus, d. *l.* 1. *§. apud Iulianum*, ibi *velut contigerit phrenetico, ff. de edil. edict.* multo minus citari potest; cùm nec venire possit ad locum iudicij, nec se tueri, sed quid si contra infirmum citatum fuerit lata sententia, an valeat. Dic quod si lata sit contra furiosum, est ipso iure nulla. *l. furioso, ff. de re iud.* si vero sit lata contra phreneticum, valet, sicut cõtra infirmum; quia illud vitiũ animi causatur à febri, & vitio corporis. *l. ob quæ vitia*, in princ. & in *§. in summa, ff. de edil. edic.* spectatur enim solum vitium corporis, quod est potentius, quo cessante cessat phrenesis. & propterea cùm quæritur de validitate sententiæ, attendenda est dispositio d. *l. quæsitum, ff. de re iud.* quæ loquitur de impeditis vitio corporis, non autẽ dispositio, d. *l. furioso, eod. tit. ff. de re iud.* quæ loquitur de

 impe-

impeditis vitio animi.

85 Sententia contra infirmum lata per Iudicem, qui sciebat infirmitatem, est ipso iure nulla. *Castr.* in d. *l.quæsitum, ff. de re iud.* Et citatio non valet, si citetur is, qui venire non potest propter impedimentum infirmitatis Principi notam. *Bart.* in d. *l.quæsitum, Specul. in tit. de citat.* §.1. *sub n.*10. vers. *Item quod valetudine*, & vers. *etiam quod erat infirmus. Afflict. decis.*29. *circa fin. Rol. cons.*39. *n.*26. *lib.*1. Et impedimentum, quando est notorium, non est necesse, vt allegetur. *Boer. decis.*40. *n.*7. *Villalob. lib. commun. opin.* in verbo *citatio*, *n.* 59. vtile tamen est allegare, & protestari per se non stare. *Boer. d. decis.*40. *n.*8.

Sed si Iudex ignoraret infirmitatem, & contra infirmũ citatum ferret sententiam, ea valeret, restitutio tamen daretur contra illam, saltem ad appellandum. *gloss.* in d. *l.quæsitum*, in verbo *iudicata, ff. de re iud. Gabr. cons.*50. *n.*1. *lib.*1. *Mynsing. singul. obseru. cent.*4. *obseru.*57. *n.*1.

86 Et propterea citatus si nõ allegat impedimentum infirmitatis, seu aliud iustum, quo detinetur, & contra eum feratur sententia mero iure, tenet *Specul.* in d. *tit. de citat.* §.1. *sub n.*10. *vers. Item quod erat infirmus, Bart. in l.*2. §. *si quis in iudicio, ff. si quis caut. Mohed. decis.*2. *de appellat. n.*1.

Ad allegandum autem impedimentũ debet citatus mittere excusatorem, cuius munus est proponere factum, & solam causam, & impedimẽtum, vt dictum est *supra cap.*9. *n.*459.

Non autem tenetur mittere procuratorem, cuius munus est proponere ius, seu defensiones citati. *l.*1. *ff. de proc.* maxime si causa sit grauis, & ardua, & sua intersit per se ipsum, non autem per procuratorem litigare. *gloss.* magistralis in *cap. cùm dilecti*, in verbo *responsalem, de dol. & contum.* aliàs, si iustè impediti tenerentur cõparere per procuratorem, nullum esset eorũ priuilegium. *Bart. in l.*2. §. *si quis in iudicio, ff. si quis caut. Alex. in l.*2. *n.*2. *ff. de in ius vocan.*

87 Nota tamẽ tres casus, quibus non sufficit mittere excusatorem; sed impeditus debet comparere per procuratorem.

Pri-

Primus est quando is, qui cœpisset præscribere, citasset impeditum; nam & si citatio interrumpat præscriptionem; tamen si citatus stante impedimento non compareret per procuratorem, sed solum excusatorem mitteret, præscriptio non interrumperetur, sed adhuc curreret lite non contestata, ad *tex.* in *l.*1. ad fin. *ff. de diuers. & tempor. præscr.* ibi *planè is, qui ea valetudine vtitur, vt mandare possit, in ea causa est, vt experiundi potestatem habeat*, cum not. ibi per *Bart.*

Secundus, quando impedimentum, vel esset perpetuum, vel diu duraturum; tunc enim debet mitti procurator, ne alias ius partis aduersæ deterius fieret. *l. fin. C. de procur. l.* 1. *&* 2. *ff. de in ius voc.*

Tertius, & vltimus, quando impedimentum, vel esset voluntarium, vel non probabile; tunc enim non excusaretur mittendo excusatorem, sed deberet comparere per procuratorem, nisi fortè procuratoris copiam habere non posset. *cap. querelam, de procur. Castr. in l. quæsitum, ff. de re iud. Mynsing. sing. obseru. cent.*4. *obseru.* 58. per tot. & quod impedimentum debeat esse necessarium, & ineuitabile, ad hoc, vt excuset, & probanda sit diligentia pro eo amouendo, dictum est supra *cap.*9. *n.*457.

88 Quando citatus, qui non comparuit, allegat impedimentum pro nullitate actus contra eum gesti, & aduersarius negat, tunc alleganti sufficit iurare, si sit persona fide digna, ad *tex.* in *l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re mil.* & attenta qualitate, siue personæ, siue causæ, attentisq; alijs circumstantijs Iudex arbitrari poterit, an eiusdem allegantis iuramentum sit admittendum. *Doct.* in *d. l.* 2. *§. quod diximus, ff. si quis caut. Mynsing. d. obseru.* 57. *n.* 2.

Probato itaque legitimo impedimento sententia lata retractabitur ratione solius impedimenti, & nullitatis. *l.* 1. *§. item cùm ex edicto, ff. quæ sententiæ sine appellatione rescind.* eo autem non probato rescindi non poterit sententia, nisi ratione iniustitiæ, & appellationis. *cap. cùm Bertoldus, de re iud.* & dictum est supra *cap.*7. *n.*389.

LEGITIMAM PERSONAM standi in iudicio non habentes nõ sunt citandi.

89 Quoad quartam conclusionem, quod citari nequeant illi, qui non habent legitimã personam standi in iudicio, ea intelligenda est ad effectum iuris experiundi, non autem comparendi legitimè, nam in iudicio per se stare non possunt filijfamilias, & existentes in aliena potestate sine auctoritate Patris. Item nec Monachi sine consensu Abbatis, neque Pupilli, sine auctoritate Tutoris, & minores sine auctoritate Curatoris. Et idcirco acturus iudicium cum illis, debet eos citare ad comparendum legitimè, scilicet cum consensu, & auctoritate illorum, sine quibus non habent personam legitimam standi in iudicio. *l.* 1. *&* 2. *C. qui legit. pers.* Et quando citaretur maior infante, & adultus, minor tamen 25. annis, debet citari ad comparendũ legitimè. *gloss. in l. quique*, in verbo *infantes*, & ibi *Angel. ff. de in ius voc.* Sed quando citatur infans citatio est nulla, etiam si citaretur ad comparendum legitimè. *Castr.* in *l.* 2. in fine, *ff. de in ius voc.* pro infante enim debet citari Tutor, vt iudicium suscipiat. pro maiore autem infante Tutor non tenetur iudicium suscipere; sed satis est, vt præstet auctoritatem; & ideo maior infante citatur ad comparendum legitimè. *tex.* est in *l.* 1. *S.* 1. *ff. de administr. & peric. tutorum*, ibi *ita tamen, vt pro his, qui fari non possunt, vel absunt, ipsi Tutores iudicium suscipiant, pro his autem qui supra septimum annum ætatis sunt, & præsto fuerint, auctoritatem præstent.*

Et qui acturus est contra filium in patria potestate existentem, debet vel illum citare ad comparendum legitimè, scilicet cum consensu, & auctoritate Patris, vel debet citari Pater tanquam legitimus administrator bonorum filij. *l.* 1. *C. de bonis maternis*, & Patre recusante dabitur Curator. *l. fin. S. fin autẽ Patre recusãte, C. de bonis, quæ liber. Alex.* in *l. neque impuberes, n.* 1. *ff. de in ius voc.*

INTERESSE NON HAbens, non est citandus.

90 Quoad quintam conclusionem,

nem, quod citandus non sit is, qui non habet interesse, & non potest actum impedire, nulla cadit dubitatio, cùm citatio necessaria sit propter defensionem, vt quis possit se actui opponere, & parare suas defensiones, ad hoc vt Iudex inter partes cognoscere possit, interloqui, & diffinire, iuxta ea, quæ latè dicta sunt *supra in cap.8.n.15.* & dũ quis nullam habet defensionem, eam sine dubio proponere non potest; cùm non entis nullæ sint qualitates. *l.eius qui in Prouincia, ff. si cert. pet.* & frustratoria esset vocatio illius, qui actui non valeret contradicere, & quo inuito posset expediri. *l.qui potest inuitis,* vbi *gloss.* & *Doct. ff. de reg.iur.*

Hinc si mortuo vno Auditore, alter subscribere debeat sententiam, non tenetur aliquem citare; quia citatio nõ esset profutura. *Put.decis.348. lib.1.* sic etiã Auditor vigore Innocentianæ potest fatalia prorogare parte non citata, cùm nequeat contradicere. *Cresc.decis.3.n.4.& 5. de offic. deleg.* Et quando citatus fuit is, de cuius interesse agebatur, parùm interest si alius instetisset se citari, & citatus non fuisset; quia sufficit citatum fuisse interesse habentem, & per eum causam fuisse defensam. *Rot. post Zacch. de oblig. Camer. decis. 54. n. 4. Couar. pract.quæst.cap.13.n.5. Mant. decis.350.n.5.*

91 Et parum est etiam si in translatione pensionis, coram executore facultatis transferendi, non fuerit citatus Titularis, quia contradicere, & actum impedire non poterat, licet postea translationẽ propter aliquem defectum possit impugnare. *Oldrad. cons. 95. n.17. in fin. Gabr. de citat. conclus.1. limit. 16. n.34. Rota in recent. par.2. decis.733.n.9.*

92 Et quando Ordinarius processit per modum gratificationis, seu voluntariæ, non autem cõtentiosæ iurisdictionis, nemo citandus est, cùm nemo contra gratificationem opponere queat. *Rota in recent. par.1. decis.591. n.6.*

93 Ita etiam gratia iustificata censetur quoad narratiuam per testes examinatos nemine citato, quando de tempore gratiæ non aderat contradictor, qui posset citari. *Alex. in l. si filius familias, §. diui, n.8. & 9.* & ibi *Ias. in prima lect. n.51. ff. de leg. 1. Bal. in*

l.nec quicquam,§.vbi decretũ, n.22.ff.de offic.proconſ.& leg. Caual. deciſ.596.n.2.

94 Et ad probandum obitum alicuius ſufficiunt teſtes examinati officio Iudicis nemine citato; quando non adeſt lis, nec aliquis qui poſſit contradicere. *Bald.* in *cap.quia frequenter, §.porro, vt lit.non conteſt. Dec.in cap.1.col.4. de fid. Inſtr.Veſtr.in prax.lib.6. cap.2.n.1. Gabr.de citat.concluſ.1.n.499. limit.* 104.

95 Sic etiam Dominus directus in actu, qui gereretur cũ emphiteota, non eſſet citandus, quando non poſſet actũ impedire. *Afflict. deciſ.* 191. *n.6.*

96 Et in reformatione Bullæ non requiritur partis citatio, quia ea inuita poteſt fieri, multo magis ea ignorante, & abſente. *Rebuff. in prax. tit. de reform. & correct. Bullæ, n.*8.

97 Nec etiam in inſinuatione donationis requiritur alicuius citatio, cùm alteri non præiudicetur, quàm donanti. *l.ſi Auia veſtra, C.de donat.Vitalin. de clauſul.* verſ. *an legibus inſinuationem exigentibus poſſit renunciari, n.*175.

98 Et in nũciatione noui operis, quando conſtat nuncianti ius non competere, non demolitur opus, quamuis prohibitio præceſſerit. *Bar.* in *l.1.ff.de nou.oper.nunc.n.6. Surd.conſ.*154.*n.*20.

99 Hac eadẽ ratione pro euictione non eſt neceſſe denunciare authori moleſtias, quando conſtat nullam defenſionem competere. *Crauet.in conſ.*83.*n.6.Surd.cõſ.39.n.20.* ſed de euictione tenetur venditor etiam non intimata ſibi lite, quando etiam intimatus non haberet quid opponeret. *Rota in recentiſſ.par.1.deciſ.*388.*n.4. adde Fachin.controuerſ.iur.lib.2.cap.37.per tot.*

100 Et vt quis dare poſſit de nullitate actus, ex eo quod nõ fuerit citatus, debet aliquid adducere, vnde appareat, q̃ ſi fuiſſet citatus, potuiſſet actũ impedire. *Vant.de nullit.tit. quib.mod.ſententiæ nullit. defen.poſſit, n.*108. *Surd.conſ.*181.*n.*28. *& conſ.*227.*n.*17.

101 Aduerte tamẽ, quia quod non ſit citandus ille, cui non competit aliqua defenſio, nõ intelligitur, quando in potentia poſſit competere. *Caput.deciſ.*114.*n.2.par.1.* nec valet argumentũ, quod etiamſi fuiſſet citatus non potuiſſet ſe defendere, quia poſſet eſſe,

quod

quod aliquid in contrarium potuisset probare, vt per *Monach. in decis. Florent. 27. n. 7.*

102 Item aduerte, quod detentor, & multò magis possessor semper est citandus; vt enim dicitur in *l. nec Imperiali, C. si per vim, vel alio modo, Nec imperiale responsũ, quod supplicatio litigatoris obtinebit; nec interlocutio cognitoris, ex quacunque parte innouare possessionis statum, eo qui rem tenet absente permittit; quia negociorum merita partium assertione panduntur.* quo circa quicquid fit à Iudice in præiudicium possessoris non citati, reuocatur. *Cap. Ecclesia S. Mariæ, de Constit.* ibi, *quod à Senatore factum fuerat in præiudicium Monasterij nõ conuenti, nec confessi, vel conuicti, in irritum reuocantes, easdem possessiones restituendas sibi sententialiter definimus.*

103 Nec potest obijci possessori, quod ei non competat defensio, vel quod sit spoliator; quia citatus posset docere de iure suo retinendi, iuxta *tex.* in *cap. licet Episcopus, de præben. in 6.* ibi *illum tamen cui contulerit, non debebit, te non vocato, cùm tibi forsan ius possit competere retinendi, in possessionem ipsius inducere corporalem*, & qui asseritur spoliator, potest plura ad excludendum spolium, quando citatus est, adducere, & vel negare factum, vel allegare posteriorem conuentionem. ad *tex.* in *cap. solicitè, de restit. spoliat.* vel docere de suo titulo, & iure proprietatis. *cap. 1. de reg. iur. in 6. l. 2. §. quædam*, cum ibi not. per *Bart.* & alios, *ff. de interdict. Peregr. in tract. var. de iurisd. ord. & deleg. lib. 1. ad cap. consultationibus, de offic. deleg. n. 3. & 5.*

104 Vt autem citatio non sit necessaria ob defectum defensionis, seu iuris, debet esse defectus notorius. *Abb. in cap. accepta,* vers. *concludo igitur, de restit. spoliat. Fel. in cap. 1. col. 10. ad fin.* vers. *non idem benè facit, & n. 25. ad med. de iureiur. Menoch. de adipisc. poss. rem. 4. quæst. 56.* vers. *declaratur primo, n. 450. Grat. discept. forens. cap. 339. n. 25.*

105 Et nullam habere excusationem; alias enim etiam in notorijs intrat regula. *l. de vnoquoque, ff. de re iud.* quod in vnoquoque actu pars sit citanda. *gloss. in cap. cùm dilectis filijs, de purg. can. gloss. in*

cap. cùm sit Romana, §. *praeterea*, vbi *Innoc.*& alij,& *Franc. de appell. Felin.in cap.*1.*col.*4. *de iud.* maximè, quando notorium potest habere aliquā defensionē.*Archid.in cap.qua Lotharius*,2.*quaest.*1.*& cap.*1. *col.*2. *de offic. deleg. in* 6. *Aret. conſ.* 136. *col.*8. *& seq. Gabr. de citat. concl.* 1. *n.* 2. *Eugen. conſ.*87. *n.*1. *cum duobus seqq. lib.*2.

106 Hinc contra delinquentem notorium, & inexcusabilem non requiritur citatio, nec ei datur terminus ad se defendendum. *Gem.* in *cap. ordinarij*,§.1. *de offic.ord.in* 6. *Felin. in cap. cùm non ab homine, de Iud. n.* 5. *Grammat. decis.*36. *n.*58.

107 Et quādo culpa esset notoria, & inexcusabilis, Dominus posset priuare feudo Vasallum etiam non citatum, & ita notorium rebellem feudis, & rebus suis priuare. ex pluribus allegatis per *Peregr. de iur. fisci*, *lib.*1. *tit.*3. *n.* 57. *&* 58.

108 Sed quando dicatur notorium esse tale, vt sit excusabile, docet *Aret. in cōs.*165. *col.*8. verſ. *venio ad secundū*, *Abb. in cap. vestra*, *de cohab. Cleric. & mulier*, nempe, quod licet factum sit tale, quod secundum suum genus sit prohibitum; si tamen aliquo casu licitè fieri potest, factum illud, quamuis notorium, non potest censeri inexcusabile. *Peregr. de iur. fisci*, *lib.*1. *tit.*3. *d. n.*58. & in *conſ.*26. *n.*20.

109 Tunc etiam dicitur notorium excusabile, quando Periti fuerunt electi de consensu partium, licet enim standum sit eorū relationi. *Gabr. de citat. concl.*1. *n.*348. non tamen potest dici, quod quis non sit citandus, quasi non possit contradicere, quia si citaretur, posset rationes aliquas adducere, quibus Periti fortè traherentur in aliam sententiam. *Bar. in l. Theopompus*, *n.*9. verſ. *quandoque statur eius relationi*, *ff. de dot. praeleg.* & in *l. qui bona*, *n.*3. verſ. *sed ante*, *ff. de damn. infect. Buratt. decis.*56. *n.*1.

110 Excusabile etiam notorium tunc diceretur, quando siue Princeps, siue Communitas imponeret onera pro tali necessitate, vt etiam exempti tenerentur contribuere; licet enim factum esset notorium, tamen exempti essent citandi ad videndum fieri talem impositionem, vt videre

possent

possent nunquid talis necessitas imineret. *Rolan. cons.76. n.30. lib.2.*

111 Inexcusabile autem notorium tunc dicitur, itaut is cui notorie non competit defensio, citandus non sit; quando Princeps cõcedit aliquid, quod pendet ab eius voluntate; tunc enim is, etiam cui fit præiudicium, non est citandus, quia non potest contradicere: cùm Princeps nemini faciat iniuriam, quando vtitur iure proprio. *Surd. cons. 323. n.41. & 42.*

112 Et propterea, quãdo Princeps in præiudicium vnius aliquid alteri concedit, cum hac clausula, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis; tunc clarè constat, quod Princeps illi vult præiudicare, qui cùm notorie non possit contradicere, non est citandus. *Surd. cons.1. n.94.* & quando apparet de voluntate Principis, quod vult tertio præiudicare, non est necessaria citatio, quãdo potest præiudicare inuito. *Bellon. cõs.28. n.14.*

113 Sic etiam Abbas, quando vult amouere Monachum ab officio ad nutum amouibili, non tenetur illum citare, cùm notorium sit illum non posse contradicere in his, quæ à mera voluntate Abbatis dependent, secus si vellet remouere propter delictum; quia cùm posset se à delicto excusare, esset citandus. de quo vide latè *Mandos. cons.56 per tot.*

DECLARANS NOLLE comparere non est citandus.

114 Quoad sextam, & vltimam conclusionem negatiuã supra firmatam, quod qui expresè, vel tacitè declarauit nolle comparere, seu ad iudicium venire, nõ est vlterius citãdus, nulla videtur subesse difficultas: cùm taciti, & expressi par sit virtus. *l. cùm quid, ff. si cert. pet.* & beneficium non conferatur in inuitum. *l. inuito, ff. de reg. iur.* quod tamen non est intelligendum de citatione reali, seu captura, de qua dictum est supra *cap. 7. vers. de citatione reali, & verbali, n.150.* cum pluribus seqq. sed de citatione verbali, quæ fit ad actus iudiciales, seu extraiudiciales, de qua dictum est in eodem *cap. 7. vers. de citatione iudiciali,*

*ciali, & extraiudiciali, n.*106. quæ non est necessaria, quando quis declarauit nolle ad iudicium venire, vel actui extraiudiciali nolle interuenire; tunc enim signum manifestū est illum, vel defensione carere, vel non posse actui contradicere. verum est infirmos etiam inuitos curari, & ligari phreneticos; sed id suadet pietas, vt eorum vtilitati potius consulatur, quam voluntati. *cap. ipsa pietas*, 23. *quæst.* 4. & vt legimus Genes. *cap.* 19. Angeli violenter extraxerunt Loth de Ciuitate Sodomorū, ne ipsi etiam perirent in scelere Ciuitatis.

115 Et propterea Iudex etiā potest benignè agere contra contumacem, qui nollet venire, vt vel eum expectet, vel mandet ei intimari quicquid contra eum non venientem egit, vel mandet iterum citari, cùm fortè potuisset pœnitere, vt diximus *sup. cap.* 11. *sub vers. de citatione, per Edictū decernenda. n.* 421. *&* 426.

Difficultas autem fieri potest, quando quis censeatur declarasse, siue expresse, siue tacitè nolle venire, Itaut vlterior citatio de iure non requireretur.

116 Itaque si quis eidē citanti respondeat nolle comparere, respondere, seu venire, tunc oritur expressa declaratio, q non vult se defendere, itaut vlterius non sit citandus, nec expectandus. *cap. venerabilibus, circa med.* & vers. *secus, de sent. excom. lib.* 6. *cap.* 2. *de dolo, & contum. eodem lib.* 6. *gloss. magna, in l. fin. ff. de in integr. restit.* & in *l. consentaneum*, in verbo *contumacia*, & ibi *Bar. & Bal. C. quom. & quand. Iud. Tiraquel. in tract. res inter alios acta, limit.* 9. & ita dicit *Innoc.* in *cap. ad petitionem, n.* 3. vers. *sin autem, de accusat.* quod si inueniatur citatus, & citanti respondeat, non veniam ad causam, non est necesse, nec vtile vlterius eum citare, cùm clara sit eius contumacia, & pro dicto notabili, refert *Rot. in nou. decis.* 10. *in fine, de re iud. & in recent. decis.* 567. *n.* 6. *par.* 1.

Aduerte tamen, quia hoc procedit, quando quis citatur personaliter ad totam causam, cum cōminatione, quod procedetur ad sententiam: tunc enim non debet vlterius, facta prædicta respōsione, citari, nisi cōparuerit in Causa. *Franc. decis.* 457. *n.* 1. 2. *&* 5.

Sed

117 Sed quando citatus ad vnum actum respondit nolle venire, fit contumax ad illum actum solum, & quoad alios debet citari. *Gabr. de citat. concl. 1. n. 432. in fin. Gregor. decis.* 518. *n.* 9.

118 Aduerte pariter, quia hoc procedit, quando de prædicta responsione constat, vel per relationem ipsius citantis, si tamen explicitè legatur in ea, vel per testes fide dignos, qui fuerint præsentes, & deponant de tali responsione, in actu executionis data eidem citanti; non autem si deponerent de anteriori, vel posteriori tempore. *Greg. d. decis.* 518. *n.* 9. *Seraph. decis.* 290. *n.* 7. *& decis.* 972. *n.* 12. *Rota post consf. Farin. decis.* 307. *n.* 3. *&* 4. *par.* 2. & de hac materia an, & quando credatur Nuncio, vide *Tiraq. de retract. consanguin.* §. 8. *glos.* 9. *n.* 16. *& seqq.* & plura dicta sunt *supra cap.* 7. *n.* 47. *& seqq. & n.* 68. *& seqq.*

119 Aduerte tandem, quia hæc vera sunt, quando citatus de longinquo, ita respondisset; secus si citatus in loco iudicij; quia nihilominus deberet vlterius citari, saltē in domo suæ habitationis, ad quemlibet actum. *Vant.* qui plures allegat, *de nullit. ex defect. citat. n.* 98.

120 Tacitè autem, quis censetur declarasse nolle comparere, vel quando personaliter citatus non venit, nec docuit de legitimo impedimēto. *Seraph. d. decis.* 290. *n.* 8. *&* 972. *n.* 12.

Vel quando nihil respondit. *Innoc.* in d. *cap. ad petitionem, sub n.* 3. vers. *sin autē citatus, de accusat.*

Citatus enim debet comparere, vel mittere procuratorem. *Abb. in cap. cùm dilecti, n.* 13. *de dol. & contum. Mant. decis.* 223. *n.* 4. eumque sufficienter instructum. *Mohed. decis.* 4. *de Iud. n.* 1.

Vel quando citatus ascendit Equum, & proficiscitur in alias partes, vel ascendit Nauim profecturus vltra Mare. Tunc enim censetur protestari nolle venire, & vlterius non est citandus. *Ias. in l. nec quicquam, col.* 6. *ff. de off. procons. Mars. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. Surd. cons.* 371. *n.* 9. *Tiraq. in tract. res inter alios acta, limit.* 10.

Vel quando dolosè latitat, & impedit se citari. *cap. quoniā frequenter, §. porrò, vt lite*

non

non contest. ibi *siue quia maliciosè se ipsum occultat, siue quia impedit ne possit ad eum citatio peruenire*,& not. *Innoc. in d. cap. ad petitionē, sub n. 3. vers. sin autē, de accusat. Cresc. decis.* 18. *n.* 12. *de sententia, & re iud. Felin.* in d. *cap. quoniā frequenter, §. porrò, col.* 3. *in fin.* vers. *& dixit expresiè Innoc. & Rol. cons.* 47. *n.* 39. *lib.* 2. *Tiraq.* in d. *tract. res inter alios acta. limit.* 12. Et dictum est *supra cap.* 10. *n.* 456.

Et siue citatio, siue denunciatio, interpellatio, exhibitio, siue prohibitio habeatur pro facta, quando quis facit ne citetur, siue denuncietur, interpelletur, exhibeatur, siue prohibeatur, ait *Tiraq. de retract. cōsanguin. §. 2. glos.* 1. *n.* 9.

Et quod affectans citationis ignorantiam, habeatur pro legitimè citato, videtur *text.* in *Clem.* 1. *de Iud.* & firmat *Gail. obseru.* 48. *n.* 18. *lib.* 2. Exemplificans, quando dicatur ignorantia affectata, quem sequitur *Alder. Mascard. in concl. ad stat. concl.* 6. *n.* 154.

121 Sed quando quis in loco iudicij latitat, & impedit se personaliter citari, quod debeat, vel ad domum, vel ad loca publica citari dictum est *sup. cap.* 7. *vers. de citatione per Edictū, n.* 272. *& seqq.*

122 Suspectus etiam de fuga non est citandus; quia non solum censetur tacitè declarare se nolle comparere, sed magis instrueretur ad fugam, & sic propter periculum in mora non est citandus, & testes super suspicione debitoris fugitiui possunt examinari parte non citata; & contra delinquentem potest deueniri ad capturam eo prius non citato, ex pluribus allegatis p *Gabr. de citat. concl.* 1. *n.* 302. 304. *&* 305. & de hac materia capturæ debitoris suspecti de fuga, nonnulla dicta sunt *sup. cap.* 7. *n.* 163. cum pluribus seqq. & *cap.* 10. *n.* 176.

123 Sed ex quo suspectus de fuga captus est non citatus, an ad expensas capturæ teneatur. *Antonius del Re, in tract. de iuramento calumniæ, cap.* 15. *n.* 10. dicit expensas cedere damno creditoris; secus si fuisset citatus, adducit rationem, quia creditor id fecit pro maiore sui crediti assecuratione; sed nihil allegat: eius tamen dictum mihi placet, quando vel captura est iniusta, vel etiam, quando est iusta, statim ductus ad præsentiam

tiam Domini fideiubet; sed si duceretur ad Carteres,& post multum spaciũ temporis daret cautionem, si captura fuisset iusta, expensæ censerentur factæ ob culpam debitoris, & ideo cedere deberent damno ipsius capti. & pro hoc adduco *gloss. vnic.* in *cap. ad aures, de simon.* ibi *secus si aduersarius propter illius contumaciã fecit sumptus; quia illos soluere debet.*

124 Sed quid de eo, qui appellauit ab interlocutoria, vtputà à prætenso grauamine, seu processu ad vlteriora. dic quod qui siue iustè, siue iniustè appellat ab interlocutoria, vtroque casu declarat se nolle vlterius coram eo litigare; sed an vlterius sit citandus, quando Iudex vult procedere in causa non obstante appellatione? respõdeo, quod quãdo appellatio ab interlocutoria est iusta, appellans vlterius non est citandus, ea ratione quia actus, qui fieret appellatione pendente esset nullus, & attentatus; quia tunc Iudex à quo non amplius esset Iudex. *cap. cùm speciali*, vbi *Innoc. n. 1 de appellat. Rot. diuers. par. 2. decis. 2. n. 7. cap. non solum, de appellat. in 6.*

Quando verò appellatio ab interlocutoria est friuola, tunc Iudex appellantem non tenetur vlterius citare, si vult in causa procedere; nisi appellationi renunciauerit. *cap. 2.* iunct. *gloss.* in verbo *appellans, de dolo, & contum. lib. 6. Clem. vn. eod. tit.* censetur enim friuolè appellans declarare nolle amplius coram eo comparere. *Vant. de nullit. tit. vlt. n. 112. Rot. in recent. decis. 129. n. 2. par. 2. Ias. in l. qui Romæ, §. Seiæ, ff. de verb. oblig. n. 22.* dicit, quod finita illius contumacia debet citari. vide.

125 Sed de eo, qui Iudicem suspectum allegauit, quia si recusatio est iusta, non est vlterius citandus, ea ratione, quia omnia gesta post recusationem sunt nulla. *gloss.* in *l. apertissimi*, in verbo *recusare C. de Iud. Alex. cons. 89. n. 3. lib. 1.* & Iudex legitimè recusatus non amplius est Iudex. *Pedemont. decis. 84. n. 3. & 4. Rota in recent. decis. 346. n. 5. par. 2.* maximè, quando in recusatione fuit appellatum ab vlteriori processu. *Caual. decis. 548. n. 2.* de qua materia recusationis latè dictũ est *sup. cap. 9. n. 143.* cũ pluribus seqq.

Si autem recusatio est inuali-

ualida, seu iniusta, non causat nullitatem processus, *l.4. §.condemnatum*, & ibi notat *Doct. ff.de re iud.Rol.consf.49. n.29.lib.4.* paria enim sunt nõ recusasse, & recusasse; sed minus validè.*l.non putauit,§.non quæuis*, vbi *Bar.ff.de bon.poss. con. tab.l.1.§.quod autem*, & ibi *Bal.ff. de off. Præfect. Vrb.* in iure tamen non probatur, quod Iudex recusatus possit post recusationem procedere non citato recusante, & nimis esset dura conditio recusantis. *Greg.decis.518.n.5.6. & 7.*

126 Quid autem de eo, qui declinat iurisdictionem? dic quod si illam declinat simpliciter, non addita clausula, nisi si, & quatenus,&c. censetur declarare nolle amplius comparere,& non est vlterius citandus. *Chartar. decis. Ianuen. 99.n.1.* per doctrinam *Angeli*, in *l.non videtur in Iudicem, 33.ff. de Iud.* qui *n. 1.* dicit, quod stultus est, qui citatus comparendo coram Iudice dixit protestor, quod non consentio in te, tanquam in Iudicem competentem p aliquem actum, quem facio, aut faciam; nam Iudex posset dicere ex nunc pronuncio te contumacem, & posset contra eum tanquam contra contumacem procedere, sed debet adijcere ista verba in protestatione, nisi quatenus de iure tenetur,& nõ aliter.& subiungit, quod ita obseruat communis consuetudo Mundi, & quod semel hoc ipse practicauit contra quendam magnum Aduocatũ,qui valdè fuit iratus de hoc.

127 Ex eo autem, quod quis dixerit suo aduersario, quod faciat suas diligentias, non censetur declarare se nolle comparere; quia non ob id censetur renunciare citationi, & declarare, quod nolit citari. *Greg.decis.71.n.5.*

128 Sic etiam citatus ad contradicendum examini si respondit nolle contradicere, non potest intelligi, quod voluerit approbare examen; sed potius, quod intellexerit nolle contradicere coram Iudice examinis; non autem in Rota, seu coram Iudice causæ; esset enim species renunciationis, quæ strictè interpretanda est, vt quanto minus noceat renuncianti. *Rota in recentiss. decis.365.n.6.par.1.*

QVI

QVI CITARI DEBEANT.

129 Satis dictum est de his, qui non sunt citandi, sequitur, vt dicamus de his, qui debent citari, & regula generalis est, quod citari debent illi quos causa contingit; & quorum interest. *l. de vnoquoque, ff. de re iud.* & qui ex actu possunt lædi, & actui possunt contradicere. *l. nam ita diuus, ff. de adopt.* & ita, vt quis citari debeat duo copulatiuè requirũtur; quod intersit principaliter, & possit contradicere. *Mil. in verbo citari non oportet. Felin. in cap. cùm olim, n. 11. de re iudic. Vant. de nullit. ex defect. citat. n. 19. & 20.*

130 Is enim cuius non principaliter, sed secundariò interest, de necessitate pro validitate actus non est citandus; sed dumtaxat ad effectũ præiudicij, vt ei scilicet actus præiudicet; & illius executionem non valeat impedire. *l. 1. §. denunciare, ff. de vent. inspic. gloss. in l. de vnoquoque, in princ. ff. de re iud.* & ibi *Alex. Bal. in l. ab eo, n. 17. C. quom. & quando Iud. Rolan. consf. 92. n. 7. lib. 4. Surd. decis. 256. n. 1. & 15. Coccin. decis. 449. n. 2.* ad quem præiudicij effectum sufficit citatio saltem per proclama. *Felin. in cap. vlt. n. 4. & 5. de maior. & obed. Achill. decis. 5. & 6. de dol. & contum. & decis. 8. n. 4.* vbi dicit, quod si semper deberet citari is cuius interesset secundario, esset maximus rigor; quia Doctores dicunt valere sententiam; sed non præiudicare tertio, quod est iustissimum, subiungens semper difficultatem fore in iudicando, in quo consistat præiudicium.

131 Et propterea in examine testium sat est citare eum, cuius interest principaliter, & contra illum probationes faciunt plenum præiudicium: contra alium autẽ cuius principaliter non interest, & qui non fuit citatus, faceret solũ præiudicium semiplenum, quando scilicet testes essent mortui. *Surd. decis. 103. n. 3.*

Et ideo vtile erit, vt videamus, cuius intersit, vel principaliter, vel secundario.

132 Interesse principaliter habet, & de necessitate citandus est, is, contra quem dirigitur actio, seu mota est lis, vel nominatus est in libello. *gloss.* in *l. de vnoquoque, ff. de re iud. Innoc. in cap. humilis, n. 1.*

n. 1. *de maior. & obed.* Sed pro extensione præiudicij debent etiam citari omnes quorum interest. *Bal. in l. ab eo, n.* 17. *C. quom. & quan. Iud.*

133 Hinc quãdo creditor vult agere contra tertium, & cum eo probare suum creditum, & suum debitorem non esse soluendo, ad validitatẽ iudicij sat est pro validitate actus citare eumdem tertium conuentum, absque eo, quod citetur principalis debitor, cũ contrã illum nõ dirigatur petitio. *Alex. conf.* 85. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 6.

134 Sic etiam, quando agitur inter duos creditores, cui sit adiudicandum pignus, non est citandus principalis debitor; cùm non sit contentio cum illo. *Natt. conf.* 300. *n.* 1. *& seq. lib.* 2.

135 Item quando agitur cum hærede proprietario, non est necesse citare vsufructuarium. *Caual. decis.* 163. *n.* 1.

136 Item quando iudicium est motum contra emphiteotam, non est necesse citare Dominum directum. *Caual. decis.* 328. *n.* 2.

137 Quicũque verò nominati essent in libello, deberent de necessitate citari; alias iudicium esset nullum. *Rota in recent. par.* 2. *decis.* 584. *n.* 2. *par.* 2.

138 Sic etiam, quando iudicium motum esset contra Ecclesiam Cathedralem, non sufficeret citare Episcopum; nisi etiam citaretur Capitulũ: nã appellatione Ecclesiæ Cathedralis venit etiam Capitulum, & iura Ecclesiæ Cathedralis sunt communia, & cõmuniter tenentur ab Episcopo, & Capitulo. vt per *Rot. in recent. decis.* 118. *n.* 2. *&* 3. *par.* 1. sed ibidem additio notat contrarium. vide.

139 Interesse principaliter cẽsetur etiam is habere, vt omnino citandus sit, qui in Causa fuit admissus, & protestatus nihil fieri nisi ipso citato, quamuis in petitione, seu libello non fuisset nominatus; alias eo non citato sententia esset nulla quoad ipsum. *Caput. decis.* 263. *n.* 1. *par.* 2. *Caual. decis.* 48. *n.* 2.

140 Quoad alios autem legitimè citatos sententia valet; quandoquidem defectus citationis quoad vnum, non nocet quoad alium legitimè citatum. *Bald. in auth. si omnes, n.* 11. *&* 12. *C. si minor. se ab hæred. abstin. Castr. in l. de vno-*

vnoquoque, n.1. ff. de re iud. Felin. in cap. cùm inter, n.10. fallen.4. eod. tit. de re iud. Rota in recent. par.1. dec.561. n.13. Fallit tamen, quando eadem est omnibus causa defensionis *l. in hoc iudicio*, vbi *gloss. & Doct. ff. famil. hercisc. Caual. decis.396. n.2.*

141 Et hic nota, quod quamuis sententia lata in Causa status faciat ius quoad omnes, tamen non intelligitur quoad illos, qui æque principaliter ius habent, nisi omnes fuerint citati.

142 Natura enim parium est, quod alteri per alterum non inferatur incōmodum. *Vinc. de Franch. decis.523. n.16.*

143 Is qui possidet, quando agitur de eo amouendo debet citari; quia censetur habere principaliter interesse. *l. fin. C. si per vim, vel alio modo*, ibi *nec interlocutio cognitoris ex quacunque parte innouare possessionis statum, eo qui rem tenet absente, permittit. cap. licet Episcopus, de præben. in 6.* ibi *non debebit, te non vocato, cùm tibi forsan ius possit competere retinendi, in possessionē ipsius inducere corporalem. Greg. decis.46. n.7.*

144 Et propterea vbi possessor sit certus, semper debet specialiter citari; nec sufficit citatio generalis contra sua interesse putātes. *Cassad. decis.6. vt lit. pend. Alex. cons.113. n.9. lib.2. Vant. de null. ex defectu citat. n.142. Rota in recent. par.2. decis.185. n.2.* & antequam aliquis ingrediatur, seu immittatur, debet inuestigari quis possideat. vt dictum est *supra cap.9. sub vers. de exprimēdo nomine eius, qui citandus est, n.259.* Possessor enim debet citari, etiam si ignoretur: nec sufficit proclama generale. *Soc. cons.13. col.2. vol.4. Gabr. de citat. conclus.1. n.272.*

145 Et vbi Dominus non possideat; sed alius eius nomine, vtputà Cōductor, Inquilinus, Colonus, Capellanus, idem possidens alieno nomine debet citari; alias Domino non fieret præiudiciū in eius possessione. *Dec. cons.103. n.1. vers. sed tamen his non obstantibus. Afflict. decis.325. Caput. decis.337. in fine, par.2.*

146 Et in casu etiam quo quis habeat facultatem ingrediendi possessionē propria auctoritate, ea non intrat, vbi sit alius possessor, nisi citetur. *l. meminerint, C. vnde vi,* &

latè dictum est *supra cap. 9. n.143. cum pluribus sequent. & declara, vt ibi*.

147 Atque stante tali pacto nihilominus requiritur citatio, quando pro ea capienda adit Iudicem. *gloss. magna in l.2.C.de iure emphit.* cum alijs cumul. per *Gabr. de citat.conclus.1.n.223.ampliat.52.* quã dicit esse magis communem, & declarat non procedere, quando adiens Iudicem protestatur, quod intendit vti sua facultate, sed Iudicem adire ne sequantur scandala ex *allegat. per ipsum ibi n.225.*

148 Sed quid si possessor scit inter alios litigari super re, quam ipse possidet, & non citatus nullam faceret diligẽtiam: an sibi præiudicaret in sua possessione. *Rota in nou. decis. 24. de re iud.* argumentatur pro, & contra, & adducta tandem hac ratione, rem inter alios actã alijs præiudicare non posse, reliquit cogitandum, & *Put.decis.155. in fin. lib.2.* dicit iniquum fore si contra possessorem fieret executio, sed *Achill. decis. 6. de re iud.* clare dicit, quod etiam sciens, non tamen citatus, sibi in sua possessione non præiudicaret.

149 Adde, quod non solum iustus possessor, sed etiam iniustus debet citari. & quando agitur de eijciendo possessore, executor debet assumere partes Iudicis, & iuris ordinem seruare, causæ cognitionem adhibere, citare, & appellationi deferre. vt latè explicatum est *supra cap.2.n.56. & 57.*

Et quando agitur de eijciendo aliquem de possessione, quam iniustè, & illicitè detinet, citatio nihilominus requiritur. *Innoc. in cap. inter, de maior. & obed. Bar. in l.fin. col.6. vers. itẽ extra gloss. quæro, C.de edict.D.Adr. toll. Bal. in l.2. C.si propter publ. pensit.* cum alijs per *Gabr. de citat. concl.1. ampliat. 9. n.72.* qui ampliat primò etiam si possessor ignoretur; & secundo etiamsi iniustus possessor fuisset citatus per proclama generale: & *n.76.* limitat primo si fiat restitutio ad possessionem antiquam, quam alius occupauerat post Iudicis inhibitionem. Secundò, quando quis possideret notoriè iniustè; quia tunc sine ordine iuris expellitur. Vsufructuarius tamen etiam finito vsufructu, non eijcitur de facto.

vt

vt *n.77.* sed si fuit citatus in processu, vbi agebatur de eijciendo ipsum de possessione, non est necesse eum citare, etiam in actu tradendæ possessionis, vt *n.* 78. & etiam vbi agitur de priuando aliquē suo beneficio; quia nisi sit citatus, deponi non potest; quãuis ipso iure esset priuatus. *gloss.* in *cap. licet Episcopus,* in verbo *vocato, de præben. in* 6. & de simoniaco, vt absque citatione nequeat deponi, vide *Felin.* in *cap. qui alium, de simonia,* & *Redoan. de simonia, par.4.cap.11.de pœna simoniæ, in benef.n.2.cum duobus seqq.*

150 Sed quid de eo, qui se intrusit, seu intrauit possessionem lite pendente, an possit expelli non citatus.

Dic quod in prophanis quicunque intrat, seu se intrudit in possessionem lite pendente, dicitur attentare; & non potest expelli non citatus, quando scilicet attentata petuntur reuocari per partem; quia adhibenda est causæ cognitio. *Specul.in tit. de appellat.* §. *nouissimè, n.20. vers. sed quæro vtrum, Franc. in cap. bonæ, sub n.13. vers. amplius, de appell. Marant. in suo spec.3.par.6.partis principalis, q.7.n.392.Lancell.de attent.3. par.cap.25.de prob.attent.n.33*

151 Imò etiam tertius debet citari, quando in tertij præiudicium reuocatio attentatorum peteretur. *Rot.in nou.decis.3.vt lit.pend.Gabr.de citat. concl.*1. *n.*235. *ampliat.*58.

152 Quando verò reuocatio attentatorum fit, non ad partis instantiam; sed mero Iudicis officio, non est necessaria partis citatio. *Lancell. de attent. par.3. d. cap.25. n.* 50. & eadem *par.3. cap.27. n.7. cum pluribus seqq.*

Attentans enim nedum offendit partem; sed etiam ius, & Iudicem: & ideo propter læsam maiestatem Iudicis, tametsi pars læsa non curaret attentatorum reuocationem, nihilominus Iudex officio suo, etiam parte non petente, posset ea reuocare. *Rota decis.4.n.1. vt lit.pend. in nou. & decis.5. eodem tit. in antiq. Cassad. decis. 3. de caus. poss. & propriet. Coccin. decis.418.n.3.Caual.decis.175. n.3. Greg. decis.91. n.8. & decis.465.n.10.*

153 In beneficialibus autem se intrudere in possessionem dicitur, nedum ingrediens lite pendente, sed etiam se

intrudens in beneficio etiam non litigioso, vel propria auctoritate. *Rebuff. in praxi, in forma noua prouis. in vers. postea dicitur, vel per se, vel per alium*, item dicitur se intrudere, qui innititur auctoritate eius, qui ius conferendi non habet. *Rota in recentiss. par.1. decis.336. n.5.* vel quãdo de beneficio reseruato prouisus est ab alio, quàm à Papa. *Rota in recent. par. 2. decis.741. n. 2. Mantic. decis. 118. n. 11. Gonzalez reg. 8. gloss. 45. §.2. n.44.* vel quando accipit possessionem ante collationem. *cap. cùm iam dudum, de præben. Rebuff. in praxi, de missione in possessionem, n.8.* vel ante factum cõcursum in Parochiali. *Duran. decis. 137. n. 15.* vel quando electus administrauit ante cõfirmationem electionis. *cap. auaritiæ, de elect. in 6.* & quod octo modis quis dicatur intrusus in beneficio, ponit *Fel. in cap. veniens, in 2. not. de accusat.* & repetit *Io: de Selu. de benef. par.3. quæst.11. vers. quinta qualitas, circa fin.*

154 Et cum intrusio sit quid facti, & nõ præsumatur, ideo, vt de ea constet, debet citari etiam intrusus si est certus, cùm nemo priuandus sit sua possessione, etiam si sit prædo; nisi primò citetur, & interueniat causæ cognitio. *l. fin. C. si per vim, vel alio modo, cap. licet Episcopus, & ibi gloss. de præben. in 6.* & nominatim citari debet is, cuius interest, quando certus est. *Moed. decis. 8. de fide instrum.* & qui nec fuit citatus ad causam saltem per proclama, quod contra interesse putantes fieri solet, sententia non nocet, neque acta. *Seraph. decis. 1241. n. 1.* sed si intrusio esset notoria, posset intrusus eijci per Prælatum, etiam absque citatione. *Abb. in cap. quia Clerici, in vlt. not. de iurepatron. Felin. in cap. qualiter, & quãdo, il 1. col. 10. de accusat.* vbi dicit hoc in æternum esse menti tenendum. *Mars. sing. 195. per tot. Lancell. de attent. par. 3. cap. 25. n. 52.*

155 Et hic nota, quod sufficit citare possessorem, non autẽ necesse est auctorem citare. *l. 1. cum ibi not. C. vbi in rem act. Alex. cons. 85. n. 7. lib. 6. Rota in recentiss. par. 1. decis. 493. n. 2. par. 1.*

156 Sic etiam in Saluiano nõ est necessaria citatio vxoris, cui bona mariti sunt pro dote obli-

obligata; nisi quando est in possessione. *gloss. in l. de vnoquoque*, in verbo *quos causa*, *ff. de re iud. Tiraq. in tract. res inter alios acta. limit. 1. Surd. decis. 256. n. 1. Rot. in recent. par. 2. decis. 584. n. 3.* & post *tract. Postij, de manuten. decis. 219. n. 3.*

Sunt etiam alij, qui principaliter interesse censentur habere, ad effectum, vt citari debeant, & nonnullos breuiter enumerabo.

157 Qui comparuit in actis, & protestatus fuit nihil fieri, nisi ipso citato, debet citari; alias respectu ipsius sententia esset nulla, cùm per comparitionem huiusmodi effectus sit collitigans. *Felin. in cap. cùm in iure, col.* 8. *de except.* & collitigans debet citari. *Clem. 1. vt lit. pend. Felin. in cap. cùm super, col. penult. de re iud. Caput. decis. 263. n. 2. par. 2. Rolan. cons. 5. n. 16. vol. 2 Caual. decis. 48. n. 2.*

158 Item qui citatus fuit in prima instantia, debet etiam in causa appellationis citari ad sententiam, alias est nulla. *Achil. decis. 13. de dol. & contum. Coccin. decis. 45. n. 2.*

159 Venditor etiam debet citari ad defendendũ, nec sufficit sibi denunciari motam esse litem; nisi admoneatur, quod liti assistat. *Angel. in l. qui absentem, 75. ff. de procur. Bonacos. in tract. cautel. littera V. vers. cautela est, vt incitetur venditor.*

160 Et quando venditor non fuit citatus, seu intimatus, itaut contra illum non possit agi de euictione, tamen tali casu potest emptor agere ex primaeua actione, vt rem liberã tradat, & liberet à priori obligatione. *l. creditor, §. praedium, ff. de act. empt. Crauett. cons. 83. n. 4. Pedemont. dec. 24. n. 4.* & fuit dictum *in Neapolitana pecuniaria, 4. Nouembris 1579. coram Card. Blanchetto,* quae est *decis. 153. post Pacific. de Salu.* secundum primam impress. & iuxta secundam est *decis. 220.*

161 Et generaliter Auctor quilibet laudari, seu citari debet, vt veniat ad aliquid faciendum, quo casu non sufficit simplex denunciatio litis; sed debet certiorari cum copia libelli, & instrumenti, & requiri, vt veniat ad defendendum, & suscipiendum litem, aliàs denunciatio non arctaret. *Bar. in l. non solum, §. morte, n. 52. Marant. in Specul. par. 6.*

par. 6. verſ. & ſolet laudari Auctor, n.12.

Idem dicendum eſt de Auctore Auctoris, vt ipſe poſſit laudari, vt per *Marant. ibidem n.18. in fine*.

Auctor autem dicitur laudari, quando quis requirit eũ, à quo habet cauſam, vt litem ſuſcipiat, & defendat. *l.Pomponius, §. cùm quis, ff. de acq. poſſ. l.auctore, C. de euict.*

162 Auctor dicitur etiam nominari, quando poſſidens nomine alieno conuenitur, vtputà Depoſitarius, Conductor, Inquilinus, Commodatarius: ſtatim enim conuentus debet Dominum denunciare in iudicio, & dicere ſe poſſidere nomine alieno, vt latè per *Marant. de ord. Iud. par. 6. membr. 6. tit. de nomine Auctoris*.

163 Fideiuſſor etiam contractus dicitur habere intereſſe principaliter, & debet citari; aliàs ſententia contra debitorem principalem lata, non poteſt contra eum executioni demandari. *Bar. in l.1. n.1. ff. Iud. ſolu. vide Seraph. deciſ. 1477. n.3.*

164 Fideiuſſor autem iudicij non eſt neceſſe, vt citetur, & contra eum, etiam non citatum, fit executio ſententiæ latæ contra principalem debitorem, ne alias daretur proceſſus in infinitum. *Bar. in d. l.1. n.2. ff. Iud. ſolui*, & fingitur eadem ſententia condemnatus. *Bal. in l. duobus, §. igitur ſi quis, ff. de iureiur. Surd. conſ. 271. n.3. Coccin. dec. 216. n.4. & 5.*

165 Intereſſe principaliter poſſunt plures habere, vtputà Cohæredes, Collegatarij, Cõfideicõmiſſarij, quo caſu debent omnes citari, & ſententia contra vnum lata, non nocet alteri pro iure ſuo. *l. ſæpe, ff. de re iudic.* vbi plura notat *Alex.*

166 Cenſetur autẽ alia quæſtio, & cauſa eſſe diuerſa, ſiue mutetur perſona, ſiue cauſa petendi, & non obſtat exceptio rei iudicatæ etiam ſi ſit eadem cauſa defenſionis. *l. ſi cùm vno*, & ibi *Caſtr. ff. de except. rei iud.* & ſententia lata contra vnum, quod ſit falſum inſtrumentũ, non præiudicat cõſorti eodem inſtrumento vtenti: ſed benè ipſe per ſe poteſt accuſari, & cõuinci. *l.2. C. de fid. inſtr.* & ibi *Baldus*.

167 Ideoque, vbi plures ſunt cohæredes, ſententia contra

vnum

vnum pro iure suo lata, non præiudicat alteri, etiam quod sciuerit per alium causam agi. *Peregr. de fideicom. art.* 53. *n.* 40.

168 Et cùm quæritur an exceptio rei iudicatæ noceat necne, inspiciendum est an idem corpus sit, quantitasque eadem, idem ius, & an eadem causa petendi, & an eadem conditio personarum, vt dicitur in *l. cùm quæritur,* cum duabus sequentibus. *ff. de except. rei iudic.*

169 Et in casu quo quis vsucœpit, & postea rem alienauit, si Dominus petat restitutionem ex iusta causa, debet vterque citari, tàm venditor, quàm emptor; cùm res vtrũque tangat. ita videtur sentire *gloss. in l. cùm miles,* §. 1. in verbo *facienda, ff. ex quibus causis maior.*

170 Nota, quod sunt plures casus, quibus sententia lata cum vno ex pluribus habentibus æque principaliter interesse, præiudicat alijs, etiam non citatis.

171 Primus est vbi plures habent ius insolidum; quia tunc sufficit sententia lata contra vnum, ea ratione, quia de eadem re, & causa simul, non autem pluries quæri oportet. *l. licet,* §. *fin. ff. naut. caup. stabul.* ibi. *sed si absolutus sit exercitor hac actione, deinde agatur cum Nauta, exceptio dabitur, ne sæpius de eiusdem hominis admisso quæratur,* idẽ habetur in *l. si cui,* §. *hisdem criminibus, ff. de accusat.* ibi *hisdem criminibus quibus liberatus est, non debet Præses pati eundem iterum accusari.*

172 Sic in populari actione, quæ cuilibet de populo competit, sententia, quæ transiuit in iudicatum, lata contra vnum, cæteris præiudicat. *l.* 3. *ff. de popul. act.* ibi. *sed si ex eadẽ causa sæpius agatur cùm idem factum sit, exceptio vulgaris rei iudicatæ opponitur,* nisi fortè per collusionem actũ fuisset. *l. eum qui,* §. *in popularibus, ff. de iureiuran.* ibi, *nam etsi quis egerit, ita demum consumit publicam actionem, si non per collusionem actum sit,* & notat *gloss. prima, in l.* 2. *C. quibus res iud. non nocet.*

173 Extende, quod idem est in quasi popularibus actionibus, veluti quando ad infringendam electionem opponitur aliquis defectus; nam lata semel sententia pro electo, quæ transiuerit in iudicatum

vlterius quærendum non est. *gloss. penult.* in verbo *iudicatum, in cap. cùm dilectus, de elect.* quæ tradit hanc theoricam.

174 Quod absolutio in popularibus actionibus præiudicat omnibus, etiam absentibus; nisi in duobus casibus; vnus est, si quis suam iniuriam prosequitur, & probet se ignorasse accusationem ab alio institutam.

Alter est, cùm velit docere de collusione prioris accusatoris, iuxta iura per eam allegata.

175 Idem est in duobus Reis credendi, qui ex eadem causa insolidum ius habent; nam res iudicata aduersus vnũ ex eis, alteri quoque nocet. *Bar. in l. ex duobus, quæst.* 4. *ff. de duobus reis, Alex. in d. l. sæpe, n.* 42. *ff. de re iud. Peregr. de fideic. d. art.* 53. *n.* 41. Et ratio est, quia alter ex Correis agẽdo, & litem cõtestando, præoccupat sibi ius actionis. ad *tex.* in *l. fideicommissa, §. plerunque, ff. de legat.* 3. ibi *vnus igitur, qui occupat, agendo totum consequitur; itaut caueat defensum iri aduersus cæteros fideicommissarios eum qui soluit, siue socij sint, siue non. Alex. in d. l. sæpe, n.* 15. *Peregr. de fideic. d. art.* 53. *n.* 42.

176 Secundus casus est in indiuiduis, vt in seruitutibus; sententia enim, & res iudicata super iure seruitutis pro vno, vel cõtra vnum ex Condominis, Confeudatarijs, Cohæredibus, aut Confideicommissarijs, alijs quoque proderit, vel oberit. *Alex. in d. l. sæpe, n.* 48. *Peregr. dicto art.* 53. *n.* 43. & est *tex.* in *l. loci corpus, §. si fundus, ff. si seru. vend.* ibi *itaque de iure quidem ipso singuli experientur; sed victoria vnius alijs proderit,* & inferius ibi, *sed si duorum fundus sit, qui seruit aduersus vnumquemq; eorum poterit agi.* & ratio est; quia sententia prædio datur. *l. qui aliena, §. vno defendente, ff. de neg. gest.* ibi *vno defendente causam communis aquæ sententia prædio datur,* vbi *gloss.* exponit, *idest ad prædij vtilitatem, vel contra.*

177 Et ait, quod sententia datur prædio non personæ, Ideoque alijs etiam prodest, & nocet, nisi agentis culpa interueniat, vel collusio, ex iuribus per eam allegatis.

178 Tertius casus est, quando agitur super legitimitate, filiatio-

liatione, vel parentela; quia tunc obtenta sententia, & res iudicata contra legitimum contradictorem, facit ius etiã quoad alios non citatos. vtputà si sententia super filiatione lata sit inter patrem, & filium, ea nocebit fratribus suis. *l. 1. §. final. cum duabus legibus sequent. ff. de liber. agnoscen.* & ibi *Bart. in Summario*, si tamen fuisset actum cum vno ex duobus fratribus, seu consanguineis æque principaliter interesse habẽtibus, tunc sententia non noceret quoad alium non citatum æqualiter interesse habentem. *Alex.* post alios quos allegat in *d. l. sæpe, n. 41. 50. & 61. ff. de re iudic. Peregr. de fideicom. d. art. 53. n. 44.* & vide, quod dictum est *superius hoc eodem cap. n. 141.*

Sequitur videre de his, qui habent interesse secundarium, an & quando sint citandi.

179 Secundarium interesse dicuntur habere illi, qui de præsenti ius non habent; sed de futuro, & qui non principaliter; sed in consequentiã lædi possunt.

180 Vt sunt substituti, & fideicommissarij, qui viuente hærede habent ius solum de futuro, & illi qui nondum nati sunt de tempore, quo per alium agitur iudicium contra hæredem, impossibile est, vt citentur. *Bal. in l. fin. sub n. 10. C. de re iud.* & in *l. neque naturales, n. 4. C. de probat.*

181 Quæ tamen citandi impossibilitas operatur, vt sententia lata contra hæredem valeat; non autem, vt illis possit præiudicare; cùm nullam scientiam potuerint habere. *Bart.* & alij in *l. si eo tẽpore, C. de remiss. pign.* & in *extrauag. ad reprimendam*, in verbo *Edictum*, in fin. *Bal. in l. ab eo, in fin. C. quom. & quando Iud. Gabr. cons. 42. n. 25. & 26. lib. 2.*

182 Qui verò nati sunt, non veniunt de necessitate citandi ad effectum, vt sententia contra hæredem citatum valeat; sed ad effectum, vt illis præiudicet, debent citari saltem per proclama, absque alia citatione particulari. *Bal. & Alex. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. Put. decis. 91. n. 2. & decis. 336. n. 3. lib. 3. Achil. decis. 3. de re iudic. per tot.*

183 Sed, vt hæc materia clarior fiat, & an, & quando sẽtentia lata contra hæredem

noceat,

noceat, etiam substitutis non citatis, distinguendo dico.

184 Quod si agitur contra hæredem de validitate testamenti, & de illius rescissione, vt tota hæreditas auocetur, tunc sententia contra hæredem lata, nocet etiam fideicommissarijs, & Legatarijs nullo modo citatis, *tex.* est in *l. Papinianus, §. si ex causa, ff. de inoff. test.* vbi dicitur: *Si ex causa de inofficioso cognouerit Iudex, & pronunciauerit contra testamentum, nec fuerit prouocatum, ipso iure rescissum est; & suus hæres erit, secundum quem iudicatum est, & bonorum possessor, si hoc contendit.*

185 Possunt tamen substituti, & Legatarij admitti ad causam, vt valeant defuncti voluntatem defendere, & ne fieret collusio per hæredem. *text,* est in *l. si suspecta, ff. de inoff. test.* vbi dicitur: *Si suspecta collusio sit Legatarijs inter scriptos hæredes, & eum qui de inofficioso testamento agit, adesse etiam Legatarios, & voluntatem defuncti tueri constitutum est, eisdemque permissum est etiam appellare, si contra testamentum pronunciatum fuerit.*

186 Et Legatarijs non citatis tunc non noceret sententia, si hæres causam non defendisset, & culpabiliter non appellasset. *l. si seruus plurium, §. 1. ff. de legat. 1.* ibi, *si hæreditatis Iudex contra hæredem pronunciauerit, non agentem causam, vel lusoriè agentem, nihil hoc nocebit Legatarijs.*

187 Quod autem Legatarij, & fideicõmissarij possint appellare à sententia lata contra hæredem, & quando hæres non posset appellare, intellige verum in casu, quo non sunt citandi; sed quando non fuerunt citati saltem per proclama, in casu, quo sunt citandi, tunc possunt appellare, sed non est necesse, ex quo non præiudicat. *l. à sententia, ff. de appell. Put. decis. 91. n. 4. lib. 3. Gabr. d. cons. 42. n. 24. & 33. lib. 2.*

188 Et ratio quare sufficiat citare solum hæredem, quando agitur de tota hæreditate, est; quia illius defensio ad eum solum pertinet, & est *tex. in l. 1. §. denunciari, ff. de ventre inspiciendo,* vbi dicitur: *Denũciari autem oportet his, quos proxima spes successionis contingit: vtputà primo gradu hæredi instituto, non etiam substituto,*

stituto, & si intestatus sit paterfamilias; his qui primum locum ab intestato tenent; si verò plures sint simul successuri, omnibus denunciandū est.

Ideoque si super viribus testamenti non ageretur cum hærede, sed cum Legatarijs, sententia exinde lata non noceret hæredi non citato. *l.1. ff. de except. rei iud. Bellam. decis.*678. Et quando statutū mandaret citari illum cuius interest, intelligeretur de eo cuius principaliter interesset; non autem secundariò. *Felin.* post *Innoc. in cap. fin. col.2. de maior. & obed. Gabr. de citat. d. concl.1. n.320.*

189 Si verò agitur contra hæredem super aliqua re particulari; tunc sententia lata contra hæredem non nocet fideicommissario, seu Legatario nō citato. *gloss. & Doct. in l.1. ff. de execut. rei iudic. Gabr. cons.42. n.6. & seqq. lib.2.*

190 Addo ego, quod si agitur contra hæredem pro credito hæreditario, Legatarij, & fideicommissarij non sunt citandi, & sententia contra hæredem lata illis nocet; quando scilicet creditum, seu æs alienum maius esset, vt nihil pro eis foret remansurum. adduco *tex. in l. filiusfamilias, §. diui, ff. de leg.1.* ibi, *nam si hæredes propter creditores Testatoris bona venierint, fortunam communem fideicommissarij quoque sequuntur,* & ibi *gloss.* in verbo *fideicommissarij* explicat *cōmunem scilicet Legatariorum, ac cæterorum, quibus nihil debetur, quando superat æs alienum*, ex iur. per eam allegatis.

Item quando hæres fuisset cōdemnatus absque eius dolo malo. *l.2. §. solet quæri, ff. de hæred. vel act. vend.* ibi, *sin autem cōdemnatus præstiterit, hoc solum hæredi sufficit, eum esse condemnatū sine dolo malo suo; etiamsi maximè creditor non fuerit is, cui condemnatus est hæres.*

Secus autem si hæres culpa sua condemnatus fuisset. *tex.* est in *l. ex contractu, ff. de re iud.* cuius verba sunt hæc, *Ex contractu paterno actum est cum pupilla tutore auctore, & condemnata est, & ita bona defuncti ad substitutum, vel ad cohæredem peruenerunt, quæritur an hi ex causa iudicati teneantur? respondi dandam in eos actionem iudicati, nisi culpa tutoris pupilla condemnata est.*

Et

191 Et quod laudum erroneũ, & iniquum latum contra hæredem non noceat fideicommissarijs, præsertim non citatis saltem per Edictum, respondit *Gabr. d. conf.* 42. *lib.* 2. *n.* 29. *&* 37.

192 Sed quod laudum latum contra hæredem, & executioni demandatum, præiudicet substitutis, etiam nullo modo citatis, saltem ad effectum excludendi illos in remedio. *l. fin. C. de Edict. Diui Adr. toll.* respondit *Honded. conf.* 28. *n.* 7. *& seqq. lib.* 2.

193 Et quod fideicommissarius conditionalis in confectione inuentarij non sit nominatim citandus, sed sufficiat citatio generalis, respondit *Giouagn. conf.* 19. *&* 20. *lib.* 2.

194 Atque quod sententia lata contra institutum non noceat substituto non citato, quando actus non est necessarius; sed volũtarius, declarat. *Ruin. conf.* 19. *in fin. vol.* 2. *& conf.* 106. *col.* 3. *vol.* 3. *Gabr. de citat. concl.* 1. *n.* 322.

195 Prædictis adde, quod si contra principaliter interesse habentem sententia fuisset lata in contumaciam, non afficeret alios secundarium interesse habentes. *Bal. in l.* 2. *n.* 4. *vers. secundum quod, C. quibus res iud. non noc. Felin. in cap. cùm Bertoldus, n.* 20. *de re iud. Rota in recentiss. par.* 2. *decis.* 117. *n.* 6. *par.* 1.

196 Et ratio est, quia sententiæ contumaciales non habẽt præsumptionem pro se, & cẽsentur potius latæ propter contumaciam, quàm propter malum ius. *l. si ideo, in princ. ff. de euict.* ibi, *si ideo contra emptorem iudicatum est quod defuerit, non cõmittitur stipulatio; magis enim propter absentiam euictus videtur, quàm quod malam causam habuerit.*

Intellige tamen hoc procedere, quando ex actis, & probationibus factis constat solum de contumacia; secus autem quãdo ex actis, & probationibus factis cõstaret etiã de malo iure; quia tunc etiam alijs noceret. *Abb. in cap. penult. n.* 20. *in fin. de sent. & re iud. Rota post conf. Farin. par.* 2. *decis.* 6. *n.* 3.

197 Ita etiam in feudis, is, qui possidet, habet ius, & interesse de præsenti principaliter: Agnati autem proximiores habent interesse secundarium: & ideo sententia lata contra feudatariũ, non nocet poste-

posterioribus agnatis non citatis. *Andr. de Isernia in cap. si Vassallus, in tit. si de feudo fuerit controuersia, Felin. in cap. quamuis, sub n.16. de re iud. Gabr. de citat. conclus.* 1. *n.*323. *Alex. in l. sæpe, n.*110. *ff. de re iud.* & an, & quando sententia lata contra Vassallum super feudo noceat Domino directo, vel alijs, vel hæredibus, ponit plenè *Paris. cons.*5. *n.*37. *vsque* 42. *lib.*1.

198 Sic etiam vsufructuarius, & Dominus vtilis, seu emphiteota, quia naturaliter possident, habent principaliter interesse; proprietarius autem, & Dominus directus secundariò: & propterea, quando conueniuntur ratione eorum possessionis naturalis, non est necesse citare alios ratione eorum possessionis ciuilis, & sententia lata contra vsufructuarium, & emphiteotam non nocet proprietario, nec Domino directo. *Bart. in l.*2. *n.*6. vers. *aut iste, & n.*17. *C. vbi in rem actio. Alex. in l. sæpe, n.* 106. *&* 109. post *Bart. ibidem, quæst.*4. *ff. de re iud. Abb. in cap. quoniam frequenter, §. in alijs, n.*23. vers. *dico tamen, vt lit. non contest. Caual. decis.* 329. *n.*3. vbi ait Rotam post plures, & varias resolutiones censuisse, decretum factum cōtra emphiteotam, nō citato Capitulo Domino directo, valere; sed nō afficere Capitulū in suo iure.

199 Sic etiam sententia lata contra Prælatum inferiorem, non debet nocere superiori non citato, quando non tangit ius superioris: aliàs secus. *Felin. in cap. cùm deputati, n.*6. *de Iudic. Caput. decis.*255. *n.*1. *par.*3.

200 Prout etiam sententia lata contra aliquos de Capitulo citatos, qui constituerunt procuratorem, non debet nocere illis, qui nec citati sunt, nec interuenerunt constitutioni procuratoris. *Caput. decis.*192. *n.*3. *&* 4. *par.*2.

201 Habentes interesse secundarium, quando fuerunt citati generaliter per proclama, illis nocet sententia lata contra habentem principaliter interesse, itaut contra eos possit mandari executioni; secus si nullo modo fuerunt citati. *Put. decis.*91. *n.*1. *&* 2. *lib.*3. *Achill. decis.*3. *de re iud.*

Declaro tamen, quod ei, qui non possidet, in tantum nocet sententia, vt eius executionem non valeat impedire.

dire. *Surd. decis.* 256. *n.* 1. *& 15 Coccin. decis.* 449. *n.* 2. *Achill. decis.* 5. *& 6. de dol. & contum.*

Si verò citatus per proclama possidet, distinguo, aut possidebat ante motam litem, aut cœpit possidere post. si possidebat ante, dico, quod sententia nō nocet tertio possidenti. *Rot. in nou. decis.* 24. *de re iud.* etiā generaliter citato, & scienti, quia talis citatio illi non præiudicat in sua possessione. *Put. decis.* 155. *in fin. lib.* 2. *Achill. decis.* 6. *de re iud.* & dictum est superius *n.* 143. ea enim scientia hoc tantum operatur, vt non posset impedire executionē, quæ vel fieri deberet contra citatum, vel de possessione vacanti, non autem, vt posset sua possessione priuari. *Alex. in l. sæpe, n.* 117. *vers. quæro aliquis, & num. seq. ff. de re iud. Put. decis.* 155. *n.* 1. *lib.* 2.

Si verò cœpit possidere post litem motam, dico, quod interesse, & ius tertij, quod obuenit lite pendente ab vno ex collitigantibus, non impedit executionem. *Franc. in cap. ex ratione, n.* 29. *de appell. Coccin. decis.* 449. *in fin.*

202 Et ad istum effectum necesse est probare, quod ille lite pendente possessionem acceperit, nec sufficit probare, quod tunc possideret de tempore executionis, quia non exinde sequitur, quod ante litem nō possideret. *Rota in nou. decis.* 14. *de probat. Crescentius decis.* 16. *n.* 2. *de sent. & re iud.* sed tunc probatio concluderet, si de tempore motæ litis probaretur possessio eius, contra quem sententia lata fuit. *Rota in nou. decis.* 15. *de prob. Cresc. d. decis.* 16. *n.* 2.

Ad hoc autem, vt sententia possit mandari executioni contra eum, qui possessionem accepit lite pendente, necesse est, quod lis fuerit super eadem re, siue actione reali, siue actione personali in rem scripta. *Mant. decis.* 7. *n.* 1. aliàs si fuerit actum, vel super alia re, vel actione merè personali, tunc res alienata non posset censeri litigiosa, nec daretur executio contra tertium possessorem. *Cacher. decis.* 144. *n.* 7. *Guido Pap. quæst.* 479. *n.* 1. vers. *credo, Buratt. decis.* 143. *n.* 8. adde *Bart. in l. creditores, in* 4. *quæst. principali,* vers. *circa hoc igitur, n.* 23. *C. de pign. & l. fin. C. de litig.*

203 In iudicio citatur quis, vel

vel nomine proprio, vel alieno. Nomine proprio citatur, qui vel principalis est, vel litis consors, vel tertius pro suo iure, & interesse, vel etiã Iudex pro defensione suæ sẽtentiæ.

Nomine autem alieno citatur quis, vel nomine alicuius personæ, prout Procurator, Tutor, Curator, Administrator, Cessionarius. Item Pater nomine filij, Maritus nomine vxoris, Amicus, & Consanguineus pro absente, vel nomine alicuius Vniuersitatis, vel Ecclesiæ, prout Rector, Syndicus, & similes, de quibus omnibus sigillatim dicemus.

204 Principalis dicitur ille, contra quem iudicium, seu petitio dirigitur, & quẽ principaliter negocium tangit, & illum sufficit citare pro actus validitate. *Natt. cons. 300. n. 2. lib. 2. Rota in recent. par. 1. decis. 118. n. 6. & par. 2. decis. 584 n. 3. Felin. in cap. fin. de maior. & obed. n. 4. & 5. Vant. de nullit. ex defect. citat. n. 19.* & quod debeat nominatim citari vti principalis, non autem generaliter pro suo interesse, dictũ est *supra in cap. 9. sub vers. de exprim. nomine eius, qui citandus est, n. 222.* & quod eius perquisitio, vt possit citari, fieri debeat, dictũ est *supra cap. 11.* sub vers. *decretum citationis, quando sit nullum, n. 263.* & sub vers. *perquisitio personæ citandæ personaliter quo in loco, & quomodo fieri debeat, n. 267. & seqq.*

Verũ quia in ciuilibus quis potest litigare per procuratorem, iuxta ea, quæ latè *supra dicta sunt, in cap. 9.* sub vers. *de exprim. nomine instantis, n. 330. & seqq.*

205 Hic opportune quæro, an, & quando principalis possit citari omisso procuratore, & è cõuerso. an, & quando procurator possit citari omisso principali, & possit iudicium inchoari cum procuratore.

206 Ad primum dico, quod qui in causa constituit procuratorem, consequenter declarauit nolle per se ipsum litigare, sed per procuratorem, & ideo non debet citari, nec arctari ad comparendũ, & si citetur, & non compareat, non efficitur contumax. *Bart. in l. 1. n. 9. C. de sententijs, & interlocut. omn. iud.* & in *l. furioso, n. 4.* & ibi *Rip. n. 10. ff. de re iud.*

Et

207 Et principalis dicitur legitimè citatus, quando citatus fuit eius procurator. *Rota diuers. par. 3. lib. 3. decis. 32. n.7.* & citato procuratore potest principalis condemnari. *Io: Andr. & Abb. in cap. quæ relata, de elect. Cresc. decis. 11. n.3. de sent. & re iud.*

208 Sed antequam lis sit cōtestata cum procuratore constituto, potest nihilominus citari principalis, & postquā lis est contestata non potest citari principalis omisso procuratore; quia post litem cōtestatam procurator est dominus litis. *l. procuratoribus, C. de procur.*

209 Et idem est in causis sūmarijs, in quibus lis censetur contestata tunc, quando partes incipiunt tractare de meritis causæ. *Clem. sæpe, de verb. signific. Bar. in l. ab executore, §. si procurator qui in iudicio, n.2. ff. de appell.* cum alijs adductis supra, in *cap.1. n.22.*

210 At si procurator post litis contestationem, vel abesset, vel esset impeditus, vel nollet interesse; tunc si principalis præsens esset, in loco iudicij, deberet citari, & comparere. *Bald. in cap. in nomine Domini, n.14.* vers. *quæro nunquid, de testibus. Boer. decis. 285. n.5.*

211 Idem esset si principalis citaretur tanquam magis instructus, seu persona iustior. *Abb. in cap. dilectus, n.4.* vers. *quid autem si Dominus, de procurat. Grat. discept. forens. cap.145. n.8. Bald. cons. 279. n.2. par.2.* licet enim quis in ciuilibus non possit compelli, vt compareat per se. *l. 1. ff. de procur.* ex causa tamen iusta potest citari, vt per se ad iudicium veniat. *l. fin. C. de procur.*

212 Post litem igitur contestatam per procuratorem, si eo absque causa omisso, citaretur principalis, vel ad videndum iurare testes, vel ad sententiam, vel ad quemlibet alium actum, quicquid fieret eo non comparente, esset omnino nullum ex defectu citationis, vt per *Bart. in l. furioso, n.4. & 5. ff. de re iud. Felin. in cap. in nomine Domini, n.33 quæst.6.* si tamen principalis compareret sponte, vtique valeret quod ageretur eo citato, & procuratore omisso. *Bar.* in d. *l. furioso, n.5. in fin. Felin.* in d. *cap. in nomine Domini, n. 34.* vers. *secundus casus.*

Sin

213 Sin autem sententia lata fuerit non citato procuratore, sed principali præsente; non tamen citato, non valeret. nisi fortè appareret eundem principalẽ fuisse præsẽtem in iudicio ad eundem effectum sententiæ, seu alterius actus gesti. *Bar.* in d. *l. furioso, n.6.* vers. *sed quid si apparet*, *Felin.* in eodem *cap. in nomine Domini*, *n.35.* vers. *tertius casus*, prædictis adde *Soc. in tract. de citat. art.5. quæst. 4. n.5.* vers. *circa secundum membrum*.

214 Hic aduerte, quia Rota coram *Caualerio*, *decis. 353. n.1.* ait quod quicquid sit de rigore iuris ciuilis, de quo per *Bar. in l. furioso, n.4. ff. de re iud. & Bald. in l. procuratoribus, C. de procur.* tamen de iure Canonico sufficit citare principalem, absque eo, quod etiam citetur procurator, allegat *Egid. Bellam. in cap. querelam, n. 7. & 8.* vers. *unde breuiter puto*, & ibi *gloss.* in verbo *Oeconomi vestri*, *de elect. & gloss. vlt. in cap. licet causam, de probat.* & dicit ita seruari præsertim in terris Ecclesiæ, & ita testari *Angel. cons. 98. in fin.* & addi potest *V ant. de null. ex def. cit. n.85.*

Cæterum huiusmodi conclusio, quod possit citari principalis omisso procuratore, qui fuit litem contestatus, ex prædictis allegatis non probatur; cùm loquantur in diuerso casu, & vtputo non est indistinctè vera.

Nam *Bellam.* in loco præalleg. dicit formaliter, quod Canones noluerũt in foro suo recipere, d. *l. 1. C. de sent. & interloc. omn. Iud.* pro eo, quod subtilitas illius legis est pernitiosa, ac sine fructu; & ideo permittunt Canones ferri sẽtentiam in personã Domini, nec propter hoc dicitur sententia nulla.

Gloss. pariter in d. *l. querelam*, in verbo *Oeconomi vestri*, dicit, quod sunt concipienda verba sententiæ in personam procuratoris, vel syndici, non principalis, sed in spiritualibus causis, & in matrimonialibus debet fieri condemnatio in personam Domini.

Gloss. fin. in alleg. *cap. licet causam*, *de probat.* ait quod Ecclesia nõ multum curat de hac solemnitate; quia inuenitur, quod quandoque condemnatur Monasterium, & non procurator ipsius.

Angel. cons. 98. dicit, quod

Kk seu-

sententia lata contra Dominum, & non contra procuratorem, qui litem fuit contestatus, est nulla de iure ciuili; secus autem de iure Canonico, quod huiusmodi solemnitatem nõ curat, & quod ita seruatur in Terris Ecclesiæ.

Vant. in d. *tit. de nullit. ex defectu citationis, n.*85. dicit, quod de ista subtilitate Canones non curant, secundum quos vterque, & Dominus, & procurator citari poterũt; cùm non referat, quid ex æquipollentibus fiat. & allegat *Bal.* in d. *l.*1. *C. de sent. & interloc. omn. Iud. sub n.*8. vers. *breuiter opinio*, qui non loquitur de citatione, sed de condemnatione, & ait, quod Canonistæ non curant de ista scrupulositate, sed de illa realitate dicunt, quod tàm vterque, quàm alter potest condemnari, si citatus est ad sententiam. & ita non firmat prædictam conclusionem Rotæ, quod principalis possit citari omisso procuratore post litis contestationem, & quod actus valeat.

215 Hanc itaque rem distinguo, & declaro, quod iuris ciuilis subtilitas est, & rigor, quod sententia non possit ferri, nisi in personam procuratoris, qui litem est contestatus, & alias lata contra principalem sit nulla, vt dicitur in d. *l.* 1. *C. de sententijs, & interloc. omn. Iud.* vt enim ait *Io: Andr.* in d. *cap. querelam, n.*48. & ibidem refert *Bellam. d. n.*7. si procurator nomine meo fuit in causa, quale peccatum, si ego condemnor, non video; graue est ergo dicere sententiam propter hoc nullam.

Sed quod debeat citari procurator à principali constitutus, dum non vult per se, sed per alium litigare, & idẽ procurator fuit litem contestatus, non est iuris ciuilis subtilitas, neque rigor: quandoquidem procuratoris vsus per quã necessarius est. *l.*1. *§. fin. ff. de procur.* & per litis contestationem procurator efficitur Dominus litis, & non potest reuocari sine causa. *l. ante litem, ff. de procurat. & l. procuratoribus, C. eodem.*

216 Et citatus, qui constituit procuratorem idoneum, non tenetur comparere, quia satisfecit legi, & aduersario. Secus si non satisfecit legi, vt quia causa requirat perso-

nalem

nalem informationem, vt in *cap. si Clericos, de sent. excom. lib.6.* vel si non satisfecit aduersario, vt quia Dominus est legalior, vel melius nouit veritatem. *l. si actor, & l. procuratore in rem, ff. de procurat.* ita formaliter docet *Bal.* in d. *l.1. n.15. C. de sent. & interloc. omn. Iud.* & idem *Bald.* in d. *cap. in nomine Domini*, sub *n.14. de testibus*, ait, quod licet de iure Canonico sententia possit ferri in Dominũ; tamen citatio non potest fieri de Domino omisso procuratore. Et propterea de vno ad aliud non infertur, vulg. *l. Papinianus exuli, ff. de minor.*

217 Dum igitur quærimus an sententia debeat concipi in personam procuratoris, dic, quod sic de iure ciuili, iuxta dispositionem d. *l. 1. C. de sent. & interloc. omn. Iud.* quã tamen limita pluribus modis.

Primò, quando extat consuetudo in contrarium, vnde dicit *gloss.* in d. *cap. querelam*, in verbo *Oeconomi vestri*, in fine, *de elect.* quod de consuetudine seruatur, quod concipiatur contra personam vtriusque.

Secundò limita, quando procurator non esset litem contestatus: quia tunc sententia debet concipi contra Dominum, non contra procuratorem. *gloss.* in d. verbo *Oeconomi vestri*, circa princ.

Tertiò limita, quãdo principalis esset præsens: quia tunc principalis debet condemnari, non autem procurator. *gloss.* ibidem. *Soc. reg. 316. fallit quãdo Dominus est præsens.*

Quartò limita, vt d. *l. 1.* procedat vbi agitur ordinariè; secus si summariè, & vbi lis non contestatur. *Bart. in extrauag. ad reprimendum*, in verbo, *& figura iudicij*, *n.10.* ita declarat *Roman. singul. 20.* incip. *quod l. prima.*

218 Vnde mirum non est, si in Curia Romana non condẽnatur procurator, sed principalis: quia coram A.C. iuxta suas facultates proceditur sũmariè, & prout in beneficialibus, & coram Auditoribus Rotæ, & alijs Iudicibus Commissarijs, proceditur pariter summariè, & prout in beneficialibus vigore huius clausulæ, quæ passim in omnibus commissionibus apponitur, & in causis beneficialibus ecclesiasticis, & matrimonialibus proceditur simpliciter, &

de plano sine strepitu, & figura iudicij. *Clem. dispendiosam, de Iudic.* quæ verba important, vt non fiat litis contestatio, nec alia requirantur, vt in *Clem. sæpe, de verb. signif.* In Curia autem Capitolina ex forma Statutorum procurator, & principalis citatur, & condemnatur in sententia. *Vant. de nullit. ex defect. citat. d. n. 85. Luc. Pet. in praxi Capitol. lib. 1. tit. de in ius vocan. n. 4. & lib. 2. tit. de sententiæ prolatione, n. 7.*

Dum autem quærimus an principalis possit citari, quãdo constituit procuratorem idoneum nolens per se ipsum litigare.

Dico quod nedum de iure ciuili, sed etiam de iure Canonico, ante litem contestatam potest citari, post verò non, nisi vel procurator abesset, vel esset impeditus, vel nollet interesse, vel nisi principalis esset magis instructus, vel persona legalior, prout superius dictum est vers. ad primum, n. 206. & seqq.

219 Idem dicendum est in actibus extraiudicialibus, vt procurator qui se opposuit, debeat citari, & propterea *Rota* censuit institutionem factam per Ordinarium fuisse nullam sine citatione partis, quia postquam procurator vnius se opposuerat, debebat illum citari facere Iudex, quãdo processerat ad vlteriora, postquam lis fuerat introducta, & succesiuè declarauit possessionem alterius non esse restituibilem; sed sequestrandam, vt in *decis. 266. n. 7. par. 3. diuers. lib. 3.*

220 Et tandem hic nota, quod quando Iudex mandasset citari principalem, & procuratorem, si fuisset citatus principalis, & non procurator, actus exinde factus, seu sententia lata corrueret ex defectu citationis, & formæ non seruatæ. *Caput. decis. 263. n. 9. par. 2.*

221 Ad secundum an, & quãdo procurator possit citari omisso principali, & iudicium possit inchoari cum procuratore.

222 Præmitto, quod cum procuratore specialiter ad eandem scilicet causam constituto, potest vllo absque dubio iudicium inchoari, dummodo acceptauerit; aliàs non. *L. 1. ff. de procur.*

223 Sed qui habet mandatũ generale, si vult, debet etiam

parte

parte contradicente admitti in omnibus causis, tàm motis, quàm mouendis. *Rota in nou. decis. 32. de procur. Caput. decis. 396. par. 2.* quod fallit in ijs, quæ exigunt speciale mãdatum. *l. mandato generali, ff. de procur. l. procuratorem, C. eodem.*

224 Ita è conuerso habens generale mandatum potest citari, si illud acceptauit. *l. solent, ff. de alim. & cib. legat.* ibi *qua de causa puto vos rectè facturos, si conuocatis fauillæ heredibus, procuratoribusue eorum, constitueritis, &c. l. 3. C. de procur.* ibi *eum qui res agit hæredum, à quibus tibi deberi fideicommissum dicis, euoca ad Prætorem*, vbi *glossa*, ait *euoca ad Prætorem, idest euocari per Iudicem facias; nam sic incipit causa*, vt *instit. de pœna tem. litig. §. fin. l. cum Clericis, C. de Episc. & Cleric.* ibi *in causa, in qua vel ipse, vel procuratores quis pro se dederit*, & ibi *Bal. sub n. 3. ait.* Item nota hoc de citatione procuratoris; quia etiam prima citatio potest incipere à procuratore, & in d. *l. 3. n. 1. C. de procur.* notat veritatem esse, quod si constat de mandato, & procurator acceptauit mandatum, etiam prima citatio potest incipere à procuratore, maximè absente Domino: si autem procurator non acceptauit, citatio non fieret de persona legitima, ex quo ante acceptationem non sit procurator. *cap. is qui, de procur. lib. 6.*

225 At si acceptauit cogitur respondere, quia officium procuratoris est necessarium. *l. in commodato, §. sicut, ff. commodati, Bar.* in eadem *l. 3. n. 1. C. de procur.* dicit, quod causa potest assumere initium facta citatione de procuratore, subiungens, quod quia *gloss.* in *cap. causam, de dol. & cont.* videtur dicere, quod primo debeat citari Dominus, quàm procurator, hæc est melior practica; sed ob id non videtur inferre, quod citare etiam ab initio procuratorem, non sit bona practica.

226 Imò in Curia viget hæc eadem practica, vt iudicium possit inchoari cum procuratore generali. *Achil. decis. 16. de dol. & contum.* quæ vltra præallegata, comprobatur per *tex.* in *l. meminerint, C. vnde vi*, ibi *in causis conueniendos Dominos locorum esse, aut si fortè defuerint eorum actores*

ad insinuandas sententias procuratoresque esse quaerendos.

227 Et per *tex. in l. si dictum fuerit, §. si praesente, ff. de euict.* ibi, *si praesente promissore, qui de euictione promisit, & non ignorante, procuratori denunciatum sit, nihilominus promissor tenetur, simili modo tenetur, & qui curauit ne tibi denunciari possit,* vbi *gloss.* in verbo *procuratori*, subiungit, *si autem absente sufficeret suo procuratori, licet idem venditor ignoraret, & idem si nulli denunciatum sit, cùm procuratorem non haberet*, accedat *tex. in Clem. causam, de elect.* ibi, *cùm in appellati, aut procuratoris eiusdem in ipsa causa specialis constituti praesentia interposita fuerit, aut eorum alteri.*

228 Et propterea non videtur, quod aliqua sit differentia, an citetur principalis, an verò procurator. Vnde si cõmissa sit causa de partium consensu, *Rota* censuit sufficere consensum procuratoris per actum positiuum, in his scilicet, quae sunt parui praeiudicij. *Cassad. decis. 3. n. 3. in fine, de rescript.*

Et hanc praxim Rota pluries approbauit, quod scilicet in Curia possit inchoari iudicium cum procuratore, etiam generali. *Greg. decis. 127. n. 8.* & ibi *Addent. n. 12.* adducit alias decisiones.

229 Ita tamen, vt procurator generalis in Curia apprehensus possit petere, & obtinere dilationem ad consulendum eius principalem in causa, de qua verisimiliter non potuit informari procurator autẽ specialis, illam tanquã is, qui potuit infirmari, obtinere non possit. *Bisign. dec. vnica, de dil. Cassad. decis. 1. eodem tit.* Imò quando procurator generalis sponte comparet, & se offert liti, censetur verisimiliter informatus, adeout praedicta dilatio ad consulendum principalem non veniat concedenda. *Seraph. decis. 653. n. 4. & seqq.*

230 Noto tamen plures casus, in quibus etiam in Curia non potest cum procuratore generali, eo inuito, lis inchoari.

Primus, quando procurator non acceptasset mandatũ generaliter, sed specialiter in vna causa, cum protestatione, vtputà si illud produxisset in alia causa, cum protestatione: alias quando mandatum est generale, acceptatio

tio non potest censeri limitata, nisi illud fuerit expressum. *Put. decis.* 212. *lib.* 2. *in nouis, & decis.* 13. *de procur.* fuit dictũ in *Perusina dotis*, 17. *Maij* 1632. *coram Dunozet*, quæ est *decis.* 120. *inter impress. per Zilian. ad Statutum Perus.*

Secundus, quando mandatum generale non fuisset datum nisi ad lites motas, non autem mouendas, aduertendum tamen est, quod quando mandatum generale non sit restrictum ad omnes causas motas, tunc siue sit datum per verba vniuersalia, siue indefinita, extenditur, & comprehendit etiam causas mouendas, vt censuit Rota in nou. *decis.* 32. *de procur.* & fuit tentum in d. *Perus. dotis corã Dunozetto*, post *Zilian. ad Statutum Vrbis, d. decis.* 120. adde *Caput. decis.* 396. *par.* 2.

Tertius, quando locus in quo conueniretur procurator generalis, esset talis, vt Dominus in eo conueniri non posset. *Bal. cons.* 167. *sub n.* 2. *lib.* 3. vbi dicit, quod procurator simpliciter constitutus non videtur habere mandatũ, vt respondeat in eo foro, in quo absens Dominus conueniri non posset, etiam si procurator consentiret; quia non potest iurisdictionem non sui Iudicis prorogare, & mandatum ad lites, & causas debet intelligi coram Iudice competenti; nam verba indefinitè prolata restringũtur ad ius, vt per eũ. *Laderch. cons.* 15. *n.* 6.

Quartus, quando quis vellet iudicium inchoare cum procuratore generali in eo loco, in quo principalis, vel reperiretur, vel si abesset; degeret tamen in loco certo, & non valde remoto, & idem procurator nollet comparere: nam prima citatio, intimatio, protestatio, seu nunciatio, non potest fieri procuratori, nisi in subsidium, quãdo scilicet principalis inueniri non potest. *Mandos. in reg.* 34. *de annali, quæst.* 69. *n.* 8. *Vant. de nullit. ex defect. citat. n.* 84. alias citato procuratore, & eo non comparente, nullum fieret præiudicium principali, qui potuisset citari. *Vestr. in praxi, lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 2. qui dicit, quod tali casu ob contumaciam procuratoris, non potest deueniri ad ea, quæ sunt magni præiudicij, vtpotè ad diffinitiuã, sed ad missionem tantum ex primo decreto, ad dicta per

Bar. in *l. quamuis, n.*10. *ff. de damn. infect. Soc. de citat. art.*5. *n.*5. verſ. *nec etiam nocet*, vbi ait, quod ſi procurator compareret, & reſponderet pro Domino, dummodo haberet mandatum ſufficiens, iudiciū valeret, vnde ſubiungit cautelam eſſe, quod procurator, vel non compareat, vel proteſtetur principalem citari. tunc autem cenſetur, quod principalis poſſit citari, quādo adeſt, & non latitat, vel quando abeſſet, notum eſt illum reperiri in loco certo, & non valdè remoto. *Bar. in l.*4. *§. prætor ait, n.*16. *ff de damn. infect. Zabarel. in Clem. cauſam, §. quod ſi forſan, n.*4. *de elect. Laderch. d. conſ.* 15. *n.*1. & quod in principio, ſeu in introductione cauſæ præmittenda ſit diligentia de eo, qui citari debet perſonaliter, latè dictum eſt *ſupra cap.* 11. *ſub verſ. de decreto citationis perſonalis, n.*229. *& ſeqq.* & quod non reperto principali, antequam citetur ad domum, debeat fieri perquiſitio procuratoris, dictum eſt *ſupra d. cap.* 11. *verſ. perquiſitio procuratoris, quando fieri debeat, n.*298. *& ſeqq.*

Quintus caſus eſt, quando agitur de graui præiudicio, quia tunc nō poteſt inchoari iudiciū cum procuratore generali. *Bart.* in d. *l. quamuis, n.*10. *ff. de damn. infecto, Alex. Iaſ. & alij in l.*3. *C. de procur. Abb. in cap. cauſam, n.*11. *de dol. & cont. Crauett. conſ.*182. *n.*11. *Laderch. d. conſ.*15. *n.*1.

Et propterea, quando agitur de cenſuris, iudicium nequit cum procuratore generali inchoari. *Mant. deciſ.*91. *n.*8. ſic etiam, quando agitur de priuando Rectore, ob non promotionem infra annum, de parochiali obtenta, citandus eſt principalis; non autē procurator. *Rota in ant. deciſ.*20. *de dol. & cont.*

Idem eſt, quando agitur de canonizatione regreſſus, ob penſionem nō ſolutam; quia canonizatio regreſſus habet in ſe priuationem; & ideo iudicium nulliter fit cum procuratore generali. *Rot. diuerſ. deciſ.*265. *&* 277. *par.*3. *lib.*3. & vbi agitur de priuatione alicuius, ipſe perſonaliter eſt citandus. *Caputaq. deciſ.*114. *par.*1.

Sed quando agitur de annullanda reſignatione, tanquam facta in confidentiam, quia tunc ſententia non priuat,

uat, sed declarat ius non cõpetere; ideo inchoari potest iudicium cum procuratore generali. *Achil. decis. 5. n. 7. de pens.*

Sextus casus est, quando lis alias cœpta contra procuratorem, & deinde extincta per transactionem, postea instauraretur, quia tunc debet instaurari citato principali, non autem cum procuratore. *Mohed. de transact. dec. 3. vers. & fuit dictum.*

Idem est, quando lis extincta per absolutoriã instauraretur; quia debet instaurari cum principali personaliter citato, non autem cum procuratore. *Mohed. decis. 2. vt lit. pend. n. 1.*

Septimus, & vltimus casus videtur esse in materia regulæ de annali, quæ vult impetrantem teneri infra sex menses euocari facere ipsum possessorem ad iudicium, vt debeat citari ipse possessor, non autem sufficiat citare procuratorem, ponderando dictionem ipsum, quæ est personalissima, & operatur, vt nõ veniat alius à nominato. *l. 1. C. de eden.* ibi *ipse dispice, l. restituta, §. pupillus autem ipse, ff. ad Trebell. §. fuerat*, & ibi *gloss.* in verbo *cum ipsa, instit. de act.* ita argumẽtatur *Mandos. d. reg. 34. de annal. q. 69. n. 9.* sed in contrarium *Rota* censuit, quod sit satisfactum d. regulæ, quando procurator, vel principalis fuit citatus. *Mohed. decis. 12. n. 1. de caus. poss. & propr.* Imò, quod eidẽ regulæ sit satisfactum, etiamsi possessor non fuerit citatus, quando tamen vel ipse, vel per alium vocet impetrantẽ ad iudicium, vt per *Crescent. decis. 14. de caus. poss. & propr.*

231 Nomine etiam proprio in iudicio citatur litis consors: licet enim plures sint consortes eiusdem rei, tamen quilibet potest pro parte agere, & defendere; nam in iuribus singularum personarum non est necessarius omnium consensus, sed vnus quisque potest prosequi ius suum agendo, & defendendo. *l. 1.* & ibi *Bal. C. de consortib. eiusdẽ litis*, & hoc quando res est diuidua, secus, quando indiuidua, & plene declarat *Bar. in l. 2. n. 1. C. eodem*, & ibi *Bal. n. 5.* & quando appellatio vnius consortis iuuet alios, ponit *Lancellott. de attent. 2. par. cap. 12. de attent. appellat. pendent. ampliat. 11.* Non dicitur autem litis consors,

sors, qui venit ex iure diuerso. *Abb. in cap. vna sententia, de appellat. Mohed. decis. 1. de appell.* & non dicitur litis cōsors, qui venit post sententiam latam cum procuratore alterius. *Cas. de Grass. decis. 2. de rescript. n. 11.*

232 Et quando litis consors constituit proprium procuratorem, videtur prohibere ne alius consors pro se aliquid faciat. *Cresc. decis. 7. n. 3. de procur. Greg. decis. 531. n. 1.* nisi tamen idem procurator constitutus negligeret agere, vel defendere. *Castr. in l. cùm prætor, ff. de iud. Alex. Ias. & alij, in l. exigendi, C. de procur. Greg. decis. 548. n. 2.*

233 Proprio pariter nomine citatur Iudex, quando citandus est pro defensione eius, quod egit, nempe si Iudex tulit sententiam ad partis instantiam, & pars læsa instaret Iudicem puniri, & in expensis condemnari, tunc enim, quia ageretur de interesse, & de dolo Iudicis, ipse citandus esset. Si verò pars instaret dumtaxat super appellatione, vt tali remedio sententia reuocaretur, non esset citandus Iudex, sed satis esset citare partem, cuius principaliter interest, at si aliquid egit ex officio, tunc pro defensione, & iustificatione gestorum debet citari idem Iudex, ita videntur sentire communiter Doctores. *Felin. in cap. sacro, n. 9. de sententia excommun. Soc. de citat. art. 5. quæst. 10. n. 14. Boer. decis. 259. n. 11. & 12. Aufrer. ad Capell. Tholos. decis. 278. littera A.* vers. *dic breuiter*, & plures alios allegat. *Gabr. concl. 1. de citat. n. 86. vers. 13. amplia.*

234 Tunc autem pars potest instare cōtra Iudicem, vt propter eius gesta condemnetur ad expensas, vel etiam arbitrio Iudicis puniatur, quando furta, scelera, seu baratariā commisit. *l. Iudices, C. de dignitat. lib. 12.* & quando ob iudicandum, vel non iudicādum, pecuniam accepit. *l. lege Iulia, ff. ad l. Iul. repetund.*

235 Et Iudex litem suam facit, quando aliquid agit per imprudentiam, cuius obligatio nō nascitur ex contractu, neque ex delicto; sed ex quasi maleficio tenetur actione in factum, & in quantum de ea re æquum religioni iudicantis visum fuerit, pœnam sustinebit, vt dicitur in *l. fin. ff. de var. & extraordinar. cognit.* & in

& in §. 1. *instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nascun.* & latè explicat *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 4. casu 339. per tot.* litem autem suam facere exponit *gloss. in d. §. 1.* in verbo *litem suam, exponit*, idest controuersiam, vel litigium, vt idem parti teneatur ad interesse, vt latius in ea.

236 Ideoque Iudex non facit litem suam, nisi quando de facto exequitur, propter dãnum parti illatum. *Bal.* in *l. obseruare, §. proficisci, q. 21. n. 13. ff. de offic. procons. & leg. Alex. in l. 1. §. hæc autem, n. 3.* ibi *nisi Iudex processisset ad executionem suæ sententiæ, ff. quod quisque iur.*

237 Et quod Iudex, seu Magistratus, qui in dando Tutore, vel nullum, vel minus idoneum fideiussorem recepit, teneatur eadem actione tutelæ in subsidium, post excussos Tutores, & eorum fideiussores. *tex.* est in *l. in Magistratus*, & in *l. fin. ff. de Magistrat. conuen.* & in *l. aduersus nominatorem, C. eodem.*

238 At quando Iudex processit per inquisitionem; an sit citãdus tanquam aduersarius ad defendendum suum processum, dicit *Bal. super feudis in tit. de milite Vassallo, qui contumax est*, sub *n. 12.* vers. *de Iudice autem*, quod si non citatur, non vitiatur processus, quia re, & fama dicitur agere, & conueniri respublica, & non ipse, & in *d. l. obseruare, §. proficisci, sub n. 10. quæst. 16.* dicit, quod quando Iudex inquisiuit contra Titium, & tandem eum absoluit, si in syndicatu condẽnetur ad expensas, illas soluere tenetur, si temere inquisiuit, aliàs secus, quia præsumitur pro inquirente si constat de fama, vel de indicijs, nec erubescere debet, si id, quod malè inchoauit, inquirendo scilicet, benè finiuit absoluendo.

239 Sed quod officiales debeant syndicari tantummodo de dolo, furtis, & barataria, & illicitis extorsionibus, & quod ita de consuetudine seruetur, testatur *Clar. in §. fin. quæst. 73. n. 3. in fine.*

240 Quod autem non sit necesse citare Iudicem inhibendum, ex quo eius principaliter non interest, dictum est *supra cap. 3. n. 37.*

241 Sed quod sit necesse citare, seu potius vocare adiunctum, quãdo in rescripto data est

est forma, vt vocetur, & assistat, probat *Crauett.consil.*182. *sub n.* 9. vers. *quarto videtur pronunciatum, & n.*11. declarat citationem adiuncti non esse propriè citationem: cùm par in parem non habeat imperium.

242 Nomine pariter proprio citatur quilibet tertius, qui pro suo interesse vult venire ad causam, & aduertè, quia tertij citatio, de qua dicturi sumus, est longè diuersa ab ea, quæ fit contra interesse putantes, de qua diximus *supra*, in *cap.*7. vers. *de citatione per proclama contra interesse putantes, n.*349. & in *cap.* 9. sub vers. *de exprimendo nomine eius, qui citandus est, n.*251. quæ vel fit generaliter contra incertos, & est quasi monitio quædam ad exquirendam voluntatem, si quis sit, qui velit pro suo interesse compatere, & propterea dicitur monitoria citatio, non autem arctatoria, itaut liceat cuilibet hoc modo citato in iudicium venire si velit, aliàs si nolit non fit contumax. *Rot.in nou. decis.*18. *de dol. & contum. n.*2. *decis.* 545. *n.* 2. *par.* 3. *diuers. lib.*3. *Surd. decis.*26. *n.*7.

Tunc autem arctatoria diceretur, & mutaret naturam suam, quando eadem citatio fieret cum clausulá comminatoria, de procedendo ad vlteriora in contumacia. *Capic. decis.*8. *n.*4. *Seraph. decis.*512. *n.* 5.

Vel fit specialiter contra certos, & tunc est arctatoria. *Rot. in nou. decis.*18. *de dol. & contum. Caput. decis.*113. *n.*3. *par.*1.

Hoc autem modo etiam certus habens interesse principaliter, non potest citari cum clausula quatenus sua interesse putauerit, quia licet quis compellatur ad desistendum à contradictione, seu impedimento; nemo tamen cōpellitur ad allegandum, prosequendumue suum interesse, cùm quilibet possit renunciare fauori suo. *l. si quis in conscribendo, C. de pactis, Bellam. decis.*11. *in fine*, & ideo si hæres citatur cum hac conditione, quatenus sua interesse putauerit, non arctatur ad comparendum; & si non cōparet non habetur pro contumace. *Seraph. decis.*957. *n.*7. qui enim est principalis, absque conditione debet citari, vt ad comparendū arctetur; qui enim citatur quatenus sua inte-

interesse putauerit, non dicitur principaliter, sed accessoriè citatus. *Io: Franciscus del Castillo decis.2. n.11.* & is cuius principaliter interest debet citari per verba præceptiua, non autem facultatiua. *Soc. de citat. art.20. n.23.* sic etiam possessor debet specialiter citari tanquam principalis, & possessor; non autem quatenus sua interesse putauerit. *Vant. de nullit. ex defect. citat. n.142. Rot. in recent. decis. 185. n.2. par. 2.* si tamen compareret ita citatus, processus cõtra eum valeret. *Cas. de Graff. decis. 9. n. 3. de sententia, & re iud.*

243 Hæc autem citatio tertij fit de eo, qui ad causam inter alios cœptam vult pro suo interesse venire, & rectè dicitur tertius, tanquam veniens post duos, actorem scilicet, & reum, qui in iudicio antea moto contendebant. & vulgo dicitur, inter duos litigantes, tertius gaudebit.

244 Hinc pluribus modis quis tertius dicitur, nempe is, qui non fuit in lite, sed contra eum vnus ex litigãtibus vult executionem facere, & regula est, quod iste tertius non potest conueniri via executiua. *Ruin. cons.87. n.1. lib.4. Bero. cons.47. n.6. lib. 1. Alex. in l. sæpe, n.6.* & in *l. à Diuo Pio, §. si super rebus*, sub *n.28.* vers. *& pro hoc benè facit, ff. de re iud. Rot. post Zacch. de oblig. Camer. decis. 47.* & secundum cautelam, *Angel.* in d. *§. si super rebus*, potest tertius possessor protestari, ne executio fiat in eius bonis, qua protestatione stante executio postea facta multo magis redditur nulla. *Castr. in d. §. si super rebus, n.2.* & ibidem *Alex. n.9. Bald.* in *l. ob maritorum, n.2.* vers. *quæro nunquid pendente protestatione, C. ne vxor pro marito.* Sed contra istũ possessorem, qui non fuit in lite, datur Saluianum interdictũ, *l. pignoris, ff. de pignor. act. l. si debitor, C. de distract. pignor. l. distractis, C. de pignor. Rol. cons. 14. n.18. lib. 1. Seraphin. decis. 1143. n.5.*

245 Tertius etiam dicitur is, qui cùm non sit vnus ex cõtrahentibus, vult dare de nullitate contractus, & regula est negatiua. *Seraph. decis. 278. Coccin. decis. 121. n.4.* Ideoque defectus solemnitatum non potest allegari ab alio, quàm ab Ecclesia, cuius fauore alienatio est nulla. *Imola*

in

in cap. si quis presbyterorum, n.21. vers. nec obstat, de rebus Ecclesiæ non alienan. Bar. cons. 159. n.6. & 7. Rota diuers. decis. 133. n. 12. par. 2. prout etiam defectus beneplaciti p tertium opponi non potest. *Mantic. decis. 201. n.1. Caual. decis. 605. n.3.* idem est de defectu insinuationis donationis, vt à tertio non possit opponi. *Surd. decis. 179. n. 17. Rota diuers. par. 7. decis. 126. n. 16.*

Sic etiam defectus solemnitatum Statuti, quando sunt inductæ ad priuatam vtilitatem non potest opponi per tertium. *Tiraq. de legibus connub. glos. 8. n. 93. Surd. decis. 108. n.4. Bart. in suis quæst. quæst. 1. n.8. Rota in recentiss. decis. 732. n.2. par. 1.*

246 Item tertius dicitur is, qui in gratia Principis non est nominatus, & regula est, quod in qualibet gratia, seu dispositione semper censetur præseruatum ius tertij quoad cõpatibilia, secus quoad incompatibilia. *Seraph. decis. 1410. n.19. & 23.*

247 Et quod taciturnitas iuris tertij vitiat rescriptum, & illud reddit subreptitium. *Natt. cons. 211. sub n.14. in fin. & seqq. Gratian. cap. 730. n.32. & 33. Osasch. decis. 168. n.10. Rota decis. 24. n.26. par. 7 diuers.*

248 Sed de iure tertij, quando est incertum, & euentuale, & quod se habet ad esse, & non esse non est facienda mentio in gratia, nec vitium subreptionis inducit. *Felin. in cap. in nostra, n. 15. de rescr. Paris. cons. 5. n. 96. lib. 4. Crauett. cons. 68. n. 12. vers. secus vbi. Rot. in nou. decis. 25. de rescript. Cassad. decis. 16. n.2. de preben. Caput. decis. 337. n. 2. & 3. par. 1. Rota diuers. par. 5. decis. 24. n. 14. & 15.*

249 Tertius pariter dicitur ille, qui habet ius omnino diuersum ab alijs in iudicio cõtendentibus; & in hoc regula est, quod nemo potest excipere de iure tertij, nisi eo volente. *l. loci corpus, §. competit, ff. si seruitus vendicetur,* ibi *licet enim seruiãt ades meæ; ei tamen, cum quo agitur, non seruiunt. hoc igitur intendo habere me ius altius tollendi inuito eo, cum quo ago. Quantum enim ad eum pertinet, liberas ædes habeo. Paris. cons. 1. n. 152. lib. 2 Seraph. decis. 649. n.2. Greg. decis. 473. n. 15.* & sic præiuditium tertij non potest

potest ab alio, quàm ab ipso allegari. *Rota in recent.par.2. decis.74.n.6.Coccin. decis.209. n.2.*

250 Fallit tamen, quando ius tertij est omninò, seu ipso iure exclusiuum iuris agentis; quia tūc de eo dari potest, ex pluribus adductis per *Tiraq. in l.si vnquam, C.de reuoc.donat.* in verbo *reuertatur, n.356. Surd. decis.108. n.20. Rota decis.63.n.3.par.1.in recent. & par.2.decis.19.n.2.& decis.180.n.15.& 16.par.5.diuers.Coccin.decis.166. n.5.* sed in hac materia, quando possit opponi de iure tertij, latè distinguit, & tradit *Bar.in l.2. ff.de except. rei iud.* per totā adde *Crauett. cons.191. n.3.* & vide *Thesaur. decis.4.* vbi plures casus distinguit, quando valeat oppositio iuris tertij, & an possit opponi de iure alterius cohæredis, & de tertio qui vult sententiæ inter alios latæ exeutionem impedire, vide *Couar. pract. quæst. cap.16.*

251 Tertius denique dicitur ille, qui pro suo iure, & interesse vult venire ad causam inter alios pendentem, & hic est tertius, de quo nunc agimus.

252 Qui in primis debet docere de suo interesse, deinde admitti, & admissus citari, quæ citatio non est facultatiua, seu conditionalis, neque potest omitti. *l.de vnoquoque, ff. de re iud. Clem. pastoralis, eod. tit.Seraph.decis.1071.n.1.*

Debet inquam docere de suo interesse, quia in iudicijs non solent audiri, nisi hi quorum interest, vt dicitur in *l.1.ff.de appellat. recipien. cap. cùm super, de re iud.*

253 Ad effectum autem, vt tertius possit audiri, sufficit si doceat summariè, & apparenter de interesse. *Innoc.in cap.veniens, il 2.* in verbo *incontinenti, de testibus, Felin. in cap. cùm super, n.16. de sententia, & re iud. Bisign.decis. 1. de rescript. Mandos. inform.9. commissionis admissionis pro interesse,* in verbo *ad causam, Coccin. decis.47.n.19.*

254 Debet autem docere incontinenti, hoc est intra octo dies secundum opinionem *Innoc.* in d. *cap.veniens, il 2. de testib.* sed quod Iudicis arbitrio relinquendum sit, quod dicatur tempus incontinenti, infra, quod tertius debeat docere de suo interesse, voluerunt ibidem *Abb.Imol.& Felin.*

lin. cū alijs adductis per *Mandoſ. ad d. formam 9.* in verbo *pro ſuo intereſſe*, & quando nō docet incontinenti, non poteſt impedire proceſſum, neque executionem. *Caual. deciſ. 305. n. 3. & deciſ. 924. n. 5. Rota in recent. par. 1. dec. 335. n. 1.*

255 Et interim dum cognoſcitur, an habeat intereſſe, vel non, impedire nō poteſt progreſſum cauſæ. *Rota diuerſ. par. 7. deciſ. 48. n. 7.*

256 Poſtquam tertius docuit de ſuo intereſſe debet ad cauſam omnino admitti. *cap. fin. vt lit. pend. lib. 6.* ibi *ſanè ſi ad defenſionem ipſius litis aliqui, quorum intererit, petierint ſe admitti, eos in illo ſtatu, in quo ipſam inuenerint, decernimus admittendos. Rota in recent. par. 2. deciſ. 618. n. 3.*

257 De qua admiſſione debet conſtare. *Creſc. deciſ. 3. de reſcript.* nempe vel per interlocutoriam Iudicis, ad *tex.* in d. *cap. veniens, il 2. de teſtib.* ibi *cùm igitur ſuper his aliquandiu diſceptaſſent, interloquuti fuimus, vt dictus P. ſi poſſet incontinenti, ſuam intentionem fundaret; qui cùm ſuper hoc teſtes, & inſtrumenta produxerit, interloquendo pronunciauimus, quod ſua intererat, vt ſe poſſet opponere.* Ideoque in Curia tertius citat exiſtentes in cauſa, ad videndum ſe admitti pro ſuo intereſſe, & fit decretum admiſſionis. *Mandoſ.* in d. *for. 9. commiſſ. admiſſionis pro intereſſe*, in verbo *admittat*.

258 In caſu autem quo tertius obtinuiſſet commiſſionem admiſſionis ad causā cum clauſula docto de intereſſe, ſi cōſtaret de ſola citatione ad dicendum contra commiſſionē, nō cenſeretur admiſſus. *Creſc. d. deciſ. 3. de reſcript. n. 3.*

259 Et tertius veniēs ad cauſam nihil prætendere poteſt quoad fructus decurſos, antequam fuerit admiſſus. *Caſſad. deciſ. 3. n. 4. de reſtit. ſpoliat. Caual. deciſ. 305. n. 4.*

260 Sufficit autem tacita admiſſio reſultans ex eo, quod tertius de cuius intereſſe appareat, fecerit aliquos actus concernentes merita cauſæ; prout etiam ſi obtinuiſſet decretum compulſorialium generalium. *Greg. deciſ. 303. n. 4. & ſeqq.* & hoc procedit ad effectum, vt ſit admiſſus, & fiat colligians; ad effectum autem, vt tertius faciat acta iam facta, & probationes ſuas,

requi-

requiritur expressa admissio. *Rota in Toletana pensionis* 12. *Decembris* 1597. *coram Litta*, impressa per *Marchesi. de cõmiss. tom.2. fol.*268. *adden. ad Greg. decis.*259. *n.*5.

Sed, vt clarius appareat qualis sit effectus admissionis tertij ad causam, considerandá sunt tria tempora, ante sententiam, post sententiam, & post executionem.

261 Si tertius venit ad causã siue ante sententiã, siue post, admittitur. Si verò venit post consummatam executionem non admittitur; quia res non est integra. *Rota diuers. decis.* 313. *n.*9. *par.*6.

262 Rursus cõsiderandum est, quod tertius potest venire ad causam, ad triplicem effectum, vel ad defensionem vnius ex collitigantibus, vel ad exclusionem vtriusque, vel ad impediendam executionẽ.

263 Interesse tertij, quando est connexum cum iure partium, tunc non potest tertius venire ad causam, nisi ad defensionem, & non potest admitti, nisi in statu, & terminis in quibus causa repetitur. *Bal. in l. si eo tempore, in fin. C. de remiss. pignor. Afflict. decis.* 235. *Couarr. pract. quaest. cap.*13. *n.*1. *Seraph. decis.*1422. & admissus cum dicta clausula censetur ratificasse omnia gesta. *Innoc. in cap. cùm super, n.*6. vers. *si autem hæc tertia persona*, & ibi *Butr. n.* 18. & *Felin. n.*17. *de re iud. Put. decis.* 71. *lib.* 3. *Rota in recent. par.*1. *decis.*431. *n.*5.

264 Hoc tamen non est absolutè verum, & primo, quia admissus in statu, & terminis non censeretur ratificasse sẽtentiam, quæ fuisset lata in contumacia; sed ab ea posset appellare, non obstante transitu in iudicatum; aliàs enim frustra admitteretur, dum rem iudicatam non posset impugnare; sed neque inutilis esset dicta clausula in statu, & terminis; quia hoc operaretur, vt faceret numerum: vt per *Seraph. decis.*906. *n.*2.

265 Secundò, quia ita admissus non censeretur ratificasse, & fecisse sententiã suam, quæ fuisset lata super attentatis; hoc enim repugnaret eius intentioni, dum vult ad causæ defensionem admitti. *Rota in recent. par.*1. *decis.*705. *n.*5.

266 Tertiò, quia admissus cum dicta clausula ob id non censeretur acceptasse confessionem per partem factam; quia

nocet dumtaxat confitenti, non autem tertio. *l. duobus*, §. 1. vbi *Ias. de iureiur. Greg. decis.* 105. *n.* 24.

267 Et hic nota, quod quando tertius venit ad causam ad defensionem vnius, eo etiã inuito, & volente à lite recedere, & confiteri intentionẽ alterius partis, potest nihilominus causam prosequi, & defendere pro suo interesse, ex adductis per *Benintend. decis.* 75. *n.* 3. & 4.

Nota etiam, quod quando tertius venit ad causã ad defendendum reum, sine dubio potest illam mortuo reo prosequi contra Actorẽ, sed quãdo venit adhærendo Actori, tunc an mortuo Actore prosequi possit contra reum, licet dubitatum fuerit in Rota; tamen fuit firmata opinio affirmatiua, quod possit: vt per *Achill. decis.* 5. *de iudic.*

268 Ad exclusionem vtriusque potest tertius venire ad causam pro suo interesse, ex iure scilicet proprio, & non connexo cum iure partium, & tali casu potest venire, vel adhærendo alteri, vel inchoãdo nouum iudicium, seu prout in prima, & sic prout sibi placet. *Cassad. decis.* 1. *n.* 3. *vers. item in potestate sua erat, de except. Afflict. decis.* 235. *n.* 6. *Coccin. decis.* 144. *n.* 18.

269 Si venit adhærendo facit acta sua, licet habeat ius diuersũ; dum enim vult gaudere beneficio litis, debet etiã eiusdem litis onus pati, & admitti in statu, & terminis. *l. eum qui, ff. de iureiur. Cassad. decis.* 1. *n.* 3. *de except. Greg. decis.* 259. *n.* 7.

270 Et hic nota, quod si tertius, vel appellaret, daretuè de nullitate sententiæ, quamuis ex iure suo veniret, attamen faceret acta sua, quia tunc non veniret tanquam in prima; sed in gradu appellationis, vel nullitatis: tunc autem dicitur nouum iudicium inchoare, quando impetrat nouam commissionẽ, nouumuè libellum offert. *Rot. in recent. par.* 1. *decis.* 98. *n.* 5. *Addent. ad d. decis. Greg. decis.* 259. *n.* 3.

271 Itẽ nota, quod hæc procedunt in prophanis, non autem in beneficialibus, in quibus tertius volens venire ad causam quouis modo, siue adhærendo, siue excludendo, siue ex iure dependenti, siue independenti à iure partium, nõ potest aliter admitti, quam

quàm in ſtatu, & terminis, ne lites ſuper beneficijs fierent immortales, ſi dato nouo collitigãte de nouo eſſet inchoãdus proceſſus. *cap. 2.* & ibi *gloſ. fin. vt lit. pend. lib. 6. Seraph. deciſ. 906. n. 1.*

272 Et in beneficialibus, tertius poteſt ſine noua commiſſione ſemper comparere, etiã coram Delegato, & etiam in gradu appellationis. *Achil. deciſ. 5. n. 1. & 2. de except.* & quod mortuo collitigante poſſet obtinere gratiã ſi neutri adeſt, *deciſ. 94. Greg. per tot.*

273 Et quod admiſſio faciat litem, vide *Rotã diuerſ. par. 3. lib. 2. deciſ. 71. per totam, & deciſ. 109. lib. 1.*

274 Tertius igitur, quãdo venit ad iudicium iam cœptum, etiam ex iure diuerſo, tunc admittitur in ſtatu, & terminis, & facit acta ſua. *Gregor. deciſ. 354. n. 8.*

Sed quando venit ex iure nouo, & diuerſo à iure collitigantium, & inchoat nouum iudicium; tunc ſicut non facit acta ſua, neque etiam poteſt impedire proceſſum iam cœptum inter collitigantes, quia tunc ſua non intereſt, cùm veniat ad excludendum vtrumque. *Greg. deciſ. 396. n. 2. Coccin. deciſ. 254. n. 2. Rota diuerſ. par. 6. deciſ. 357. n. 6. & ſeq.* neque mutare naturã, & ſtatum iudicij. *Greg. deciſ. 576. n. 7.*

275 At quando tertius venit defendendo vnum, vel alterum; an poſſit cauſæ expeditionem impedire, diſtinguunt Doctores, aut ſciuit cauſam agi, & tunc non impedit, aut ignorauit, & tunc impedit. *Bart. in l. ſi proluſorio, §. ſed & agere, n. 2. & 3. ff. de appellat. Abb. in cap. cùm ſuper, n. 30. de re iud. Coccin. deciſ. 237. n. 1.* Interim autem dum cognoſcitur an habeat intereſſe, nõ poteſt proceſſum impedire. *Couarr. pract. quæſt. cap. 14. n. 4. Surd. deciſ. 60. n. 6. & 147. n. 6. Rota in recent. par. 1. deciſ. 335. n. 1. & par. 7. diuerſ. deciſ. 48. n. 7.*

276 Reliquum eſt, vt in hac materia de tertio videamus, quando venit poſt ſententiam ad impediendam executionẽ, an illam poſſit impedire pro ſuo intereſſe.

Et diſtinguendum eſt, vt ſupra, aut venit adhærendo, & ex iure dependente, ſeu connexo cum iure partis cõdemnatæ, & tunc quia non aliter admittendus eſt, quàm

in statu, & terminis, facit acta, & sententias suas, & executionem non potest impedire. *l.is à quo, ff. de rei vend. Franc. decis. 261. n. 7. Surdus decis. 60. n. 6. Menoch. de arbitr. Iud. casu* 18. *Rot. diuers. in addit. ad 5. par. decis. 585. n. 15.*

Hinc veniens adhærendo in causa restitutionis in integrum, post latas tres sententias, censetur fecisse sententias suas. *Put. decis. 71. lib. 3.* tanquam admissus in statu, & terminis. *Cap. 2. ad fin. vt lit. pend. in 6. Felin. in cap. cùm super, n. 5. de re Iud.* vbi *Gemin. & alij, Couarr. pract. quæst. cap. 13. in princ. Seraph. decis. 906. Mart. Andr. dec. 43. n. 13.*

277 Posset tamen hoc casu tertius obtinere nouam commissionem, ad effectum retardandi pro iure suo executionem. *Put. decis. 71. lib. 3. Mohed. decis. 3. de Iud. Mantic. decis. 74. n. 4.*

278 Aut tertius venit ad causam principaliter pro suo interesse separato à iure partiũ, & tunc potest impedire executionem rei iudicatæ. *Innoc. in cap. veniens, il 2. de testib. Rot. in antiq. decis. 2. de re iudicata, Seraphin. decis. 1152. Gregorius decis. 396. n. 4.*

Et potest ratione sui iuris dicere de nullitate, & appellare, non obstantibus tribus conformibus, quatenus scilicet sibi præiudicent. *Cardin. in Clem. vt calumnijs, de re Iud. Felin. in cap. veniens, il 2. de testibus, n. 5. Benint. dec. 67. n.* 12. Nec obstaret d. *Clem. vt calumnijs*, quia procedit inter ipsos litigantes, non autem in tertio. *Card.* ibidem *n. 5. Ias. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, n. 16. de re Iud. Couarr. pract. quæst. cap. 15. n. 9. Rot. diuers. decis. 320. n. 1. par.* 1. quando scilicet venit pro suo interesse deducendo particulariter ius suum, quod non habet connexitatem cũ iure litigantis. *Ioan. Andr. Gemin.* & alij in d. *cap. 2. in fin. vt lite pend. in 6. Seraph. decis. 906. sub n. 1.* & certi iuris est tertium posse appellare, etiam post tres conformes. *Abb.* post alios in *cap. cùm super, n. 26. de re Iud. Dec. in cap. tua nobis, n. 10. de appell. Couarr. pract. quæst. cap. 15. n.* 8. & tanto magis, quando in cõmissione adesset clausula, quam & quas. cuius vigore potest procedi prout in prima, ita *Rot. in recentiss. par. 1. decis. 17. n. 5.*

Et

Et hæc intellige, quando tertius venit de nouo, & provt in prima, secus autem si etiam ex iure proprio veniat ad causam inter alios cœptã.

279 Quia si inter easdem partes commissa esset causa cum clausula Parito iudicato, non audiretur nisi post paritionẽ. *Mart. Andr. decis.* 43. *n.* 13. *& decis.* 47. *n.* 6. prout etiam nec audiretur postquam condemnatus, etiam sine dicta clausula, paruisset. *Greg. decis.* 582. *n.* 6.

280 Et idem est vbi commissa esset causa cum clausula sine præiudicio rei iudicatæ, per quam dicitur præseruata facultas exequendi Iudici à quo. *Lancellot. de attent. post inhib. cap.* 20. *limit.* 13. *n.* 17. *Rota decis.* 609. *n.* 1. *par.* 2. *recent.* tunc enim tertius censeretur venire in statu, & terminis, & perinde esset, ac si dicta clausula fuisset apposita in commissione per eundem tertium obtenta. *Rota decis.* 431. *n.* 5. *& decis.* 705. *par.* 1. *recent. Greg. decis.* 259. *n.* 1.

281 Imò si stante cõmissione inter primos litigantes signata cum clausula parito iudicato, vel sine præiudicio, postea tertius impetraret aliam cõmissionem sine dicta clausula, nisi aliud adesset in contrarium, eadem clausula tanquam posita in præcedenti censeretur in subsequenti cõmissione repetita. *Cassad. decis.* 8. *n.* 5. *d. rescript. Rot. diuers. par.* 1. *decis.* 321. *n.* 1. *& decis.* 313. *n.* 4. *par.* 6.

282 Quod autem tertius de cuius interesse in beneficialibus constat ex resignatione, debeat audiri nõ obstantibus clausulis parito iudicato, & refectis expensis, censuit *Rot. corã Coccino decis.* 47. *n.* 3. vbi sub *n.* 6. *&* 14. declarat,

283 Quando clausula posita in vna commissione non censeatur repetita in alia, vbi vide.

284 Sed in casu eodem quo tertius venit ad causam ex iure proprio, & separato, distinguunt Doctores, quod si ignorauerit causam agi, possit impedire executionem, secus si sciuerit. *Bart. in l. si prolusorio, §. sed & agere, n.* 1. *&* 3. *ff. de appellat. Abb. in cap. cùm super, n.* 30. *de re iud. Afflict. decis.* 235. *sub n.* 3. *Coccin. decis.* 237. *n.* 1.

Cæterum hæc distinctio videtur procedere, quando tertius comparuit ante factam

actualem executionem; secus si post, quia tunc siue sciuerit, siue ignorauerit, non audiretur ad executionem retractandam. *Rot. diuers. par. 6.* dicta *decis. 313. n. 4. & seqq.*

285 In eodẽ casu pariter tertius non impediret executionem ex iure proprio, quando possessio non esset vacans; sed plena, quia tunc sua non interesset, an possessio existeret penes vnum, vel alterum, cùm posset semper ius suum experiri, etiam contra possessorẽ in executione rei iudicatæ immissum; nisi quando timor esset ne daretur durior aduersarius. *Couarr. pract. quæst. cap. 16. sub n. 3.* vers. *secundus casus, Bart. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re Iud.* & in *l. 1. ff. de petit. hæred. Mohed. decis. 4. de except. Rot. in recentiss. par. 2. decis. 539. n. 10. in fine.*

286 Hinc tertius non potest impedire immissionẽ ex Saluiano, quia dum est plena possessio, illi non fit præiudicium, nec læditur ius illius. *l. si is à quo, C. de rei vendic. Felin. in cap. cùm super, sub n. 17. de re Iud. Couarr. pract. quæst. cap. 16. sub n. 2. Cas. de Graff. decis. 3. n. 4. de verborũ significat. Rot. in recentiss. p. 2. decis. 539. n. 10. in fin.*

287 Neque etiam tertius in eodem casu executionem impediret, quando non probaret ius suum concludenter, quod esset exclusiuum vtriusque. *Gabr. de restitut. spoliat. conclus. 1. n. 45. Seraph. decis. 793. n. 1.*

288 Nam si ius, quod prætenderet esset connexum cũ iure spoliantis, non impediret. *Bero. in cap. in litteris, n. 102. vers. vel diu potest, de restit. spoliat. Rota in recent. decis. 23. n. 3. par. 1.* hinc si tertius opponeret, & probaret exceptionem, quæ non sibi, sed alijs competeret, non impediret restitutionem in spolio. *Pont. de spol. lib. 3. n. 48.* circa finem, vers. *hac tamen iuris exceptio, Rot. in recent. par. 2. decis. 510. n. 6. Caualer. decis. 579. n. 6.*

289 Sed si incontinenti doceret de iure suo, & de dominio, tunc impediret executionem, & restitutionem in spolio. *Rot. diuers. par. 2. decis. 201. n. 2. Seraph. dec. 444. n. 2.* fallit si spolium fuisset attentatum; quia deberet purgari. *Bisignet. decis. 3. de appellat. Abb. in cap. bonæ, de appel-*

appellat. Rot. diuerſ. par. 1. deciſ. 274. n. 1.

290 Licet autem tertius impediret restitutionem ſpolij, non tamen impediret proceſſum, interim ſpoliatus agere poſſet, vſque ad rem iudicatam in petitorio. *Rot. diuerſ. deciſ. 201. n. 2. par. 2.*

291 Nota denique alium caſum in quo tertius etiam veniens ex iure proprio, & diuerſo non impedit executionem, quando ſcilicet victor, & petens executionem daret cautionem in forma depoſiti in caſu ſuccumbentiæ. *l. ſi is à quo, & l. ſequen. ff. de re iud. Felin. in cap. veniens, il 2. n. 7. verſ. tertia concluſio, de teſtibus, Creſc. deciſ. 11. de reſcript. n. 1.*

292 Cæterum hæc cautio nõ admitteretur, quando tertius vellet probare incontinenti. *Put. deciſ. 326. lib. 2. n. 3.*

293 Item nec admitteretur eadem cautio, quando condemnatus non poſſideret, ſed tertius, qui non fuit citatus. *Alex. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, n. 9. ff. de re iud. Caput. deciſ. 327. n. 3. par. 1.*

294 Quæro denique in materia, an & quando tertius attentet; & regula eſt, quod tertius non attentat. *Rot. in antiq. deciſ. 2. vt lit. pend. Greg. deciſ. 14. n. 6.* & nec etiam reſpectu tertij attentatur. *Felin. in cap. executionem, col. 7. verſ. quinto fallit, de reſcript. Achil. deciſ. 28. de appellat.*

Quod procedit, quando tertius non eſt in lite, alias poſtquam fuiſſet admiſſus ad cauſam, attentaret. *Lancell. de attentat. 2. par. cap. 4. titul. de attentat. lit. pend. n. 201.* vbi ponit plures declarationes; quando admiſſio tertij ad cauſam inducat litis pendentiam, ad effectum attentatorum, & *num. 212.* Hinc tertius exiſtens in poſſeſſione, poſt executoriales decretas, tenetur probare ſe fuiſſe in poſſeſſione ante litem motã, alias cenſeretur attentaſſe; cùm enim executoriales fuiſſent relaxatæ contra litigantem, qui fuerat probatus poſſeſſor, ſequeretur tertium attentaſſe poſt litem, cùm duo inſolidum nõ poſſint inſimul poſſidere. *Achil. deciſ. 21. n. 1. & 2. de probat.*

295 Sed quando tertius non eſt in lite, tunc dicitur attentare, quando attentat vnã cũ parte. *Caſ. de Graſſ. deciſ. 6. n. 8. de cauſ. poſſ. & propriet.*

atque tunc attentata facta, cum tertio venirent reuocãda, quando esset fraus inter litigantem, & tertium. *Mohed. decis. 4. n. 2. vt lit. pend.* sic qui lite pẽdente super beneficio inter alios capit eiusdem beneficij possessionem, de manu possessoris collitigãtis, attentat, & fit intrusus lite pendente. *Cassad. decis. 9. n. 5. de caus. possess. & propr. Bisign. decis. 1. vt lit. pend. Rot. decis. 342. n. 6. par. 1. recent.* sed quando tertius, qui non est in lite, capit possessionem vacantem, & sine fraude, non dicitur attentare. *Rot. in nou. dec. 10. vt lite pẽdente, Bellam. decis. 102. n. 2. Mohed. d. dec. 4. n. 1. vt lit. pend.*

Ratio est, quia tunc nihil interest collitigantium, nec sibi aliquod praeiudicium infertur, id quod principaliter in hac materia attenditur, vt per *Mohed. d. decis. 10. vt lite pendente.*

296 Hactenus dictum satis sit de tertio, & de alijs, qui citantur nomine proprio, sequitur modo videre de his qui citantur nomine alieno, quales sunt pater pro filio, patronus pro seruo, maritus pro vxore, coniunctus pro coniuncto, tutor pro pupillo, curator pro minore, vel furioso, vel prodigo, & de alijs, qui citantur pro vniuersitate, & pro Ecclesia.

297 Pater nomine filij citatur, & citat tanquã legitimus administrator, quando scilicet agitur de bonis aduentitijs. *l. 1. C. de bon. matern.* ibi, *& personam gerant legitimam*, & ibidem notant *Bart. Bald.* & alij, *Rot. diuers. decis. 316. n. 10. par. 2.*

298 Et ideo plenior est vsusfructus patris in aduentitijs, quàm cuiusuis alterius vsusfructuarij, quippe qui habet administrationẽ. *Arius Pinel. in d. l. 1. C. de bon. mater. par. 2. n. 17. Buratt. decis. 207. n. 10.*

299 Sed quod per testatorem possit patri prohiberi vsusfructus in aduentitijs, vide *Rot. in recentiss. par. 2. decis. 547. n. 4. & seqq.*

300 Pater igitur habens vsũfructum in aduentitijs agit nomine filij, & pro eo comparet, & secundum veriorẽ, & aequiorem opinionem non est necessaria expressio, administratorio nomine, vt p *gloss. in d. l. 1.* in verbo *legitimam, C. de bon. mater. Seraph. decis. 1193. n. 3.*

Et

301 Et poteſt conſtituere in bonis aduentitijs procuratorem, tàm ante litem conteſtatam, quàm poſt, *Bar. in d. l.1. n.1. C. de bon. matern.* per illum *tex.* ibi *per ſe, vel per procuratorem poſcere*, & ibi *Bald. n.3.*

302 Et conſenſus filij maioris infante nõ requiritur. *Bal.* in eadem *l.1. n.8.* ſed quia alij tenent contrarium, vt per adden. ad eum ibi littera B.

303 Ideo conſultum eſt, vt ad euitandas Doctorum opiniones, an iudicium motum per patrem in aduentitijs ſine conſenſu filij valeat, pater adeundo hæreditatem filio relictam, faciat illum conſentire, quia quãdo poſtea pater egerit pro aduentitijs, iudicium valebit, ex tacito filij conſenſu, vide *Aufr. ad Capell. Tholoſ. deciſ.105. n.3.*

304 Quando autem pater vti legitimus adminiſtrator conſtituiſſet procuratorẽ, huiuſmodi mandatum nõ expirat, licet poſtea pater banniretur. *Rot. diuerſ. deciſ. 394. n.2. & ſeqq. pàr. 5.* & quando mandatum expiret per mortem, ſiue naturalem, ſiue ciuilem, vide *ſupra cap. 9. n. 384. & 385.*

305 At ſi pater abeſſet procuratore non conſtituto, tunc filius ſi eſſet legitimæ ætatis, poſſet ex ſe agere; ſed debet cauere de rato, ratione vſufructus patris. *Bal. in d.l.1. C. de bon. matern. n.10.*

306 Et quãuis pater eſſet minor 25. annis, nihilominus poſſet citare, & citari, agere, & conueniri pro filio, cum auctoritate tamen ſui curatoris, quo caſu cauere debet, ſe non petiturum reſtitutionem in integrum. *Bald. in d. l.1. n. 9.* ratione proprietatis filij.

307 Pater enim legitimus adminiſtrator filij in aduentitijs dicitur procurator mixtus, ſcilicet in rem ſuam, ratione vſusfructus, & procurator filij ratione proprietatis, ad dicta per *Bar. Bal.* & alios in d. *l.1. C. de bon. matern.*

308 Quando autem agitur de alijs bonis, in quibus Pater nõ habet vſumfructum, non eſt legitimus adminiſtrator, nec poteſt citare, neque conueniri nomine filij, vt in caſtrẽſibus, & quaſi caſtrenſibus; *§. igitur inſtit. per quas perſonas nobis acquiritur, l.1. C. de caſtrenſi pecul. lib. 12. l.1. & tot. tit. ff. de caſtrenſ. pecul.*

l.aduo-

l.aduocatos, *C. de aduocatis diuers. Iud. l.cùm oportet*, & ibi not. *Bar. Bal.* & alij, *C.de bon. quæ lib.*

Hinc Pater non citat, nec citatur nomine filij, quando agitur de bonis filij acquisitis ex aduocatione; quia in eis nõ habet Pater vsumfructum, secus in quæsitis per filiũ procuratorem, seu notarium. *Bal. in l. fori tui, C. de aduocat. diuersorum iud. n.2. & 3.* & in *l. cum oportet, n.16. C. de bon. quæ lib.*

309 Sed an possit pater citare, & citari nomine clerici, tanquam legitimus administrator.

310 Dic, quod Clericus potest liberè testari de bonis etiam aduentitijs. *cap. quia nos, de testam.* vbi *Abb. n.5.* notat illum *text.* procedere etiam si Clericus sit in potestate Patris, & infert, quod vsusfructus bonorum aduentitiorum nõ acquiritur Patri; sed quod in Clericis est castrense, vel quasi, id quod in laicis est aduentitium; & propterea sequitur, quod in bonis filij clerici, etiam aduentitijs, cùm Pater non habeat vsumfructum, neque etiam est legitimus administrator.

311 Quoad beneficia, pater nõ est legitimus administrator, imò filius priuatur beneficio si illud Pater administrat, ne alias videretur dari successio in Ecclesia Dei. *Abb. in cap. ex parte, n.1. de testibus.*

312 Quid si filius sit furiosus? *tex.* est in *l. fin. in princip. C. de curat. furiosi*, quod furioso in potestate Patris non datur curator, sed eius Pater est legitimus administrator, vnde sequitur, vt in castrensibus, vel quasi acquisitis ante furorem, & etiam in alijs in furore obuentis, Pater tanquam legitimus administrator filij nomine citare possit, & comparere.

313 Patronus, quod possit citare nomine serui, non rectè dicitur, quia citaret nomine proprio, cùm seruus nihil sibi acquirat, sed Domino, siue etiam illi, qui illius habet vsumfructum. *§. 1. & §. de ijs autem, instit. per quas personas nob. acquir.* sed transeamus ad alia.

314 Maritus citatur, & citat nomine vxoris, quando agitur de bonis dotalibus, & etiã paraphernalibus: in illis enim habet mandatum generale à lege, ad lites tamen, non autem

tem ad alienandum, nec ad alia negocia vxoris. *l. maritus, C. de procur.* vbi hæc redditur ratio, *ne feminæ prosequẽdæ litis obtentu, in contumeliã matronalis pudoris irreuerenter irruant: ne conuentibus virorum, vel iudicijs, interesse cogantur;* quæ ratio sine dubio restringit mandatum ad iudicialia, non ad alia.

Quod maritus possit agere nomine vxoris pro bonis dotalibus, vrget alia ratio; quia censetur dominus rei dotalis. *l. doce ancillam, C. de rei vendicat.* quod autem agere possit pro paraphernalibus ratio est; quia eorum custodia per vxorem censetur marito commissa. *l. fin. C. de pactiš conuentis, tam super dote,* ibi, *vt loco parapbernarum apud maritum maneant. Alex. conf.* 90. *n.* 5. *versi. nec etiã maritus, lib.* 2

Pro alijs verò bonis vxoris, vltra dotalia, & paraphernalia, potest agere nomine vxoris, dũmodo caueat. *gloss. in d. l. maritus,* in verbo *obseruatione, C. de procur.* quam cautionem non tenetur præstare vbi agitur de dotalibus, & paraphernalibus, d. *l. fin. C. de pact. conuent. tam super dote.*

315 Hoc generali mandato non potest maritus vti, quando aliud speciale ab vxore accepisset. d. *l. maritus, C. de procur.* ibi *sin autem mandatum susceperit, licet maritus sit, id solum exequi debet, quod procuratio emissa præscripserit,* & nisi habeat speciale mandatum, non potest nomine vxoris exigere. *l. cùm maritum, C. de solut.*

316 **Et hic aduerte, quod si maritus comparet, vel nomi**ne proprio, vel procuratorio, iudicium est nullum, si non docet de speciali mandato procuræ: nam mandato à lege generaliter, vt supra dato, tunc censetur vti velle, quando dicit agere vti maritus, etiam si non exprimeret se agere nomine vxoris. *l. fin. ff. de instit. act. in fin. Tiraq. de retract. consanguin.* §. 10. *gloss.* 1. *n.* 4.

317 Coniunctus nomine coniuncti citare potest, & comparere eius nomine, & admittitur, ne alias, siue pupillus, siue absens, carens procuratore indefensus remaneret. *tex.* est in *l. sed, & hæ personæ, ff. de procur.* & dictum est *sup. cap.* 9. *n.* 322. & quando nec coniuncti, nec amici se offe-

runt,

runt, citantur generaliter per proclamia, qui sunt incerti. *l.hæc autem, ff. quibus ex causis in poss. eatur, & l.item ait prætor,* iuncta *l.sequen. ff. ex quibus causis maior, &* supra dictum est *cap. 12. vers. de execut. citat. per proclama, sub n.141. in casu 11. & 12.* adde *Specul. in tit. de coniuncta persona.*

318 Licet autem coniuncta persona possit agere sine mãdato; tamen si ageret, vel nomine proprio, vel vti procurator, iudicium esset nullum, dum non constaret de mandato, & non ageret vti coniunctus, vel amicus. *gloss. fin. in l. filiusfamilias, ff. qui satisd. cogan. Tiraq. de retract. consanguin. §. 10. gloss. vn. n. 7.* in requirentibus autem speciale mandatum, nec coniuncti, nec amici admittuntur. *l. pater, iuncta l. illud, ff. de minor.* nec eis solutio fieri potest. *l. non solũ,* & ibi *Doct. ff. sol. matr. Tiraq. de retract. consanguin. §. 1. gloss. 13. n. 34.*

319 Et quando constaret de contraria voluntate pupilli, vel absentis, quod nollet à coniuncto comparẽte defendi, ille non admitteretur, quamuis offerret cautionem de rato, *tex.* est expressus in *l. Pomponius, §. fin. ff. de proc.* Imò reipublicæ vtile est, absentes à quocunque defendi: vt dicitur in *l. seruum, §. publicè, ff. de procur.*

320 Sed an coniuncta persona admissa possit procuratorem substituere, distingue; quia in ciuilibus coniuncta persona admittitur cum cautione de rato. *gloss.* in d. *l. Põponius, §. fin.* in verbo *afferant, ff. de procur.* & cùm post satisdationem fiat dominus litis: *l. Titius, ff. de procurator,* ibi *defensor cùm satisdedit, domini loco habendus est;* ideo sequitur, vt tunc etiam possit procuratorem substituere. *Specul. in titul. de procur. §. 1. vers. sed nunquid defensor qui cauit. n. 27.* in criminalibus autem, mixtis, & beneficialibus, vel alijs spiritualibus, quia in illis non habet locum prædicta cautio, ideo defensor non potest substituere, & ab eo substitutus nõ est admittendus. *Rota in nouis decis. 35. de procur. in fin. & in antiq. decis. 34. eodem titul.*

321 Tutor pro pupillo citatur, & citat, quemadmodum etiam curator pro minore, & procurator pro principali, & in

in hoc benè tutor, curator, & procurator, æquiparantur. *l.neque tutores*, & ibi *Bar.in 2 lect. sub n. 19.* vers. *venio ad tertium*, *C. de procur. Benint. decis.80. n.2.* Imò verba hæc tutor, & curator, sæpius confunduntur, & vnum sumitur pro altero, adeout si tutor in citatione nominaretur curator, citatio non corrueret; quia propter subiectam materiam verba impropriantur. & ita *gloss. vltima, in l.2. ff. de tutor, & curat. datis ab his*, in verbo *tutorem*, exponit idest curatorem. *l. Pater Seuerinã, §. conditionum verba, ff. de cond. & demonstr.* vbi *gloss.* in verbo *non videbitur*, notat, quod verbum tutela ad tempus retinet propriam significationem, & post assumit aliã impropriam pro cura: cùm enim tutor sit plus, ex quo datur personæ, & rebus, potest trahi ad id, quod est minus, & sic ad curatorem, qui datur rebus tantum. *Bart. in l. tutores, §.1. vers. sed ibi benè, ff. de administrat. tut. Rot. diuers. decis. 89. n.14. & 15. par. 2.* & in *recentiss. par. 2. decis.588. n.8.* è conuerso etiã posset curator dici tutor, sed respectu bonorũ tantummodò, ad dicta per *gloss. in Clem. quia contingit, §. vt autem*, in verbo *tutorum*, *de relig. dom. Rot. in addit. ad 5. partem diuers. decis. 454. n. 6.* atque etiam poterit dici procurator cùm tutor, sicut etiam curator habeat à lege mandatum speciale cum libera. *gloss. fin. in l. mandato generali, ff. de procur. l. inter bonorum, ff. de administr. tut. & curat.* & ibi *Bar. n.2. Caual. decis.18. n.1.*

322 Et licet tutor, & curator dentur à Iudice, tamen à iure, & non à Iudice recipiunt illorum potestatem, quam Iudex nõ debet, nec potest diminuere, nec augere. *Bisign. de procur. decis.10.*

323 Hic noto vnam differentiam, quia tutor datus in vno loco, est etiam tutor extra territorium; secus est in curatore, quia datur bonis. *Brun. de stat. art. 8. n.13. & 131. Rot. diuers. par. 5. decis. 177. n.28. & 29.* sed quid obseruare debeat acturus, vel cum tutore, vel cum curatore, vel cum procuratore, vt validè agat, sigillatim dicemus.

324 Qui vult agere cum pupillo debet inspicere an habeat tutorem, vel non.

325 Et si appareat tutor, debet

bet animaduertere, ne sit falsus: quia gesta cum falso tutore, siue scienter, siue ignoranter, etiam si is pupillum defendisset, sunt omnino nulla. *l.1.§. idem Pomponius, & tot.tit. ff. quod fal. tut. authore. Caual. decis.67. n.7.*

326 Communisque error non admittitur in tutore, seu curatore ad conualidandum processum. *L.2. ff. de rebus eorum. Greg. decis.260. n.10.*

327 Item ne sit de illis, qui tutores esse non possunt, vtputà surdus, & mutus. *l. fin. ff. de legit. tut.* vel minor 25. annis. *l. fin. C. de legit. tut.* vel mulier, *tot. tit. C. quan. mul. tut. officio fung. pot.* quod si allegaretur dispensatio, videndum esset an suffragaretur, vel esset subreptitia, ad dicta per *Rot. in addit. ad 5. par. diuers. decis. 435. per totam.*

328 Et si appareret tutor à matre constitutus, aduertendum esset, quia mater testamento filijs tutorem dare non potest, nisi eos hæredes instituisset, & eo etiã casu deberet à Iudice cõfirmari. *l. mater testamento, C. de testam. tut.* iuncta *gloss.* in verbo *instituerit.*

329 Et quamuis mulier sit incapax tutelæ. *l.1. C. quando mulier tut. off. fungi pot.* auia tamen, & mater possunt esse tutrices. *auth. matri, & auia, C. eodem.*

330 Quæ si transeunt ad secundas nuptias debent filijs, vel nepotibus tutorẽ petere: & ab illis nominatum Iudex debet deputare.

331 Sed si de tempore quo funditus desijssent esse tutrices, nominassent tutorem, posset Iudex illum confirmare, non quia tunc teneretur nominatum ab illis deputare; sed quia potuit earum consilium sequi, quatenus nominatus repertus fuisset idoneus *Gabr. cons.27. n.4. lib.1. Bart. in auth. Sacramentum, n.4. C. quando mulier tut. off. Guttierez, de tutel. par.1. cap.8. n.72.* sed si Iudex se illum deputãdo restringeret ad nominationem matris, deputatio esset nulla, & ideo tali casu cautus sit Iudex, vt deputet ex officio, cum clausula, & omni meliori modo. *Rot. diuers. dec. 123. n.13. & 14. par.6. diuers.*

332 Debet denique, omissis alijs, animaduertere acturus cum tutore, an inuentarium confecerit; nam processus factus cum tutore, qui non con-

confecit inueutarium, est nullus. *Caput. decis. 390. par. 2.* tutor enim illud facere debet, & si omitteret, dolo fecisse videretur, nisi adesset iusta causa. *l. tutor qui repertorium, ff. de adm. & peric. tut.* vbi *Bart n. 5.* declarat hoc nõ habere locum in tutore ad lites tantum constituto.

333 Litigans itaque cum tutore debet instare, vt doceat de tutela, & de inuentario. *Greg. decis. 574. n. 5.*

334 Processus enim factus cũ tutore pupilli, qui non confecerat inuentarium est nullus in præiudicium agentis. *Mynsing. obseruat. 37. cent. 2. Caput. decis. 324. par. 3. Greg. decis. 530. n. 5.*

335 Quantum ad administrationem, si tutor administrat ante confectionem inuentarij, licet sit tutor, tamen potest vti suspectus remoueri. *Bart. in l. tutor qui repertorium, sub n. 7.* vers. *contrarium puto, ff. de administr. tut. Put. dec. 318. n. 1. lib. 1. Greg. decis. 31. n. 4. Buratt. decis. 526. n. 8.*

336 Et gesta tenent in præiudicium tertij, non autem pupilli, cuius fauore claudicat iudicium. *Ias. in l. non eo minus, C. de procurat. n. 3.* & etiã cõtractus, *l. obligari,* in princ. *ff. de author. tut. l. Iulianus, §. si quis à pupillo, ff. de act. empt. Greg. decis. 574. n. 3.*

337 Si exhibeatur tutela, quæ possit reddi dubia, vt cesset dubitatio, debet acturus cum pupillo, deputari facere procuratorem ad lites; sed quando dubitaretur de processu antea facto cum tutore, cuius datio appareret nulla, tunc processus posset sustineri propter dubitationem, ex adductis per *Put. decis. 427. per totam, lib. 2.*

338 Et tutor deputatus à Iudice, siue benè, siue malè, si pro tali se gerebat, & administrabat, actus cum eo sustinẽtur. *l. debitores, ff. de solut.* cũ ibi not. per Doct. *Rot. in recent. decis. 535. n. 7. par. 1.*

339 Conuentus pariter per tutorem nomine pupilli debet opponere de tutela, vt ea exhibeatur. *l. licet, C. de procurat.*

340 Et ipse tenetur probare ante litem contestatã. *Benint. decis. 18. n. 1. & 2.* qui si est relictus in testamento debet testamentum exhibere; & si est datus, seu confirmatus per Iudicem, debet instrumentum decreti exhibere. *Bal. in l. fin.*

l.fin. C. de re Iud. n.14.

341 Sed si allegaret se esse in possessione tutelæ, seu administrationis, & se esse publicè tentum, & reputatum pro tutore, deberet docere de possessione, & administratione, & de publica reputatione voce, & fama. *L.ei qui dicit, ff. de probat.*

Sufficit autem vt quis se gesserit pro tutore, & eius gesta habuerint effectum suũ. *Soc.iun. cons.153.vol.2. lib.2. Boer.decis.124. n.13. Crauet. de antiquit.temp.par.3.§.fin. n.37.Rot.diuers.dec.201.n.10. par.4.* & ex pluribus actibus per longum temporis spaciũ factis, præsumitur, quod quis acceptauerit tutelam, & confirmatus fuerit à Iudice, licet de confirmatione nõ constet. *l.si filiusfamilias, §.agnouisse, ff. de tutel.* vbi *Bald. n.1.*vers. *in textu agnouisse*, & vers. 2. *not. Rota diuers. decis. 3. n.5. par.6. diuers.*

342 Et quãdo probatur, quod quis se publicè gessit pro tutore, & fuit tentus, & reputatus vt tutor, tunc gesta cum eo tenent, quamuis re vera non esset: tunc enim cõmunis error facit ius. *l.Barbarius, ff. de officio prætoris*, & præsumitur, quod omnia fecerit. *Caput. decis.323. n.3. par.3.*

343 Quod autem quis tutelã administrauerit, si non probetur ex actibus positiuis, non sufficeret probare communẽ reputationem, & publicam vocem, & famam, quod fuerit tutor, & administrauerit, nisi concurrant alia adminicula. *Mohed. decis.6. de præscript.*

344 Is verò qui non docet de tutela, nec de possessione administrandi, vel si doceat, cõstet ei interdictam fuisse administrationem, non potest pro pupillo agere, nec conueniri. *Rot. in antiq. decis.21. n.2. de Iudic.*

Postquam tutor, dum agit pro pupillo, docet se esse tutorem non potest illi objici, quod non confecerit inuentarium; quia dum agit consideratur fauor pupilli; sed dũ conuenitur cõsideratur præiudicium: & gesta cum tutore, qui non confecit inuentarium, tenent fauore pupilli; secus in eius præiudicium. *Greg.decis.530. n.5.*

Potest nihilominus quilibet recusare iudicium agere cum tutore, qui non impleuit solem-

ſolemnia, ſiue tutor ſit actor, ſiue reus, quia cuilibet intereſt, vt acta iudicialia valeant, non tantum in fauorem; ſed etiam in præiudiciũ pupilli. *Mant. deciſ.* 119. *n.* 7.

345 Solemnia autem implenda per tutorem antequam adminiſtret ſunt, accipere res, ſeu adminiſtrationẽ cum decreto Iudicis, facere inuentarium rerum pupilli, iurare, ſatiſdare, & promittere defenſionem pupilli. quæ quamuis de iure requirantur, tamẽ hiſce etiam non interuenientibus geſta per tutorem valent, ad commodum pupilli; non autem in eius præiudicium. *Soc. iun. conſ.* 148. *n.* 5. *6.* 8. *&* 9. *lib.* 1. *Guid. Papæ, quæſt.* 530. per totam. *Guttierez, de tutela, lib.* 2. *quæſt.* 22. *n.* 8. & de iſtis ſolemnibus plura congeſſit. *Galter. in praxi tutel. rubr.* 4. *vel acceptans ſolemnia adimpleat.*

346 Tutor quando citatur ꝓ pupillo ſcire debet, quod ſi cauſa eſt iuſta, illam debet tueri; ſecus ſi iniuſta. *l. quoties, §. ſicut autem, ff. de adminiſtr. tut.* ibi *tueri enim debet cauſam pupilli, ſi iuſta eſt.*

347 Et quando vult aliquem citare nomine pupilli, aduertere debet, an habeat iuſtam cauſam litigandi, alias nomine proprio, velut calumnioſus, condemnaretur in expenſis. *l. non eſt ignotum, C. de adminiſtr. tut.* ibi *ne ſub prætextu nominis earum propter ſuas ſimultates ſecurè lites ſuas exercere poſſe exiſtiment. Mattic. deciſ.* 239. *in fin.*

348 Sed ſi iura pupilli ſunt obſcura, & proſecutio rei pupillaris non poteſt de facili fieri, tunc poteſt compromittere; ſecus ſi ſint clara, & proſecutio poſſit fieri de facili, quia tunc non poteſt compromittere, ita declarat *Bart. in conſ.* 47. *incip. nunquid tutor, lib.* 1.

Sed ſi ſtatutum mandaret fieri compromiſſum inter cõſanguineos, tunc tutor de neceſſitate ſtatuti poſſet cõpromittere. *Put. deciſ.* 105. *in fin. lib.* 1.

349 Et lis quando eſſet valde dubia, tutor poſſet etiam tranſigere. *l. ſi præſes,* & ibi not. *C. de tranſact. Abb. cõſ.* 39. *n.* 1. *lib.* 1. *Bar. d. conſ.* 47. *lib.* 1. *Natta conſ.* 45. *n.* 5. *Rota in recent. par.* 1. *deciſ.* 545. *n.* 4.

350 Declara tamen, quod ſiue compromiſſum, ſiue tranſactio,

factio, debet fieri per tutorē cum decreto Iudicis, alias corrueret. *Rolan. conf. 76. n. 16. lib. 1. Rota diuerf. dec. 39. n. 11. par. 7.*

351 Et quando pignora sunt capta iussu prætoris, potest tutor, & etiam curator, stante causa necessaria, consentire subhastationi. *l. 3.* in princ. vers. *pignori, & §. sequenti, ff. de rebus eorum. Burat. decis. 49. n. 17.*

Item animaduertere debet acturus cum pupillo, si plures habeat tutores, vel si nullum habeat.

352 Si plures sunt, tunc sufficit citare vnum ex illis. *l. fin. C. de auct. præstanda*, ibi *sancimus si plures tutores fuerunt ordinati, siue in testamēto paterno, siue ex lege vocati, siue à Iudice, siue ex inquisitione, vel simpliciter dati, vnius tutoris auctoritatem omnibus tutoribus sufficere, vbi nondum diuisa est administratio, vel pro regionibus, vel pro substantiæ partibus. Ibi etenim necesse est singulos pro partibus suis, vel regionibus, auctoritatem pupillo præstare.*

353 Tutores ideo, & curatores censentur dati insolidum, etiam si hoc non sit dictum, quando administrationes non sunt diuisæ. *Bal.* & alij in *d. l. fin. Coccin. decis. 378. n. 7.*

354 Et quādo alij tutores, vel curatores nolunt defendere pupillum; tunc ab vno potest defendi. *l. 1. C. si ex pluribus tut. vel curat.*

355 Sed si ille, qui citatus est non compareat, tunc non sufficit illum citasse; sed debent etiam alij citari. *Neuiz. cons. 17. n. 7.* & est *tex.* in *l. fin. C. si ex pluribus tut.* ibi, *si diuisum administrationis periculum per prouincias sit, his tantum omnibus insinuari conuenit, & ab ipsis inferri litem, qui in ea prouincia tutelæ, vel curæ officium sustinent; nec de alijs prouincijs defensores minorum ad iudicia perducantur.* quod verum est, quando diuisio fuit facta per testatorē, seu per Iudicem, secus si diuisio fuisset facta per eosdem tutores. *gloss. 1. in l. 1. C. si ex pluribus tut.* ibi, *quando non est diuisa administratio, vel est diuisa à seipsis, quod idem est.*

Quando igitur sunt plures tutores, siue in vna, siue in alia prouincia, tunc si in vna prouincia citatur vnus, & ille non compareat, alij tutores eius-

eiuſdē prouinciæ debent citari, non autem alij alterius prouinciæ. *gloſſ.* in d. *l. fin.* in verbo *his tantum omnibus*, C. *ſi ex pluribus tut.* ibi, *vel ideſt tantum, quaſi non alijs, qui in eadem prouincia adminiſtrăt*, & paulò inferius ibi, *vno citato, & non reſpondente, conuenitur alius; quod ſi nec ipſe defendat, citatur tertius, & ſic de ſingulis ſi plures ſint, quia agnati vocantur*, & in fine ibi *non quin vnus benè poſſit agere, & conueniri, etiam ſolus*.

356 Et quia *Rota poſt conſ. Farinac. deciſ.* 40. *n.* 2. *par.* 2. & *deciſ.* 61. *n.* 1. *par.* 5. *diuerſ.* indiſtinctè dicit, quod ſententia lata contra pupillum, ſiue mandatum relaxatum contra illum, non valet, quando nō fuerunt citati omnes contutores, intellige in caſu, quo non comparuiſſet ille, qui citatus fuiſſet, alias ſententia lata comparente vno ex tutoribus citato, valet: licet omnes non fuerint citati, iuxta prædictos textus, & gloſſas.

Sed ſi quis obtinuiſſet ſententiam contra pupillum, citato tutore, & non comparente, an poſſet excuſare nullitatem, allegando ignoraſſe alios extitiſſe tutores, & ideo alios non potuiſſe citare, dic quod non: quia debuiſſet inueſtigare, an alij adeſſent dati tutores, & potuiſſet etiam requirere agnatos, vt latè cō probat *Grauet. conſ.* 225. *n.* 4. & 6. & ſequitur *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 194. *n.* 1. & *ſeqq.* & *n.* 24. & *ſeqq.*

357 Sic etiam ſi quis citaret tutores reuocatos, non autem tutorem de nouo deputatū, nō excuſaretur allegando noui tutoris deputationem non fuiſſe ſibi intimatam; quia debebat explorare, quis eſſet verus tutor, & geſta cum falſo tutore, ſiue ſciēter, ſiue ignoranter, ſunt omnino nulla. *l.* 1. *§. idem Pomponius*, & toto tit. *ff. quod falſ. tut. Caual. deciſ.* 67. *n.* 6.

358 Hinc *Rota* coram *Cardinali Pamphilio de anno* 1613. *die* 17. *Februarij, in vna Romana ſpolij domus*, reſoluit ſubhaſtationem factam de bonis pupilli, qui non fuit defenſus, & cuius tutor, vel curator citatus nunquam comparuit, licet aliquis cōſanguineus comparuiſſet, non tamen liti ſemper aſtitiſſet, fuiſſe nullam, & prout in *deciſ.* 35. *n.* 5. & ſub *n.* 7. *poſt tract. Măgilij, de ſubhaſtat.* & quod ſen-

tentia, lata aduersus pupillũ, seu minorem indefensum, sit ipso iure nulla, & è conuerso, quando legitimè fuerunt defensi sit valida. *tex.* est in *l.cùm & minores, C.si aduersus rem iud.* & idem habetur in *l. contra pupillum, ff. de re iud.*

359 Si verò pupillus nullum habeat tutorem, tunc acturus cum eo, debet curare, vt ei detur curator ad litem, qui illum defendat. *l.si filijs debitoris, C.qui pet. tut.*

360 Debet insuper aduertere iudicium suscepturus cum pupillo, an per tutores fuerit deputatus actor ad lites, seu procurator, quia ille esset citandus, si tamen legitimè constitutus fuisset.

361 Quæ differentia sit inter actorem, & procuratorem, ponit *tex.in l. neque tutores, C. de procur.* dicens *neque tutores, neque curatores ex sua persona in rem pupilli, vel adolescentis procuratorem facere possunt, sed actorem constituere debent,* vbi *gloss.* in verbo *debent,* notat differentiam, quia procurator tantum à domino ordinatur, actor à non domino, & procurator etiam sine Iudice fit, actor non. atque procurator constituitur nedũ ad omnes, sed etiam ad vnã causam tantum, actor autem ad omnia ad instar tutoris, ex iuribus in ea allegatis.

362 Sed nunquid tutor possit constituere actorem, antequã confecerit inuentariũ, *addent. ad Gregor. decis.* 530. *n.*7. dicunt quod non, allegant *cons. Gabr.*25. *lib.*2. *n.*6. *& sequen.* contrariũ tamen censuit *Rot. in recentiss. par.* 1. *decis.* 314. *n.*4. dicens, quod tutores de cõsuetudine possunt se immiscere in administratione bonorum pupilli, licet tanquam suspecti possint remoueri. *Put. decis.* 287. *n.* 1. *lib.* 1. *Alban. cons.*21. *n.*8. adde *Seraph. decis.*1004. *n.*5.

363 Hoc tamen declara, vt gesta per actorem deputatũ ante confectionem inuentarij valeant, in fauorem pupilli, secus autem in eius præiudicium. *Greg.* in eadem *dec.*530. *n.*4. claudicat enim tam contractus, quàm iudicium ad fauorem minorum ex adductis per *Greg. decis.*574. *n.*3. *&* 4. & superius dictum est.

364 Et nota, quod actor à tutore dari debet cum decreto Iudicis, & quando non constat de decreto, non auditur actor,

actor, nisi caueat. *l. actor,* & ibi *gloss.* in verbo *omnimodo, ff. rem rat. hab.*

365 Et etiam cum decreto Iudicis actor constituitur periculo ipsius tutoris, & non sine causa. *l. decreto, ff. de administr. tut.* cuius verba sunt hæc, *Decreto prætoris actor cōstitui periculo tutoris solet; quotiescunque autem aut diffusa negocia sint, aut dignitas, vel ætas, aut valetudo tutoris id postulet, si tamen nondum fari pupillus potest, vt procuratorem facere possit, aut absens sit, tunc actor necessario constituendus est.* adde *Bart. in d. l. actor, ff. rem rat. hab.*

366 Nunquid autē tutor possit procuratorem constituere ante litis contestationem, dic quod de iure ciuili non potest, quia procurator constituitur à domino, etenim procurator est, qui aliena negocia mandato domini administrat. *l. 1. ff. de procurat.* Tutor autem non est dominus ante litem contestatam; sed quia contestando litem efficitur dominus litis, ideo post litem contestatam dumtaxat potest cōstituere procuratorem, d. *l. neque tutores, C. de procurat.* §. *fin. instit. de curat.* per quæ iura. *Greg. decis.* 373. *n.* 1. dixit, quod sententia contra pupillum lata, citato procuratore cōstituto per tutorem, absque Iudicis decreto, erat nulla, & ait *Bisignet. decis.* 10. *de procurat.* quod Iudex dando alicui tutorem, vel curatorem, non potest eidem tutori, vel curatori dare potestatē constituendi procuratorem ante litem contestatam: & dicitur in *l. vn. C. de actore à tut. seu curat. dan.* quod tutor non constituit procuratorem, sed actorem ante litem contestatam, vbi *gloss.* in verbo *non per procuratorē,* dicit, quod ipsemet pupillus tanquam dominus vna cum auctoritate tutoris, constituit procuratorem ante litem cōtestatam; tutor autem solus post litem cōtestatam, vti dominus litis effectus, procuratorem constituit.

367 De iure autem Canonico sublata est prædicta differentia inter actorem, & procuratorem, adeout, sicut tutor potest actorem constituere ante litem contestatam, ita etiā possit ante litis contestationem cōstituere procuratorem. *Put. dec.* 133. *lib.* 2. *Rot. in recentiss. decis.* 330. *n.* 2. *par.* 2.

368 Et legitur in *cap. Saluator*, 1. *quaest*.3. quod nomine procuratoris intelligitur quilibet rerum Ecclesiasticarum administrator, verbi gratia Praepositus, Oeconomus, Vice Dominus, & quod nomine defensoris intelligitur Aduocatus, Castaldus, & Iudex, quorum nominum significationem ponit ibidem *gloss*.

369 Et propterea, quādo quis generaliter constituit procuratorem suum, consideranda est intentio constituentis. *cap. petitio vestra*, & ibi *gloss*. in verbo *intentio*, *de procurat*. & ibidem *Innoc*. *n*.2.

370 Notat, quod licet Episcopus non sit dominus, tamen constituit procuratorem, & quod maior est auctoritas Episcopi, quàm tutoris: nam tutor si constituat actorem, vel procuratorem ante litem contestatam, non valebit sine decreto Iudicis, quod non requiritur in Episcopo, nec in Rectoribus locorum, & in alijs in dignitate constitutis, & administrationem habentibus. & sub *n*.3.

371 Notat, quod licet propriè sumptis vocabulis differentia sit inter actorem, procuratorem, & syndicum: tamen vnum saepe ponitur pro alio, & sufficit, quod appareat intentio constituentis. ideoque *Host*. in eodem *cap. petitio vestra*, dicit, quod non inficitur mandatum procurae, si dicatur constituo te factorem meum, vel clericum meum, seu asinum meum, dummodo constet per alia verba, quod dedit sibi potestatem agendi, & defendendi, seu quod voluerit eum constituere procuratorem, & dicit idem etiam esse de iure ciuili, quo non debemus stare verbis, cùm verborum nullus sequatur effectus, & lex non verbis imposita sit, sed rebus. & ibidē sequitur *Abb*. in princ. vers. *& ideo dicit hic*.

372 Sed quod tutores testamentarij possint procuratorem constituere sine decreto Iudicis, vide *Seraph. decis*.415. *n*.4. *& Rot. in recentiss. par*.2. *decis*.330. *n*.2. Et quod tutor testamentarius, dato sibi adiuncto, possit, sine eius consensu procuratorem cōstituere. vide *Put. decis*.414. *par*.1.

373 Et quod tutor, vel curator post litem contestatam possit constituere procuratorem simpliciter, etiam inuito aduersario, dicit *Benint. decis*.80.

cis. 80. *n.* 4. sed quod procuratorem semel constitutum non possit reuocare in praeiudicium partis, & quod reuocatio sit parti intimanda, probat *Vant. de nullitate ex defec. mand. n.* 159. *Caual. decis.* 67. *n.* 6. *dicens*.

374 Secus esse in tutore, cuius reuocatio, & noui tutoris deputatio non est parti intimãda, quae debet inquirere, quis sit tutor. *Crauett. cons.* 225. *n.* 3. *vers.* 2. *respondeo*, & gesta cum falso tutore, siue scienter, siue ignoranter, etiã pupillo defenso, non valent. *l.* 1. *§. idem Pomponius, & tot. tit. ff. quod falsò tutor. Caual.* vbi supra *n.* 7.

375 De matre tutrice, quod non possit constituere procuratorem sine decreto Iudicis, dixit *Rot. diuers. par.* 4. *decis.* 115. *n.* 3.

376 Et sententia per procuratorem à tutrice constitutũ obtenta nomine proprio ipsius tutricis, non autem nomine pupilli, an sit valida, vel nulla, disputat ad partes. *Cresc. decis.* 8. *de re iud.* & refert dominos stetisse pro nullitate, & necessariam fuisse cõmissionẽ sanatoriam, vt reiectis nullitatibus ꝑcederetur.

In hac materia de citando tutore nomine pupilli, quinque se offerunt vtiliter discutienda. Primum, quando cesset tutoris potestas, vt agere nequeat, neque conueniri. Secundum, an, & quando pupillus citari, interpellariue possit, omisso tutore. Tertiũ, disdicta census an possit pupillo fieri. Quartum, quando pupillus non habet tutorem, quid agendum sit. Quintum, & vltimum, quando lis agenda sit inter pupillum, & tutorem, quomodo prouideatur.

377 Venio ad primum, tutela masculi expirat statim cõpleto decimo quarto anno, foeminae verò duodecimo cõpleto. Item expirat secuta, vel pupilli, vel tutoris morte, item per arrogationem pupilli, vel per capitis diminutionem tutoris. Item expirat finito tempore, ad quod datus fuit tutor. Item, quando tutor fuit remotus ob suspicionem, vel quando tutor ex causa, vel se excusauit, vel tutelam deposuit. vt *tot. tit. instit. quib. mod. tut. finit.*

378 Finita tutela cessat nedũ tutoris potestas, sed etiam facultas actoris ab eo cõstituti,

cùm eiusdem tutoris periculo à Iudice deputetur. *l. decreto, ff. de aut. tut. vel curat. §. fin. instit. de curat.*

379 Sed quid de auctoritate procuratoris, quem tutor cõstituit. reperio duas decisiones, quæ sibi contrariari videntur, vna est *decisio* 38. *n.*67. *par.*6. *diuers.* in qua dicitur, quod quicunque administrator, tutor, vel curator, aut coadiutor, constituunt ꝓcuratorem, finita illorum administratione per mortem, vel per lapsum temporis, expirat mandatum; quia non debet esse maior auctoritas accessorij, quàm principalis. vt ꝑ *Petr. de Anchar. in Clem. fin. n.*2. *ante fin. vers. ego vltra dico, de procur.* Altera est *decis.* 172. *n.*32. *par.*7. *diuers.* in qua dicitur mortuo tutore non expirare mandatum ab eo datum, & allegatur *Cephal. cons.*382. *n.*6. *& Rot. dec.*225. *par.*3. *diuers. lib.*3.

Quas puto conciliari posse, vt prima *decis.*38. procedat, quando procurator fuit constitutus per tutorem ante litem contestatam, de tempore quo non erat effectus dominus litis: nam tunc mortuo tutore expirare debet procuratoris facultas, cùm nemo plus iuris in aliũ transferre possit, quàm in se habeat. *l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur.* cùmque accessorium sequatur naturam sui principalis. *l. cùm principalis, ff. de reg. iur. cap. accessorium, de reg. iur. in* 6.

Secũda autem *decisio* 172. procedat, quando procurator fuit constitutus per tutorem post litem contestatam, quando fuit effectus dominus litis; quia tunc mortuo tutore non potest expirare facultas procuratoris ab eo cõstituti. Dominus enim litis potest alium in locum suum substituere, & per mortem substituentis non cessat facultas substituti. *l. nulla dubitatio, C. de procur.* iuncta *gloss.* in verbo *eum*.

Imò potest cogi per partem ad prosequendum iudicium, nisi allegaret, & probaret aliquod iustum impedimentum. *Rot. diuers. d. decis.* 225. *par.* 3. *lib.*3.

380 Venio ad secundum, an, & quando possit pupillus citari, vel interpellari, omisso tutore. & distinguo aut pupillus est infans, aut maior infante.

Si

Si est infans, idest minor septennio. *l. si infanti, C. de iure deliber.* nullo modo potest citari. *l. quique,* in princ. *ff. de in ius voc. l. 2. ff. de cond. furt. l. 1. ff. de admin. tut. l. pupillus, ff. de reg. iur.* ratio est, quia infans quicquid videt ignorat. *l. 1. ante fin. C. de fals. mon.* præsumptione scilicet iuris, vt ibi supplet *gloss.* in verbo *ignorat,* per *tex.* in *l. fin. ff. de iur. & fac. ignor.* vbi dicitur *impuberes sine tutore agentes nihil posse, vel scire intelliguntur,* vbi *gloss.* in verbo *intelliguntur,* explicat *in sui præiudicium,* & non solum non potest citari ad aliquem actum; sed nec etiam ad cōparendum legitimè cum tutore, propter impossibilitatē facti, & iuris. d. *l. quique,* vbi *gloss. & Doct. ff. de in ius voc. Rot. post cons. Farin. decis. 40. n. 2. par. 2. & decis. 260. n. 1. par. 2. diuers. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de reo,* §. 1. *in addit. quæ incipit, quærit Goffredus, & Afflict. decis. 262. n. 1. & seqq. Guttier. de tut. & curis, par. 2. cap. 4. n. 6.*

381 Et citatio infantis vti prohibita adeo nulla est, vt quāuis ipse citatus compareret, nō tamen cōualidaretur, cùm non habeat legitimam personam standi in iudicio. *l. 1. C. qui leg. pers. hab. stan. in iud.*

382 Neque etiam reualidaretur, si tutor non citatus compareret, citato infante; quia tutor vel debet præstare auctoritatem pupillo, vel illum defendere. *l. 1. §. sufficit, ff. de administr. tut.* ibi *licentia igitur erit vtrum maluerint ipsi suscipere iudicium, an pupillum exhibere, vt ipsis auctoribus iudicium suscipiatur, ita tamen vt pro his, qui fari non possunt, vel absunt, ipsi tutores iudicium suscipiant. pro his autem, qui supra septimum annum ætatis sunt, & præstò fuerint, auctoritatem præstent.* cùm ergo tutor non possit præstare auctoritatem infanti. *l. decreto, ff. de administr. tut.* sequitur, vt per comparitionem tutoris, non possit reualidari citatio facta infanti, cùmque tutor non citatus cōpareat, non potest dici, quod tutor ipse iudicium suscipiat pro infante, cùm iudicium non fiat sine citatione.

383 Et hic nota, quod si sententia feratur etiam pro infante, non valet; quia debet concipi, & ferri in personam tutoris. *Neuiz. cons. 27. n. 4.*

infans

infans enim ex se nihil acquirere potest, tanquam præsumptione iuris ignorãs quicquid videt, vt supra dictum est.

384 Hinc *Bal.* in *l.donatarum, C. de acquir. poss.* quærens an infans possit solus possessionẽ acquirere, distinguit, quod si minor septennio nullum habet intellectum, nihil acquirit, secus si habet intellectũ, quod, vt ait, posset contingere in proximo pupillari ætati, videlicet si haberet sex annos cum dimidio.

Imò, quando pupillus est infans, possessio non dicitur penes ipsum residere. *l. 1. §. adipiscimur, ff. de acquir. poss.* ibi, *quia affectionem tenendi non habent, licet maximè rem suo corpore contingant, sicuti si quis dormienti aliquid in manu ponat*, & ibidem *Ias. n. 12.* sed possessio dicitur residere penes tutorem, ratione custodiæ, quam ipse habet. *Rip. in rubr. de caus. poss. & propr. n. 34. Felin. in cap. cùm Ioannes, n. 31. de fide instrum. Seraph. decis. 77. n. 1.*

385 Acturus igitur cum pupillo infante, debet omnino tutorem citare, & Iudex non potest sententiam proferre in infantem, alias sententia esset nulla. *Neuiz. cons. 17. n. 1. 4. & seqq.* sed talis nullitas cessaret, si in eadem sententia condemnarentur infans, & tutor, ita respondit *Rota in recent. decis. 319. n. 9. par. 1.* adducens pro simultanea condemnatione tutoris, & infantis, not. per *Guid. Pap. decis. 431.* & per *Surd. cons. 99. n. 36.* qui dicunt sententiam concipi posse, tàm contra procuratorem dominum litis effectum, quàm contra ipsum dominum.

386 Si verò pupillus est maior infante, excedens scilicet septennium, vtique potest citari. d. *l. 1. §. sufficit*, & ibi *Bar. ff. de administr. tut.* sed citatio cõtra d. pupillum executa ei non nocet; nisi per tutorem auctoretur, & defendatur. *l. contra pupillum, ff. de re iud.* vbi dicitur, *contra pupillum indefensum, peremptoriũ nibil momenti habet*, & quod nequeat stare in iudicio, dicitur in *l. 2. C. qui legit. pers. hab.* ibi *pupillus tutore auctore, & agere, & conueniri potest*.

Et propterea non sufficit citare maiorem infante, nisi etiam citetur tutor, & vtro-

que

que citato est in potestate tutoris, an velit pupillum defendere, an vero pupillo se defendenti auctoritatem præstare. d. *l.1. §. sufficit, ff. de administr. tut.*

387 At si, citato solo pupillo, tutor non citatus compareret, processus nihilominus valeret; & citatio solius pupilli reputaretur valida; quia tutor comparendo censetur auctoritatem præstare. *Castr.* & *Alex.* in d. *l. contra pupillum, ff. de re iud.*

388 Sed si nemo compareret, sola pupilli citatio non redderet illum contumacem, nec cõtra eum posset deueniri ad diffinitiuam, neque ad primũ decretum. *Castr.* in d. *l. contra pupillum, n.2.* & ibi *Alex. sub n. 9. ff. de re iudicat. Laderch. cons.176.n.5.* & est *tex.* in *l. acta, §. fin. ff. de re iud.* ibi *contra indefensos minores tutorem, vel curatorem non habentes, nulla sententia proferenda est*, vbi *gloss.* in verbo *non habentes*, supplet *vel habentes, sed adesse nolentes.*

389 Sin autem citatus fuisset solus tutor, tunc citatio non valeret, nisi tutor comparuisset, & defendisset, quia vterque, vt supra citari debet.

390 Et tunc si vterque citatus fuit, & nemo comparuit, citatio valet, & pupillus redditur contumax, sed quatenus læderetur, ei succurrendum esset beneficio restitutionis. *l. cùm, & minores, C. si aduer. rem iud.*

391 Tutor igitur potest citari in causa pupilli, sed si Iudex mandet citari pupillũ maiorẽ infante, an possit citari tutor; dicit *Bart. in extrauag. ad reprimendum*, in verbo *citatum*, quod posset dubitari, & consilium esset, quod commissio fiat de citando tutore, & pupillo.

392 Citatio exequenda contra M. & hæredes N. si sit executa contra M. solum, censetur executa etiam contra hæredes N. quando M. esset tutor eorundem hæredum, tunc enim cẽsetur citatus M. tàm nomine proprio, quàm pupillorum, nisi esset restricta ad illum vti principalem. *Seraph. decis.415. n.1.*

393 Nota tamen, quod in aliquibus casibus maior infante potest stare in iudicio absque tutore, videlicet in interdicto de libero homine exhibendo. *l.1. §. hoc interdictum, ff. de lib. hom. exhib.*

Et

Et in populari actione, quādo eius interſit. *l. mulieri, ff. de popul. act.* & ibi *gloſſ.* & etiā in iudicio momentaneæ poſſeſſionis. *l. fin. C. qui legit. perſ. hab.* vbi habetur, quod momētaneæ poſſeſſionis actio exerceri poteſt per quamcūque perſonam, non tamen poteſt pupillus mouere petitorium, nec ſibi moueri ſine auctoritate tutoris. vt ita ſummat *Bald. ibi,* item in petenda bonorum poſſeſſione. *l. 1. §. 1. ff. de bon. poſſ. infan. Socin. de citat. art. 5. quæſt. 19. n. 43. verſ. primus caſus.*

394 Nota pariter, quod ſolus pupillus poteſt interpellari ſine tutore, quando interpellatio fit ad effectum inducendi ſolam ſcientiam, non autem, quando fit ad effectum inducendi moram.

395 Quando enim lis eſt intimanda ad effectum euictionis conſequendæ, ſufficit pupillo maiori infante denuntiare, vt de moleſtijs illatis notitiā habeat. *l. ſi dictum fuerit, in fin. ff. de euict.* ibi *pupillo etiā ſine tutoris auctoritate poſſe denunciari, ſi tutor non appareat.* & *gloſſ.* ait hoc dici in fauorem pupilli, vt ſi ei vel tutori emptor non denunciet, non poſſit agere de euictione; & ideo emptor, cui mouetur lis, poteſt, tutore non reperto, denunciare ipſi pupillo. & ita valet denunciatio, ſeu interpellatio perinde, ac ſi tutori facta fuiſſet: quia non fit ad contumaciam, ſeu moram inducendam, ſed ad notitiam pupillo inducendā, & ad tollendam in ipſo denunciante negligentiam. vt not. *Ang. in d. l. ſi dictum, §. vltimo, ff. de euict. Laderch. d. conſ. 175. n. 4.*

396 Quando verò interpellandus eſt maior infante, vt aliquid faciat, vel ſoluat, non poteſt fieri interpellatio ſoli pupillo. *l. is cui legatorum, §. ceſſatum, ff. vt in poſſeſſion. legat.* ibi *ceſſatum non accipimus, ſi pupillus tutorem non habeat, nec curatorem furioſus, vel adoleſcens; nam fruſtratio non debet huiuſmodi perſonis nocere, quæ ſunt indefenſe*, idē habetur in *l. cùm quidam, §. ſi pupillo, ff. de vſur.* ibi, *ſi pupillo non habenti tutorem fideicommiſſum ſolui non potuit, non videri moram per hæredem factam Diuus Pius reſcripſit*, & paulò infra, ibi, *quid enim poteſt imputari ei, qui ſoluere etiam ſi vellet non potuit,*

potuit, & inferius ibi *vsuræ enim non propter lucrum petentium; sed propter moram non soluentium infliguntur*.

397 Venio ad tertium, an disdicta census fieri possit pupillo sine tutore. *Rota in recent. par.* 1. *decis.* 535. *n.* 4. dicit, quod huiusmodi disdicta fit ad constituendum pupillum, & dominum census in mora, & ideo non valet, nisi fiat tutori. alleg. *tex.* in *l. si dictum*, §. *fin.* & ibi *gloss. Bald. & Angel. ff. de euict.*

Quam decisionem refert, & sequitur *Cenc. de cens. par.* 3 *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 9. *n.* 19. & est registrata post eundem tractar. *decis.* 278. *n.* 7.

Sed hæc res ita plana mihi non videtur, & distinguẽdum puto, tunc disdictam census non valere, quando est facta infanti, qui vt supra, quicquid videt ignorat, nec quidquam facere potest, etiã ad suum commodum. *l.* 1. *in princ. & l. mulier, ff. de verb. oblig.*

Quando verò est facta maiori infante, tunc valere puto: nam auctoritas tutoris in quibusdam causis est necessaria, & in quibusdam non. §. 1. *instit. de auct. tut. & curat.*

Necessaria est, vbi nasci potest præiudicium ipsi pupillo, qui idcirco nihil facere potest tali casu sine auctoritate tutoris, qui tutor cuilibet actui contradicere potest, ne pupillus vllum damnum habeat. §. 2. *instit. de aut. tut. & curat.* & auctoritatẽ præstare non debet, nisi prodesse pupillo existimauerit. §. *tutor autem, instit. eod. de author. tut.*

Necessaria autem auctoritas tutoris non est, quando certum est, quod ex illo actu pupillus lædi nõ potest. *l. obligari, ff. de auctorit. tut. & curat.* ex actu autem disdictæ census mihi nõ videtur, quod pupillus lædi possit, cùm sit actus necessarius, siue vigore pacti, siue vigore Bullæ fœl. rec. Pij V. super Censibus, & actus necessarij expediuntur per pupillum sine tutore. *l.* 3. §. *item quæri, ff. de rebus eorum, qui sub tut.* ibi *hæc enim alienatio non sponte tutorum fit*, & in *l.* 1. *C. de præd. min.* in qua prout eã sũmat *Salyc.* dicitur, quod prohibitio alienationis rerum minoris sine decreto, non extenditur ad alienationes necessarias.

Quod autem hæc disdicta fiat ad constituendum pupillum

lum in mora, non video; quia cùm pupillus nihil restituere debeat, sed solum recipere pecunias, non potest constitui in mora, quæ non contrahitur nisi per debitorem. *l. mora fieri, in princ.* & in §. 1. *ff. de vsur.* & cum effectus moræ sit, vt vel debitor obligetur ad vsuras, vel teneatur de interitu rei, *gloss.* in d. *l. mora*, in verbo *difficilis*, *ff. de vsur.* ideo ad casum disdictæ nō potest applicari *tex.* in *l. sed si ex stipulatu, ff. de verborum obligat.* quia loquitur in casu, quo interpellatur pupillus vti debitor certæ speciei, ad effectum, vt si postea res periret, teneretur de interitu, ratione moræ, quia tunc interpellatio sola pupilli, nisi etiam interpelletur tutor, non inducit moram. hæc enim sunt verba textus, *sed si ex stipulatu Stichum debeat pupillus, non videbitur per eū mora fieri, vt eo mortuo teneatur, nisi tutore auctore, aut solus tutor interpelletur.*

Minusque applicatur *text.* in *l. si dictum, §. fin. ff. de euict.* quia loquitur in casu, quo pupillus sit obligatus de euictione, & dicit, quod etiam pupillo sine auctoritate tutoris potest fieri denunciatio litis, ad effectum consequendi euictionem: hæc enim sunt verba d. tex. *pupillo autem etiam sine tutoris auctoritate posse denunciari, si tutor non appareat ex duplæ stipulatione benignius receptum esse, Trebatius ait.* Vnde patet non requiri, vt disdicta census fiat etiam tutori, quia non fit ad effectum inducendi moram, seu contumaciam; sed ad effectum notificandi ipsi pupillo voluntatē debitoris censsus volentis illum extinguere, qui vt supra est actus necessarius.

398 Hic insurgit dubitatio, quia oblatio ad effectum retrouenditionis fundi, vigore pacti de retrouendendo, vtique est actus necessarius, & tamen ea non prodest facta pupillo; nisi fiat etiam tutori, ex pluribus adductis per *Tiraq. de retract. consang. §. 1.* in verbo *emptorem, gloss. 13. n. 14. vsque 21.* vbi quæstionem ponit de oblatione ratione retractus, & pro vtraque parte adducit rationes; sed nihil firmat, nisi quod res est admodum dubia.

Ego autem ad tollendam prædictam dubitationē dico strictè,

ſtrictè, quod oblatio, & interpellatio ad effectum retrouenditionis fundi, vigore dicti pacti de retrouendendo, non ſufficit facta ſoli pupillo maiori infante; quia licet retrouenditio vigore dicti pacti ſit actus neceſſarius; tamen ex eo pupillus poſſet lædi, & illi tutor poſſet contradicere, d. *l. obligari, ff. de auctorit. tut.* vel allegando lapſum temporis eidem pacto adiecti, vel etiam allegando modicitatem precij, itaut pactum extendatur etiam vltra tempus cōuentum, ex adductis per *Surd. deciſ.* 34. *n.* 5. & per *Menoch. de arbitr. Iud. caſ.* 217. vel pariter allegando longi temporis præſcriptionem, ad dicta per *Surd. deciſ.* 1. *&* 2. & per *Mynſ. obſeruat.* 16. *cent.* 1. & per *Cagnol. in l.* 2. *de pact. int. empt. & vend. quæſt.* 8.

399 Prædictis adde, quod citatio facta maiori infante omiſſo tutore valet ad effectū regulæ de annali, vt illi ſatisfactum cenſeatur ex citatione minoris, vt infra ſex menſes legitimè cōpareat, vt per *Creſc. deciſ.* 10. *de dolo, & cont.*

Prout etiam valet ad effectum regulæ de triennali, vt ſcilicet citatus abſque tutore pupillus maior infante deſinat eſſe pacificus, vt per *Achil. deciſ.* 3. *n.* 1. *de dol. & cont.*

400 Venio ad quartum, quando pupillus non habet tutorem, qui poſſit citari, vel interpellari, quid agendum ſit, & vt ſupra diſtingue, aut eſt infans; aut maior infante.

401 Si infans, nullo modo poteſt citari, ſiue ad petendum tutorem, ſiue ad comparendum legitimè, vt *ſuperius* dictum eſt *num.* 380. ſed debet peti tutor, alias, eo non petito, omnia contra infantem indefenſum acta corruerent. *l. cùm & minores, C. ſi aduerſ. rem iud. Rot. in recentiſſ. par.* 2. *deciſ.* 167. *n.* 2.

402 Litigaturus autem cum infante non poteſt tutorem petere; ſed rogare, & requirere eos, qui de iure tutorem petere debent, vt petant iux. *tex.* in *l.* 3. *§. ſi quidem aliquis, ff. qui pet. tut. gloſſ. in l. ſi filijs*, in verbo *curare, C. eod.*

403 Et ſi infans habeat matrem, vel auiam, alioſue quibus legitima tutela debetur, illi debent citari ad ſuſcipiēdam tutelā. *Neuiz. d. conſ.* 17. *n.* 29.

404 Quos ſi non habeat, citandi ſunt ꝑ proclama amici,

& vi-

& vicini, ad defendendum pupillum infantem. *Bald. in cap.1. de mil. qui contum. est. Afflict. decis.* 262. *n.*2. *Vant. de nullitate ex defectu citat. n.*69. *Neuiz. d.cons.*17. *n.*26. *&* 29. *Mand.de cõmiss.form.*4 *commiss.caus. pro cred. contra hæred. debit.* in verbo *ad comparen.legitimè.Cresc.decis.*10. *n.*3. *de dol. & contum.* & est *text.* in *l.hac autem*, *§. non defendi*, *ff. ex quib. caus. in possess. eat.* ibi, *sic euocãdi sunt ad prætorem tutores pupilli, vt defendant: si autem non habeat tutores, requirendi cognati sunt, vel affines, & si qui fortè alij sunt, quos verisimile est defensionem pupilli, pupillæue non omissuros.*

405 Nemine autẽ ad defendendum infantẽ cõparente, Iudex, instante creditore, debet deuenire ad tutelam datiuam. tot. tit. *instit. de attil. tut. Neuiz. d.cons.*17. *n.* 28. *Socin. de citat.art.*5. *quæst.*18. *n.*42. vers. *secunda quæstio est.*

At casu, quo non posset Iudex dare tutorem vniuersalem, tunc consulendo creditori, & agere volenti, debet deputare curatorẽ ad lites, vnde ait *Socin. d. art.* 5. *quæst.*18. *n.*42. in princ. quod cùm nulla lex hoc dicat expresè, quod ideo *Doctores*, in *l. qui habet*, *§. si pupillus*, *ff. de tutelis* variant; sed non sine ratione.

Etenim ratio eorum, qui dicunt non posse dari curatorem, est, quia curator non datur nisi petenti. d. *l. qui habet*, *§. si pupillus*, & infans aliquid petere non potest, vnde *Neuiz. d. cons.* 17. *n.*6. dicit, quod pupillo infanti debet dari tutor ad lites, maiori autem infante potest dari curator ad litem, cùm ipse illum petere possit, & subiungit cõsultum esse, vt dum ignoratur præcisa pupilli ætas, scribatur in instrumento decreti, quod Iudex dedit, constituit, & decreuit tutorem, curatorem, & defensorem, & administratorẽ huiusmodi litis N.

Ratio autem aliorum, qui dicunt posse etiam infanti curatorem dari, est; quia dicitur in *l. curator*, & in *l. curatorem*, *C. de tutor. & curat. dat. ab his*, quod curator non datur pupillo, si tutorem habeat, ergo à contrario sensu, si tutorem non habeat datur curator; & ita argumentatur *gloss.* in dictis iuribus, & ibidem sequitur *Bart.*

Et

Et *Rota coram Caualerio decis.*207.disputauit dubium, an infanti possit dari tutor ex officio, an vero sit dandus curator, & censuit non esse necessarium, quod infanti tutorem non habenti detur tutor; sed sufficere, quod detur curator ad litem. alleg. *Alex. cons.*122. per totum *lib.*1.qui in princip. adducit rationes, quæ faciunt pro contraria opinione, quod debeat dari tutor; sed *n.* 3. octo rationibus firmat contrarium, quod scilicet possit dari curator ad litem, & *n.* 5. ad contraria respondet, vt per eum.

406 Sed quæ differentia est, an detur tutor, vel curator, in hoc casu? inter alias, quas ponit *glossa*, in *l.ventri, §.curatorem, ff. de tut. & curat. dat.ab his*, quam ibidem dicit *Bart.* esse signandam, ea est; quia tutor non datur, nisi causa cognita; secus autem in curatore.

407 Nota tamen, quod ad negocia curator infanti dari nō potest, d. *l.qui habet, §.si pupillus, in fin. ff.de tut.* & datio curatoris, vbi tutor esset dãdus, est omnino nulla. *l. tutores, §.*1. *ff. de administr. tut. Caput.decis.*158.*n.*3.*&* 4.*p.*1.

408 Si verò pupillus est maior infante, & non habeat tutorem, ipse solus citari potest. *l.* 1. *§. sufficit,* & ibi *Bar. ff. de admin. tut.* sed ad quid citabitur? cùm non possit stare in iudicio sine auctoritate tutoris, *l.*2. *C.qui legit.pers.hab.* Dic, quod ad aliud citari non potest, quàm ad comparendum legitimè, & petendum tutorem. *gloss. in l.quique*, in verbo *infantes, ff. de in ius voc. Afflict. decis.*262. *n.*4.

Et quatenus simpliciter citaretur ad comparendum, valeret citatio, & intelligeretur, vt compareret legitimè cum persona legitima, vel ad petendum sibi dari tutorem, vel curatorē. *Abbas cons.*29. *n.*5. vers. *nam debebat comparere, lib.*2.*Bal.in l.*3. *in princ. C.si propter public.pensit.*& in *l.*1.*in fin.C.qui pet. tut.* & in *l.non ideo minus, in fin. C. de procur. Decius cons.* 509. *n.*2. *Guttierez. de tut.par.*2.*cap.*4. *n.*6.

409 Ita autem citatus maior infante si compareret per se solum, iudicium cum eo fieret nulliter, sustineretur tamen quicquid fieret in eius fauorem. *l. non eo minus, C. de procur.*

Nn Sed

410 Sed Iudex dicto pupillo cõparenti debet pręcipere, vt sibi, vel tutorem nominet, vel curatorem ad eam litem, quo vel non comparente, vel nominare nolente, Iudex ex officio nominat, & decernit, iuxta doctr. *Io. Andr. in addit. ad Specul.* §. *restat, de primo decreto, n.* 10. *in ver.* §. 2. *in* 4. *opin.* ibi, *vel saltem requirendum prius ipsum, vt veniat petere curatorem. Mandos. de commiss. form.* 4. *vers. ad legitimè comparendum, ibi ex his, quæ colligi possunt.*

411 Litigaturus itaque cum maiore infante, debet curare, vt ab agnatis petatur tutor, & per Iudicem in subsidium detur ex officio ad ipsius petitionem. *Bar. in l. si ex legati, n.* 7. *ff. de verborum obligat.* & ita citari debent agnati, & alij ad petendum tutorem. *l. hæc autem*, §. *defendi, ff. quib. ex caus. in poss. eat.* & si non sint aliqui agnati, aut necessarij, qui tutorem petant, potest ipse actor curare, vt per Iudicem detur. *l.* 1. *& l. si filijs*, & ibi *gloss.* in verbo *curare*, *C. qui petant. tut.* in subsidium scilicet, negligẽtibus alijs petere. *l.* 3. §. *si quidem, ff. qui pet. tut.* ibi, *sed eos, qui petere possunt, rogabit petere, vel si hi neglixerint, tunc accedens ad præsidem hoc ipsum dicet, vt constituto legitimè tutore, aduersus pupillum moueatur persecutio.*

412 De stylo autem Romanæ Curiæ omittitur diligentia citandi agnatos, & amicos, & sufficit citatio ad cõparendum legitimè, alias videndum sibi dari curatorem ad litem. *Mandos. de commiss. for.* 4. vers. *ad legitimè comparendum*, ibi *ex his, quæ colligi possunt, Crescent. decis.* 10. *n.* 4. *& 6. de dol. & cont.* & hic curator potest dari pupillo ad agendum, non autem ad auctorandum. *l. curatorem*, & ibi *Bar. ff. de auct. tut.*

413 Et eodem modo fiscus agens contra pupillum debitorem, si tutorem habeat, debet illum citare, si non habeat, debet instare, vt prouideatur illi de tutore, alias acta, citato solo pupillo, essent nulla. *l. neque impuberes, ff. de in ius vocan. Peregr. de iure fisci, lib.* 6. *cap.* 4. *n.* 4.

414 Venio ad quintum, & vltimum, quomodo prouidendum sit, quando agenda est lis inter pupillum, & tutorem: & de hoc est *textus*, in

l. qui

l. qui habet, *§. si pupillus, pupillaue*, *ff. de tut.* quod scilicet debet dari tutor infanti, sed maiori infante debeat dari curator, qui illum debet petere, & si non petit, debet per Iudicem cogi ad petendum: hæc enim sunt verba eiusdem textus; *Si pupillus pupillaue cum iusto tutore curatoreue eorum, cum quo litem agere vult, & curator in eam rem petitur, vtrum ipsis poscentibus datur, an vero, & aduersario petente? & sciendum est, siue agant, siue conueniantur, dari his curatorem posse; sed non alias, quàm si ipse petat, cui dari eum opportet. denique Cassius lib. 6. scripsit talem curatorem neminem dari posse, nisi præsentem, neque cuiquam, nisi præsenti, & postulanti: itaque infanti non potest dari; idemq; Cassius ait, si pupillus curatorem poscere non vult, quo minus cum eo agatur, cogi eum à prætore debuisse*.

Sed quomodo cogetur scilicet maior infante, dic, vel captis pignoribus, vel per cēsuras, & similia remedia. *l. ait prætor*, *§. permittitur*, *ff. de minor.* vbi *gloss. & Doct. Abb. in cap. ex litteris, n. 12. & in cap. Prout, ante fin. n. 23. de dol. & cont.* licet enim dicatur in *l. 1. C. qui pet. tut. vel curat.* adeundum esse Iudicē, qui in dandis curatoribus officio suo fungatur, tamē. *gloss.* ibidē, in verbo *officio suo*, declarat, quod si pupillus litigat cum tutore, non aliter detur curator, nisi ipse petat. vt in d. *l. qui habet*, *§. idem Cassius*, *ff. de tutelis*, & ita, quando tutor vult litigare cum pupillo, debet illum citare, vt veniat ad petendum curatorē, cùm tutor intendat cum eo litigare. *Cyn. in l. 1. C. qui dat. tut. pos. Soc. de citat. art. 20. quæst. 19. n. 49. in fin.* si verò litigat pupillus cum alio, detur etiam inuito. *§. item inuiti*, *instit. de curat. Afflict. decis. 256. n. 2. Myns. obser. 31. cent. 2.*

415 Hactenus de tutore pupilli nomine citando, sequitur dicendum de curatore nomine minoris citando.

Masculi, impuberes, & fœminæ viripotentes, vsque ad 25. annum curatorem accipiunt. *§. 1. instit. de curat.* nō tamen accipiunt inuiti, nisi ad litem. d. *§. 1. vers. item inuiti*, *instit. de curat.*

416 Curator enim potest dari

Nn 2 etiam

etiàm ad certam causam, d. §. 1. *in fine, vers. curator enim,* & etiam ad certum actum, putà constituendi procuratorem. *Salyc. in l. tutores, n. 14. C. de admin. tut. Rota diuers. par. 1. decis. 372. n. 1.*

Et qui constitutus est curator ad certum actum, eo finito desinit esse curator. *Arg. l. Iudex postea quam, ff. de re iud. Mant. decis. 119. n. 11.*

Et si curatores fuerunt adiuncti tutoribus, finita tutela cessat etiam officium adiuncti. *l. 1. C. quando tutores, vel curatores esse desinant.*

417 Et curator constitutus ad negocia, si constituat procuratorem, finita eius administratione, aut per mortem, aut per lapsum temporis, expirat mandatum, etiam re non integra. *Rota diuers. p. 6. decis. 38. n. 67.*

418 Et sicut procurator potest reuocari ante litem contestatam, ita & curator ad litem. *gloss. & Bar. in l. si quis cùm procurator, §. fin. ff. de procurat. Put. decis. 119. lib. 3.*

419 Et quia iudicium debet cum legitima persona initiari. *l. in vniuersis, C. qui dare tut. poss.* ideo acturus cum curatore animaduertere debet, an constet de cura,

420 Alias citatio executa cōtra curatorem, de cuius cura non constat, causat nullitatem sententiæ. *l. vlt. §. tali itaque ordinatione, C. de curat. furios.* & citandus est curator legitimè constitutus. *l. Licinius, §. bonorum, ff. de leg. 2.* fuit dictum in *Colimbrien. decanatus, 27. Ianuarij 1595. corā Iusto*, quæ est *decis. 9. post Mangil. de subhastat.* & apud *Marches. par. 2. fol. 221.*

421 Quod intellige, vt sententia non valeat in præiudicium minoris, sed solum in præiudicium agentis cum minore,

422 Qui citando aliquem vti curatorem, censetur eum vti talem approbare, itaut illum postea nequeat reprobare. *Put. decis. 130. in fin. lib. 3. Neuiz. cons. 17. n. 8.* & quod de nullitate dare nō possit is, qui nullitati causam dedit, dictum est *supra cap. 13.* vers. *à quo, & quādo defect. & null. citat. poss. opponi, n. 39.*

423 Vt autem curator censeatur legitimè constitutus, debet esse datus per Iudicem ordinarium. §. 1. vers. *dantur autem curatores, instit. de curat. l. 1. ff. de tut. & curat. dat.*

ab

ab his. Nec refert an detur curator per eumdem Iudicē; coram quo lis agitur, vel ab alio ordinario Iudice. *Berò. conſ.*102. *n.*7. *lib.*3. *Mant. deciſ.*98. *n.*2. verſ. *neque etiam obſtat*, qui ſub *n.*1. firmat Auditores Rotæ Bononiæ tutores, & curatores dare poſſe vigore ſuarum *Conſtitutionū, cap.* 96.

424 Nec ſufficit, quod curator ſit datus in teſtamento, niſi per Iudicem ſit confirmatus. §. 1. *verſ. ſed curator teſtamento non datur. inſtit. de curator. l.*1. *in fin. ff. de confirmat. tut. l. tutela, C. de teſtam. tut. Mant. deciſ.* 11 *n.* 3.

425 Neque teſtator poteſt hāc per Iudicem faciendam confirmationem prohibere, cùm nemo poſſit in ſuo teſtamento cauere, ne leges in eo locum habeant. *l. nemo poteſt, ff. de leg.*1. *Gabr. conſ.*25. *lib.*2. *n.* 10. *Rota in recent. par.* 1. *deciſ.*470. *n.*2.

426 Non poteſt tamen Iudex confirmare curatorem in teſtamento datum, niſi illum adultus petat cōfirmari; cùm curator non detur non petenti, nec inuito. d. §.1. *verſ. itē inuiti, inſtit. de curator. gloſſ. in l. pater ſeuerinam*, §. *conditionum*, in verbo *non videbitur, ff. de condit. & demonſtr. Gabr. d. conſ.* 25. *n.*11. *cum trib. ſeq. lib.*2. *Rota in recent. par.*1. *d. deciſ.*470. *n.*2.

427 Similiter Iudex non poteſt dare tutorem, vel curatorem pupillo, vel minori, qui alium tutorem, vel curatorem haberet. *l. curatorē, C. qui dare tut. vel curat. poſſ. l. cùm iure habenti, C. qui pet. tutor.*

428 Imò ſi Iudex daret tutorem, vel curatorem pupillo minori, expreſſa hac cauſa, quod defenſorem non haberet, decretum eſſet nullum ob falſam cauſam, ſi alius defenſor appareret. *l. tutor ſi petitus*, & ibi *Bar. n.*1. *& ſeqq. ff. de tut. & curat. dat. ab his. Mant. d. deciſ.*98. *n.*5.

Et propterea ſi acturus cū minore obtinuiſſet dari curatorem, cùm haberet curatorem vniuerſalem, iudicium cum illo inſtitutum eſſet nullum. d. *l. curatorem, C. qui da. tut. vel curat. poſſ. Rota diuerſ. deciſ.*114. *n.*8. *par.*7. niſi prior remoueretur. *Caual. deciſ.*257. *n.*6.

429 Declara tamen hoc procedere in curatore dato ad

ad negocia, non autem in curatore dato ad litem, qui potest dari etiam curatorem habenti. *Put. decis.* 119 *lib.* 3. *Rota in Imolen. nullit. permut.* 29. *Martij* 1599. quæ est *decis.* 47. *n.* 2. *post Pic. ad Stat. Vrbis*.

430 Item declara, quod habenti curatorem in certis bonis, potest alius dari in alijs bonis. *l. cùm semel, ff. de tut. l. propter litem, §. licet, ff. de excusat. tut. Mant. d. decis.* 98. *n.* 4.

431 Declara tandem, vt habenti curatorem non idoneũ, dari debet curator. *§. interdũ instit. de curat. Mant. d. decis.* 98. *n.* 8.

432 Curator igitur, quando non est legitimus, veluti si in alijs causis illegitimus fuisset declaratus, non est citandus. *Neuiz. d. cons.* 17. *n.* 8. *&* 9. cùm paria sint non esse, vel minus legitimè esse. *Iaso in l.* 1. *col.* 9. *ff. de oper. nou. nunc.* & in *l. quoties, ff. qui satisd. cog. Afflict. decis.* 256. *n.* 3.

433 Tunc autem censetur legitimus, quando à Iudice fuit datus, vel confirmatus. *l.* 1. *& tot. tit. ff. de confir. tut. vel curat.* & quod requiratur pronunciatio Iudicis super idoneitate tutoris, vel curatoris, dicit *Bald. in l. tutores, ff. de confirm. tut. vel curat. Grat. in decis. Marchi.* 73. *n.* 16. & communis error non admittitur in curatore ad effectum conualidandi processũ cum falso curatore. *Greg. decis.* 260. *n.* 10.

434 Quando igitur minor habet curatorem legitimum, potest acturus contra illum, eligere an velit citare minorem, an vero curatorem, vt est *tex.* in *l.* 1. *§. sufficit, vers. in causis autem adultorum, ff. de administr. tut.* cuius verba sunt hæc, *in causis autem adultorum licentia erit agentibus, vel ipsum adultum præsentem in iudicium vocare, vt consensu curatoris conueniatur, vel contra curatorem agere, vt ipse litem suscipiat,* vbi *gloss.* exponit, *si curator volt: nam adultum potest exhibere, & auctorari*.

435 Et ideo intellige, quod potest citari, vel minor, vel curator, diuerso tamen modo: nam citatur minor ad cõparendum per se, vel per legitimam personam. *Bar. in d. §. sufficit, n.* 2. non autem, vt ipse solus iudicium suscipiat, quia adultus non nisi consentiente

tiente curatore litem, & intendere, & excipere debet, vt dicitur in *l.2. C. qui legit. perf. stan. in iud. hab. vel non.*

436 Vbi *gloss.* declarat, quod adultus potest per se in iudicio stare, quando veniam ætatis impetrasset: *l.2. C. de his, qui ven. æt. impetr.* quando ageret de momentanea possessione. *l. momentaneæ, C. qui legit. perf.* adde *Aufrer. ad Capell. Tholos. dec. 106. n.2. & 3.*

437 Curator autem citatur ad actus necessarios, & cum eo lis contestatur; sed si fuerit citatus minor, lis cum eo cõtestatur auctoritate curatoris, quæ contestatio siue fiat cum auctoritate curatoris, siue cũ ipso solo, interrũpit præscriptionem, & non sufficit, quod præstet auctoritatem in vno solo actu, sed in quolibet *Bar. in d. §. sufficit, n.5. & 6.*

438 Quando verò minor non habet curatorem, tunc ipse citatur ad comparendum legitimè, & ad petendum sibi curatorem, quamuis hæc verba ad petendum sibi curatorem, non sint necessaria; sed sufficit simplex citatio ad cõparendum legitimè, quia intelligitur, vt cõpareat, & petat sibi dari curatorem. *Abb. conf. 29. n.5. lib.2. Tiraq. de retract. conf. §.1. gloss. 13. n.18. in fin. Neuiz. conf. 17. n.71. & 74. vers. stat ergo conclusio,* qui si venire neglexerit, cogetur officio Iudicis. *Afflict. decis. 356. n.2. Vant. de nullit. ex defect. mand. n. 144. Mynsing. obseru. 31. cent. 2. Angel. in l. 1. C. qui pet. tut. Neuiz. d. conf. 17. n. 75. Gratian. decis. Marcb. 73. n.7. & 8.* & in *addit. n.1.* & de hoc est *tex. in l. ait prætor. §. permittitur, ff. de minor.* ibi *permittitur etiã ex constitutione Principũ debitori compellere adolescentes ad petendos sibi curatores,* vbi *gloss.* exponit in litem scilicet, vt in *§. inuiti, instit. de curat.*

439 Et ita adultus potest incurrere contumaciam. *Socin. de citat. art. 5. quæst. 20. Neuiz. d. conf. 17. n. 75.* sed quilibet pro eo comparens excusat eum à contumacia. *Alex. conf. 3. ante fin. n. 8. lib. 2. Neuiz. d. conf. 17. n. 75.*

440 Quæ contumacia minoris operatur, vt illo comparente legitimè, Iudex possit deputare curatorem, non autem, vt contra eum possit ferre sententiam.

441 Nam minor etiam si citatus fuerit, si tamen non fit

ni datus curator, vel non sit defensus, sententia contra eũ lata est nulla. *l. contra minores, cum ibi not. per Doct. C. si aduers. vend. Castr. & Alex. in l. contra pupillum, ff. de re iud. Cresc. decis. 9. n. 3. de re iud.* adde *Achil. decis. 6. de dol. & contum.* qui dicit, quod citatio per proclama non afficit minorem, quando agitur de eius interesse secundariò: quia hoc est speciale in minore, vt sola eius citatio non sufficiat ad effectum sententiæ, sed aliud requirat post se, idest deputationẽ curatoris.

442 Sed quid si minor citatus omisso curatore, vel non præmissa eius deputatione, comparuisset, & se defendisset; an sententia contra eum lata valeret. Domini *de Rota coram Martino Andr. decis. 8. n. 9.* pro maiori parte censuerunt sententiam valere, cùm ex processu appareret minorem se ipsum defendisse, & coram eodem *decis. 29. n. 9. vers.* quoad aliam, & quintam nullitatẽ, pariter pro maiori parte steterunt in decisis, non obstante, quod aliqui ex dominis in contrarium allegarent practicam citandi adultum, quæ est, vt si habeat curatorem citetur curator, si illum non habeat, citetur ipsemet adultus ad comparendũ legitimè, & sibi petendum curatorem: ad dicta per adden. ad *Dec. cons. 449. n. 1.* in verbo *adultum, Afflict. decis. 262. n. 7.* & ibi *Vrsill. n. 3. Soc. de citat. art. 29. n. 49.*

Ratio, quæ mouit eandem maiorem partem dominorũ, vt ibidem dicitur, fuit, quod adulti minores 14. annis, quãdo fuerunt citati, non sit necessaria curatoris citatio, aut illius comparitio, & defensio, pro qua ratione adducebant, quod est in optione actoris, quem velit citare. *Alex. in l. si ex legati, n. 8. ff. de verborum obligat. Zabarell. in Clem. religiosus, quæst. 5. in fin. n. 8. de procur. Mand. de commiss. forma 4. vers. ad legitimè comparen. & de æt. min. quæst. 10. n. 5. & 9.*

Sed hæc ratio non concludit, quia, vt superius animaduertimus, non potest citari minor, vt seipsum defendat; quia non habet legitimã personam standi in iudicio, sine curatore. d. *l. 2. C. qui legit. pers. stan. in iud.* & lis non potest contestari cum minore, sine curatoris auctoritate,

quæ

quæ non sufficit præstita in vno actu, sed requiritur in quolibet, vt per *Bar.* in d. *l.* 1. §. *sufficit*, *n.* 5. *&* 7. *ff. de administr. tut.* & compellendi sunt minores ad petendum curatorem: d. *l. ait prætor*, §. *permittitur*, *ff. de minor.* & sententia contra minorem, nõ dato ei curatore, est nulla. *Cresc. d. decis.* 9. *n.* 3. *ff. de re iud. & Achil. d. decis.* 6. *de dolo*, *& contum.*

443 Et ideo ad alteram rationem satis esse, vt minor fuerit defensus, distinguo, quod si non constat de alia defensione, quàm facta per ipsum minorem, non sufficit, cùm ipse minor sit prohibitus stare in iudicio, sine consensu curatoris; si verò constat de alia defensione facta per aliũ, quàm per curatorem, non sufficit, nisi in casu, quo re vera constaret nullam eidem minori defensionem competere; si verò constat de comparitione, & defensione facta per curatorem, sententia cõtra minorem lata non est nulla; sed potest esse iniusta: hoc probat *tex.* in *l. cùm*, *& minores*, *C. si aduers. rem iud.* vbi dicitur, prout summat *Bald.* quod sententia lata aduersus minores indefensos est nulla ipso iure, sed si sunt legitimè defensi, est valida, sed possunt restitui, & de hac re, quando minor, vel pupillus censeatur indefensus: vide *Rom. consf.* 454. *n.* 2. *& sequen. & Put. decis.* 306. *&* 307. *lib.* 2. *& Rota diuers. decis.* 115. *n.* 2. *par.* 4.

444 In criminalibus etiam ex dispositione iuris communis minor non potest esse in iudicio sine curatoris auctoritate. *l. clarum*, *C. de auct. præstãda*, vt ibi per *Salyc.* & alios.

Secus autem de consuetudine, vt per *Clarum*, *in pract. crimin.* §. *fin. quæst.* 50. *n.* 1. *& quæst.* 55. *n.* 11. & per plures alios relatos per *Guazzin. in tract. de defens. reorum*, *cap.* 32. *confessio minoris*, *quãdo afficiat confitentem*, *n.* 2. & idem disponitur in *Constitut. Bgid. lib.* 4. *cap.* 17.

445 In beneficialibus, & alijs causis spiritualibus, qui maior est 14. annis, potest stare in iudicio, agere, & se defendere sine curatore, minor autem 14. annis indiget curatore ad lites, sibi per Episcopum, vel eius officialem deputando, vt in *cap. fin. de iud. lib.* 6.

Nomi-

446 Nomine etiam alieno citantur nedum curatores minorum, verum etiam curatores maiorum, illorum scilicet, qui rebus suis interesse non possunt, quales sunt furiosi, mentecapti, prodigi, surdi, & muti, & similes, qui perpetuo morbo laborant. *§. furiosi quoque. instit. de curat. l. 1. & 2. ff. de curat. furioso dan.*

447 Modo quæro an illis non citatis possit dari curator, & quod non requiratur eorum citatio, adducitur, quod furiosi, vel eius, cui bonis interdicitur, nulla est voluntas. *l. furiosi, ff. de reg. iur.* hoc est, de iure pro nulla habetur. *l. Fulcinius, §. adeò, ff. quibus ex causis in poss. eat.* & qui contradicere, & actum impedire non potest, non est citandus. *l. qui potest inuitis, ff. de reg. iur.* & propterea prædictis personis, nemine petente ex officio Iudicis, etiã inuitis, datur curator. *gloss. 1. in l. hæc autem, ff. ex quibus caus. in poss. eat.* & ibi *Bar. in princip.*

In cõtrarium autem, quod sint citandi adducitur, quia agitur de præiudicio, & interesse illorum, quibus administratio suorũ bonorum auffertur, quod est valde præiudiciale, cùm de iure quisque sit rei suæ moderator, & arbiter. *l. in re mandata, C. mãdati*, & quisque debet citari, vbi agitur de suo interesse, & præiudicio. *l. de vno quoque, ff. de re iud.*

Vnde dico, quod ad effectum, vt quis declaretur talis furiosus, mentecaptus, & prodigus, vel alias indigens curatore, debet citari, vel alias esse præsens, vt aliqualiter Iudici constet de tali infirmitate, qui similibus personis non potest dare curatorem, nisi adhibita causæ cognitione. *l. obseruare, ff. de curat. furios.* & ibi *Bal.* ait adhibendos esse medicos, qui cognoscant. arg. *l. semel, C. de re milit. lib. 10. Guttier. de tut. & curat. par. 1. cap. 19. n. 6.* quæ causæ cognitio partis citationem requirit, & hoc casu procedunt adducta pro parte affirmatiua, quam tenet *Cagnol. in l. furiosi, n. 18. ff. de reg. iur.*

Quando autem quis declaratus est talis, vel notorium sit eum esse talem, tunc is non aliter citandus est, & hoc casu procedunt adducta pro nega-

negatiua, quam tenet *Decius* in d. *l. furiosi*, post alios per eum allegatos, *n.*7.

448 Descendendo ad particularia, de furore, antequam detur curator, debet constare: nam quilibet præsumitur sanæ mentis, nisi contrarium probetur. *l. nec codicillos, C. de codicil.* ideo requiritur perspicax inquisitio, & de facili testes possunt errare. *Bald. in l. furiosum, C. qui testam. fac. possunt*, & ibi *Dec. sub n.*28. & si testis diceret vidisse aliquem furentem, non probaret, tanquam iudicans potius, quàm deponens. *Bar. in l. qui testamento, §. fin. ff. de testam.* & debet deponere de actibus furoris, qui cadant in sensum testis, vt putà, quod per viam lapides proijcit. *l.* 2. *C. de Iudæis*, ibi *saxis aut alio furoris genere*, vt putà, quod astantibus aliquid mali fecit more scilicet insani. *gloss. in l. si cùm dotem, §. si maritus, ff. soluto matrim.* in verbo *ferendus est*, & ibi *Alex.* non enim ex quouis furoris actu, quis furiosus iudicari potest, nisi sit coniunctus cum dementia; & vt ait *Cicer. Tuscul. quæst. lib.*3. furor in sapientem cadere potest, non autem insania. *Menoch. lib.*6. *præsumpt.* 45. *n.*2.

449 Ideoque furiosus dicitur is, qui sæua quadam dementia, veluti rabie circunducitur, & concitatur. *Bald. in l. humanitatis, n.*15. vers. *venio ad* 4. *notabile, C. de impub. & alijs substit. Fulgos. consil.*29. *n.*1. vers. *nam eleganter. Rota post consil. Farin. decis.*273. *p.*2.

450 Qui propterea ne alijs noceat, diligenter custodiendus est, aut etiam vinculis coercendus, inquit *Modestinus in l. penult. §. fin. ff. ad l. Pompeiam, de parricid. & Vulpian. in l. congruit, §. furiosi, ff. de off. præsid.* vult, vt si furiosi non possint per necessarios contineri, per Præsidem carcere contineantur. Et si furiosus noceret, Fati infelicitas eum excusaret, ait idem Modestinus, in *l. infans, ff. ad l. Cornel. de sicar.*

451 Quando autem quis probatus est furiosus, tunc semper præsumitur furiosus. *gloss. in cap. fin.* in verbo *compotem, de success. ab intestato, & ibi Abbas.*

Hinc dixit *Cornelius Celsus in lib.* 3. *de re medica, cap.* 18. eos, qui violentiùs se gerunt, vincire conuenit, ne vel alteri, vel sibi noceant. neque

quæ credendum est, si vinctus aliquis, dum leuari vinculis cupit, sanum iam se fingat, quamuis prudenter, & miserabiliter loquatur; quoniam is dolus insanientis est. *Menoch. dicta præsumpt.* 45. *n.*5. *lib.*7.

Declara tamen, quod semel furiosus, semper præsumatur furiosus, donec probetur contrarium, procedere, quando aliquo tempore successiuo fuit furiosus, ita quod benè constaret illum fuisse furiosum, secus si modico tẽpore fuit furiosus: quia ex aliquo accidenti illud contingere potuit, & non præsumitur furiosus, vt notabiliter concludit *Bart. in l.*2. *in fin. ff. de bon. poss. infan. furiosue delat. Dec.* in d. *l. furiosum*, *C. qui test. fac. poss. n.*25.

452 Imò furor non semper impedit quemquã rebus suis interesse. Democritus negauit quempiam poetarum magnum posse esse sine furore, qui dicitur furor poeticus, vt refert *Calepin.* in verbo *furor*, & quod furor sit comes amoris, dixit *Ouid. lib. eleg. siue amo*.

Blãditiæ comites tibi erũt, terrorque furorque, & *Martial. lib.*8. iurauit per Berecynthios furores, Sacerdotũ scilicet Cybeles Berecynthiæ, qui cum Deæ sacra facerent, furorem simulabant.

Et furor in aliquibus est momentaneus, ideo furenti cedendũ esse admonet. *Ouid. de remed. amoris lib.*1.

Dum furor incursu est, currenti cede furori;
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Stultus, ab obliquo, qui cùm discedere possit,
Pugnet in aduersas ire natator aquas.

Et primus etiã animi motus, qui non est in nostra potestate furor dicitur, & omni caret culpa. Hinc Seneca.

In Hercule furente
Solus te iam præstare potest
Furor insontem, proxima puris
Sors est manibus nescire nefas.

Statim enim euanescit, *Ouid.* 1. *de arte amandi*.
Vt fragilis glacies, interit ira, mora.

453 Finxerunt Poetæ tres furias, ad denotandum triplicẽ animi affectum, iram, cupidita-

ditatem, & libidinem, quibus mortales in omnia facinora præcipites rapiuntur. ira vltionem desiderat. cupiditas, opes, libido, voluptates. refert *Calep. in verbo Furiæ*.

454 Quando igitur furor, vel est continuus, vel cum aliqua temporis intermissione, *l. cum alijs, C. de curat. fur.* curatores dantur vel à lege, vel à Iudice. *l. 1. C. eodem*, dantur à lege fratres, vel agnati proximiores ex lege duodecim tabularum. *§. furiosi, instit. de curat. l. ne lucrum quidem, C. de curat. fur.* quibus deficientibus curatores dantur à Iudice. *l. fin. §. sin autem testamentum, C. eodem. gloss.* in d. *§. furiosi*, in verbo *sed solent. instit. de curat.*

455 Et quando deputatus est curator habenti dilucida interualla, tunc de tempore quo cessauit furor, & dementia, non desinit esse curator; sed interim cessat facultas administrandi. d. *l. cum alijs, C. de curat. fur.* suisque inducijs, & dilucidis interuallis potest furiosus res suas administrare, & de illis testamento disponere. *l. furiosum, ff. qui test. fac. poss. §. præterea*, vers. *furiosi autem, instit. quibus non est permiss. facere testam.*

456 Mentecaptus dicitur, qui desipit cum quieta dementia, & absque furore, & sicut dandus est curator furioso, ita, & mentecapto, & ius, quod statuitur in vno, habet locum & in altero. *Bal. in l. humanitatis, n. 15.* vers. *venio ad quartum notabile, C. de impub. & alijs substit. Fulgos. cons. 29. ante num. 1.* vers. *super eo, quod quæritur*, & vers. *nam eleganter, Rota post cons. Farinac. decis. 273. n. 1. par. 2.*

457 Mentecaptus, demens, & fatuus; idem significant. & illis dandus est curator, vt eo authore citare possit, & citari. *l. fatuo, ff. de postul.* vbi *gloss.* exponit, *fatuo idest mentecapto*.

458 Stultus autem non idem significat: leuius est enim stultum esse, quam fatuum; quoniam fatuus dicitur, qui omnino desipit, stultus autem, qui imprudens est, & incautus, & ineptus. dicebat Afranius, ego stultum me existimo, fatuum esse non opinor, refert *Calep.* in verbo *fatuus*, *& Menoch. præsumpt. 45. n. 9. lib. 6.* & de huiusmodi stultis hominibus stupidis, & ineptis, qui corporis specie præcellunt

cellunt ingenio carentes adagium erat, ò quale caput, & cerebrum non habet, vt in *Adag. Manut.* in verbo *caput vacuum cerebro*, & huiusmodi homines grossolani appellantur, & macarones. *Cælius Rodig. lib. 17. antiq. lect. cap. 3. in fin. Menoch. lib. 6. præsumpt. 45. n. 17.*

459 Dementia autem, & fatuitas non præsumitur. *cap. vlt. de success. ab intest. l. nec codicillos*, vbi DD. not. *C. de codicil.* sed debet probari, vel ex dictis, vel ex factis.

Ex dictis, quando quis loquitur fatua, & deridenda per vicos more insanorum. *l. ob quæ vitia, ff. de edil. ed.* vel quando interrogatus de vna re, respondet de altera, vel quando quid velit, nolitue, exprimere nesciat, aut non possit. *cap. 1. §. si verò, de Clerico ægrotan. vel debilit. lib. 6.* ex sermonibus enim incongruis depræhenditur, quis nō sanæ mentis, nisi probetur cōtrarium. *l. quidam*, & ibi *Bar. in summario, ff. de cōdit. instit.* vbi *gloss.* in verbo *amoueri*, ait talē quemlibet præsumi, qualem verba demonstrant. & ita testamenta, & dispositiones, quando continent, quæ sano consilio non congruunt, non debent attendi. *l. Titia*, in fine, *ff. de inoff. test.* ibi *probat autem nec fideicommissa ab intestato data, deberi, quasi à demente*, & dicitur in d. *l. quidam, ff. de cond. instit.* quod reijcienda est conditio, quod hæres debeat testatoris reliquias in mari proijcere; non enim præsumi potest testatorem fuisse mentis compotem, cùm sepulturæ tradenda sint cadauera, nō mari.

460 Vice versa excluditur dementia testatoris, quādo eius dispositio est ordinata, quasi à sapiente facta. d. *cap. 1. §. si verò, de Cler. ægrot. lib. 6. cap. filij, de hæret. eodem lib. 6. cap. legimus in Esaia. 93. distinct.* Refert *Val. Max. lib. 7. cap. 8. de ratis testamentis*, quod Sēpronius Tuditanus homo notæ insaniæ, qui populo nummos sparserat, Togamque, velut tragicam vestem, in foro traxerat, maximoque cum hominum risu cōpectus fuerat; quia tamen sapienter in testamento filium hæredem instituerat. Viri testamentum, reiecta exceptione demētiæ, approbarunt: etenim existimarunt magis considerandū, quod scriptum esset in tabulis,

lis, quàm quis ea scripsisset: ita etiam Rota sapienter obseruauit, approbans plura testamenta, inspecta potius dispositionum, quàm testatorũ qualitate. vt apud *Burat. decis.* 256. *& Duran. decis.* 178. & in alijs causis.

Hoc tamen procedit in eo, qui habet dilucida interualla, quia stante ordinata dispositione, ea præsupponitur facta tempore, quo cessauit furor; secus in eo, qui continuo furore, continuaue dementia laborat. *l. furiosum, C. qui testam. fac. poss.* in eo enim, qui testatur, eius temporis, quo testamentum facit, integritas mentis, non corporis sanitas exigenda est, ait *Labeo, in l. 2. ff. de testam.* & vt inquit *Paul. in l. in aduersa, ff. eodem, in aduersa corporis valetudine, mentecaptus eo tempore testamentum facere non potest.*

Quando igitur quis est cõtinuò furiosus, seu mentecaptus, sine inducijs, & interuallis, si quid sapienter dicat, vel disponat, casu potius, quàm iudicio dixisse, fecisseue censetur. arg. *tex. in l. fin. ff. de administrat. tut.* ibi *casu aliquo sine facto personæ id accidisset*, cum alijs adductis per *Duran. d. decis.* 178. *n.* 25. *& seqq.* Aiunt de stulto quodã Parisiensi, qui tametsi stultus esset, sapienter tamen composuit differentiam, vt qui odore carnium satur euaserat, contractum cum tabernario debitum, compensaret denariorum sono. *Host. in cap. ad nostram, de consuetud. Mant. de coniect. vlt. vol. lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 8.

461 Ex eo autem, quod quis non habeat memoriam ordinatã, haud censeri potest demens, vt egeat curatore: sepe enim etiam litterati, & eruditi homines, varijs casibus, & audiendi, & loquendi facultatem amittunt, vt inquit Imperator in *§. item Surdus, instit. quibus non est permiss. fac. testam.* fertur de Decio Iurisconsulto præstantissimo, quod in extrema senectute nullius legis, aut paragraphi recordabatur, & quidquam latinè loqui ferè non poterat. *Corras. in cõmentarijs ad Arest. Tholos. annot.* 35. *Menoch. d. præsumpt.* 45. *n.* 35. *lib.* 6. qui alios refert viros eruditissimos confectos senio, memoria caruisse.

Sed qui proprij nominis obli-

oblitus esset, nequaquam sanæ mentis posset præsumi. vt enim ait *Imper. in l.vlt. C. de hared. instit.* non est verisimile, in suum nomen quemquam errasse.

462 Vt quis memoriæ defectum patiatur, nedum senectus causa est, sed etiam casus. refert *Valer. Max. lib.1. cap.8.* de Atheniense quodam memoria litterarum priuato, qui, cùm ictum lapidis capite excepisset, cætera omnia tenacissima memoria retinens, litterarum tantummodo, quibus pręcipue inseruierat, oblitus est.

Natura etiam fit, vt quis nõ recordetur. Dicunt de Curione, qui fuit orator, sed tã labilis memoriæ, vt aliquãdo, cum tria proposuisset, tertiũ non inueniret, & quod paulo ante scripsisset, obliuisceretur. & non paucis accidisse visum est, vt vel in publico dicturi, vel allocuturi priuatim, subitò, quod dicendum erat, amiserint.

463 Labilis enim vt plurimũ est memoria, & excusationẽ meretur. *l. peregrè, ff. de acquir. poss.* ibi *nec infirmitatẽ memoriæ damnum afferre possessioni*, & de obliuione dicitur, quod in teste non est lata culpa, cui licitum est, si non recordatur, dicere se non recordari. *Bal. in tract. circa mat. testium, par.2. n.25. in tract. diuers. de testibus*, & in *l. præsbiteri, C. de Episc. & Cler. n.6.* melius tamen debet recordari de persona, & loco, quàm de die: quia si est multum tempus, excusatur testis dicens se non recordari de die. *Franc. Curt. Papien. de test. conclus. 15. n.31. in d. tract. diuers. de testib. Bal. d. l. præsbiteri, n.6. in fin.*

Denique, vt quis non recordetur, prouenit ob negociorum varietatem, & multitudinem, vt in Principe. *cap. ex parte, de Capel. Monac.* ibi *fraternitati tuæ breuiter respondemus, quod huiusmodi litteras ab Apostolica Sede non credimus emanasse: quod si per occupationem forsan emanauerint, nolumus per hoc derogari Concilio supradicto*, idem habetur in *cap. ex parte, il primo, de off. delegat.* ibi, *quoniã igitur si memores fuissemus, nos pro prædicto N. litteras direxisse, pro aduersario nullatenus scripsissemus.*

464 Factis autem probatur, quando quis absque causa proij-

proijcit lapides per compita. *l.2. C. de Iudæis*, cum ibi not. per *Doct. gloss. in l. si cùm dotem, §. si maritus*, in verbo *ferendus, ff. sol. matr.* item, quando absque verecundia, multis inspicientibus partes pudibundas turpiter ostendit, ad dicta per *Grãmat. conf. 16. sub n. 7. Menoch. d. præsumpt. 45. n. 47. lib. 6.*

465 De dictis autem, aut factis ad probandum furorem, vel dementiam, debent testes deponere taliter, vt ex illis possit colligi insania, & dementia, quæ non percipitur visu, vel auditu, sed iudicio rationis. *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 5. Testator an præsumatur sana mẽtis fuisse, n. 17.* vers. *non enim sanitas mentis*, post plures, quos allegat, adde *Dec. in l. furiosũ, n. 28. C. qui test. fac. poss.*

466 Et in concursu testium standum est potius testibus deponentibus contra dementiam, seu furorem. *Bal. in auth. omnes peregrini, n. 10.* in princip. *C. com. de success. Rota post cons. Farin. decis. 273 n. 3. par. 2.*

Sed quando ageretur de probanda sanitate mentis cõstituti in articulo mortis, si testes inuicem pugnarent, magis credendum esset illis, qui dicerent non fuisse sanæ mẽtis: quia tunc, quod esset verisimilius deponerent. *Sac. ium cons. 185. n. 13. lib. 2. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 6. an moribundus constitutus in art. mortis, præsumatur sanæ mentis, n. 6.* & si testes deponerent testatorem fuisse furiosum, quia noluit obtemperare medico, non concluderent; nisi etiam subderent, quod istud faciebat propter furorem, vel more furiosorũ. *Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 38. n. 3.*

Secus est autem in illis, qui moribundi nõ sunt; quia tunc magis creditur deponentibus de sana mente, quàm de insania, ex quo concordant cũ iure communi, quo quilibet præsumitur sanæ mentis, ita *Dec. in l. furiosum, n. 20. C. qui test. fac. poss.* post plures, quos allegat.

Ex quibus autẽ signis probetur furor, ponit latè *Mascard. de prob. concl. 826. lib. 2.* in verbo *furor*, & dementia, quo pacto probetur, ponit idẽ *Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 503.* in verbo *dementia*, & furiosus insanus demens, &

mẽtecaptus,an,& quãdo quis præsumatur, examinat *Menochius de præsumpt. lib.6.d.præsumpt.* 45. *per tot.* vbi inter plura, quæ dicit de furiosis, & mentecaptis, duo sanè ridicula refert.

467 Vnum sub *n.*52. *de Thrasyllo*, qui cum à morbo insaniæ fuisset fratris cura liberatus, narrabat se nũnquam vixisse iucundiùs, quàm furoris tempore; quoniam abesset tristitia,& voluptas sufim accideret, vt recensent *Alianus lib.4. de varia historia, & Cælius Rodig. lib.*17. *lect. ant. cap.*3. sed rationem sumo ex his,quæ refert *Manut.in adagijs*, in verbo *in nihil sapiendo iucundissima vita*, vbi recitat hæc duo Sophoclis carmina in Aiace, qui iam ab insania resipuerat.

Suauissima est hic vita, si sapias nihil:
Nam sapere nil,doloris expers est malum.

Et alia carmina Horatij de quodam Argiuo, qui fæliciùs existimaret insanire, quam sapere, & tingi, seu irasci.

Pol me cecidistis amici,
Non seruastis; ait, cui sic extorta voluptas.
Et demptus per vim mẽtis gratissimus error.

Subijcit deinde *Manut.* prædicta Thrasylli Axonensis Pythodori filij insaniam, qui existimabat naues omnes, quæ in Pireum portum scilicet Athenarũ quadringentarum nauium capacem appellerent,suas esse, eas appellentes summa cum voluptate recipiebat, soluentes dimittebat, ac prosequebatur. in summa fælix erat, perinde quasi tantarum rerum dominus: si quid perijsset, non requirebat, si quid esset incolume, vehementer gaudebat, alijs iactitans suam fortunam, postquam autem eius frater Crito reuersus fuit è Sicilia, fratrem insania laborantem tradidit Medico curandum. Is tandem in se reuersus,dixit se nunquam suauius vixisse, quàm de tempore, quo eo mentis errore tenebatur; quia solam voluptatem sentiebat, & molestiam nullam.

468 Alterum ponit *Menoch.* vbi supra, sub *n.* 14. de Timante Cleoneo athleta senio confecto, qui vt dicitur, in furo-

furorem lapsus se ipsum interfecit, propterea, quod amplius complicare non poterat arcum, quem iuuenis intendebat.

469 Est autem leuioris insaniæ, stultitiæ scilicet signum, quãdo quis in senectute amãtem se profitetur, vnde inter mea carmina moralia in monitione ad amatorem se nescentem dicebam.

Lætabaris amans, iam contristaberis amens:
Ducit amor iuuenes, stulta cupido senes.
Feruenti succedit frigus triste calori,
Gratus odor florum fronde cadente perit.

470 Alterum stultitiæ signum est, quando quis vellet alteri nocere, & non potest. dixit Ausonius in Biæ sententijs.

471 *Quid stulti proprium? non posse, & velle nocere.*

Prout etiam stultitiæ signũ est, quando quis aduersatur stulto, is enim se insaniorem ostendit. Sic Plautus in Amphitrione.

Non tu scis, Baccha baccanti si velis aduersarier,
Ex insana insaniorem facies, feriet sæpius
Si obseruaueris, vna resoluat plaga,
Irritabis Crabrones;

Hactenus dictum est de citando furioso, seu demente, hoc est de citando curatore eorum nomine. de citatione autem stulti, imprudentis scilicet, seu grossolani, nihil dicendum est; quia illi non datur curator, cùm rebus suis per se possit interesse, alias nemo esset, qui curator dari posset, cùm ferè nullus sit vsquequaque prudens, & vt vulgo dicitur, qui non habeat vnum stultitiæ ramum. vnde dixit *Horat. lib. 1.* Epist. ad Mecœnatem.

Virtus est vitium fugere, & sapientia prima,
Stultitia caruisse.

Nunc sequitur dicendũ de citando prodigi curatore.

472 Prodigi, sicut furiosi, licet maiores 25. annis, sunt in curatione agnatorum, ex *l. 12. Tabularum*, quibus deficientibus datur curator per Iudicem. *§. furiosi quoque, & prodigi, instit. de curatoribus;*

ſed ſi minores 25. annis prodigi fiant tunc illis datur curator tanquam minoribus, nō tanquam prodigis, ratione ſcilicet minoris ætatis, non prodigalitatis. *l. qui habet, §. quod autem, ff. de tut. gloſſ. in d. §. furioſi*, in verbo *curatores*.

473 Prodigi autem dicuntur, qui neque tempus, neque finem expenſarum habent; ſed bona ſua dilacerando, & diſſipando profundunt. *l. 1. ff. de curat. furioſ. dand. l. 1. C. eodē*, & non eſt nouum, quod quis videatur ex ſermonibus compos eſſe mentis, ita tamen tractet bona ad ſe pertinentia, vt niſi ſubueniatur, peruenturus ſit ad egeſtatem. *l. his qui, §. Diuus Pius, ff. de tut. & curat. dat. ab his*, & ſanè donare omnia bona ſua, vel ea malè diſtrahere, & diſſipare, eſt actus, qui homini ſane mentis non conuenit. *l. cùm de indebito, ff. de probat.* ibi, *qui enim ſoluit, nunquam ita reſupinus eſt, vt facilè ſuas pecunias iactet, & indebitas effundat*.

474 Quæro modo an citādus ſit ille cui dandus eſt curator vti prodigo. dic, quod antequam quis cenſeatur prodigus, vt poſſit ei dari curator, debet Iudex illi interdicere bonorum adminiſtrationem, qua nō interdicta, poteſt alienare, & de per ſe ſtare in iudicio. *gloſſ. 1. in l. 1. ff. de curat. fur. dand.* poſtquam autē Iudex interdixit, is cenſetur prodigus, & proximior agnatus datur legitimus curator, ſine quo alienare nequit, neque ſtare in iudicio. *l. is cui bonis, ff. de verb. oblig. l. ſi ſciens, ff. de contrahen. empt. gloſſ. in l. 1.* in verbo *ſolent, C. de curat. fur.*

Citatio igitur prodigi videtur neceſſaria, quando agitur de interdicenda adminiſtratione, non autem, quando agitur de dando curatore; & ratio eſt, quia in primo actu interdicendi adminiſtrationē poteſt, qui prætenditur prodigus, ſe defendere, & contradicere, & actum impedire. *l. de vnoquoque, ff. de re iud. l. nam ita diuus, ff. de adopt.* in ſecundo verò actu deputando curatorem citatio non requiritur, cùm certum eſſe cœperit eum eſſe prodigum, ad *tex.* in *l. 4. §. 1. ff. de fideicom. lib. 1.* & tunc ei etiam inuito datur curator, & citatio illius, quo inuito actus explicari poteſt, non eſt neceſſaria.

ſaria. *l.qui poteſt inuitis, ff. de reg. iur.* & ita intellige ea, quæ, tanquam ſibi contradicentes, dicunt. *Dec.* in d. *l.furioſi, in fin. & Cagnol. n.*17. *ff. de reg. iur.* & vide, quæ *ſuperius dicta ſunt de furioſo, n.*447.

475 Si verò prodigus deuenerit ad ſanos mores, tunc definit eſſe in curatione, & cum eo agendum eſt, non autem cum curatore. *l.*1. *ff.de curat. furioſ.* ſuper eo autem, quod prodigus deuenerit ad ſanos mores, requiritur Iudicis declaratio. *Iaſ. in l. is cui bonis, col.*5. *ff.de verb.obligat. Cagnol. in d.l.furioſi, n.*9. *ff.de regul. iur.*

476 Illis etiam, qui perpetuo morbo laborant, vt rebus ſuis intereſſe non poſſint, dandus eſt curator, qui pro eis citare poteſt, & citari. *§.furioſi,* in fin. *inſtit. de curat.* & perpetuus morbus intelligitur, cuius nulla ſpes eſt ſanitatis. *l.ſi cùm dotem, §.ſi maritus, ff.ſol. matr. & l.penult. ff. de vacat. mun.* & quod iura loquentia de minoribus extendantur ad furioſos, mentecaptos, prodigos, & perpetuo morboſos, *tex.* eſt in *l.*2. *C.de curat. furioſ.*

Atque, quod curator dementi datus decreto interpoſito, vt ſatiſdet, ſi non cauit, & bona alienauit, quod hæres dementis poſſit ea vendicare, ſi precio creditoribus non ſatisfecerit: eſt *tex.* in *l.conſilio, §.*1. *ff. de curat. furioſ.*

477 Et hic nota, quod ad docendum, quod aliquis fuerit furioſus, mentecaptus, prodigus, perpetuoue morboſus, non ſufficit exhibere ſolam ſententiam, decretumue Iudicis; niſi etiam exhibeantur acta, ex quibus appareat fuiſſe adhibitam plenam cauſæ cognitionem, fuiſſe requiſitos cognatos, attinentes, vicinos, & amicos, ad effectum ab eis explorandi veritatem. *l. obſeruare, ff. de curat. fur. Caſtr. conſ.*248. *n.*4. *lib.*2. & fuiſſe prædictas perſonas citatas, de quarum præiudicio agebatur. *l.is cui bonis, ff. de verborum obligat.* vbi *Ang. n.* 8. *Imol. n.*5. *Rom. n.* 16. & ita reſpondet *Rota coram Caual. deciſ.* 273. *n.*2. *vſque* 6.

478 Item nota, quod curatores dati prædictis perſonis poſſunt pro illis tranſigere. *l. præſes, C. de tranſact. l. interdum, §. qui tutelam, ff. de furt. Abb. in cap.* 3. *n.* 3. *poſt*

Oo 3 med.

med. verf. nam præfes, de tranfact. Rota diuerf. decif. 86. *n.* 11. *par.* 6.

479 Nota denique, quod curator nedum prædictis perfonis datur generaliter, fed etiã fpecialiter ad litem.

480 Nulliter tamen datur nõ interueniẽte curatore vniuerfali, vel ex caufa eo amoto. *l. curatorem, C. qui dare tut. vel curat. poff. Rota poft Pic. ad Statutum Vrbis, decif.* 47. *n.* 1. *Caual. decif.* 257. *n.* 6. *Rota diuerf. par.* 7. *decif.* 114. *n.* 8.

481 Is autem, qui curam vniuerfalem, vel etiam tutelam, non fufcepit, non poteft impedire quominus alius curator ad lites dari poffit, fecus fi fufcepiffet. *Mant. decif.* 119. *n.* 1. *&* 4.

482 Qui curator ad litem aliũ tutorem, feu curatorem non habenti datur à Iudice. *l. curatorem, ff. de auth. tut. Alex. conf.* 122. *per totum lib.* 1. & præcipue *n.* 3. *Caual. decif.* 207 *n.* 2. & poteft facere idẽ, quod tutor, tam in iudicio, quàm extra. *Bart.* in d. *l. curatorem, Caual. d. decif.* 207. *n.* 3. & de ftylo Curiæ non cauet, nec in fummarijs, neque in ordinarijs. *Achil. decif.* 1. *de iud.* neque inuentarium facere tenetur. *Rota in nou. decif.* 1. *de Iud.*

483 Vlterius nota, quod curator nedum prædictis perfonis datur; fed etiam bonis, fiue defuncti, fiue viuentis. *l.* 1. *&* 2. *ff. de curat. bon. dan.* & in quibus differat curator datus bonis defuncti, à dato bonis viuentis, ponit *gloff.* in d. *l.* 2. in verbo *rata habebantur.*

484 Bonis defuncti, feu hæreditati iacenti datur tunc, quãdo ea à nemine aditur. dari autem debet à Iudice. *Bar. in l. fi bona, in fin. C. de bon. auct. iud. poffid. Dec. conf.* 40. *n.* 1. *Pedem. decif.* 33. *n.* 21. *Rota diuerf. fequitur dec.* 520. *n.* 18. *par.* 1. & cum partis citatione. *Seraph. decif.* 1100. *n.* 8. & quãdo bona fuiffent confifcata, deberet citari fifcus in deputatione curatoris hæreditati iacenti. *Ang. conf.* 193. *Decius conf.* 22. *n.* 2. *& conf.* 109. *Rota poft conf. Farin. par.* 1. *decif.* 392. *n.* 1.

485 Et vbi hæredes, vel ex teftamento, vel ab inteftato fint certi, debent fpecialiter citari, an velint effe hæredes. *l.* 1. *ff. de fucceff. edic. l. fi diuus, ff. ex quib. cauf. in poff. eat. l. fi quis inftituatur, §. item fi conditioni, ff. de hæred. inftit. Alex. conf.* 107. *vol.* 5. *Capic. decif.* 87. *n.* 1.

*n.*1. *Gail. lib.*2. *obseruat.* 130. *sub n.*3. *Borgn. de tut. & curat. cap.*1. *n.*110.

Et vbi non sint certi, debēt citari generaliter per edictū. *l. si eo tempore, C. de remiss. pignor. Auth. si omnes, C. si vt ab hared. se abstin. Capic. d. decis.* 87. *n.*2. *Bart. in extrauag. ad reprim. in verbo per edictum, Socin. in tract. de cit. art.* 23. *quaest.*4. *in princ.* citatio autē fieri debet cum termino cōpetenti.

486 Et aduertendum est, quod quando agitur de excludendo hærede à facultate adeundi ob non comparitionem, tūc debet statui terminus, vel vnius anni, si est suus hæres, vel centum dierum si non est suus. ad *l.*1. *§. largius, ff. de success. edic. Bald. in l.*1. *ff. de iure delib.*

Quando verò agitur solum ad effectum, vt possit dari curator, cum quo possint creditores pro eorum satisfactione agere, sufficit tempus vnius mensis, vel etiam minor dilatio arbitrio Iudicis. *Doct. in rub. C. de success. edic. vbi Ias.* dixit esse com. opin. *Capic. d. decis.*87. *n.*3. *Decius cōs.*509. *sub n.*1. qui dicit de termino quinque dierum.

487 Quando igitur datus est curator hæreditati iacenti, ille debet citari, alias occupatio bonorum hęreditariorum, vel non dato curatore, vel eo non citato, esset spoliatiua. *Rota diuers. par.*1. *decis.* 520. *n.*12. *Rol. cons.*78. *n.*20. *lib.*3. *Greg. decis.* 206. *n.* 7. *Duran. decis.*84. *n.*9.

488 Et repræsentat personam defuncti, & in eū, sicut in hæredem, transeunt omnes actiones, tàm actiuè, quàm passiuè. *Ang. in l.*2. *ff. de cur. bon. dan. Alex. cons.*4. *sub n.*4. vers. *& tutius, lib.*2 *Rota post Zach. de oblig. Cam. decis.* 139. *n.*7.

Et quamuis non possit cōpromittere voluntariè, vt per *Ang. cons.*192. incip. *quaeritur,* potest tamen stante forma statuti necessariò compromittere, cùm tunc non dicatur alienare. *Ang. ibidem, Decius cons.*22. *lib.*1. *& in cap. cū M. de const. n.*31. *Benint. dec.*21. *n.*12.

489. Et hic nota, quod si curator hæreditati iacenti non sit datus ad instantiam creditorum; sed solo Iudicis officio, non potest intentare nisi actiones tempore perituras. *Ang. cons.* 193. *Soc. cons.* 234. *n.*4. *lib.*2. nisi Iudex ex

causa dedisset illi maiorem potestatem. *Rota diuers. decis.42. n.4. par.1.*

490 Nota pariter, quod hæreditas iacens non solum dicitur, quando vel non est certus hæres, vel quãdo est certus, & citatus declarat nolle esse hæredem; sed etiã, quando hæres non potest adire propter conditionem institutioni adiectam. *Ang. in l. si quis instituatur hæres, §. si sub conditione, ff. de hæred. instit. Rota diuers. d. decis. 42. n. 5. par. 1.*

491 Item nota, quod vbi quis decedit relictis filijs, & suis hæredibus, tamen hæreditas dicitur iacere, quando hoc illis prodesset, vtputà si tertius rem hæreditatis paternæ titulo, & bona fide possideret, antequã filius se immisceret, non posset inchoare præscriptionem, quia tunc ad eiusdem hæredis cõmodum censeretur hæreditas iacens, contra quam præscriptio non currit, vt per *Natt. cons.* 488. *n.* 14. *&* 15.

Item in sui hæredis præiudicium hæreditas non censetur iacere, quia existentia sui hæredis inducit continuationem dominij, sine aliquo medio. *l. in suis, ff. de lib. & posthum. gloss. in l. si alienum, §. in extraneis*, in verbo *hæreditatem, ff. de hæredibus instit. Duran. decis.* 15. *n.6.*

Sed illi debet præfigi terminus ad declarandum, an velit esse hæres, qui si in termino non declaret, potest deputari curator, vt in *l. si quis instituatur*, in princip. *ff. de hæred. instit. Bar. in l.1. ff. de curat. bon. dan. Menoch. de arbitr. Iud. casu* 150. *in princip. Bald. cons.*327. *n.*1. *lib.*5. *Rota ita censuit in Toletana nullitatis profess.* 28. *Iunij* 1600. *coram Iusto.*

492 Nota denique, quod processus esset nullus, factus citato curatore dato hæreditati iacenti, quando hæreditas nõ fuisset iacens; sed adita, vel per hæredem, vel per illius tutorẽ; nã per aditionẽ desinit esse hæreditas defuncti, & efficitur proprium patrimonium hæredis. *gloss. & Doct. in l.1. §. veteris*, & ibi *Ias. post alios, n.* 14. *&* 20. *ff. de acq. poss. Bart. in l. bona, n.* 4. *ff. de bon. poss. Rom. cons.* 40. *n.* 2. *Paris. cons.*20. *n.*1. *lib.*2. *Rota in Romana pecun.* 26. *Ianuarij* 1607. *coram Ortembergo*, item processus esset nullus, quan-

quando curator hæreditatis iacentis non confecisset inuẽtarium, & non satisdedisset. *Capic. d. decis.* 87. *n.* 1. *&* 3. *Gail.d.obseruat.*130.*n.*5.*lib.*2. *Borgnin. de tut. & curat. d. cap.*1.*n.*110. & alia de hac materia curatoris hæreditatis iacẽtis dicta sunt *superius hoc eodem capite, n.*13. cum pluribus sequentibus.

493 Bonis viuentis tunc datur curator, quando maior pars creditorum illum dari petit, latitante, vel absente debitore. *l.* 2. *ff. de curatoribus bon. dan.* vbi *Bar. n.*1. distinguit, quod si debitor latitat, tunc non datur curator, sed bona sunt vendenda; si verò non latitat, sed abest, tunc potest dari curator, quia abest casu sine culpa. *Gail. d. obseruat.* 130. *n.* 12. *lib.* 2. sed latius, quando curator bonis iacentibus absentis, ac vagabundi detur, qua sub forma, qui dari possint, & de ipsorum curatorum officio, ac administratione, vide per *Menoch. de arbitr. iud. lib.*2. *cent.* 2. *casu* 150. *per tot.* & de curatore bonorum decocti dictum est *supra hoc eodem capite, n.*47.

494 Nomine alieno denique citatur, & citat procurator, vt enim dicitur in *l.*1. *ff. de procurat.* procurator est, qui aliena negocia administrat, cuius vsus est necessarius, vt qui per se, vel non possunt, vel nolunt saltem per alios possint agere, vel conueniri. d. *l.*1. *§. fin.*

495 Acturus itaque cum procuratore, ad plura debet animaduertere, & primo an constet de mandato in actis, alias cùm eo agendum non est. *cap. cùm in iure peritus, de offic. deleg. Bellam. decis.* 680. *Caput. decis.*185.*n.*1. *&* 187. *per tot.par.*2.*Mant.decis.*100. *n.* 1. *tex.* est in *l. si procuratorem absentem, ff. de procurat.* ibi *litteris eius approbatis*, vbi *gloss.* in verbo *intelligendum*, dicit litteras cẽseri approbatas eo ipso, quod sũt sigillatæ sigillo domini, & quia procurator constituitur solo consensu. *Clem.*1.*de procurat.* etiã tacito, *l. qui patitur, ff. mand.* vbi *gloss.* notat, patientiã pro consensu haberi, hinc est, vt mandatum probetur etiam præsumptionibus, & coniecturis. *Cas. de Grass. decis.* 3. *de procurat. Gregor. decis.* 44. *n.*1. & ex quibus præsumatur dictum est *supra cap.*9.*n.*351. cum pluribus sequentibus, &

& cap. 11. n. 176, & sequẽtibus.

496 Quando in actis constat de mandato, procurator debet citari, nec valeret processus per contradictas. *Mohed. decis. vlt. de iud.* nisi de absentia procuratoris constaret legitimè. *Rota in recent. decis. 486. n. 2. & 3. par. 2.*

497 Quod si de mandato in actis non constaret, valeret processus per contradictas, & tunc imputandum esset constituenti, qui minus diligentem elegit. *Bellam. decis.* 688. vel etiam constituit procuratorem, qui omisit producere mandatum, quod habebat. *Caput. decis.* 135. *n. 4. par. 3.*

498 Nec sufficeret si in alio officio, vel in alia causa fuisset exhibitum, vt dictum est supra *cap. 9. n. 347. & seqq.* nec prodesset etiam si probaretur aduersarium habuisse scientiam mandati dati in alia causa, & exhibiti in alio officio, vt per *Rotã diuers. decis. 90. n. 3. par. 3. lib. 3.*

499 Et vbi sint constituti plures procuratores, non sufficit vnum citare, nisi constituti sint cum clausula insolidum: itaut melior non sit conditio occupantis, *cap. si duo, de procurat. lib. 6. Cresc. decis.* 16. *de procurat. Coccin. decis.* 319. *n. 1.*

500 Sed si constituti sint cum libera protestate, &c. non intelliguntur constituti insolidum, & ideo omnes sunt citandi. *Dec. in cap. prudentiam, de officio delegat. Aret. in l. eãdem, col. 2. ff. de duobus reis, Gomes. decis. 29. lib. 1.*

501 At quando reperiuntur duo mandata eiusdem, & eadem die confecta, si in qualitate sint diuersa, neutrum attenditur. *Oldrad. cons. 1. col. 2. Gomes. decis. 76. lib. 1.*

502 De mãdato in primis debet opponi, alias quandocunque potest produci. *Rota in antiq. decis. 19. de procurat.* & dictum est *supra cap. 9. n. 340.*

503 Et protestatio fieri debet neminem exaduerso comparentem audiri, nisi docto de legitimo mãdato, & tunc sufficit docere de mandato, quãdo opponitur. *Crauet. cõs.* 108. *n. 1. Seraph. decis.* 1115. *n. 4.* quę protestatio operatur nullitatem eorum, quæ gesta sunt mandato non producto. *Seraph. decis.* 933. *n. 1. & decis.* 1455. *n. 2.* sed si quis non obstante protestatione adhuc cõpareret absque productione mandati, tunc actus valeret,

ret, nisi eadem protestatio fuisset repetita; alias enim ab ea diceretur recessum. *Seraph. decis.*1407. *n.*2. *Mobed. dec.*2. *de Iud. Coccin. decis.*169. *n.*11. imò non sufficit repetitio, nisi appelletur ab vlteriori processu: vt fuit dictum in *Syracusana quarta* 20. *Iunij* 1586 *coram Platto*.

504 Et licet in extraiudicialibus protestatio cẽseatur semper repetita in quolibet actu facto post protestationem, si durat eadem causa, propter quam fuit protestatum, vt per *Felin. in cap. cùm M. Ferrarien. n.* 70. *vers.* 2. *limit. de constit.* & ibi *Dec. n.*104. secus est tamen in iudicialibus, vt per *Doct.* in d. *cap. cùm M. Ferrarien. Mobed. decis.* 2. *de iud. Put. decis.* 218. *lib.* 2. *Caput. decis.*406. *par.*2.

505 Neque etiam iuuaret prędicta protestatio, quando antea idem protestans citasset eundem comparentem; quia sic per citationem eius personã approbasset: vt in d. *Syracusana quarta*, *Menoch. de adipisc. remed.* 4. *quaest.* 6. *n.*611. *Rota in recent. par.*2. *decis.*511. *n.*8. & idem dicendum est de protestatione neminem audiri, nisi docto de legitimo mandato, ita quod per subsequentem comparitionem validari non possit; quia nihilominus debet repeti, & appellari ab vlteriori processu. *Caual. decis.*348. *n.*5. & 349. *n.*6. & 483. *n.*7. & 8.

506 Secundò, debet aduertere acturus cum procuratore, an mandatum sit sufficiens; nam si esset restrictum ad defendendum, non prodesset ad agendum. *cap. constitutis, de procurat. Caual. decis.*483. *n.*6. prout etiam si datum esset ad vnam instantiam, non extenderetur ad aliam, cùm sit stricti iuris. *cap. qui ad agendũ, de procur. in* 6. nisi tamen adessent verba apta cõprehendere alias instantias. *Coccin. decis.*319. *n.*2. & pariter si esset restrictum ad certum Iudicem, non extenderetur ad alium. *Caput. decis.*284. *n.*2. *par.*3. sic etiam si esset restrictum ad vnam causam cum certa persona, non extenderetur ad aliam cum diuersa persona. *Vant. de nullit. ex defectu mandati, n.*101. *Coccinus decis.*96. *n.*2.

507 Tertiò, aduertere debet, an procurator constitutus acceptauerit; quia alias nemo tenetur citare procuratorem partis,

partis, qui non acceptauit mandatum. *Seraph. decis.* 400. *n.* 4. *Rota in recentiss. par.* 1. *decis.* 734. *n.* 3. *Laderch. cōs.* 15. *n.* 7. qui autem acceptauit, omnino citandus est; quia habetur tanquam dominus. *Mobed. decis.* 7. *de iud.*

508 Nisi tamen acceptasset ad effectum substituendi tantū; quia tunc substitutus, non autem substituens, debet citari, alias iudicium fieret nulliter. *gloss. in Clem.* 1. in verbo *protestatione, de procur. Rota decis.* 25. *&* 26. *de procurat. in nouis, Put. decis.* 217. *lib.* 2. maximè stante protestatione substituti, nihil fieri, nisi ipso citato, vt fuit dictum in *Calaguritana iurispatronatus Abbatiæ de Orente,* 13. *Febr.* 1598 *coram Orano.*

509 Quartò, debet, qui acturus est cū procuratore, aduertere, an mandatum fuerit reuocatum; alias enim citatio contra procuratorem reuocatum nō sustinetur. *Seraph. dec.* 1276. *n.* 6. quando scilicet reuocatio procuratoris, vel fuit intimata parti, vel alias deuenit ad eius, vel ad Iudicis notitiā. *cap. ex insinuatione, & cap. mandato, de procur. Rota in antiq. decis.* 25. *de procur.* & in *nouis eodem titulo, decis.* 2. procurator enim semel constitutus, non potest reuocari in præiudicium partis aduersæ; nisi ei intimetur reuocatio. *Vant. de nullit. ex defectu mandati, n.* 159. *Caualer. decis.* 67. *n.* 5.

510 Quintò, idem actor debet aduertere an mandatum expirauerit, nam aliàs actus factus cum procuratore, qui desijt esse talis, est nullus. *Rota diuers. decis.* 797. *n.* 1. *par.* 3. *lib.* 3.

511 Expirat autem mandatū, quando fuit à domino procurator constitutus ex causa absentiæ; quia domino reuerso, etiam lite per procuratorem contestata, mandatum reuocatur, tanquam datum cum conditione, vt per *Bart. in l. mutari, n.* 5. *ff. de procur.*

512 Item mandatum finitur reintegra morte mandantis. *l. mandatum, C. mand.* prout etiam finitur morte mandatarij. *§. item si adhuc, inst. it mand.*

Re autem non integra non expirat, quādo procurator est effectus dominus litis. *gloss. in Clem. fin.* in verbo *contestata, de procur. Seraph. decis.* 1180. per totam, & dictum est supra *cap.* 9. *n.* 387. *& sequent.* & de

& de procuratore domino litis, effecto plura dicta sunt *superius hoc eodem cap. n.27.* cũ pluribus sequẽtibus, quod est verum de morte naturali; secus autem de ciuili, & in beneficialibus. d. *Clem. fin. de procurat.* & latius in d. *cap.9. n.390. & seq. & hoc eodem cap. n.6. & seq.*

513 Sextò, & vltimo, omissis alijs, acturus cum procuratore debet aduertere, à quo fuerit constitutus, non enim à solo domino, sed etiã ab alijs alieno nomine potest constitui. *l.1. & tot. tit. ff. de procur.*

514 Itaque si sit constitutus à Patre, aduertendum est, quia Pater, tanquam legitimus administrator bonorum filij, potest procuratorem constituere, tunc quando agitur de bonis aduentitijs, in quibus ipse habet vsumfructum, etiam si iudicium agendum esset contra se. *l.1.* vbi *gloss. & Pinell.* post alios *par.2. n. 64. & 65. C. de bon. matern.* & dixit *Rot. in Strigonien. violationis testamenti, 16. Octobris 1588. corã Cardinali Platto,* sed quod ipse filius in aduentitijs possit agere cum consensu Patris ratione sui interesse, vide per *Maran. in spec. par. 4.* vers. *validum, vel inualidum, n.33.* & alia de hac materia dicta sunt superius *hoc eodem cap. n.297. vsque 312.*

515 Si procurator sit constitutus à coniuncta persona, aduertendum est, quod persona, quamuis coniuncta, non potest procuratorem constituere ante litem contestatam; secus post. *Alex. & Ias. in l. quod quis in 7. fallent. C. de procurat. Dec. post Felin. in cap. intelleximus, n.64. de Iud. Specul. in tit. de procur. §. ratione constituentis,* vers. *quod si Canonicus, Rota decis. 34. de procur. in antiq. Cocc. decis. 62. n.1.*

516 Si compareat procurator constitutus à marito nomine vxoris, sciendum est, quod licet maritus possit agere pro vxore sine mandato; non tamen potest pro ea procuratorem constituere; nisi ipse esset constitutus procurator ab vxore, cum facultate substituendi, ad *tex. in l.2.* cum ibi not. per *gloss. & Doct. C. de procurat.* alia vide *superius, n.314.*

517 Si à tutore sit constitutus procurator, aduertendum est an sit constitutus cum decreto Iudicis, vel non, iuxta ea,

quæ

quæ *supra dicta sunt, n.364. & 366.* & quando tutor possit constituere procuratorem, adde *Pic. ad Statutum Vrbis, gloss. 7. n.* 159. qui de modo cõstituendi actorem ad lites, plura cumulat à *n.171. vsque* 188.

518 Si denique procurator sit constitutus à minore, sciendum est, quod vbi minor potest stare in iudicio sine curatore, potest etiam procuratorem constituere. *Bart. in l.3. §. curatores, ff. qui pet. tut.* alias non. & propterea si careat curatore, & procuratorem constituat ad agendum, processus est nullus; nisi iuret non venire in contrarium, tunc enim ratione iuramenti valeret processus pro & contra. *Capel. Tholos. decis.* 106. sed melius est, vt minor litiget per tutorem, vel curatorem; quia tunc in casu læsionis restituitur; quàm per procuratorem à seipso cum iuramento cõstitutum, quia tunc etiam læsus non restituitur. *auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus vend.* & ratio differentiæ est, quia procurator est administrator voluntarius, tutor verò, seu curator est administrator necessarius. *Capel. Tholos. decis.* 45. & ibi *adden.*

Pro complemento huius capitis superest, vt dicamus, qui citari, citareue possit nomine Vniuersitatis, & etiam nomine Ecclesiæ.

519 Vniuersitas, Collegium, & Societas, in hoc differunt; quia Societas est, cùm plures simul non habitant, Collegiũ verò cùm simul habitant, sic dictum, quia simul colliguntur; sed Vniuersitas dicitur, quãdo facientes corpus simul cohabitant, vel non. *l. 1.* & ibi *gloss. & Bar. ff. quod cuiusque Vniuers. nom.*

520 Actutus itaque cum Vniuersitate, ad plura debet aduertere, & primò, quod ea est loco, vel pupilli. *l. rem publicam, C. de iure rei public. lib.* 10. vel minoris, *l. respublica, C. quib. ex caus. maior.* & ideo iuuatur beneficio restitutionis, vt in dd. iuribus, & quemadmodum sententia est nulla, quando fertur contra minorem, etiam citatum, nisi ei curator fuerit datus, vel alias defensus. *l. cùm, & minores*, cum ibi not. per *Doct. C. si aduersus rem iud. Alex. in l. contra pupillum, ff. de re iud. Gresc. decis.* 9. *n.* 3. *de re iudic.*

ita

ita etiam nulla est sententia contra Vniuersitatem, seu Cōmunitatem indefensam; ideo, quando Vniuersitas citata nō comparet, debet peti à Iudice, vt illi deputetur defensor. *l.1.* & ibi *Bar.* & alij, *C.de iure rei public. lib. 10. Cresc. d. decis.9. de re iud.n.4.* quod procedit in sententijs diffinitiuis, non autem in interlocutorijs, quæ non sunt præiudiciales. *Castr. in l. cùm, & minores, n.3. C. si aduersus rem iud. Seraph. decis. 1028. n.5.*

521 Secundò, aduertere debet, quod ipsa Vniuersitas potest citari, vel personaliter, quando scilicet est congregata in loco solito, vel etiā potest citari domi, vbi scilicet solet congregari. *Bald. in l. 1. §. quod si nemo, ff. quod cuiusque Vniuers. nom.* & in *l. etiam, sub n.13. C. de execut. rei Iud.* & dictum est *supra in cap.12. vers. de execut. & relat. citationis contra Vniuersitatem, n.350.*

522 Et quando Vniuersitas nō vult se cōgregare, quid agendum, tradit *gloss. in l. non potest dolo carere*, vbi *Decius, & Cagnol. ff de reg. iur. Abbas in cap. quoniam frequenter, §. porrò, vt lit. non contestata, Soc. de citat. art.17. n.54. vers. decimo quæro*, & dictum est *supra cap.7. n. 135. & seqq.* & quando citatio facta ad domū Vniuersitatis valeat, dictum est *supra cap.11. n.384.*

523 Nomine autem Vniuersitatis possunt citari illi, qui eidem Vniuersitati præsunt, qui varijs nominibus solent appellari, Antiani, Rectores, Decani, Massarij, qui censentur loco tutorum. Item possunt citari procuratores, vel ab Vniuersitate congregata, vel à Rectoribus deputati, qui solent appellari Syndici. *Bart. in extrauag. ad reprim.* in verbo *citatum*, & dictum est *supra cap.7. n.142. & cap.12. n.354. & seq.* & quæ differētia sit an citetur Vniuersitas, an Syndicus, dictum est *supra d. cap. 7. n.144.* cum duobus sequentibus, & *cap.12. n.356. & 362.*

524 Et Syndici Ciuitatum, & Villarum, æquiparantur tutoribus, & curatoribus, *gloss. & Bart. in l. iusiurandum, §. defensor, ff. de iureiur. l. 1.* in princip. & *l. munerum, §. defensores, ff. de munerib. & hon.* & dicuntur habere generale mandatum à lege cum libera, & possunt expedire ea, in quibus

quibus requiritur speciale mandatum. *Bal. in l.illud,§.1. ff. de minor. Castr.* in d. *l. iusiurandum, §. si defensor, ff. de iureiur. Natt. cõs.45. n.4. & 5. lib.1.*

525 Aduerte tamen, quod si adsunt duo syndici, vnus generalis, & alter specialis; tunc specialis citari debet in ea causa, in qua specialiter est constitutus. *Franc. in cap. fin. col. ante pen. vers. vltimo quaeritur, & col. fin.* vers. *iterum dubitatur, de appellat. Felin. in cap. cùm cõtingat, col.6. vers. sexta conclusio, & col. seq.* vers. *an autem limitatio, de rescript. Crauet. cons.182. sub n.10. Lancellott. de attent. à parte, par.1. cap.1. n.28. & 29.*

526 Tertiò, aduertere debet, quod vbi Vniuersitas est citanda, non potest prima citatio fieri contra antianos, vel syndicum: quamuis enim prima citatio possit incipere à procuratore. *Iaf. in l. eum qui, n.1. C. de procur.* fallit in vniuersitate, quia prima citatio debet fieri in Collegio, seu Vniuersitate. *Iafred. Balbus, decis.80. Villalob. com. opin.* in verbo *citatio, n.53. & 54.* & ideo consilium est, vt Iudex mandet citari Administratores, Rectores, seu Syndicos, & Vniuersitatem; quia tunc citatio potest incipere etiam à syndicis. *Bar. in extrauagan. ad reprim.* in verbo *citatum, in fin.* adde *Rom. sing. 763.*

527 Et quamuis in criminalibus non admittatur procurator, fallit tamen in Vniuersitate, quae accusata comparere, & respondere potest per syndicum. *l. tam collatores, §. vt autẽ, C. de re milit. lib.12. l.1. §. quibus, & l.2. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Doct. in l. nulli,* & in *l. sicut, ff. eodẽ,* est enim impossibile, vt per se compareat. *Abb. in cap. veniens, n.14. de accusat.* & si syndicum non habeat, cogenda est officio Iudicis ad illum eligendum, qui si non compareat, benè proceditur in contumaciam contra Vniuersitatem, vt not. *Bar. in l.1. in fin. ff. quod cuiusque Vniuers. nom. Nell. in tract. de bannit. in prima part. primi tempor. quaest.5. per tot. Gail. obseruat. lib.2. de pac. publ. cap.9. n.3. & 4.* vbi ponit, quae requirantur, vt delictum à Communitate, seu Ciuitate commissum esse dicatur: & quo modo Vniuersitas possit delinque-

linquere, vide Farinac. de delictis & pœnis *q.* 24. *num.* 108. *& sequen.*

528 Quartò debet aduertere an syndicus, seu procurator constitutus sit à maiori parte vniuersitatis, quæ fuerit congregata, conuocato consilio, sono campanæ, voce tubæ, vel preconis, iuxta authoritatem superioris. *Crauet. cons.* 134. *nu.* 5. *Bart. in l.* 2. *cum sequen. C. de decur. lib.* 10. *Rolan. cons.* 90. *num.* 17. *lib.* 1.

Et quando in instrumento mandati legitur, illud fuisse datum ab vniuersitate congregata, præcedente sono campanæ, & interuenientibus duabus ex tribus partibus, procurator admittitur. *Capyc. decis.* 4. *num.* 1. *Seraph. decis.* 1247. *num.* 1. *Rot. in recent. par.* 2. *decis.* 692. *num.* 6. & dictum est *supra cap.* 9. *num.* 368.

Sed quando notarius in instrumento non affirmaret duas partes ex tribus interuenisse; sed diceret, quod fuit rogatus qualiter congregati asserebant esse duas partes ex tribus, illi non crederetur, & mandatum non esset legitimum *Soc. cons.* 95. *col.* 3. in princ. *lib.* 3. *Rolan. d. cons.* 90. *num.* 37. *lib.* 1.

529 Quintò & vltimo, omissis alijs, debet, qui acturus est cum vniuersitate aduertere; quod si citaretur aliquis nomine vniuersitatis, qui tamen nō haberet mādatum sufficiens, citatio esset inualida. *Rot diuers. decis.* 188. *num.* 3. *par.* 3. *lib.* 3.

Sustineretur tamē si subsequeretur ratificatio vniuersitatis. *Rot. diuers. decis.* 200. *n.* 3. *par.* 3. *lib.* 3. *l. cùm mandati, C. mand.*

530 Quæ ratificatio licet inducatur ex scientia officialiùm, *Aymon. de antiq. temp. par.* 4. *§. absolutis differentijs, num.* 25. *Rot. diuers. par.* 4. *decis.* 204. *num.* 6.

Scientia tamen aliquorū non sufficit pro scientia vniuersitatis; *Seraphin. in decis.* 1046. *num.* 5. *Greg. decis.* 584. *num.* 2. *& ibi adden. num.* 6.

531 Reliquum est vt dicamus, qui nomine ecclesiæ citari possint, & citare, cùm enim ecclesia sit res inanimata, ea vocari, vocareue nequit, ideo prælatus, vel syndicus agit, vel conuenitur nomine ecclesiæ: cùm enim ipsi nullam habeant

actionem vtilem, vel directam, non possunt suo nomine pro rebus ecclesiæ agere, sed eiusdem ecclesiæ nomine agere debent. *Specul. in tit. de libellorum concept.* §. *iam nunc videndum, num.* 14. *&* 15. veluti tutores siue curatores, ad *tex.* in *l. orphanotrophos. C. de episc. & cler.* habet tamen prælatus seu rector Ecclesiæ, pinguius ius in bonis suæ Ecclesiæ quàm tutor in bonis pupilli; cùm possit dare de fructibus, quod nequi tutor: *Specul.* in *tit. de procuratore*, §. *ratione quoque, nu.* 4. *Aufrer. ad capel. Tholos. decis.* 371. *numer.* 6. & ratione legitimæ administrationis, quam habent Episcopi, Abbates, & alij Prælati, & rectores Ecclesiarum possunt agere, & conueniri, ad *tex.* in *cap. edoceri* cum ibi not. *de rescript. Specul. in tit. de actore, num.* 77.

532 Sed quod Episcopus, Abbas, seu Prælatus possit agere & conueniri pro sua ecclesia sine consensu capituli, probat *Specul.* ibidem *num.* 78. e conuerso autem quod capitulum non possit agere sine consensu Episcopi nisi quando bona sunt distincta, & habeant particularem administrationem, declarat *Specul. d. num.* 78. & vbi adsit specialis consuetudo, vel constitutio, eam esse seruandam dicit ibidem *Specul. num.* 80.

533 Debet tamen parte opponente is qui agit nomine ecclesiæ, probare se esse Prælatum, vel rectorem, & talem qualem se facit, *Benint. decis.* 18. *num.* 1. *& seq.*

534 Et quod quando agitur de præiudicio ecclesiæ cathedralis non sufficiat citare solum Episcopum nisi citetur etiam Capitulum alias sententia contra ecclesiam lata sit nulla, vide *Rot. in recent. par.* 1. *decis.* 118. per totam, & dictum est supra *hoc eodem cap. num.* 138.

535 Acturus itaque contra ecclesiam, debet citare prælatum, siue rectorem, non tamen nomine proprio; sed suæ ecclesiæ, & dignitatis, q. potest eligere an velit per se litigare, an vero per aliũ, iuxta *tex. in cap. fin.* cum ibi not. *per Soc. nu.* 3. *& alios de iuramento calumniæ*. Sed nomine proprio eligit procuratorem: nomine autem eccle-

ecclesiæ, constituit syndicum, seu defensorem. *l. munerum, §. defensores, ff. de muner. & hon.* ibi *defensores quoque, & quos Græci syndicos appellant*.

536. Et hic notandum est, quod si prælatus, siue rector malè alienauerit bona ecclesiæ, & ceciderit à possessione facto suo, & habuerit se pro spoliato; nihilominus ipsemet prælatus, & rector potest nomine ipsius ecclesiæ agere, tam in petitorio, quàm in possessorio, siue manutentionis, siue spolij agere, non tamen proprio nomine, sed ipsius ecclesiæ.

537 Ratio est quia prælatus, & rector non potest præiudicare suæ ecclesiæ, quæ nunquam moritur, nec priuatur sua possessione ex actu nulliter per prælatum, seu rectorem gesto, & ipsa ecclesia censetur possidere, non autem prælatus, seu rector, *Caput. decis.* 170. *num.* 1. & 4. & *decis.* 182. *num.* 6. *par.* 3. *Seraphin decis.* 1417. *num.* 3. *adden. ad Greg. decis.* 116. *nu.* 5. *Rot. diuers. decis.* 78. *num.* 4. & 288. *nu.* 17. & *decis.* 291. *num.* 6. & 7. *par.* 6.

538 Sed nonne prælatus tenetur stare pacto, quod fecit, donec viuat, quamuis non noceat ecclesiæ? dic quod sic vt notatur in *cap. cùm venissent, de instit.* vbi *gloss.* in verbo, *abiurasse*, & ibi *Abb. numer.* 18. quando scilicet præiudicium prælati est separabile à præiudicio ecclesiæ. *Rot. diuers. decis.* 29 *num.* 15. *par.* 6. secus autem quando est inseparabile cum præiudicio ecclesiæ, quia tunc factum prælati nō obstante etiam iuramento nō præiudicat ecclesiæ, neque etiam ipsi prælato propter connexitatem præiudicij. *Butr. in cap. cùm dilectus, de relig. domib. num.* 32. vers. *videte, solutio glossæ est verissima, Abb. num.* 16. *vers. vnde D. Antonius*, & *num.* 18. *Rot. diuers. decis.* 22. *num.* 9. & 10. *par.* 2.

539 Et vbique tractari potest de causis, seu de interesse ecclesiæ cathedralis, semper debet citari procurator, seu syndicus ipsius Curiæ episcopalis ab episcopo constitutus, ad quem pertinet ecclesiæ defensio. *l. nam ita Diuus, ff. de adopt. l. de vnoquoque, ff. de re iud.*

& sententia lata non citato legitimo defensore nō præiudicat illis, ad quos legitima defensio dicitur pertinere. *l. cum non iusto, ff. de collus. detegen. Bellam. decis.* 688. *num.*1.

540 Hinc in cognitione iurispatronatus, promotor fiscalis seu procurator Curiæ episcopalis debet citari. *Seraphin. decis.* 1395. *num.* 7. *Rot. decis.* 238. *num.*26. *post tract. Postij, de manut.* Sic etiam, quando agitur an ille qui confugit ad ecclesiam, commiserit crimina excepta itaut gaudere non possit immunitate ecclesiastica, debet citari procurator fiscalis cùm agatur de præiudicio ecclesiæ.

Et *constit.* 7. *Greg. XIV. de immunitate ecclesiarum quibusdam exceptis casibus obseruanda*, §.5. *in Bullario nouo par.* 2. *fol.* 695. vult quod confugiens ad ecclesiam non possit tradi Curiæ seculari, nisi cognito prius per episcopum seu ab eo deputatum, an ipse verè crimina excepta commiserit, quæ cognitio fieri nequit, nisi parte citata. *Abb.* in *cap. sacro, num.*13. *de sententia excommun. gloss. in Clem.* 2. §. *locorum*, in verbo *constiterit, de pœn.* & ibi *Anchar.* in *fin. gloss. in Clem. præsenti*, in verbo *constiterit, de censib. Guid. pap. decis.* 70. *num.* 1. & idem promotor fiscalis debet citari, cùm agatur de præiudicio ecclesiæ, & immunitatis ecclesiæ. *Alex. Peregrin. de immunitate ecclesiastica cap.* 3. *num.* 10.

541 Iste procurator Curiæ episcopalis, seu promotor fiscalis, quia constituitur generaliter ad omnia negocia ecclesiæ cathedralis, debet constitui ab episcopo cum consensu capituli; cùm hoc sit de arduis negotijs. *cap. nouit & cap. quāto de iis quæ fiunt à prælat. sine consensu Capit. Specul. in tit. de procuratore*, §. *ratione quoque*, *sub num.*4. *vers. verum tamen si prælatus*.

542 Et huiusmodi procurator potest appellari procurator seu promotor fiscalis, *Aufr. ad Capell. Tholos. decis.* 275. *num.*6. quia ecclesia etiam habet fiscum. *Rot. in antiq. decis.* 7. *de testam. Io. Fran. Leo, in Thesau. fori eccles. par.*2. *cap.*1. *de iurisd. ord. num.*17.

543 Qui acturus est cum capitulo siue cathedralis, siue collegiatę aduertere debet, quod quando capitulum est citandum, citatio debet fieri canonicis tunc capitulariter congregatis, vel facta diligentia de capitulo congregando; alias non sufficeret facta singulis canonicis nō congregatis capitulariter, *Seraphin. decis.* 857. *num.* 7. *Rot. in recentiss. decis.* 628. *num.* 5. *par.* 1. *tradit gloss. in l. non potest dolo carere, ff. de reg. iur. Bald. cōs.* 203. *n.* 3. *l.* 1. causa enim capituli non est causa singulorum *cap. bonæ memoriæ, de elect.* & requirendus est is, cui incumbit onus congregandi capitulum, vt illud more solito conuocet; quod si facere recusaret, vel impediret, sufficeret citare ad valuas ecclesiæ, vel loci, vbi capitulum, seu collegium solet congregari. *Alex. cons.* 219. *n.* 2. & 11. *vbi de citatione vniuersitatis, lib.* 6. *Bart. in extrau. ad reprimend.* in verbo *citatum*. Et de hac materia citandi capitulum alia vide *supra Cap.* 7. sub vers. *de citat. vniuers. & partic. num.* 128. *& seq. & sub vers. de citat. per sonum tubæ, vel campanæ, num.* 364. *& cap.* 12. *vers. de execut. cit. per sonum tubæ siue campanæ, num.* 254. *& sequen.*

544 Et quando agendum est cum procuratore, seu syndico capituli, aduertendum est quale sit eius mandatum eiusuè deputatio, & mandatum capituli non est necesse quod cōtineat nomina specificata omnium Capitularium; sed sufficit, quod dicatur Prælatus, & Capitulum, & quod apponatur sigillum capituli. *Rot. in antiq. decis.* 9. 29. 32. *&* 36. *in antiq. de procur. Gomez. decis.* 58. *lib.* 1. si diceretur canonici talis ecclesiæ constituerunt N. procuratorem, mandatum non valeret, quia dictio Canonici potest verificari in duobus canonicis tantum cùm requiratur saltem maior pars. *Doct. in cap. quanto, de iis quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capit. Crauet. cons.* 33. *num.* 3. & capitulum quando constituit procuratorem non est necesse quod exprimantur nomina canonicorum, quando constitutio sonat in nomen collectiuū,

putà, quia dicitur quod capitulum constituit procuratorem; secus si per nomina singularia, putà Canonici constituerunt. *Oldrad. cons.* 100. *per to:.* quem communiter sequuntur *Doct.* in d. *cap. quanto* & per *Achil. decis.* 2. *numer.* 1. *de his quæ fiunt à maiori parte cap.* qui sub. *nu.* 2. subiungit, quod licet nõ fuerit dictum canonicos capitulariter cõgregatos procuratorẽ constituisse, tamen subintelligitur, & licet probaretur, quod ibi non fuerint præsentes duæ partes capituli, est credẽdum quod fuerint vocatæ, vt per eundem *nu.* 3. & *sub nu.* 4. ponit post *Staphileum* quem allegat, differentiam, an in mãdato dicatur canonici, an vero capitulum. Sicut etiam differentia est, an dicatur mandatum datum capitulariter, an vero in loco capituli. *Mohed. decis.* 1. *num.* 6. *de for. compet. Seraph. decis.* 1247. *num.* 3.

545 Et mandatum vniuersitatis, seu capituli debet dari in præsentia vniuersitatis, ita quod ad minus duæ sint partes, in quibus connumeratur etiam idem electus. *l. nulli. cum l. sequenti, ff. quod cuiusque vniuersit. nom.*

546 Et quando non esset magnus numerus, vtile esset inscribere in mandato singulorum nomina, ne postea quis negare posset se interfuisse; sed si magnus esset numerus, ita vt nomina ipsorum implerent multas paginas, tunc sufficeret dicere in instrumẽto, quod plusquam duæ partes interuenerunt, & consenserunt, & tali casu excusaret quodammodo impossibilitas, ad *l. impossibilium, ff. de reg. iur.* ita firmat *Host.* in *summa lib.* 1 *tit. de syndico,* vers. *& qualiter constituatur.*

547 **Qui acturus est cum aliqua confraternitate, vel cũ vniuersitate alicuius artis, quæ de facili non solet congregari, & ideo deputat certos rectores, seu officiales, aduertere debet quales sint & cum illis agere debet, tãquam habentibus authoritatem ab ipsa confraternitate, seu vniuersitate, quod si plures sint rectores, seu officiales; vt difficile esset illos omnes citare, potest Iudex eos cogere, vt constituant vnum syndicum, seu defen-**

defensorem, *l.4. §. creditoribus, ff. de fideicom. libert. Gratian decis. Marchiæ* 107. *nu.* 4. *Vincent. de Franc. decis.* 509. *per tot. Mastrill. decis.* 108. *num.* 1. *&* 24.

548 Et in hoc articulo an plures conuenti teneantur vnum procuratorem constituere, distinguunt, quod tunc dandus est vnus procurator quando causa initiū habet in vna persona, sicut quando sunt plures hæredes defuncti, cum quo si viueret lis esset agenda. *l. quod si nolit, §. si plures,* ibi *& ait Pomponius omnes consentire debere dareque vnum procuratorem*, vbi *gloss.* & *Doct. ff. de edil. edic. l. iam tamen, §. si tamen, ff. iud. solui,* ibi *nam & plures hæredes necesse habebunt vnum dare procuratorem, ne defensio per plures personas scissa incommodo aliquo afficiat actorem*; sed quando sunt plures principaliter conuētæ personæ, quæ vnam personam non repræsentant, plures admittuntur procuratores, nec cogi possunt, vt vnum constituāt, *l. si quis, §. vnius, ff. de procurat.* ibi *vnius autem litis plurium personarum plures dari procuratores non est prohibitum.*

549 Acturus contra monasterium sciat quod potestas monasterij, quoad iudicialia residet in Abbate, solusque potest pro monasterio conuenire, & conueniri, vt not. *Doct. in cap. edoceri, de rescr. Lap. alleg.* 48. *num.* 3. vers. *examinemus, Abb. in d. cap. edoceri, num.* 6. *&* 8.

Et potest etiam Abbas sine consensu capituli constituere procuratorem, ne dū post, sed etiam ante litem contestatam, *Lap. vbi supra num.* 8. præterquam in arduis, in quibus non potest agere sine consensu capituli. *Lap. vbi supra, num.* 8. vbi declarat, quæ censeantur arduæ causæ ad hunc effectum, & si Abbas, seu Prælatus vellet constituere officialem, seu oeconomum generalem, & perpetuum, qui omnia negocia pariter gerat, tàm in iudicio, quàm extra, debet habere cōsensum conuentus seu capituli; quia hoc potest computari inter ardua. *Abbas* post *Innocent.* in d. *cap. edoceri. nu.* 9.

550 Sic etiam acturus cum monasterio monialium, sci-

re debet, quod Abbatissa habet dignitatem cum administratione, vt not. *Bart. in l.1.num.* 43.*C. de dignit. lib.* 12. & in *l.1.num.*10. *C. de mulier,& in quo loco, lib.* 10. & est *text.* in *cap.indemnitatibus,§.verum,de elect.in* 6. & in administratione bonorum temporalium equiparantur Abbatissa, & Abbas. *Bal. in cap.*1.*num.*16. *de his qui feud. da. poss. in vsib. feud.* & ideo eodem modo potest procuratorem constituere, vt de Abbate dictum est.

551 Et idem etiam dicendũ est de omnibus beneficiatis & rectoribus ecclesiarum, qui cùm habeant administrationem, possunt etiam agere, & conueniri, & procuratorem constituere sine consilio, vel consensu episcopi. *Specul. in tit.de actore,* §.1. *num.*79. *vers. quid de clericis*. alia de hac materia procuratorum ecclesiarum, & conuentuum dicta sunt *supra Cap.* 9. *vers. de exprimen. nomine instantis, num.* 362. & 363.

551 Et vt tandem huic capiti finis imponatur, aduertendum est, quod procurator constitutus à prælato, siue ad lites, siue ad negocia, eo mortuo desinit esse procurator. *Clem. fin. de procurat.* vbi *Zabarell. num.*3. & 13. & dictum est *superius hoc eodem Capite num.*51.

Ad quos actus, siue iudiciales, siuè extraiudiciales sit necessaria citatio. Caput XV.

SVMMARIVM.

1 *Citatio est necessaria ad omnes actus praeiudiciales siuè fiant ante iudicium, siuè in iudicio, siue post iudicium, siue extra iudiciũ.*

De actibus, qui ante iudicium fiunt, an requirant citationem.

2 *Absolutio à iuramento ad effectum agendi, & excipiendi, non requirit citationem.*
Non est praeiudicialis.
Non tollit iuramentum, neque

neque vim executiuam. Non tamen datur sine causa.

3 *Absolutio à periurio non datur sine citatione partis.*

4 *Contra iuramentum quis non auditur parte opponente, alias censetur remissum.*

5 *Post periurium incursum illud pars non potest remittere.*

6 *In periuriũ incidit, qui cum iuramento promisit soluere, & non soluit in tempore.*

7 *A periurio absoluere non potest episcopus.*

8 *Absolutio à periurio debet peti à Papa, & ab alio non.*

9 *Absolutio ab excommunicatione, etiam ad cautelam seù cum reincidentia, requirit citationem partis, & causæ cognitionem. Nisi periculum esset in mora.*

10 *Excommunicatus quis est vel à lege propter delictũ, vel ab homine propter contumaciam.*

11 *Excommunicatus à lege non potest, nisi citata parte cuius interest, absolui; etiam ad cautelam.*

12 *Absolutio ad cautelam non habet locum in censuris, siuè canonis, siuè statuti synodalis.*

13 *Excõmunicatus officio Iudicis potest ex officio absolui, etiam non citata parte.*

14 *Excommunicans partem non vocatam potest eandem absoluere absque citatione.*

15 *Excommunicatio ad instãtiam partis non potest reuocari parte non citata.*

16 *Superior aditus pro absolutione ab excommunicatione lata ab inferiore, an & quando possit absoluere parte non citata, distingue.*

17 *Absolutio ad cautelam de iure debet dari, non autem ex gratia.*

18 *Absoluere ad cautelam non potest Auditor Rotæ sine speciali rescripto, alias non prodest.*

19 *Et citari debet pars ad dicendum contra commissionem. vide rationem.*

20 *Excommunicatus ob recursum ad laicos, ab alio absolui non potest, quàm à Papa.*

Nisi in articulo mortis.

21 *Absolutionis breue datum cum*

cum clausula constito de praemissis, est iustificandum quoad solam narratiuam paenitentiae, non autem quoad alia, quae respiciunt merita causae.

22 *Narratiua breuis absolutionis, se non fuisse vsum recursibus eius nomine habitis, non iustificatur, quãdo constat saltem de tacita ratificatione.*

23 *Ratificasse recursus regios eius nomine habitos, ex quibus censeatur vide.*

24 *Mandatum non censetur datum ad illicita, quando restringitur ad gerenda coram Iudice competente, secus ad gerenda coram incompetente.*

25 *Absolutio ab excommunicatione à sententijs latis in curia datur à Rota solum, cum clausula parito iudicato.*

26 *Oblatio sola non sufficit, quando agitur ad consequendum, aliquid, sed necessaria est solutio, vel depositum.*

27 *Oblatio, ad effectum clausula paritionis in breui appositae, sola sufficit.*

28 *Excommunicatus ab A. C. ob non solutionem pensionis absoluitur, data cautione de soluendo ad omne mandatum Rotae.*

29 *Excõmunicatus petens absolutionem ratione iniustitiae, vel nullitatis, si pars nõ opponat, absoluitur praestita cautione iuratoria.*

30 *Sed si pars opponat, cautio non sufficit, sed debet cognosci negocium principale, & interim absolui, saltem cum reincidentia.*

31 *Excommunicatus propter attentata commissa contra formam inhibitionis, non absoluitur nisi purgatis attentatis, & parito iudicato.*

32 *Excommunicatus ab ordinario allegans se exemptũ, non absoluitur, nisi aliqualiter doceat de exemptione.*

33 *Absoluendus est vigore clausulae arbitrio Rotae is, qui fuit aggrauatus ab A. C. post inhibitionem Rotalem.*

34 *Excommunicatus propter contumaciam si veniat illam purgaturus, parte instante pro refectione expẽsarum, non debet absolui, nisi soluerit, vel cauerit.*

35 *Absolutio datur in diebus festi-*

festiuis cùm reincidentia.

36 *Absolutus cū clausula parito, si non pareatur fit reintrusio causa cognita, & parte citata.*

37 *Absolutio ab excommunicatione, etiam in dubio, peti debet.*

38 *Absolutio ab excommunicatione potest peti per procuratorem; cum mandato tamen speciali.*

39 *Absolutionis petitio probat excommunicationē, saltem præsumptiuè.*

40 *Absolutionis ad cautelam petitio non probat excommunicationem, nisi in supplicatione narretur factum tale, ex qua resultet incursam fuisse excommunicationem.*

41 *Declaratoria lata cum conditione, nisi infra certum tempus paruerit, non probat excommunicationem pro tertio, nisi ipse probet non fuiße paritum.*

42 *Absolutio excommunicationis ab allegante debet probari obtenta in tempore.*

43 *Collatio beneficij facta excommunicato, non conualescit ex sequenti absolutione.*

44 *Absolutio excōmunicationis debet probari obtenta ab habente facultatem, alias est nulla ex defectu iurisdictionis.*

45 *Ab insordescentia quis excusatur ex sola petitione absolutionis.*

46 *Absolutio probatur per solum pœnitentiarium, etiam in foro contentioso ad effectum validitatis gratiæ.*

47 *Absolutio vigore Bullæ Cruciatæ non prodest, nisi secuta satisfactione, & solum in foro conscientiæ.*

48 *Absolutio ab excommunicatione pro examinandis testibus petenda est, cùm testis excommunicatus non sit admittendus, etiam si illam prætendat esse nullā. Et potest peti ab eo, qui illum inducit in testem, parte tamen citata.*

49 *Tutor vel curator dari non potest, nisi citato eo de cuius præiudicio agitur.*

50 *Domicilium, vt eligatur à forense Iudex mandare debet, eo tamen citato.*

51 *Alimenta, & sumptus litis decernere potest iudex parte citata, & docto de paupertate, & de bono iure.*

52 *Alimenta, & sumptus litis patit is, qui pauper est respe-*

respectu rei de qua agitur.

53 *Filius siue naturalis, siue spurius, petit alimenta, & sumptus litis, citata parte.*

54 *Vxor litigans cum marito, in prima instantia petit alimenta, & sumptus litis.*

55 *Monachus eiectus à monasterio, etiam in prima instantia, petere potest alimenta, & sumptus litis.*

56 *Alimenta & sumptus litis negantur habenti unde se alat, & litem sustineat.*

57 *Citatio non requiritur in his, quæ præambula sunt ad citationem.*

De actibus, qui fiunt in iudicio, quando citationem exigant.

58 *Citationem requirunt omnes actus iudiciales.*

59 *Iudiciales actus non dicuntur, si vna ex tribus personis deficiat, scilicet vel Iudex, vel actor, vel reus.*

60 *Actus iudicialis non potest dici, nisi fiat cum Iudicis decreto, & causæ cognitione.*

61 *Iudicialis actus non dicitur qui sine citatione & alicuius contradictione gestus est.*

62 *Iudiciales actus alij fiunt ad ordinandum Iudicium, alij ad probandum, alij ad decidendum, & alij ad exequendum.*

De actibus qui fiunt ad ordinandum Iudicium.

63 *Ordinatorij actus sunt citatio, libellus, satisdatio, litis contestatio, dilatio, publicatio processus, & conclusio in causa.*

64 *Citatio est principiũ causæ secundum ius canonicum, & quæ fiunt sine ea, inualida sunt.*

65 *Citatio in causis quantuncumque summarijs nunquã remittitur, siue Iudex ex rescripto procedere debeat sine figura iudicij, & prout voluerit; & siue moueatur quæstio iuris siue facti.*

66 *Quæstio iuris non indiget citatione, & præsentia partis, nisi ad hoc, vt pars citata possit illam aliqua exceptione euitare, ne sibi præiudicet.*

67 *Citatio quomodo possit esse actus iudicialis, si omnis actus iudicialis requirit citationem? vide.*

68 *Citatio prima est fundamen-*

mentum ordinis iudiciarij, sine qua nihil subsistit.

69 *Citatio prima, vt valeat, debet decerni per Iudicem, intimari, & referri per nuncium, & reproduci per partem.*

70 *Decretum citationis si fit parte præsente, præsentia partis habet vim citationis. Si fit parte absente, non est actus iudicialis.*

71 *Iudicium incipit à citatione, quando est decreta, executa, relata, & reproducta, non autem à sola commissione citandi.*

72 *Litem quis mouisse non censetur per solum decretum citationis, antequam fuerit executa.*

73 *Desertio appellationis non euitatur, nisi citatio vigore commissionis fuerit executa in primo anno.*

74 *Vnus non est numerus, sed principium numeri.*

75 *Libellus in ordinarijs offertur, ab actore sed in summarijs qualis qualis petitio.*

76 *Libellus non offertur in Curia Romana, sed commissio habetur loco libelli, & requiritur citatio ad dicendum contra.*

77 *Satisdatio est actus Iudicij ordinatorius de iure; secus ex consuetudine.*

78 *Fideiussorem qui tenetur præstare, debet citare partem, nam fideiussoris approbatio requirit causæ cognitionem.*

79 *Causæ cognitio haberi non potest sine partis citatione.*

80 *Fideiussorem non idoneum si notarius recipit parte non citata, excussio tamen prius ipso fideiussore, tenetur ad interesse partis. Declara tamen vt ibi.*

81 *Litis contestatio est actus ordinatorius, & substantialis in iudicijs ordinarijs; secus in summarijs.*

82 *Litis contestationis vim in summarijs habet primus actus, quo iudex incipit cognoscere de meritis causæ.*

83 *Ad litem contestandam, an quis possit præcisè cogi, & qui sint effectus litis contestationis, remissiue.*

84 *Dilatio est actus iudicij substantialis, quæ danda est cum causæ cognitione.*

85 *Absenti potest dari dilatio; sed non currit nisi à die quo fuerit intimata, non computato die intimationis.*

86 *Dilatio est arbitraria Iudicis, vt possit dare longiorem,*

rem, vel breuiorem.

87 *Dilationem moderari potest iudex, parte etiam absente; sed moderata debet intimari.*

88 *Dilationum reuocatio fit in Curia, in actu prolationis sententiæ ad effectum, vt sententia valeat, non autem ad effectum inualidandi probationes postea factas.*

89 *Publicatio processus ex cõmuni opinione non est de substantia iudicij; sed de iustitia.*

90 *Publicatio processus non requiritur in summarijs, & Rota illam non curat.*

91 *Publicatio vbi requiritur, debet fieri parte citata.*

92 *Conclusio in causa non est de substantia iudicij; sed potius de consuetudine, & non vitiat, maxime in summarijs, & in beneficialibus.*

93 *Conclusio in causa vbi requiritur, operatur vt partes vlterius non admittantur ad probandum, & requirit partis citationem.*

94 *Termini substantiales in Curia ordinant iudicium quos inuenit Vrbanus V. & Martinus V. reformauit, vide.*

95 *Terminorum reiterationem statuit Innocent. VIII. & illam Pius IV. extendidit.*

96 *Citatio ad terminos substantiales, & altera ad reiterationem terminorũ substantialium, nisi fierent, sententia esset nulla propter ordinem non seruatum.*
Ordo in iudicijs necessarius est, & seruandus.

De actibus, qui fiunt ad probandum partium intentionem, & primo per euidentiam facti quando citationem exigant.

97 *Probatio, vel fit per euidentiam facti, vel per confessionem partis, vel per iuramentum, vel per instrumenta, vel per testes, parte tamen præsente vel citata.*

98 *Accessus ad locum differentiæ per iudicem debet fieri parte citata.*

99 *Agrimensor ad mensurandum debet deputari, & mitti parte citata.*

100 *Agrimensor potest suam relationem Iudici facere absque citatione.*
Idem de nuncio, & de calculatore.

Pro

101 *Pro redditione computorũ, si officialis consignauit calculatori suos libros, potest eo viso calculator contra eum etiam non citatum, referre.*

102 *Calculus, seu æstimatio, quando per peritum extraiudicialiter electum fieri debet, citanda est pars, quando verisimiliter posset eum trahere in suam sententiam, alias non.*

103 *Relatio fieri potest sine citatione partis, quando antea fuisset plene, auditis partibus informatus: tunc enim non posset trahi in diuersam sententiam.*

104 *Calculus quando debet fieri super libris scriptis ab alio, debet citari; quia posset in diuersam sententiam peritum trahere.*

105 *Peritus quando fuit iudicialiter electus, pars debet citari tàm in deputatione, quàm etiam in relatione facienda.*

106 *Peritis primis discordantibus secundus electus, si ab illis discordet, an illi standum sit, an vero alij sint eligendi, vide latè.*

107 *Probatio per aspectum corporis quando fieri debeat, & an requiratur citatio.*

De actibus qui fiunt ad probandum per confessionem partis, an requirant citationem.

108 *Confessio partis superat omnes genus probationis.*

109 *Interrogatoria præparatoria facit Iudex, sed non positiuè, citata tamen parte ad dicendum contra, & respondendum. Qua respondere recusante, Iudex ea pronunciat pro confessatis.*

110 *Positiones dantur ad effectum releuandi ab onere probandi per partis confessionem, citata tamen parte, & cum iuramento.*

111 *Ad positiones responsio debet esse distincta, & positio formata positiuè non interrogatiuè. vide rationem.*

112 *Responsio ad positionem magis tutè fit per verba non credit vt ponitur, nec ad effectum ad quem ponitur.*

113 *Positiones, in contumaciam non respondentis, per Iudicem pronunciantur pro confessatis.*
Sed hoc Rota non seruat. vide rationem.

114 *Ad positiones si vnus ex litis*

litis consortibus confitetur, non nocet alteri.

De probatione per iuramentum, an requirat partis citationem.

115 *Lis tribus modis finitur, per sententiam, transactionem, & iuramentum.*

116 *Iuramentum defertur in iudicio ad supplendam semiplenam probationem, ad litem decidendã, & ad probandum rei valorem.*

117 *Iuramentum suppletorium est necessarium.*
Et ad eius delationem pars est citanda.

118 *Iuramentum litis decisiuum quando deferatur.*

119 *Citanda est pars ad delationem iuramenti litis decisiui.*

120 *Iuramentum in litem solus Iudex desert, & soli actori, ob solum dolum aduersarij; non autem ob latam culpam, & ad probandum valorem, vel singulare interesse affectionis.*

De probatione per iura an exigat partis citationem.

121 *Probare debet actor actionem & reus exceptionem.*

122 *Probatio fit ne dum publicis instrumentis; sed etiam domesticis, priuatisve scripturis, cum adminiculis tamen.*

123 *Citata, vel praesente parte debent produci iura vt fidem faciant.*

124 *Iuribus productis parte non citata quamuis publicis, Iudex ex officio potest fidem non adhibere.*

125 *Instrumentum productum in vno officio non probat, nisi producatur in actis notarij causae.*

126 *Instrumentum productum in officio notarij causae inter alias personas, non probat, nisi reproducatur in causa parte citata.*

127 *Instrumentum productum in actis causae, & inter easdem partes ad vnum effectum, non sufficit, nisi reproducatur ad effectum de quo agitur.*

128 *Instrumentum rogatum in eisdem actis debet repeti parte citata, ad effectum, vt fiat de actis.*

129 *Instrumentum productum parte non citata non potest dici de actis.*

130 *Instrumentum rogatum in actis,*

actis, licet non producatur, sufficit, si illud fuerit in contradictorio allegatum, & per Iudicem visum, & ex aduerso nihil fuerit oppositum.

131 *Productio instrumentorum & iurium valet parte non citata, quando fit, vel in fine termini, vel infra terminum ad probandum, vel ad producendum datum.*

De probatione per testes an citationem partis requirat.

134 *Articuli sunt producendi parte citata.*

133 *Testis quilibet debet iurare parte citata, alias fidem non facit.*

134 *Testium receptionem potest Iudex notario committere, citata tamen parte.*

135 *Citari debet pars ad videndum iurare testes.*

136 *Citatio ad videndum examinari testes, postquam iurarunt, non est necessaria.*

137 *Est tamen necessaria intimatio diei & hora examinis, ad effectum vt interpres posset interesse.*

138 *Testes examinati parte non citata nihil probant.*

139 *Testes examinati parte non citata, sicuti non probant pro ipso citante, ita nec pro non citato.*

140 *Testes examinati sine partis citatione, etiam in criminali, non probant.*

141 *Testes examinati pro informatione Curiæ, parte non citata non probant, nec faciunt indicium, nisi repetantur cum partis citatione.*

142 *Citatio non est necessaria quando Iudex procedit ex officio, intellige quoad ea quæ ex officio facit ad sui informationem.*

143 *Testes in odiosis, etiam ad probandum assassinium recepti parte non citata, non probant.*

144 *Reuelationes testium in vim monitorialium non probant, nisi repetantur parte citata.*

145 *Testes quando sunt examinandi, citandus est is, de cuius interesse principaliter agitur.*
Nec potest citari per contradictas quãdo adesset procurator in Curia.

146 *Testium examen factũ extra diem citationis est nullũ.*

147 *Examen testium est nullum ex defectu citationis ad dicendum contra articulos, & ex defectu decreti illius admissionis.*

148 *Articulorum admissio fieri non potest parte non citata ad dicendum contra articulos.*

148 *Citatio ad dicendum contra articulos non requiritur, quando Iudex partibus præsentibus admittit vtramque partem ad probandum, saluo iure impertinentium, & non admittendorum.*

150 *Citationis defectus ad videndum iurare testes, annullat examen.*

Nec sufficit quod testes iurent extra terminum.

151 *Citationis ad videndum iurare testes defectus non nocet, quando Iudex admisisset partes ad probandum cum certo termino.*

Neque noceret stante stylo in contrarium.

152 *Citatio ad videndum iurare testes ad primam diem, & pro omnibus, & singulis diebus, & horis non valet vltra duos, vel tres dies.*

153 *Iuramentum testium potest per partes remitti.*

154 *Citatio ad dandum interrogatoria, & intimatio temporis examinis, & recessus receptoris ad locum examinis, si omittantur, examen non valet.*

Nisi probaretur scientia partis indubitata.

155 *Testes examinati parte non citata probant in pluribus casibus.*

Primus est quando timetur potentia aduersarij.

Secundus, quando constat de dolo, & contumacia partis, quæ vel friuole appellauit, vel recursum habuit ad laicos.

Tertius, quando non adest qui citandus sit, vel qui possit contradicere, & de hoc dantur quatuor exempla, quæ vide.

Quartus, quando Iudex iudicialiter procedens præfixit terminum partibus ad examinandum testes, quia durante termino possunt examinari, parte non citata.

Quintus, quando Iudex extra-

extraiudicialiter procedit, ex officio ad sui instructionem, & vult se informare de stylo, vel consuetudine, vel de notorio, vel fama, vel de alicuius idoneitate.

156 *Iudex, quando extraiudicialiter vult se informare de stylo ordinatorio non tenetur citare partem; secus si de decisorio.*

157 *Iudex, quando vult se informare de consuetudine introducta à populo, potest examinare testes parte non citata.*

158 *Iudex, quando recipit testes super fama, aut notorio ad suam informationem, non tenetur partem vocare.*

159 *Executor datus ad cognoscendum, an quis sit idoneus, potest examinare testes parte non citata.*

160 *Iudex, quando vult se informare super absentia, vel vt possit illi statuere terminum, vel vt possit citare per edictum, potest examinare testes parte non citata.*

161 *Iudex, quando vult procedere per modum inquisitionis, potest examinare testes sine partis citatione.*

162 *Iudex, quando vult examinare testes super damno dato in agris, non tenetur citare partem.*

163 *Testes ad perpetuam rei memoriam ex officio Iudicis, ne pereant probationes, possunt examinari parte non citata.*

164 *Testes ad perpetuam rei memoriam, non possunt examinari parte non citata, sola ratione ob terribilitatem aduersarij, nisi adesset timor mortis testium eorumuè diuturnæ absentiæ, vel nisi ageretur de periculo animæ.*

165 *Testes ad perpetuam rei memoriam possunt examinari, tàm pro parte actoris, quàm pro parte rei.*

Non tamen procedit vbi lis sit cœpta.

Item nisi fiat coram eo, qui futurus est Iudex causæ, si ibi testes reperiantur; secus si alibi, quia possunt examinari coram Iudice ordinario loci, vbi reperiuntur.

166 *Testes ad perpetuam rei memoriam potest quis indu-*

ecre coram Iudice, à quo appellauit, & ob id non censetur appellationi renũciare.

167 Testes ad perpetuam rei memoriam antequam Iudex recipiat, debet se summariè informare, quod testes sint valetudinarij, & absuturi.

168 Et super hoc debet interloqui.

Testis examinatus ad perpetuam rei memoriam, si superuixit post multum tempus, in quo potuit repeti, & non fuit repetitus parte citata, non probat.

Idem de teste affuturo, qui non recessit.

169 Testes examinati ad perpetuam rei memoriam, parte non citata non probant pleuè, nec semiplene, sed faciunt adminiculum, quando fuerunt examinati tempore non suspecto.

170 Contra testes examinatos ad perpetuam rei memoriam possunt opponi exceptiones, tàm contra dicta quàm contra personas.

171 Testes ad perpetuam rei memoriam examinati inter alios, non probant.

172 Testes parte non citata possunt examinari, vbi non requiritur per legem, vel statutum plena probatio; sed sufficiunt adminicula.

173 Testes parte non citata examinari possunt pro informatione Curiæ.

174 Testes etiam formiter examinati in iudicio Criminali, non probant in Ciuili, nisi repetantur.

175 Testes examinati parte non citata, sustinentur de consensu partium.

Item si fuerunt examinati cum interrogatorijs partis.

Item ex scientia partis.

176 Testes nulliter examinati sustinentur, quando nullitas prouenit culpa aduersarij.

177 Testes nulliter examinati sustinentur, quando vel mortui sunt, vel ex alia legitima causa examinari non possunt.

178 Testes examinati parte non citata faciunt indicium.

179 Testes examinati parte non citata adminiculãtur alias probationes.

Pro-

180 *Probationes sunt arbitraria Iudicis.*

181 *Testes examinati parte non citata, debent repeti cum citatione partis.*

182 *Testis quando vult corrigere dictum suum in continenti, non est citanda pars, secus si ex interuallo.*

183 *Testis ad deponendum non debet citari in ciuilibus; secus in criminalibus.*

184 *Testis qui se vltrò ingerit, suspectus est.*

185 *Testis in ciuilibus recusans, citandus est, & cōpellendus.*

De actibus qui fiunt in iudicio ad decidēdum controuersiam an & quando requirant citationem.

186 *Iudiciales quaestiones aliae sunt incidentes, aliae emergentes, aliae principales. Quae deciduntur per sententētiam, vel interlocutoriam, vel diffinitiuam, vel declaratoriam.*

187 *Incidens quaestio quae dicatur, & an super ea sit pronunciandum.*

188 *Emergens quaestio quae dicatur, & super ea pronunciatur expressè, vel tacitè.*

189 *Principalis quaestio quae dicatur, & super ea est pronunciandum expressè, & diffinitiuè.*

190 *Interlocutoria sentētia quid sit.*

191 *Interlocutoria est duplex, vel simplex, vel habens vim diffinitiuae.*

192 *Interlocutoria simplex est modici praeiudicij, & fit sine causae cognitione, & sine citatione, & sufficit illius intimatio. exempla octo vide.*

193 *Interlocutoria habes vim diffinitiuae est, quae affert magnū praeiudicium, & requirit causae cognitionem & citationem, & non sufficit sola illius intimatio.*

194 *Interlocutoria, vt habeat vim diffinitiuae, duo debent concurrere, quod non expectet aliam post se, & quod imponat finem illi controuersiae.*
Plura exempla vide.

195 *Interlocutoriam quādo Iudex vult reuocare, debet partem citare.*

196 *Interlocutoriam executioni demandatam non potest Iudex reuocare, nisi partibus volentibus, & adhibita causae cognitione.*

197 *Diffinitiua sentẽtia, quid sit.*
198 *Diffinitiua sententia dicitur etiam in possessorio lata.*
199 *Diffinitiua sententia dicitur etiam quæ imponit perpetuũ silentium.*
200 *Diffinitiua sententia ferri nequit parte non citata, nec valet etiam ad fauorem citati.*
201 *Citatio ad audiendum sententiam diffinitiuam debet esse specifica, alias esset incerta.*
202 *Citatio ad quemuis actum debet esse specifica.*
203 *Diffinitiua sententia non valet lata sub citatione ad comparendum, vel audiendum voluntatem, vel ad informandum de suo iure, siue cum comminatione, siue intra certum terminum.*
204 *Diffinitiua sententia lata in termino monitionis prorogatæ non valeret, nisi prorogatio fuisset facta parte præsente, vel intimata.*
205 *Citatio ad sententiam diffinitiuam non sufficeret, si fuisset facta ad videndum produci preces, & se Iudicem competẽtem pronunciari, & mãdari procedi ad vlteriora, nec sufficeret facta ad videndum decerni mandatum de manutenendo, seu de immittendo.*
206 *Citatio non valet quando actus explicatur alio modo, quàm expressum sit in citatione.*
207 *Citatio debet esse clara, non ambigua.*
208 *Auditores Rotæ vigore Innocentianæ possunt procedere vigore citationis nulliter executæ, data notitia citationis, non tamen quando citatio fuit facta ad alium actum.*
209 *Citatio ad sententiam diffinitiuam debet iterari propter mutationem personæ Iudicis, declara.*
210 *Citatio vnica non sufficit ad sententiam diffinitiuam, quando sunt duæ causæ.*
211 *Citatio noua requiritur ad sententiam, quando partes recedunt à transactione, facta post citationem ad diffinitiuam.*
212 *Citatio in iudicijs ordinarijs triplex requiritur, vel vna peremptoria, cum interuallo dierum, qua dilatione non finita, sententia esset nulla.*
213 *Dilatione pendente cõquiescit officium Iudicis.*
214 *Citatio noua requiritur, quan-*

quando peremptorium fuit circumductum.

215 *Citatio non habet vim peremptorij quamuis sit personaliter facta; sed debet continere expresse peremptorium, vel aquipollens. Alias sententia esset nulla.*

216 *Peremptorium in iudicijs summarijs non requiritur.*

217 *In Curia Romana citationes non requirũt expressionem peremptorij.*
Quia in beneficialibus subintelligitur à lege.
Et in prophanis subintelligitur de stylo.
Et in causis ordinarijs omnes termini post litis contestationem sunt peremptorij.

218 *Peremptorium etiam in beneficialibus, & summarijs requiritur, quando quis citatur de longinquo ad totam causam.*

219 *Peremptorij solemnitas inuenta est non ad solemnizãdum iudicium, sed ad conuincendum contumaciam non comparentis.*

220 *Declaratoria sententia in quo differat ab interlocutoria, & à diffinitiua.*

221 *Citatio ad declaratoriam quomodo debet concipi.*

222 *Declaratoria defert ab excommunicatione.*

223 *Declaratoria fertur à Iudice, quando declarat factum, pro quo est imposita pœna excommunicationis, & est necessaria.*

224 *Declaratoria, quando pœna excommunicationis est imposita à iure, est necessaria, ad effectum, vt euitetur. Quando est imposita ab homine, vt possit ferri declaratoria, tria requiruntur. vide.*

225 *Declaratoria differt à sententia excommunicationis in pluribus.*
Et primo, quia ab excommunicatione non licet appellare, secus à declatoria.
Secundo. Quia sentẽtia excõmunicationis, lata appellatione pendente, est nulla; secus in declaratoria.

226 *Declaratoria incursus excõmunicationis requirit citationem, & debet dari cõpetens dilatio ad docendum paruisse.*

227 *In Rota seruantur quatuor termini ad docendum paruisse; deinde citatur pro reiteratione, & postea pro declaratoria.*

228 *Sed quando cõtumacia consistit in committendo, non*

Qq 4 *est*

est necessaria seruatio quatuor terminorum.

229 *Declaratoria pœna excommunicationis apposita in litteris Apostolicis quando ferenda est, requiritur Monitoriũ; & iustificatio narratorum.*

230 *Monitorium, an sit reintegrandum pro obtinenda declaratoria.*

231 *Declaratoria insordescẽtiæ incursæ ad effectum priuationis beneficij requirit citationem, etiam post annum ad diluendum suspicionem.*

232 *Insordescentiæ, vt sit locus requiritur scientia excommunicationis, & pertinacia in excommunicatione.*

233 *Declaratoria priuationis beneficij requirit citationem personalem, vel peremptoriam.*

234 *Declaratoria priuationis feudi requirit citationem personalem, vel peremptoriam.*

235 *Declaratoria deuolutionis contra emphiteotam exigit citationem, non obstante pacto ingrediendi propria authoritate.*

236 *Declaratoria super notorio, an & quãdo ferri possit sine citatione partis.*

237 *Declaratoria excõmunicationis non excommunicat, sed declarat incidisse in excommunicationem, & requirit citationem.*

238 *Declaratoria priuationis nõ priuat, sed priuatum declarat, & requiritur citatio ipsius principalis.*

De actibus qui fiunt post iudicium, ad deuolutionem causæ, an requirant citationem.

239 *Actus post iudicium alij fiunt ad deuolutionem causæ, alij ad executionem rei iudicatæ.*

240 *Actus ad deuolutionem causæ sunt appellatio, Apostoli, Commissio, & illius Præsentatio, Actorum transportatio Fatalium prorogatio.*

241 *Appellationis interpositio est actus extraiudicialis, & nõ requirit partis citationem.*

242 *Appellatio in causis beneficialibus dicitur extraiudicialis, & quomodo interponi debeat.*
Et habet vim citationis.

243 *Apostolorũ petitio est actus extraiudicialis, & non requirit citationem partis.*
Nisi quãdo Iudex dedit terminum

minum iuris tunc enim citatur ad videndum responderi de apostolis.

244 *Appellatione deserta citatur pars ad docendum de appellatione, & legitima prosecutione.*

245 *Commissio causa impetratur absque partis citatione; nisi quando altera pars vult audiri in Signatura.*

246 *Commissio quando est Iudici præsentata, pars debet citari ad dicendum contra Commissionem.*

247 *Citatio ad dicendum contra cõmissionem si fuerit omissa, an & quando sententia reddatur nulla.*

248 *Terminus ad dicendum contra commissionem an sit necessario seruandus cum alijs terminis.*

249 *Citatio ad dicendum contra commissionem est necessaria ad effectum firmandi iurisdictionem respectu citati. Sed an requiratur ab initio, an sufficiat facta in terminis substantialibus. vide.*

250 *Commissionem is qui impetrauit, antequam citet potest pœnitere, & nolle uti.*

251 *Citationis decreto obtẽto vigore commissionis potest renunciari ante executionem citationis.*

252 *Citatio ad dicendum contra cõmissionem quando est executa, facit commissionem communem, itaut ei renunciari non possit.*

253 *Commissio secunda, seu dependens, non requirit citationem.*

254 *Citatio est necessaria ad videndum inhiberi iuxta formam commissionis.*

255 *Citatio ad videndum sibi inhiberi causat attentata, & succedit loco inhibitionis, quando pars est præsens. Quando est absens non causat attentata, nisi sit executa.*

256 *Attentata sunt, & reuocanda, quæcũque sunt gesta post inhibitionem, nec excusat cõsensus partium, propter læsam Iudicis maiestatem.*

257 *Inhibitio an afficiat, non potest declarari ab alio, quàm ab eo, qui inhibuit.*

De integra actorum transportatione, an partis citationem requirat.

258 *Acta transportare debet appellans, & monitorium obtinet.*

Nota-

259 *Notarius prima instantia non est cogendus tradere originale, sed sumptum.*

260 *Transportationis actus requirit partis citationem, siue sit extractus ab eodem notario, siue ab alio.*

261 *Processus primæ instantiæ productus parte non citata, non fit de actis sufficeret tamen ad effectũ probationis.*

262 *Acta integra præsumuntur, & qui contrarium dicit, debet probare, maxime quãdo sunt in forma processus. Et apparet ordinata continuatio actorum.*

263 *Processus extractus per notariũ actuarium præsumitur integer, secus per alium, nisi tamen extractus fuisset vigore compulsorialiũ parte citata.*

264 *Acta non integra sufficiunt de iure communi, quando, quæ deficiunt, non sunt releuantia.*

265 *Acta omnia debent trãsportari ex dispositione Concilij Tridentini, siue releuent, siue non.*

266 *Concilij dispositio cap. 20. sess. 24. de reformat. super transportatione actorum habet locum siue in ecclesiasticis, siue in pertinentibus ad forum ecclesiasticum.*

267 *Fallit si allegaretur sola deficientia actorum irreleuantium.*

268 *Actorum irreleuantium transportatio non est necessaria.*

269 *Acta irreleuantia sunt, quæ non respiciũt merita causæ. Item acta facta in diuersa instantia.*

270 *Concilium non arctat appellantem vt quærat acta ab alio, quàm à notario Iudicis à quo.*

271 *Acta sunt transportanda quæ facta sunt parte præsente, vel citata, vel sunt repetita parte legitimè citata.*

272 *Iura sunt trãsportanda, quæ fuerunt producta parte citata, & in actis dimissa, & registrata. Non autem quæ fuerunt verbaliter producta, & in actis non dimissa.*

273 *Iura non sunt transportanda, quæ fuerunt producta extra terminum citationis.*

274 *Iura repetita non sunt transportanda, quæ in repetitione non fuerunt expressa.*

275 *Iura realiter non censentur producta, ex sola assertione notarij.*

Acta

276 *Acta non transportantur in prima instantia, sed iura producuntur.*

277 *Acta nõ transportantur nisi in causis appellationum, & ab appellante.*

278 *Acta sola secundæ instantiæ tenetur producere, qui appellauit in secunda instãtia.*

279 *Acta primæ instantiæ sunt integre transportãda, etiam vbi quis, vigore clausulæ quam, & quas, vellet procedere prout in prima, secus si sit commissa causa prout in prima. vide late.*

280 *Acta sunt transportãda ab appellato, quando vult causam prosequi, appellante negligente.*

Item quando vult executionem rei iudicatæ ab alio Iudice.

Item quando quis fecisset causam auocari ab alio Iudice, quia acta coram eo facta sunt trasportanda ad alium Iudicem, cui causa est commissa.

281 *Actis integre non transportatis Iudex caret iurisdictionis exercitio, & causa non censetur deuoluta.*

282 *Acta facta coram Iudice incompetenti non sunt trãsportanda.*

283 *Acta non transportata propter impedimentum partis, non annullant sententiam.*

284 *Acta diuersi iudicij nõ sunt transportãda, etiam si multùm facerent ad causam.*

285 *Creditor qui egit cõtra principalem debitorem, si agat contra fideiussorem non tenetur acta contra principalem facta transportare, sed illa si vult debet fideiussor transportare.*

286 *Acta criminalia non sunt transportanda in causa ciuili.*

287 *Acta omnia secundæ instantiæ sufficiunt, licet non trãsportentur alia, quæ non fuerunt producta coram Iudice secundæ instantiæ.*

288 *Sententia non potest dici nulla ex defectu transportationis, vbi constaret quod pro vtraque parte fuissent reproducta omnia acta.*

Idem quando ambæ partes fecissent instãtiam pro sententia.

289 *Acta facta in causa super iactationibus, cum clausula quam, & quas, sunt trãsportanda, quando quis illius vigore procedit non autem sunt transportãda acta causæ appellationis, quando non*

non prosequitur.

290 *Acta non esse integre probatur ex inspectione processus, & quæ acta deficientia non vitient sententiam. vide ibi.*

291 *Confessio procuratoris nocet, principali potest ab eo reuocari.*

292 *Transportans actorum fasciculum, asserens esse acta originalia, non præsumitur pro integra transportatione.*

293 *Notarius compulsus ad tradendum sumptum, non sufficit si tradat originale.*

294 *Notarius debet penes se custodire protocollum.*

295 *Processus quando producitur apertus, redditur suspectus.*

296 *Præsumptio integræ transportationis actorum nō intrat, vbi productus sit fasciculus actorum.*

297 *Fatalium prorogatio si petatur vigore Innocentianæ, non requirit partis citationem.*

Sed vigore Constitutionis Pauli V. requiritur citatio. Item si petatur vigore commissionis, debet pars citari.

De actibus qui fiunt post iudicium, ad executionem rei iudicatæ; an requirant citationem.

299 *Executio rei iudicatæ quādo petitur ob desertam appellationem, pars debet citari ad docendum de legitima appellatione, & prosecutione.*

299 *Executio rei iudicatæ quādo petitur in vim duarum, vel trium, vel vnius, stante clausula appellatione remota, ab vltimo Iudice, tunc non est opus citatione.*

300 *Executio rei iudicatæ si petitur ab alio Iudice executore, citatio requiritur.*

301 *Clausula constito de tribus importat partis citationem.*

302 *Expensarū taxatio requirit partis citationem.*

303 *Expensæ quando taxantur cōtra principalem an debeat citari fideiussor de iudicatum soluendo.*

304 *Citatio ad videndum relaxari mandatum est omnino necessaria, quando pars posset opponere contra rem iudicatam alias secus, quādo Iudici constat de re iudicata, tunc enim diuersæ sunt*

sunt opiniones. vide.

305 *Sententia postquam transiuit in iudicatum, habet executionem paratam.*

306 *Executio peti potest, vel officio Iudicis nobili, ab eo qui eam tulit, vel actione in factum seu rei iudicatæ, ab alio Iudice.*

307 *Delegatus non potest exequi suam sententiam, sed executio pertinet ad delegãtem.*

308 *Arbitrer non potest exequi suam sententiam, sed ea petitur ab ordinario ipsius condemnati.*

309 *Executio conformium debet peti à confirmante.*

310 *Executio actione in factum à quouis Iudice peti potest.*

311 *Officium Iudicis nobile in quo differat ab actione in factum. vide.*

312 *Executio si petitur ab eodem Iudice, pars debet citari ad docendum de appellatione, & etiam ad videndum relaxari mandatum.*

313 *Executio pluribus exceptionibus potest impediri. remissiuè.*

314 *Supersessoria suspendit executionem, sed illam perfectam non reuocat.*

315 *Supersessoria vt detur, debet Iudici constare aliqualiter de iniustitia, & potest dari sine citatione partis, sed debet intimari.*

316 *Intimatio legitimè facta idem operatur quod citatio.*

317 *Supersessoria, vt causet attentata, necesse est vt fuerit executa contra principalem, non contra solum procuratorem.*

318 *Supersessoria reuocari potest, parte etiam non citata, quando prætensa iniustitia non probatur.*
Sed supersessoriæ reuocatio debet intimari.

319 *Supersessoria debet dari ratione recursus ad Principem.*

320 *Citatus pro supersessoria ad Signaturam, debet abstinere à processu ad vlteriora.*

321 *Executio rei iudicatæ quãdo fieri debet, vel in personis, vel rebus extra eiusdem Iudicis territorium, dandæ sunt litteræ requisitoriæ.*

322 *Iudex requisitus pro executione est merus executor.*

323 *Rota loco litterarum requisitorialium dat litteras executoriales, cum citatione partis.*

324 *Iudex successor eius, qui iudicauit, si vult rem iudicatam exequi, debet partem citare.*

Iudex

cere coram Iudice, à quo appellauit, & ob id non censetur appellationi renũciare.

167 *Testes ad perpetuam rei memoriam antequam Iudex recipiat, debet se summariè informare, quod testes sint valetudinarij, & absuturi.*

168 *Et super hoc debet interloqui.*

Testis examinatus ad perpetuam rei memoriam, si superuixit post multum tempus, in quo potuit repeti, & non fuit repetitus parte citata, non probat.

Idem de teste affuturo, qui non recessit.

169 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam, parte non citata non probant pleнè, nec semiplenè, sed faciunt adminiculum, quando fuerunt examinati tempore non suspecto.*

170 *Contra testes examinatos ad perpetuam rei memoriam possunt opponi exceptiones, tàm contra dicta quàm contra personas.*

171 *Testes ad perpetuam rei memoriam examinati inter alios, non probant.*

172 *Testes parte non citata possunt examinari, vbi non requiritur per legem, vel statutum plena probatio; sed sufficiunt adminicula.*

173 *Testes parte non citata examinari possunt pro informatione Curiæ.*

174 *Testes etiam formiter examinati in iudicio Criminali, non probant in Ciuili, nisi repetantur.*

175 *Testes examinati parte non citata, sustinentur de consensu partium.*

Item si fuerunt examinati cum interrogatorijs partis.

Item ex scientia partis.

176 *Testes nulliter examinati sustinentur, quando nullitas prouenit culpa aduersarij.*

177 *Testes nulliter examinati sustinentur, quando vel mortui sunt, vel ex alia legitima causa examinari non possunt.*

178 *Testes examinati parte non citata faciunt indicium.*

179 *Testes examinati parte non citata adminiculãtur alias probationes.*

Pro-

180 *Probationes sunt arbitrariæ Iudicis.*

181 *Testes examinati parte non citata, debent repeti cum citatione partis.*

182 *Testis quando vult corrigere dictum suum in continenti, non est citanda pars, secus si ex interuallo.*

183 *Testis ad deponendum non debet citari in ciuilibus; secus in criminalibus.*

184 *Testis qui se ultrò ingerit, suspectus est.*

185 *Testis in ciuilibus recusans, citandus est, & cōpellendus.*

De actibus qui fiunt in iudicio ad decidēdum controuersiam an & quando requirant citationem.

186 *Iudiciales quæstiones aliæ sunt incidentes, aliæ emergentes, aliæ principales. Quæ deciduntur per sententētiam, vel interlocutoriam, vel diffinitiuam, vel declaratoriam.*

187 *Incidens quæstio quæ dicatur, & an super ea sit pronunciandum.*

188 *Emergens quæstio quæ dicatur, & super ea pronunciatur expressè, vel tacitè.*

189 *Principalis quæstio quæ dicatur, & super ea est pronunciandum expressè, & diffinitiuè.*

190 *Interlocutoria sentētia quid sit.*

191 *Interlocutoria est duplex, vel simplex, vel habens vim diffinitiuæ.*

192 *Interlocutoria simplex est modici præiudicij, & fit sine causæ cognitione, & sine citatione, & sufficit illius intimatio. exempla octo vide.*

193 *Interlocutoria habes vim diffinitiuæ est, quæ affert magnū præiudicium, & requirit causæ cognitionem & citationem, & non sufficit sola illius intimatio.*

194 *Interlocutoria, vt habeat vim diffinitiuæ, duo debent concurrere, quod non expectet aliam post se, & quod imponat finem illi controuersiæ. Plura exempla vide.*

195 *Interlocutoriam quādo Iudex vult reuocare, debet partem citare.*

196 *Interlocutoriam executioni demandatam non potest Iudex reuocare, nisi partibus volentibus, & adhibita causæ cognitione.*

197 *Diffinitiua sentẽtia, quid sit.*
198 *Diffinitiua sententia dicitur etiam in possessorio lata.*
199 *Diffinitiua sententia dicitur etiam quæ imponit perpetuũ silentium.*
200 *Diffinitiua sententia ferri nequit parte non citata, nec valet etiam ad fauorem citati.*
201 *Citatio ad audiendum sententiam diffinitiuam debet esse specifica, alias esset incerta.*
202 *Citatio ad quemuis actum debet esse specifica.*
203 *Diffinitiua sententia non valet lata sub citatione ad comparendum, vel audiendum voluntatem, vel ad informandum de suo iure siue cum comminatione, siue intra certum terminum.*
204 *Diffinitiua sententia lata in termino monitionis prorogatæ non valeret, nisi prorogatio fuisset facta parte præsente, vel intimata.*
205 *Citatio ad sententiam diffinitiuam non sufficeret, si fuisset facta ad videndum produci preces, & se Iudicem competẽtem pronunciari, & mãdari procedi ad vlteriora, nec sufficeret facta ad videndum decerni mandatum de manutenendo, seu de immittendo.*
206 *Citatio non valet quando actus explicatur alio modo, quàm expressum sit in citatione.*
207 *Citatio debet esse clara, non ambigua.*
208 *Auditores Rotæ vigore Innocentianæ possunt procedere vigore citationis nulliter executæ, data notitia citationis, non tamen quando citatio fuit facta ad alium actum.*
209 *Citatio ad sententiam diffinitiuam debet iterari propter mutationem personæ Iudicis. declara.*
210 *Citatio vnica non sufficit ad sententiam diffinitiuam, quando sunt duæ causæ.*
211 *Citatio noua requiritur ad sententiam, quando partes recedunt à transactione, facta post citationem ad diffinitiuam.*
212 *Citatio in iudicijs ordinarijs triplex requiritur, vel vna peremptoria, cum interuallo dierum, qua dilatione non finita, sententia esset nulla.*
213 *Dilatione pendente cõquiescit officium Iudicis.*
214 *Citatio noua requiritur, quan-*

quando peremptorium fuit circumductum.

215 *Citatio non habet vim peremptorij quamuis sit personaliter facta; sed debet continere expresse peremptorium, vel aequipollens. Alias sententia esset nulla.*

216 *Peremptorium in iudicijs summarijs non requiritur.*

217 *In Curia Romana citationes non requirũt expressionem peremptorij.*
Quia in beneficialibus subintelligitur à lege.
Et in prophanis subintelligitur de stylo.
Et in causis ordinarijs omnes termini post litis contestationem sunt peremptorij.

218 *Peremptorium etiam in beneficialibus, & summarijs requiritur, quando quis citatur de longinquo ad totam causam.*

219 *Peremptorij solemnitas inuenta est non ad solemnizãdum iudicium, sed ad conuincendum contumaciam non comparentis.*

220 *Declaratoria sententia in quo differat ab interlocutoria, & à diffinitiua.*

221 *Citatio ad declaratoriam quomodo debet concipi.*

222 *Declaratoria defert ab excommunicatione.*

223 *Declaratoria fertur à Iudice, quando declarat factum, pro quo est imposita pœna excommunicationis, & est necessaria.*

224 *Declaratoria, quando pœna excommunicationis est imposita à iure, est necessaria, ad effectum, vt euitetur.*
Quando est imposita ab homine, vt possit ferri declaratoria, tria requiruntur. vide.

225 *Declaratoria differt à sententia excommunicationis in pluribus.*
Et primo, quia ab excomunicatione non licet appellare, secus à declatoria.
Secundo. Quia sentẽtia excõmunicationis, lata appellatione pendente, est nulla; secus in declaratoria.

226 *Declaratoria incursus excõmunicationis requirit citationem, & debet dari cõpetens dilatio ad docendum paruisse.*

227 *In Rota seruantur quatuor termini ad docendum paruisse; deinde citatur pro reiteratione, & postea pro declaratoria.*

228 *Sed quando cõtumacia consistit in committendo, non*

est necessaria seruatio quatuor terminorum.

229 *Declaratoria pœnæ excommunicationis apposita in litteris Apostolicis quando ferenda est, requiritur Monitoriũ; & iustificatio narratorum.*

230 *Monitorium, an sit reintegrandum pro obtinenda declaratoria.*

231 *Declaratoria insordescẽtiæ incursæ ad effectum priuationis beneficij requirit citationem, etiam post annum ad diluendum suspicionem.*

232 *Insordescentiæ, vt sit locus requiritur scientia excommunicationis, & pertinacia in excommunicatione.*

233 *Declaratoria priuationis beneficij requirit citationem personalem, vel peremptoriam.*

234 *Declaratoria priuationis feudi requirit citationem personalem, vel peremptoriam.*

235 *Declaratoria deuolutionis contra empbiteotam exigit citationem, non obstante pacto ingrediendi propria authoritate.*

236 *Declaratoria super notorio, an & quãdo ferri possit sine citatione partis.*

237 *Declaratoria excõmunicationis non excommunicat, sed declarat incidisse in excommunicationem, & requirit citationem.*

238 *Declaratoria priuationis nõ priuat, sed priuatum declarat, & requiritur citatio ipsius principalis.*

De actibus qui fiunt post iudicium, ad deuolutionem causæ, an requirant citationem.

239 *Actus post iudicium alij fiunt ad deuolutionem causæ, alij ad executionem rei iudicatæ.*

240 *Actus ad deuolutionem causæ sunt appellatio, Apostoli, Commissio, & illius Præsentatio, Actorum transportatio Fatalium prorogatio.*

241 *Appellationis interpositio est actus extraiudicialis, & nõ requirit partis citationem.*

242 *Appellatio in causis beneficialibus dicitur extraiudicialis, & quomodo interponi debeat.*
Et habet vim citationis.

243 *Apostolorũ petitio est actus extraiudicialis, & non requirit citationem partis.*
Nisi quãdo Iudex dedit terminum

minum iuris tunc enim citatur ad videndum respenderi de apostolis.

244 *Appellatione deserta citatur pars ad docendum de appellatione, & legitima prosecutione.*

245 *Commissio causæ impetratur absque partis citatione; nisi quando altera pars vult audiri in Signatura.*

246 *Commissio quando est Iudici præsentata, pars debet citari ad dicendum contra Commissionem.*

247 *Citatio ad dicendum contra cõmissionem si fuerit omissa, an & quando sententia reddatur nulla.*

248 *Terminus ad dicendum contra commissionem an sit necessario seruandus cum alijs terminis.*

249 *Citatio ad dicendum contra commissionem est necessaria ad effectum firmandi iurisdictionem respectu citati. Sed an requiratur ab initio, an sufficiat facta in terminis substantialibus. vide.*

250 *Commissionem is qui impetrauit, antequam citet potest pœnitere, & nolle ea ti.*

251 *Citationis decreto obtẽto vigore commissionis potest renunciari ante executionem citationis.*

252 *Citatio ad dicendum contra cõmissionem quando est executa, facit commissionem communem, itaut ei renunciari non possit.*

253 *Commissio secunda, seu dependens, non requirit citationem.*

254 *Citatio est necessaria ad videndum inhiberi iuxta formam commissionis.*

255 *Citatio ad videndum sibi inhiberi causat attentata, & succedit loco inhibitionis, quando pars est præsens. Quando est absens non causat attentata, nisi sit executa.*

256 *Attentata sunt, & reuocanda, quæcũque sunt gesta post inhibitionem, nec excusat cõsensus partium, propter læsam Iudicis maiestatem.*

257 *Inhibitio an afficiat, non potest declarari ab alio, quàm ab eo, qui inhibuit.*

De integra actorum transportatione, an partis citationem requirat.

258 *Acta transportare debet appellans, & monitorium obtinet.*

Nota-

259 *Notarius prima instantia non est cogendus tradere originale, sed sumptum.*

260 *Transportationis actus requirit partis citationem, siue sit extractus ab eodem, notario, siue ab alio.*

261 *Processus prima instantia productus parte non citata, non fit de actis sufficeret tamen ad effectũ probationis.*

262 *Acta integra præsumuntur, & qui contrarium dicit, debet probare, maxime quãdo sunt in forma processus. Et apparet ordinata continuatio actorum.*

263 *Processus extractus per notariũ actuarium præsumitur integer, secus per alium, nisi tamen extractus fuisset vigore compulsorialiũ parte citata.*

264 *Acta non integra sufficiunt de iure communi, quando, quæ deficiunt, non sunt releuantia.*

265 *Acta omnia debent trãsportari ex dispositione Concilij Tridentini, siue releuent, siue non.*

266 *Concilij dispositio cap. 20. sess. 24. de reformat. super transportatione actorum habet locum siue in ecclesiasticis, siue in pertinentibus ad forum ecclesiasticum.*

267 *Fallit si allegaretur sola deficientia actorum irreleuantium.*

268 *Actorum inreleuantium transportatio non est necessaria.*

269 *Acta irreleuantia sunt, quæ non respiciũt merita causæ. Item acta facta in diuersa instantia.*

270 *Concilium non arctat appellantem vt quærat acta ab alio, quàm à notario Iudicis à quo.*

271 *Acta sunt transportanda quæ facta sunt parte præsente, vel citata, vel sunt repetita parte legitimè citata.*

272 *Iura sunt trasportanda, quæ fuerunt producta parte citata, & in actis dimissa, & registrata. Non autem quæ fuerunt verbaliter producta, & in actis non dimissa.*

273 *Iura non sunt transportanda, quæ fuerunt producta extra terminum citationis.*

274 *Iura repetita non sunt transportanda, quæ in repetitione non fuerunt expressa.*

275 *Iura realiter non censentur producta, ex sola assertione notarij.*

Acta

276 *Acta non transportantur in prima instantia, sed iura producuntur.*

277 *Acta nō transportantur nisi in causis appellationum, & ab appellante.*

278 *Acta sola secundæ instantiæ tenetur producere, qui appellauit in secunda instātia.*

279 *Acta primæ instantiæ sunt integrè transportāda, etiam vbi quis, vigore clausulæ quam, & quas, vellet procedere prout in prima, secus si sit commissa causa prout in prima. vide late.*

280 *Acta sunt transportāda ab appellato, quando vult causam prosequi, appellante negligente.*
Item quando vult executionem rei iudicatæ ab alio Iudice.
Item quando quis fecisset causam auocari ab alio Iudice, quia acta coram eo facta sunt trasportanda ad alium Iudicem, cui causa est commissa.

281 *Actis integrè non transportatis Iudex caret iurisdictionis exercitio, & causa non censetur deuoluta.*

282 *Acta facta coram Iudice incompetenti non sunt trāsportanda.*

283 *Acta non transportata propter impedimentum partis, non annullant sententiam.*

284 *Acta diuersi iudicij nō sunt transportāda, etiam si multùm facerent ad causam.*

285 *Creditor qui egit cōtra principalem debitorem, si agat contra fideiussorem non tenetur acta contra principalem facta transportare, sed illa si vult debet fideiussor transportare.*

286 *Acta criminalia non sunt transportanda in causa ciuili.*

287 *Acta omnia secundæ instantiæ sufficiunt, licet non trāsportentur alia, quæ non fuerunt producta coram Iudice secundæ instantiæ.*

288 *Sententia non potest dici nulla ex defectu transportationis, vbi constaret quod pro vtraque parte fuissent reproducta omnia acta.*
Idem quando ambæ partes fecissent instātiam pro sententia.

289 *Acta facta in causa super iactationibus, cum clausula quam, & quas, sunt trāsportanda, quando quis illius vigore procedit non autem sunt transportāda acta causæ appellationis, quando non*

sunt opiniones. vide.

305 *Sententia postquam transiuit in iudicatum, habet executionem paratam.*

306 *Executio peti potest, vel officio Iudicis nobili, ab eo qui eam tulit, vel actione in factum seu rei iudicatæ, ab alio Iudice.*

307 *Delegatus non potest exequi suam sententiam, sed executio pertinet ad delegãtem.*

308 *Arbitrer non potest exequi suam sententiam, sed ea petitur ab ordinario ipsius condemnati.*

309 *Executio conformium debet peti à confirmante.*

310 *Executio actione in factum à quouis Iudice peti potest.*

311 *Officium Iudicis nobile in quo differat ab actione in factum. vide.*

312 *Executio si petitur ab eodem Iudice, pars debet citari ad docendum de appellatione, & etiam ad videndum relaxari mandatum.*

313 *Executio pluribus exceptionibus potest impediri. remissiuè.*

314 *Supersessoria suspendit executionem, sed illam perfectam non reuocat.*

315 *Supersessoria vt detur, debet Iudici constare aliqualiter de iniustitia, & potest dari sine citatione partis, sed debet intimari.*

316 *Intimatio legitimè facta idem operatur quod citatio.*

317 *Supersessoria, vt causet attentata, necesse est vt fuerit executa contra principalem, non contra solum procuratorem.*

318 *Supersessoria reuocari potest, parte etiam non citata, quando prætensa iniustitia non probatur.*
Sed supersessoriæ reuocatio debet intimari.

319 *Supersessoria debet dari ratione recursus ad Principem.*

320 *Citatus pro supersessoria ad Signaturam, debet abstinere à processu ad vlteriora.*

321 *Executio rei iudicatæ quãdo fieri debet, vel in personis, vel rebus extra eiusdem Iudicis territorium, dandæ sunt litteræ requisitoriæ.*

322 *Iudex requisitus pro executione est merus executor.*

323 *Rota loco litterarum requisitorialium dat litteras executoriales, cum citatione partis.*

324 *Iudex successor eius, qui iudicauit, si vult rem iudicatam exequi, debet partem citare.*

Iudex

325 *Iudex successor si vult exequi mandatum ab antecessore relaxatum, debet dare exequatur, parte citata.*

326 *Executio si petatur ab alio Iudice, pars debet citari.*
Et acta coram eo produci parte citata.

327 *Iudex malefacit omittendo citationem contra ius naturale.*

328 *In legis transgressore praesumitur scientia, & dolus.*

329 *Iudex in dolum non incurrit, quando non citat in casu dubio, an quis debeat citari.*

330 *Executio si petitur in eisdem rebus, vel personis contentis in sententia, citatio non requiritur; sed tutior est opinio, quod citetur.*

331 *Executio si petitur super re diuersa, fieri debet nouus processus.*
Sed si contra diuersam personam, ea debet citari.

332 *Executio rei non potest fieri contra possessorem, in sententia non nominatum; sed debet citari, etiam si possessionem acquisiuisset lite pendente.*
Et etiã si post sententiam.

333 *Intrusio, seu alienatio lite pendente, debet probari parte citata.*

334 *Executio rei iudicatae pluribus casibus fieri potest sine citatione partis.*
Primus. Quando mandatum executiuum fuisset relaxatum in sententia non appellabili.
Secundus. Quando Iudex certus esset de desertione, secus si de ea posset dubitari.
Tertius. Quando sententia haberet executionem paratam, & ea fuisset parti legitimè intimata.
Quartus. Quando notorie constaret absenti nullam competere defensionem; secus quando posset tale notorium habere aliquam excusationem.
Quintus. Quando praecessisset cognitio super executione.
Sextus, & vltimus, quando, citato prius aduersario, fuisset facta executio pro parte: quia pro reliqua non est necessaria alia citatio.

335 *Executor capiens, vel personam, vel bona, non debet citare partem.*

336 *Executor ad plura debet aduertere.*
Primo. Ne excedat fines mandati: quia si exequitur
pro

pro maiori summa executio est nulla.

Secundo ne exequatur quãdo esset illiquidum, quæ bona essent debitoris.

Tertio. Quando reperit bona in domo debitoris debet exequi, tametsi tertius asserat bona esse sua.

Quarto. Non debet in executionem capere bona, quando constaret non esse debitoris, vt puta vestes muliebres.

337 *Executor habens generale mandatum de inmittẽdo in bonis Seij si in fundo reperiat Sempronium dicentem esse suum, debet ab executione abstinere.*

338 *Tertius possessor, quando suspicatur fieri executionem in rebus à se possessis, cautela est, vt protestetur.*

339 *Subbastatio sumitur dupliciter, pro actu inueniendi oblatores, & pro actu vendendi maiori oblatori.*

340 *Mandatum de subbastando dari potest per Iudicem parte non citata.*

341 *Mandatum de deliberando dari non potest parte non citata.*

342 *Mandatũ de adiudicãdo, seu insolutum dando non potest dari parte non citata.*

343 *Mandatum de subbastãdo non datur sine partis citatio. ne stante statuto seu stylo.*

344 *Mandatum de deliberando decernitur, nisi infra mensem, quando sunt stabilia, & nisi infra decem, quando sunt mobilia.*

345 *Oblatores in subbastatione non admittuntur nisi cum præsenti pecunia, vel cum obligatione Camerali, stante protestatione.*

346 *Oblator receptus absque obligatione Camerali potest pœnitere.*

Et si pœniteat, citatur tàm ipse, quàm debitor ad videndum deliberari penultimo oblatori.

Alias hac citatione omissa, subbastatio esset nulla, & sanari non posset.

347 *Decretum de deliberando non præiudicat non citatis. Et quando fit cum intimatione, debet intimatio reproduci, ante deliberationem. Sufficeret tamen si alias deuenisset ad notitiam.*

348 *Subbastatio, & deliberatio quando est nulla quoad non citatos; est etiam nulla quoad citatos, ratione indiuiduitatis.*

Subba-

349 *Subhastatio facta super portione solius debitoris citati, illi praeiudicat, licet esset nulla, quoad interesse aliorum non citatorum.*

350 *Sententiae tot dicuntur, quot sunt personae.*

351 *Citari debent omnes qui veniunt ex eodem iure.*

352 *Dilatio vnius mensis intelligitur de triginta diebus.*

353 *Mensis terminus ad deliberandum qua ratione detur.*

354 *Adiudicatio pignoris quādo facienda est creditori, citatur debitor ad reluendum.*

355 *Pignora cōuentionalia vbi sint subhastanda, quomodo sit procedendum.*

Ad quos actus extraiudiciales requiratur citatio.

356 *Extraiudiciales actus qui dicantur.*

357 *Actus extraiudiciales non requirunt citationem, nisi quando agitur de graui praeiudicio, quia tunc fiunt iudiciales.*

358 *In extraiudicialibus valdè praeiudicialibus, non facta citatione habentium interesse omnia sunt nulla.*

359 *Princeps in concessione priuilegiorum, quae dependent ab eius absoluta voluntate, procedit absque citatione.*

360 *Priuilegiū quando tertium, vel non laedit, vel modicè, valet, concessum sine causae cognitione, & sine partis citatione.*

361 *Priuilegium quando grauiter laedit non tollit ius tertij, eo non citato.*
Nisi constaret de voluntate Principis, praeiudicādi etiam non citato.

362 *Priuilegij interpretatio, vel modificatio, seu etiam reuocatio, & dispensatio, si grauiter laedunt, requirunt partis citationem.*

363 *Princeps quando ex mera gratia concessit alicui feudum, potest illum priuare absque citatione, & de plenitudine potestatis.*

364 *Papa in beneficialibus facit gratias extraiudicialiter absque partis citatione.*
Etiam in praeiudicium alterius, de plenitudine potestatis, & ex certa scientia.

365 *Legitimatio tollit obstaculum, & restituit ad primaeuos natales.*

366 *Legitimati acquirunt iura suitatis.*

367 *Praeiudicium non fit, quādo*

do quis reducitur ad primæuum statum.

368 *Princeps potest reuocare, quæ sunt iuris positiui, & ex tunc.*

369 *Legitimari petēs debet partem citare, de cuius interesse agitur, vt Princeps sciat cui sit præiudiciū alaturus.*

370 *Legitimans non censetur in dubio velle præiudicare, nisi concedat motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis.*

371 *Legitimare potest nedum Princeps, sed etiam ille; cui à Principe facultas concessa fuit, de qua tamen constare debet.*

372 *In legitimatione facta à Principe de alio non quæritur, quàm de voluntate.*

373 *In legitimatione ab inferiore facta quæritur de potestate, & de voluntate.*

374 *Legitimatio facta, siue à Principe, siue ab habente facultatem ab illo, potest esse vel obreptitia, vel subreptitia, vel habere defectum intentionis.*

375 *Legitimatio à Principe potest fieri in præiudicium illius, cui est ius quæsitum, de plenitudine tamen potestatis, & cum causa.*

Secus autem ab inferiore.

376 *Legitimatio nō valet, quādo præsumi posset legitimatum esse filium alterius.*

277 *An in legitimatione requiratur citatio, distinguuntur plures casus, quos vide.*

378 *Princeps non præsumitur velle auferre ius alterius, quæ præsumptio cessat quatuor casibus, quos vide.*

379 *Princeps quando vult vt constet de sua voluntate præiudicandi tertio, apponit clausulas motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis.*

380 *Clausula motu proprio non sufficit ad firmandum priuilegium in præiudicium alterius.*

381 *Clausula ex certa scientia, nō operatur, probata Principis ignorantia.*

382 *Principis ignorantia præsumitur quoad ea, quæ sunt facti.*

Item quoad ea, quæ alicui iure speciali competunt.

383 *De Principis scientia dicitur constare, quando parte citata concessit.*

Item quando ad relationē Officialium.

384 *Plenitudine potestatis non præsumitur Princeps vsus, nisi*

nisi quando expressit.

385 *Clausula quod de obreptione, & subreptione dari nõ possit, nec de defectu intentionis, nisi sit apposita, non sufficit sola clausula sublata, cum decreto irritanti.*

386 *Legitimatio facta motu proprio non praeiudicat tertio, valet tamen legitimatio.*

387 *Legitimatio facta ex certa scientia, non praeiudicat tertio, non citato.*

388 *Papae mens regulatur à iuris dispositione.*

389 *Legitimatio facta de plenitudine potestatis nõ praeiudicat illi, qui haereditatem adiuit.*
Neque etiam illi cui haereditas est delata, maximè sine causa.

390 *In Principe concedente sẽper praesumitur causa, nisi de alterius praeiudicio agatur.*

391 *De legitimatione quando praeiudicat alijs. vide plura remissiuè.*

392 *Papa in dispositione Ecclesiarũ extraiudicialiter prouidet nemine citato.*

393 *Vnionem Ecclesiarum Papa facit ex sua absoluta potestate, nemine vocato. Idem est in dismembratione, sed non in praeiudicium possessoris.*

394 *Papa nunquã censetur velle possessorem non citatum priuare.*

395 *Clausula quod litterae dismembrationis non possint impugnari ex defectu citationis possessoris, & aliae similes, quomodo sint intelligendae.*

396 *Vnio quando fit ab Episcopo, citari debent interesse habentes.*

397 *Vnio per Episcopum intelligitur facta sine praeiudicio iuris tertij.*

398 *Dismembratio per Episcopum fieri nũ potest absque citatione interesse habentium.*

399 *Vnionis reuocatio per Episcopum non potest fieri nõ citatis illis, quorũ interest.*

400 *Praesentes citandi sunt nominatim, absentes vero per proclama.*

401 *Solemnitas eadem requiritur in destruendo, quae in construendo.*

402 *Vniendi causa si est necessaria, & interesse habentes nolint consentire, possent cogi, vel posset vnio peti à Papa.*

403 *Vnionis causa si non esset necess-*

necessaria, vnius contradictio illam vitiaret.

404 *Vnio quando fit per Legatum, an sit citandus ordinarius.*

405 *Dismembratio per Legatū fieri non potest, nisi citato Rectore, & nisi cum expressione causæ, & tractatus.*

406 *In alienatione rerum Ecclesiasticarum, qui sint citandi.*

407 *Collatio beneficij an & quādo requirat partis citationem. distingue inter actū collationis, & executionis.*

408 *Collatio quando non prouenit à mera liberalitate collatoris, sed ab ordine iuris, tunc requiritur citatio, vt in collatione parrochialiū, & beneficiorum patrimonialiū, & iurispatronatus.*

409 *Pensio super fructibus beneficij iurispatronatus potest imponi non vocato patrono.*
Facienda tamen est mentio iurispatronatus.

410 *Permutatio, renunciatio, seu resignatio facta nō vocato patrono, vel est nulla, vel patrono instante annullanda.*

411 *Derogatio iurispatronatus fit per Papam, patrono non vocato.*

412 *Derogatio qualitatibus beneficiorum fit per Papam, nemine vocato.*

413 *Commutatio vltimarum voluntatum fit per Papam nemine citato, in forma scilicet gratiosa, secus in forma commissaria.*

414 *Translatio pensionis quādo conceditur, & fit, non requiritur citatio, sed in eius executione.*

415 *Titularis quando petit à Papa extraiudicialiter, & gratiosè pensionem corrigi, vel moderari, non tenetur citare pensionarium; secus quādo petit iudicialiter reduci, vel annullari.*

416 *Ad electionem nedum vocandi sunt præsentes, sed etiam absentes, dummodo non sint in remotis.*

417 *Absentes ex propria culpa non sunt vocandi ad electionem.*

418 *Ad electionem dicitur potius requisitio, quàm citatio, cùm deficiat iurisdictio, & sufficit vnica.*

419 *Ad electionem citati etiam sine appositione horæ, debēt comparere hora solita electionis.*

420 *Electionis confirmatio, siue petatur per eligentes, siue per electum, requiritur citatio illius cuius intereſt.*
421 *Ad conſilium, ſeu ſynodum requiritur citatio illorum, qui debent interuenire.*
422 *Synodum conuocare poteſt etiam Abbas exemptus.*
423 *Citatio ad ſynodum vnica ſufficit, quamuis citatio iudicialis debeat eſſe trina.*
424 *Viſitatores religioſorum nõ poſſunt aliquid in præiudicium alicuius decernere, niſi eo citato, & audito.*
425 *Iudex extraiudicialiter procedit in ijs, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, & neminẽ tenetur citare.*
426 *In adoptione an ſit citandus ſubſtitutus, quando ex verbis teſtamẽti adoptiuus poteſt excludere ſubſtitutũ.*
427 *Iudex extraiudicialiter procedens, debet nihilominus citare eum, qui lædi poteſt.*
428 *Iudex volens ſe informare de ijs, de quibus nõ eſt principalis quæſtio inter partes, non tenẽtur quemquam citare.*
429 *Iudex volens ſe informare, an quis incedat in habitu, & tonſura, debet partem citare.*
430 *Iudex decernens citationẽ, non tenetur citare.*
431 *Iudex, & ſi habeat facultatem procedendi ſummariè, & iuris ordine non ſeruato, debet tamen citare partem.*
432 *Iudex habens facultatem procedendi extraiudicialiter, non tenetur citare partem, niſi velit.*
433 *Iudex dans hæredi poſſeſſionem vocantem, debet reſeruare iura legitimi contradictoris.*
434 *Citatio an requiratur, quãdo ſentẽtia ab alio ſubſcribitur.*
435 *Citatio an requiratur, quãdo Rotæ Decanus ſubrogat alium auditorem in locum mortui, vel abſentis.*
436 *Iudicis deputatio valet, etiã non citata parte.*
437 *Aſſeſſoris electio an & quãdo valeat parte non citata.*
438 *Aſſeſſor, ſeu conſultor non citat partem.*
439 *Arbitrator an teneatur partes citare.*
440 *Peritus debet partes monere, & requirere, & ab eis informationem accipere.*
441 *Pacto de ingrediendo ſtante,*

te, an requiratur citatio.

442 *Empbiteota non citatus an & quando possit expelli, vigore pacti de ingrediendo propria auctoritate.*

443 *Dominus directus rem ad se reuersum potest alteri relocare, etiam primo empbiteota non citato.*

444 *Insinuatio donationis citationem non requirit.*

445 *Renũciatio liti requirit alterius partis citationem.*

446 *Hæres in confectione inuentarij, quãdo nulli sunt legatarij, vel creditores, non tenetur citare.*

447 *Inuentarium debet confici citatis nominatim creditoribus, qui vel sunt certi, vel de facili possunt certificari, nec quoad illos sufficit citatio generalis.*

448 *Inuentarium non probat contra non citatos.*

449 *Inuentarium valet quoad absentes etiam certos, facta citatione generali.*

450 *Inuentarium quoad incertos valet, quos sufficit citare, vel per edictum, vel per proclama.*

451 *Inuentarium, quando conficitur legatarijs absẽtibus, in casu quo ageretur de minuendis legatis per Falcidiam, vltra citationem per edictũm, debent citari eorum agnati.*

452 *Legatarius, qui fuit præsens confectioni inuẽtarij, etiam non citatus, non potest dare de nullitate ex defectu citationis.*

453 *Inuentarium est actus extraiudicialis, & modici præiudicij, & non requirit, nisi vnicam citationem, absque peremptorio.*

454 *Inuentarium factũ ab vno, non prodest cohæredi, nisi factum esset etiam eius nomine.*

455 *In inuentarij confectione non est citandus cohæres.*

456 *Creditores & fideicommissarij conditionales in confectione inuentarij, an debeant nominatim citari, an vero sufficiat proclama, vel edictum.*

457 *Citatio facta ad videndum inuentarium incboari valet, quia virtualiter continet etiam ad videndum perfici.*

458 *Inuentarium impugnare non possunt, qui fuerunt citati, sub prætextu quod alij citati non fuissent.*

459 *Inuentarium debet confici iuxta formam Statutorum,*

& consuetudinum locorũ.

460 *Inuentarium tutoris nullã requirit citationem.*

461 *Hæres volens separare suum creditum, debet citare eos, quorum interest.*

462 *Filius volens separare suã legitimam, debet citare interesse habentes.*

463 *Notarius rogatus dat sumptum absque citatione. Ita & successor in officio, & Archiuista.*

464 *Notarius habens facultatem transumptandi instrumentum, non tenetur partẽ citare.*

465 *Notarius quando vult trãsumptare instrumentum propter vetustatem, debet partem citare.*

466 *Notarius quando vult corrigere suũ errorem ex interuallo, debet citare partem, & docere de errore. Et quando dedit instrumẽtum, non potest quidquam mutare circa substantialia.*

467 *Bullæ correctio non requirit partis citationem.*

Ad quos actus siue Iudiciales, siue extraiudiciales, sit necessaria citatio.

CAP. XV.

1 Necessaria est citatio ad omnes, & quoscunque actus, qui fieri possunt, seu tẽdunt in præiudiciũ alicuius, siue fiant ante iudicium, siue in iudicio, siue post iudicium, siue extra iudicium. *l. de vnoquoque, ff. de re iud. l. in concedendo, ff. de aqua plu. arcen. l. nam ita diuus, ff. de adopt. l. fin. C. de auct. præst.*

De actibus ante iudicium an exigant citationem.

2 Ante iudicium, quando petitur absolutio à iuramẽto, ad effectum agendi, & excipiendi, pars non est citanda hac ratione; quia non est actus multũ præiudicialis, non enim tollit iuramẽtum; sed hoc solum operatur, vt quis possit sine scrupulo metuue periurij agere, vel se defendere. *Felin. in cap. 1. quæst. 8. n. 48. de iureiur. Mohed. decis. 4. de empt. & vend.*

& vend. Afflict. decis. 220. *n.* 10. *&* 11. *Natt. cons.* 167. *n.* 3. *&* 6. *Honded. cõs.* 9. *n.* 31. *lib.* 1. *Buratt. decis.* 44. *n.* 7. neque tollit vim executiuã obligationis cameralis. *Mobed. decis.* 6. *n.* 1. *de except.* & illius executionem non impedit. *Gallesi. de oblig. Camer. quaest.* 31. *n.* 25 *Mobed. dec.* 2. *de except.*

Et actus absolutionis à iuramento, non potest censeri alicui præiudicialis: quia ea non datur sine causa, alias enim si sine causa passim daretur absolutio à iuraméto, redderetur iuramentũ omnino elusorium. *Roman. cons.* 457. in fin. *Dec. cons.* 18. *n.* 3. *Mantic. decis.* 267. *n.* 9. *&* 10.

Quando autem quis vult docere iuramentum, vel illicitum, vel dolo metuuè extortum, vel in contractu nullo, vel læsiuo appositum, tunc iuramentum est relaxandum, & absoluendus est ad effectum agendi, & excipiendi. *Mantic. d. dec.* 267. *n.* 9. *Rot. in recent. decis.* 461. *n.* 3. *par.* 1. qui actus non infert præiudicium parti: quia si probentur iustæ causæ, iuramentum non debet esse vinculũ iniquitatis. *cap. quãto, de iureiur.* nec quidquam facit, quod ex mora soluendi, aut sumptibus in iudicio necessarijs inferatur damnũ creditoribus. *l. minoribus, ff. de minor.* & minus recipere videtur, qui tardius recipit. *cap.* 1. *de plus petit. Anchar. cons.* 198. *prædictis subtiliter, & ad plenum deductis. Tiraq. in tract. res inter alios acta. limit.* 30. *declar.* 2. *vers. contrarium tamen;* quia cessat consideratio moræ, dum vt dictum est nõ impeditur via executiua, & quoad expensas non desunt iuris remedia pro illis consequendis. *l. vlt. C. in quibus caus. in integr. restit. l. non ignoret, C. de fruct. & lit. expens.* & vbi præiudicium sit minimũ non est necessaria citatio. *Ias. in l. necquidquã, n.* 23. *ff. de officio procons. Villal. com. opin.* in verbo *citatio, n.* 46.

3 Quando vero absolutio petitur à periurio, tunc pars est citanda, quia illi aufertur ius quæsitum ex contrauentione, vt dictum est supra *cap.* 3. *n.* 34.

4 Nota tamen, quod contra iuramentum quis non auditur in iudicio, parte scilicet opponente. *l. si quis*

maior, C. de transact. sed si nōn opponat, censetur tacitè iuramentum remittere, & in hoc habet auctoritatē Apostolicā. *cap. 1. de iureiur. Paris. cons. 95. n. 29. vol. 3. Crauett. cons. 199. n. 12. Surd. cons. 299. n. 21.*

5 Post contrauentionem autem, & post periurium incursum pars illud nō potest remittere. *Bald. in authent. quod eis, C. de nuptijs, Rolan.* plures allegans *cons. 34. n. 3. vol. 1.*

6 Incidit autem in periuriū debitor, qui medio iuramento promisit soluere certo tempore, & eo elapso nō soluit, & tunc quia incidit in periurium, nō sufficit absolutio obtenta à iuramento, sed necessaria est absolutio à periurio. *Natt. cons. 145. n. 35. Rolan. d. cons. 34. n. 2. lib. 1.*

7 Et à periurio absoluere non potest Episcopus, sed ab eo concessa absolutio non prodest. *Natt. d. cons. 145. num. 25. Cagnol. in l. si quis maior. n. 154. C. de transact. Rolan. d. cons. 34. n. 2. lib. 1. Surd. cons. 299. n. 8.*

8 Sed absolutio à periurio debet peti à Papa, & ab eo si non concedatur, ab alio peti nō potest. *Crauet. cons. 6. n. 92. & seq. Cagnol. in d. l. si quis maior, n. 154. C. de transact.* & repellitur à limine iudicij, & fuit dictum in *Romana Nullit. oblig. 5. Iulij 1604. corā Orthembergo, apud Marches. par. 3. fol. 207. & in Firmana altaris S. Ludouici 29. Ianuarij 1607. coram Cardinali Marquemōtio post Pacific. de Saluiano decis. 95.* alia de hac materia absolutionis à iuramento dicta sūt supra *cap. 3. n. 24. & seqq.* adde *praxim Curiæ Archiep. Neapol. cap. 4. de absolut. à iuramento.*

9 Absolutio ab excommunicatione petitur ante iudicium ad effectum vt possit audiri: quia est actus præiudicialis, & licet petatur ad cautelam, seu cum reincidentia, nihilominus pars debet citari, & adhiberi causæ cognitio, quando scilicet eius intersit, & possit cōtradicere; nisi tamen periculū esset in mora, vt quia esset moriturus. *cap. solet, de sententia excomm. lib. 6.* & ibi *gloss.* in verbo *opponat*, vbi *Gemin. n. 11.* ponderat illum textum in illis verbis ibi

ibi *quamuis excommunicator, vel aduersarius se opponat*, & dicit, quod vel pars debet citari, vel sibi aliter significari, si aliquid vult opponere, id quod negari non potest propter contradictionem sibi permissam, quod dicit esse verum, nisi periculum esset in mora, vel nisi Papa extraiudicium faciat gratiam.

10 Sed in hac materia plenius dicendũ est, quod petens absolutionem, aut est excõmunicatus à lege propter delictum, aut ab homine propter contumaciam. *Bisignett. decis. 9. de rescript.* quod latè explicauimus supra *cap. 5. n. 69. & sequen.*

11 Excommunicatus à lege non potest simpliciter, & verè absolui sine citatione partis, cuius interest. *cap. Romana, §. sententias quoque, de appellat. in 6.*

Neque potest absolui ad cautelam: quia sententia excommunicationis lata à canone semper est iusta, & valida. *cap. erit 4. dist. Franc.* in d. *cap. solet, n.* 1. nisi in casu, quo occurreret probabile dubium, siue iuris, siue facti. *Ioan. Andr. Gemin.* & *Anchar.* in d. *cap. solet*.

12 Et sicut absolutio ad cautelam non habet locum in censuris latis per canones; ita nec in censuris statutorum synodalium. *Vital.* in *Clem. 1. de priuil. n. 45. Henric. Botteus de synodo Episcopi par. 3. conclus. 13. n. 112. Genuen. in prax. Archiep. Neap. cap. 5. de absolut. ad cautelam, num. 3.*

13 Excommunicatus autem ab homine si est excommunicatus non ad instantiam partis, sed officio Iudicis, licet in consequentiam versetur interesse partis, tunc potest à Iudice ex officio absolui, etiam non citata parte. *gloss.* in *cap. excommunicatos, 11. quæst. 3. Franc. in cap. qua frõte, n. 31. de appell.*

14 Sicut etiam excommunicans partem non vocatam potest parte non vocata eandem absoluere. *Bellam. decis. 663.*

15 Si est excõmunicatus ad instantiam partis, ipsa sententia excommunicationis, seu censurarum non potest pronunciari nulla, nec reuocari vti iniusta, nisi citata parte, d. *cap. Romana, §. sententias quoque, de appell. in 6.*

Sed

16 Sed quoad abſolutionem ab excõmunicatione, quando petitur à ſuperiore, diſtinguit idem *Franc.* in d. *cap. qua fronte, de appell.* ſub d. *n.* 31. aut ſuperior eſt talis, qui non poteſt adiri per viam quærelæ, ſed ſolum per viam appellationis, vt eſt Epiſcopus. *cap. Paſtoralis, de off. ord.* & non poteſt abſoluere niſi parte citata, cùm nihil poſſit niſi primò iuſtificetur appellatio. vt d. *cap. Romana, §. ſententias quoque, de appellat. in 6.* aut ſuperior eſt talis, qui poteſt adiri per viam quærelæ, & tunc ſi eſt excommunicatus pro manifeſta offenſa, vel contumacia, non poteſt abſolui, niſi citata parte, quæ poteſt lædi. *l. de unoquoque, ff. de re iudicata, cap. inter quatuor,* vbi *Innoc. de maior. & obed.*

Si vero ſit excommunicatus propter offenſam vel contumaciam, quæ ſit dubia, tũc ſi petens abſolutionem præſtet cautionem de ſtando iuri, & de reficiendo expẽſas, poterit abſolui ſimpliciter nõ aliter citata parte, rationem ſubiungit idem *Franc. ibidem,* quia recepta tali cautione non datur læſio partis, vt per *Innoc. Anchar.* & *Gemin.* in d. *cap. Romana, §. ſententias quoque.*

Si vero à ſuperiore, & à Iudice à quo, petat abſolutionem ad cautelam, ea nõ poteſt dari niſi parte citata, excepto caſu quo periculũ eſſet in mora; quia tunc daretur etiam parte non citata, d. *cap. ſolet, de ſent. excom. lib. 6. cap. venerabili ex eodem.*

17 Et abſolutio ad cautelam petitur ſiue ratione nullitatis, ſiue ratione iniuſtitiæ excommunicationis. Et ſiue à Iudice ſuperiore, ſiue etiam ab ipſo excommunicatore, non autem ab inferiore, & inſtante excõmunicato, debet dari de iure, non autem ex gratia, vt per *Franc.* in d. *cap. ſolet, n.* 1. 2. & 3. *de ſententia excommunicat. lib. 6.* qui in d. *cap. qua fronte, de appellat.* latè ponit, an abſolutio data ſine citatione partis valeat à *n.* 31. vſque 42. & 43. declarat, quãdo Epiſcopus poſſit ab excommunicatione abſoluere; vide per eum.

18 In Rota non datur abſolutio ad cautelam parte nõ citata; quia auditor nõ poteſt

test absoluere etiam ad cautelam sine speciali rescripto, seù commissione. *Rot. in antiq. decis. 3. de sent. excomm. Buratt. decis. 51. n. 6.* alias data absolutio non prodest *ad. dit. ad decis. 3. de renunc. in nou. Fel. in cap. ad apostolicæ, n. 20. col. penul. ante med.* vers. *commissarius, de except. Buratt. decis. 88. n. 4.*

19 Et ideo pars debet citari ad dicendum contra commissionem in actis præsentatam, & iuxta illius formã videndum absolui: quia ante præsentationem rescripti, seu commissionis delegatus nihil facere potest. *Roman. cons. 353. n. 8. Seraphin. decis. 1010. n. 2.* & non tribuitur iurisdictionis exercitium, nisi per citationem executam, & reproductam. *Cassad. decis. 7. in fin. de appellat. Caput. decis. 262. n. 2. par. 2. Coccin. decis. 169. n. 4.* forma autem rescripti est omnino obseruanda, alias Iudex nulliter procederet. *Greg. decis. 1. n. 1.* & citatio ad dicendum contra requiritur, vt dicatur esse de actis. *Bar. in extrauag. ad reprimen. in verbo de plano, Rom. cons. 119. n. 3. Couarr. var. resolut. cap. 1. n. 5. Cassad. decis. 7. in fin. de appellat.*

20 Hic nota, quod excommunicatus ob recursum ad laicos ab alio absolui non potest, quàm per Romanum Pontificẽ, nisi in mortis articulo, vt legitur in fine Bullæ cœnę Domini.

21 A quo datur breue absolutionis directum Auditori Rotæ, sed cum clausula cõstito de præmissis, quod antequam iustificetur non tribuit iurisdictionem. *Soccinus cons. 99. n. 10. lib. 3. Put. decis. 275. lib. 2. in correctis, Rota decis. 725. n. 10. par. 2. recent.* & nouissime censuit Rota in *Cæsaraugustana beneficij de linares, 27. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Bichio*. Sed an omnia narrata sint iustificanda aduertendum est, quod licet regulare sit, vt ex pluribus narratis non sufficiat vnum iustificare. *Paris. cons. 41. n. 23. lib. 4. Seraph. decis. 870. n. 1.*

Tamen ad effectum obtinendi absolutionem, satis est iustificare narratiuam pœnitentiæ, vtputà, quod post recursus habitos recesserit ab illis, & petierit acta causæ vigore prouisionis regiæ ablata restitui eidem iudici:

dici: absolutio enim habet pro fundamento pœnitentiam. *cap. cùm aliquis.* 11. *quæst.*3. *& cap. si is qui.* 23. *quæst.*4.

Alia vero narrata, quæ absolutionis gratiam non respiciunt, sed potius merita causæ, non est necesse iustificare. *Achil. decis.*11. *n.*2. *&* 3. *de rescript.* & fuit dictũ in *Bononien. Canonicatus,* 2. *Februarij* 1593. *coram Card. Pamphilio seniore.* narrata enim, quæ non concernunt gratiam absolutionis non impediunt, quominus absolutio sit cõcedenda, vt *Rota* tenuit, tàm antiqua, quàm moderna, vt in *decis.* 532. *n.*4. *par.*1. *diuers. Bellam. decis.*600. *Cassad. decis.*12. *n.*15 *de præben. Caput. decis.* 57. *par.*2. & fuit dictum in *Conchen. Benef.* 10. *Maij* 1610. *coram Card. Sacrato,* & nouissimè in *Pampilonen. Parrochialis* 2. *Maij* 1644. *coram R.P.D. meo Peutingerio.*

22 Si quis autem narrasset se non fuisse vsum recursibus eius nomine habitis ad Iudices laicos, non sufficeret pro iustificatione allegare, quod vel non constaret, vel quod mandatum non censeatur datũ ad illicita, quotiescunque constaret saltem de tacita ratificatione, quæ retrotrahitur, & æquiparatur mandato, etiã in requirentibus speciale mandatũ. *Dec. in l. semper, qui non prohibet, n.*7. *ff. de reg. iur. Cagnol. ibidem, n.*15. *Surd. decis.*159. *n.*11. *& seqq. Rot. decis.*275. *n.*4. *par.*1. *recent.* etiam in delictis, *Natt. cons.* 142. *n.*4. *Honded. cõs.*38. *sub n.*4. *lib.*1. *Farinac. cons.*4. *n.*4 *adden. ad Buratt. decis.*301. *n.*20.

13 Ratificasse autem recursum eius nomine habitum censetur is, qui prouisiones regias retinuit penes se, & eas reproduxit in gradu appellationis; qui enim scripturam retinet, ratificare videtur. *Gabr. de præsumpt. concl.* 2. *Rota coram Gregor. decis.* 331. *n.*9. similiter qui scripturam produxit ratificare videtur. *Felin. in cap. cùm venerabilis, n.*22. *de except. Mohed. decis.*1. *de procur. Rota decis.*614. *n.*3. *par.* 1. *recent.* & in *Valent. pensionis* 31. *Ianuarij* 1600. impressa apud *Marches. de cõmiss. p.*1. *fol.*1130. *coram Litta.*

Et tunc etiam censetur quis ratificasse recursum, quan-

quando sciuit, & non renũciauit. *Caput.decis.53.n.1.& 6.& decis.58.par.1. Gregor. decis.525.n.10.adden.ad eũdem decis.336.n.15 littera A.*

Et quando quis ratificat omnia gesta nomine suo, coram quocunque Iudice Ecclesiastico, & sæculari, cẽsetur etiam ratificasse recursus. *Buratt.decis.536.sub n.3.* vers. *& ex mandato*, maximè quando nõ docetur coram Iudice sæculari, aliquid aliud præter recursum fuisse eius nomine gestum, & generalis ratificatio, quæ in vno tantũ verificari potest, habetur pro speciali, & indiuidua. *l.2.ff.de lib.& posthum.Curt.sen.consl.49.n.29. Surd.consl.267.n.28.& 29.* quod procedit etiam in pœnalibus, & quando agitur de incurrenda pœna. *Tiraq. de leg.connub.gloss.7.n.138. Surd. ibidem n.30.*

24 Quod autem mandatum non censeatur datum ad illicita. *l.si procurator, ff. de condict. indeb. Rota decis.29. n.2. post cons. Farin. par.2. & in recent. par.1. decis.602. num.4.*

Procedit quando mandatũ, seu ratificatio restringitur ad gesta coram Iudice competenti; secus quando in mandato, seu ratificatione non fit mentio de gestis coram Iudice competenti: quia tunc censetur ratificatus concursus, quando non constet de alijs gestis, eius nomine coram Iudice sæculari, ita sensit *Rota* in d. *Cæsaraugustana beneficij delinares 27. Aprilis 1644. corã Bichio.*

25 Item nota, quod absolutio ab excommunicatione à Rota dari non solet à sententijs latis in Curia, nisi parito iudicato. *Seraph. decis. 432, n.1. Buratt. decis.88. in fine.*

Et quando constat de paritione, debet absolutio dari. *cap. qua fronte, de appellat. cap. solet, de sent. excom. in 6. Rota in recentiss. decis.247. n.1. par.1.*

26 Et quamuis oblatio sola non sufficiat, quando agitur ad aliquid consequendum, quod à tertio aufertur, necessaria sit actualis solutio, vel depositum. *l.si à te, C.de pact. int. empt. & vend. Boer. decis.124. n.22. Cephal. consl. 207.*

27 Tamen ad effectum absolu-

ſolutionis, per quam nihil à tertio aufertur, pro ſufficiēti paritione, ſufficit ſola oblatio, vt animæ eius, qui abſolutionem petit, conſulatur. *Rota in recentiſſ. par. 1. d. deciſ. 247. n. 3.*

28 Et qui fuit excommunicatus ab AC. ob non ſolutam penſionem, abſoluitur præſtita idonea cautione de ſoluenda penſione ad omne mandatum Rotæ. *Mantic. deciſ. 212.*

29 Et ex quauis alia cauſa excōmunicatus ſi petat abſolutionem, vel ſimpliciter, vel ad cautelam, ſub prætextu quod ea vel ſit iniuſta, vel nulla, ſi pars non opponat, & ipſe pręſtet cautionē iuratoriam de parendo iuri, & de ſoluendis expenſis in caſu, quo apparuerit iuſtè excommunicatus, abſoluēdus eſt, ad *text.* in *cap. cùm contingat, de officio deleg.* & in *cap. qua fronte, de appellat.* ita dixit *Rota in nou. deciſ. 2. de ſent. excom.*

30 Sed ſi pars opponat de manifeſta calumnia, nō ſufficit cautio, & debet cognoſci negocium principale, & ſententia confirmari, vel infirmari. *cap. Romana*, *§. ſententias quoque, de appell. in 6.*

31 Quando autem excommunicatus, propter attentata commiſſa contra formā inhibitionis, petit abſolui, non abſoluitur, niſi purgatis attentatis, & parito iudicato. *Seraph. deciſ. 432. n. 2.*

32 Et exemptus ab ordinario, ſi fuit ab eo excommunicatus, non auditur petens abſolutionem; niſi aliqualiter doceat de exemptione. *Rota in nou. deciſ. 6. de ſent. excom.*

33 Et in caſu quo quis fuit excommunicatus ab A.C. à quo fuit appellatum, & cōmiſſa fuit cauſa appellationis cum clauſula parito, arbitrio Rotæ, & poſt inhibitionem fuit lata ſententia aggrauatoria; Domini dixerunt dandam abſolutoriam, vt per *Caual. deciſ. 544. n. 1. & per totam.*

34 At ſi quis fuerit excommunicatus pro contumacia, & veniat purgaturus contumaciam, & pars petat, quod ante omnia reficiat expenſas factas ratione contumaciæ, nō eſt abſoluendus niſi ſatisfecerit, vel dederit ſufficientem cautionem, vel pignora.

gnora. *cap.1. de Iud. cap. venerabilibus, de sent. excom. in 6. Rota in nou. d. decis. 2. de sent. excom.*

35 In diebus festiuis, & Sanctis datur absolutio vsque ad vltimã festiuitatem Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi, & Paschæ Resurrectionis, & inclusiuè cum reincidentia. *Caput. decis. 2. par. 1.*

36 Quando autem excommunicatus absoluitur cum clausula parito, si nõ pareatur, fit reintrusio, quæ an requirat causæ cognitionẽ, sunt opiniones hinc inde, vt per *Put. decis. 52. lib. 3.* Dic, quod debet cognosci, an fuerit paritum, & an sufficienter, & qua ratione, quoue impedimento parere nõ potuerit. Sic enim quando dicitur aliquem fuisse absolutum ex falsa causa, non debet reintrudi, nisi causa cognita. *Rota in nou. decis. 7. de sent. excom. Caput. decis. 1. n. 2. par. 1.* quod non procedit in sententia lata à canone: quia reintrusio fit ipso iure, in sentẽtia vero lata ab homine, non fit reintrusio, nisi causa cognita, vt mox dictum est, & ideo pars debet citari saltem domi, vt dictũ est sup. *cap. 11. n. 226.* & causæ cognitio requirit partis citationem, vt supra *cap. 2. n. 65.*

37 Nota pariter, quod absolutio ab excommunicatione etiam in dubio peti debet. *cap. illud, de Cleric. excomm. minis̃tr. Greg. decis. 331. n. 2.*

38 Et peti potest per procuratorem, cum mandato tamen speciali, siue ad illam petendam, siue ad opponẽdum de nullitate censurarũ. *Seraph. decis. 419. n. 1.*

39 Quæ petitio absolutionis probat excommunicationẽ, si non plenè, saltem præsumptiuè. *Ias. in l. 1. n. 4. ad fin. ff. de oper. nou. nunc. Couarr. in repetit. cap. Alma mater 1. par. §. 12. n. 1. circa med. de sent. excom. lib. 6. Greg. d. decis. 331. n. 4.*

40 Quod tamen non procedit, quando petitur ad cautelam; quia illam sic petens non fatetur se excommunicatum. *Rota decis. 5. de excep.* & post *cons. Farin. par. 1. decis. 55. n. 2.*

Nisi in precibus taliter factum narraretur, vnde resultaret excommunicationẽ fuisse incursam, vt post *cons. Farin.*

Etiam si dicant excõmunicationem nullam. *cap. veniens, il 2. de test.* & ibi *Felin. n. 4.*

Itaque inducturus in testẽ aliquem excommunicatum, qui sub prætextu nullitatis non curet absolui, potest pro eo absolutionem petere, quæ datur citata parte, quando alias veritas haberi non potest, ita tamen vt completo testificatu reincidat in excõmunicationem. *Felin. ibidem n. 26. & 27.*

49 Ante iudicium pariter, qui acturus est cum eo, qui legitimam personam non habet standi in iudicio, debet curare, vt detur tutor pupillo, vel curator minori, & prodigo, & furioso, qui actus dandi tutorem, vel curatorem, tanquam preiudicialis, requirit citationem partis, cui præiudicium fieri potest, vt latè dictum est supra *cap. 14. n. 400* cum sequen. & *n. 435. & seq.* & *n. 474. & 485.* & sequen.

50 Item ante iudicium debet curare is, qui acturus est cum forense, certum domicilium in loco iudicij non habente, vt ipse domicilium constituat vbi citari possit. Et Iudex parte instãte debet illum cogere ad eligendum, præuia tamen citatione. *Specul. in tit. de rescript. præsent. §. ratione autem causæ,* vers. *quid si non discernatur, Bar. in extrauag. ad reprimendum,* in verbo *per edictum, n. 15.* alias nemine instante Iudex non potest illum cogere. *Ias. in l. vniuersa, n. 2. C. de prec. imper. offeren.* de qua re plura vide superius *cap. 11.* sub vers. *citatio in qua domo fieri debeat, n. 373.* & sequentibus.

51 Sic etiam is, qui ante iudicium petit sibi alimenta, & sumptus litis subministrari, & taxari, debet citata parte docere de paupertate, & de bono iure. *Bisignet. decis. 2. de Iud. Afflict. decis. 11. Crauet. cons. 164. Couarr. pract. quæst. cap. 6. n. 6.*

52 Alimenta autem, & sumptus litis petere potest is, qui pauper est respectu rei de qua agitur. *l. fin. C. de ord. cognit. Seraph. decis. 426.* Item filius litigans, vel cum Patre super alimentis, vel cum eius hærede super hæreditate, vel exhæredatione. *l. si instituta, §. de inofficioso, ff. de inoff. test. Bisign. decis. 2. de Iud. Caput. decis. 18. & 20. par. 1. Afflict. d. decis. 11.*

53 Et hoc habet locum etiam in filio naturali, & in spurio, iuxta not. in *cap. cùm haberet, de eo qui dux. in vx. quam poll. per adult.* & censuit *Rota* in *Romana de Zambeccarijs* 4. *Maij* 1588. *coram Comitulo*, & in *Bonon. aliment. coram Penia* 23. *Maij* 1594. impressa apud *Marches. de commiss. par.* 1. *fol.* 1176.

54 Item vxor litigans cum marito, in prima instantia potest petere alimenta, & sũptus litis. *l. si cùm dotem*, §. *si autem in seuissimo, ff. sol. matr. Bal.* & alij in *l. quod in vxorem, C. de neg. gest.*

55 Item, & Monachus eiectus potest à Monasterio, etiam in prima instantia petere alimẽta, & sumptus litis. *Afflict. decis.* 10. *&* 11.

56 Istis autem denegarentur alimenta, & sumptus litis, si haberent aliunde, vnde se alerent, & litem sustinerent, hoc enim casu nõ debentur. *Bellam. decis.* 88. *n.* 3. *Mantic. decis.* 28. *n.* 3.

57 De alijs actibus, qui fieri solent ante iudicium, satis sit dicere, vnà cum *Baldo* in *l. ea quæ, n.* 8. *C. quomodo, & quando Iud.* quod citatio non requiritur in his, quæ præambula sunt citationi, sicut est in petitione veniæ. Item quando petitur bonorũ possessio, & in dandis apostolis, & quando prætor aperit edictum suum omnibus, tàm citatis, quàm non citatis, ex iuribus per eum allegatis.

De actibus, qui fiunt in Iudicio.

58 Omnes actus iudiciales requirunt partis citationem: quia, vt censeri possint iudiciarij, debent fieri cum interuentu trium personarum, Iudicis, Actoris, & Rei *cap. forus*, §. *in omni, de verb. signif.*

59 Quarum vna si non fuerit præsens, vel citata, non potest dici interuenisse. *l. de vno quoque, ff. de re iud.*

60 Et non potest dici actus iudiciarius, nisi fiat cum Iudicis decreto, quod fieri nequit absque causæ cognitione. *l. sed & si lege*, §. *prætor ait*, vbi *Bal. ff. de in ius voc.* quæ cognitio haberi non potest sine partis citatione. *l. fin. C. si per vim, vel alio modo*, & dictum est supra *cap.* 1. *n.* 31. & *cap.* 2. *n.* 65. & *cap.* 8. *n.* 269.

61 Et nullus actus dicitur in iudicio factus, qui sine citatione,

tione, & alicuius contradictione gestus est. d. *cap. forus, Menochius de retinen. rem.* 5. *n.* 148. *Caual. decis.* 480. *n.* 4.

62 Actus iudiciales, alij fiunt ad ordinandum iudicium, alij ad probandum intentionem partium, alij ad decidendum controuersiam, & alij ad exequendum iudicatum. *Specul. par.* 2 *tit. de præparat. iud. Ioan. Andr. in tract. de ord. iud.* vers. *acta iudicij. Marant. in specul. in proem. & par.* 5. *vers. & omnia fiant durant. instant. n.* 55.

De actibus, qui fiunt ad ordinandum iudicium.

63 Ad ordinationem iudicij fit citatio, libellus, satisdatio, litis contestatio, dilatio, publicatio processus, & conclusio in causa, quæ non debent prætermitti. *Io. Andr.* in d. *tract. de ordin. iud.* vers. *acta iudicij*, & vers. *processus iuris.*

64 Citatio, seu ad iudicium vocatio est principium causæ, ita quod per ipsam dicitur causa incœpta secundum ius Canonicum, vt in *cap. gratũ, de offic. deleg.* idcirco omnia, quæ fiunt sine citatione in præiudicium absentium non vocatorum, omnia sunt inualida. *cap. omnia, & cap. caueant*, 3. *quæst.* 9. *Io. Andr.* in d. *tract. de ordin. iud.* in vers. *citatio.*

Hinc citatio dicitur basis, & fundamentum, & principiũ cuiuscunque iudicij, & antecedens necessarium iuris experiundi. *l.* 1. *ff. de in ius voc. & §. vlt.* vers. *vtique enim in primis aduersarius, instit. de pœn. tem. litig.*

65 Et in causis quantuncunque summarijs, & cuiuscunque speciei, nunquam remittitur citatio. *Felin. in cap.* 1. *n.* 52. *de constit. Dec. in cap. dilecti, ante n.* 5. *de iud. Luc. Pet. in prax. Capitol. lib.* 4. *cap.* 1, *n.* 10. *tit. de caus. summar.*

Et citanda est pars etiã in iudicio agitando sine figura iudicij, & etiam si rescriptum sit Iudici, vt procedat prout voluerit. *Bar. in extrauag. ad reprimendum,* in verbo, *& figura. n.* 6. & citatio requiritur siue moueatur quæstio iuris, siue facti. *cap. sæpè*, & ibi *gloss.* & Doct. *de appellat. Gabriel. de citat. concl.* 1. *n.* 100. vers. *decimo octauo amplia.*

66 Aduerte tamẽ, quod quãtum ad quæstionem iuris, immediatè non est opus citatione: quia in hoc partis præ-

sentia nihil operatur, sed quãtum ad hoc, vt dispositio iuris habeat præiudicare parti, requiritur illius citatio, ex quo potest illi competere aliqua defensio ad declarationem, vel offuscationẽ illius dispositionis iuris, vt non habeat sibi nocere, ita declarat *Dec.* in d. *cap. sæpè, n.8. de appellat.*

67 Sed hic cadit dubitatio, si citatio est actus iudiciarius, & omnis actus iudiciarius requirit citationem, ergo ipsa etiam citatio requirit citationem, quod tamẽ videtur absurdum dicere; quoniam nunquam posset deueniri ad citationem, dum ea fieri nõ posset sine citatione.

68 Pro solutione aduertendũ est, quod prima citatio, seu vocatio quæ fit de aduersario ad iudicium est actus substãtialis iudicij, & fundamentũ ordinis iudiciarij, sine qua non valet ordo iudiciarius. *Specul. in tit. de citat.* in princ. est *tex.* in *cap. quoniam contra, de probat. cap. inter quatuor, de maior. & obedient.* §. *omnium, instit. de pœn. temp. litigant.*

Et in ius vocari litigatores adeo necesse est, vt aliter gesta nõ subsistant. *auth. si quis, C. de test. cap. si quis, eodem titulo*, & est de substantia cuiusuis actus iudicialis. *l. de vnoquoque, ff. de re iud.* nedũ si fiat à Iudice, sed etiã si fiat à Principe iudicialiter procedente. *Rolan. conf. 35. n. 1.* & sequen. & *conf. 53. n. 15. lib. 4.* de qua re latissimè dictum est supra *cap. 8. citatio an & quo iure sit necessaria, & quãdo tolli possit, vel omitti.*

69 Prima citatio ad iudiciũ, vt valeat, debet per Iudicem decerni, seu committi, & per nuncium intimari, & referri, & per partem reproduci, alias citatum non afficit, & non habetur pro citatione. *Bart.* in *l. hac autem, §. 1. ff. ex quib. cauf. in poss. eatur*, & in *l. si finita, §. Iulianus, col. 1. ff. de dam. infect. Alex. in l. fin. in princip. col. 4. Iaf. in 5. limit. ff. de eo per quem, Anchar. in Clem. 2. vt lit. pend. Felin. in cap. illud, col. penult. in 2. conclus. de præscript. Peregr. in tract. var. de Iud. lib. 2. n. 48.* & latè explicauimus supra *cap. 11. quæ requirãtur ad validitatem citationis, & de decreto citationis, & cap. 12. de instantia, executione, relatione, reproductione, & circũductione citationis.*

70 Decretum autem, & commissio

missio citationis, vel fit parte præsente, vel absente; si pars est præsens nõ requiritur alia citatio, cùm præsentia habeat vim citationis. d. *l. de vnoquoque ff. de re iud.* & latè dictum est supra *cap. 14. qui sint citandi, vel non*, & signanter *n. 57.* & sequen. & tunc actus dicitur iudicialis, & requirit causæ cognitionem, sin autẽ pars sit absens, tunc decretũ citationis est actus extraiudicialis, factus sine altercatione partis, vt supra declarauimus *cap. 10. n. 200.* & *cap. 11. n. 103*

71 Dico igitur, quod citatio est principium, & fundamentum ordinis iudiciarij, quando est facta cum dictis requisitis, d. *§. omnium, instit. de pæn. teme. litig.* & ab ea incipit ordo iudiciarius, & iudicium. non autem à commissione, seu decreto de citando. *Vestr. cap. vlt. lib. 7. n. 10. gloss. in d. §. omniũ*, & in *rubr. ff. de in ius voc.*

72 Vnde sequitur, quod qui obtinuit solam citationem à Iudice, antequam fuerit executa, non censeatur litem

73 mouisse. *Vestr. ibidẽ*, & ideo ad euitandam desertionem appellationis non sufficit in primo anno obtinuisse commissionem causæ, & solam citationem; nisi constet illam in primo anno fuisse executam. *Achil. decis. 11. de appell. Rota in recent. decis. 156. n. 3. par. 2. Greg. decis. 94. n. 2.*

Cessat itaque difficultas supra excitata: quia prima citatio si decernitur parte contradicente, censetur decreta parte citata, si decernitur parte absente, tunc illud decretum est extraiudiciale, atque non operatur, nisi postquam pars est vocata per nuncium exequentem, & quando tunc vocatur, nõ est necesse, quod antea fuerit vocata, & cùm illa sit prima vocatio, quod altera præcesserit fieri non posset, quia sic non esset prima.

74 Et pro hoc facit, quod vnus non est numerus, sed principium numeri, quod nullus alius numerus potest præcedere. *gloss. in l. si quis ante*, in verbo *solum teneat, ff. de acquir. possess.*

Citatio igitur est principiũ ordinis iudiciarij: quia in primis ad ordinandum iudiciũ, debet citari reus, vt veniat ad iudicium, sed an iudiciũ incipiat à citatione, vel litis contestatione, disputauimus

supra in *cap. 1. quid sit citatio, n. 13.* vers. *venio ad tertiam quaestionem.*

75 Reo postea veniente ad iudicium, libellus idest copia libelli ei offertur ab actore. *auth. offeratur, C. de litis contest.* ibi *offeratur ei, qui vocatur ad iudicium,* vbi *gloss. 1.* exponit scilicet *à Iudice, vel ab actore, vel ab alio, mandato Iudicis.* Qui libellus requiritur in scriptis, necessario inferens, & concludens *cap. 1. & toto tit. de libell. oblat.* in summarijs vero sufficit qualis qualis petitio. *auth. nisi breuiores, C. de sentent. ex peric. recitand. Papien. in forma act. real.* in verbo *qualis qualis petitionis. Clem. sapè,* & ibi *gloss.* in verbo *non exigat, de verborum significat.*

76 At in Romana Curia in Tribunali Auditoris Cameræ non offertur libellus, neque qualis qualis petitio; sed loco illius fit monitorium contra debitorem, seu detentatorē, vt soluat, seu dimittat, cum clausula si quis senserit se grauatum, quod seruit loco libelli. *Salust. Tib. in praxi. AC. lib. 2. cap. 7. n. 11.*

In Rota autem sufficit cōmissio, seu rescriptum loco libelli, ad *tex. in l. 1. C. quando libel. princ. dat. lit. cont. Cacher. decis. 1. n. 4.* & secundum practicam Rotæ eadem die, qua ferenda est sententia, formatur petitio secundum deducta, & probata, & super tali petitione sententia formatur. *Paris. cons. 76. n. 11. vol. 1. Caput. decis. 264. n. 3. par. 2.*

Et ita libellus, seu rescriptū, commissio, vel monitorium, non est primus actus necessarius ad ordinandum iudiciū, sed secundus. *l. libertus aduersus patronum, ff. de in ius voc.* ibi, *neque enim, qui libellum Principi, seu Præsidi dat, in ius vocare videtur patronū. Lanfranc. in cap. quoniam contra,* in verbo *citationes,* in princip. *de probat. Gomes. in cap. 1. de rescript. num. 23.*

Sine libello consistere nequit iudicium ordinarium, quod offertur ad effectum, vt reus conuentus possit deliberare, an velit cedere, vel contendere. *l. libellorum, ff. de accusat. l. 1. ff. de eden. l. edita, C. eodem;* ad istum actum necessaria est citatio, vt reus possit contradicere, & citatio ita concipitur, ad viden. productionem libelli, dicendum contra, admitti, & respondēdum

dum illi, & reus excipit generalia contra, & petit copiã prout ita seruatur in Curia Capitolina. *Luc. Pet. in praxi, lib. 2. cap. 2. n. 4.* & etiam protestatur, non animo tamen litem contestandi, quæ cuius sit effectus, vide *Bisign. decis. 1. de lit. contest.*

In Curia AC. vbi loco libelli fit monitorium, non requiritur alia citatio: quia in eodem monitorio apponitur clausula, si quis sẽserit se grauatum, compareat, recepturus complementum Iustitiæ, quæ est propriè citatio, vt dictum est supra *cap. 2. de monitorio, an & quando habeat vim citationis, n. 6.* & sequen. & ideo dicitur, quod monitorium per comparitionem resoluitur in vim simplicis citationis; sed si debitor monitus non compareat, videtur debitum fateri, sicut etiam monitus possessor ad dimittendum possessionem, censetur fateri iniustam detentationem. *Abbas in cap. ex parte, de verbor. signif. Alex. & Las. in l. de pupillo, §. meminisse, ff. de nou. oper. nunc. Vestrius lib. 7. cap. 1. n. 3.* vbi *adden. num. 21.*

In Rota, & coram alijs Iudicibus commissarijs, vbi cõmissio stat loco libelli, seu petitionis, requiritur citatio, ad dicendum cõtra commissionem in actis præsentatam, & iuxta illius formam videndũ mandari procedi, & inhiberi, non enim sufficit, quod sit præsentata, nisi subsequatur citatio ad dicendum contra, vt illam possit impugnare. *Rota diuers. decis. 191. n. 3. p. 3. lib. 3. Greg. decis. 127. n. 1. & 137. n. 1. Coccin. decis. 319. num. 7.*

77 Tertium actum ordinatorium iudicij, diximus esse satisdationem, idest de stando iuri, seu de iudicio sisti, quam iura volunt à reo præstari, vt sic assecuret iudicium: quia alias posset fugere, & iudiciũ eludere, cùm reorum sit fugere, iuxta *l. properandum, §. sin autem reus, C. de Iud. Bar.* & alij in *l. sciendum, ff. qui satisd. cog.* & propterea possidens immobilia non tenetur satisdare, quia cessat suspicio fugæ. d. *l. sciendum,* & ibi omnes not. *Maran. de ord. iud. par. 6. 8. membr. de satisd. n. 2.*

Sed quicquid sit de iure, tamen de consuetudine reus non tenetur satisdare de iudicio sisti, *gloss.* & *Doct.* in §. 1. *instit.*

instit. de satisd. & hæc cautio recessit ab aula, & reus non tenetur assecurare iudicium. *Rota in recent. decis.* 326. *n.* 4. *par.* 2. vbi refertur idem in alijs causis decisum fuisse.

78 Quia tamen in multis casibus quis tenetur cauere, tot. tit. *ff. qui satisd. cogan.* & *ff. de satisd. tut. & cur.* & *instit. de satisd.* Satis erit hic adnotare, quod ad hunc actum citãda est pars: quia receptio, & approbatio fideiussoris requirit causæ cognitionem. *l. si ab arbitro*, §. *qui ex causa*, *ff. qui satis. cogan.*

79 Et causæ cognitio haberi non potest sine partis citatione. *l. in causæ*, §. *causa cognita*, *ff. de minor. l. si deserta*, iuncta *gloss.* in verbo *præsente eo*, *C. si propter public. pensit.* ita *Romanus cons.* 72. *n.* 2. *Sylvest. Aldobrand. in add. ad glossam* 1. §. *fin. instit. de satisd. tut. vel curat.*

80 Et propterea si fideiussor minus idoneus recipitur à Notario, seu approbatur à Iudice parte non citata, ad interesse partis tenetur Notarius, qui ex se illum recepit, vel Iudex qui illum recipi mandauit, excusso tamen prius ipso fideiussore. *l.* 1. §. *sciendum*, *ff. de magistr. conuen.* nisi probaretur per testes, quod fideiussor de tempore receptionis fuisset idoneus, vel pro idoneo communiter reputatus. *l.* 1. §. *si magistratus*, & *l. quoad hæredem*, *ff. de magistrat. conuen. Rota in recentiss. par.* 1. *decis.* 60. *n.* 3. vel constaret, quod illo tempore possideret bona immobilia. *l. sciendum*, *in princ. ff. qui satisd. cogan.* quamuis ea essent subiecta fideicommisso. *Ias.* in *l. ferendum*, §. *si fundus*, post princ. vers. *dico*, *ff. qui satisd. cogant.* & ibi *Ang.* vers. *dico etiam, quod rogatus*. *Rota post cons. Farin. par.* 2. *decis.* 45. *n.* 2. vbi sub *n.* 3. firmatur, quod citatus ad videndum excarcerari attenta fideiussione, de qua in actis, si non contradicit, censetur approbare, & notarius non tenetur, etiã si in citatione non fuerit expressum nomen fideiussoris, quia sufficit expressio per relationem ad acta, vt *n.* 4.

81 Litis contestatio est alter actus substantialis, & ordinatorius iudicij ordinarij, quæ si omittatur, totus processus corruit, *gloss.* in *cap. dudum*, *il* 2. *de elect. Bar. in l. prolatã*, *C. de sent.* & sine litis contestatio-

ſtatione non proceditur ad teſtium receptionem, neque ad diffinitiuam. *cap. 1. ut lite non conteſt.* in iudicio autem ſummario,& cauſis ſummariè tractandis nõ exigitur,neque fit litis conteſtatio. *Clem. ſæpè, de verb. ſignific.* vbi *gloſſ. Card. & alij, Maran. de ord. Iud. par. 6. membr. vltim. de lit. conteſt. n. 2.*

82 Sed vim litis cõteſtationis obtinet primus actus,quo Iudex incipit cognoſcere de meritis cauſæ. *Roman. conſ.* 164. *Bar.* & *Bal.* in *l. nulla,* & in *l. nihil, C. de procurat. Felin. in cap. olim de accuſ.* & in *cap. exceptionem, col.* 5. verſ. *tertio intellige, de except. Maran. d. n. 2. & n. 9.*

83 Declarat an quis poſſit præcisè compelli ad conteſtandum litem,& ſub *n.* 15. ponit, qui ſint effectus litis conteſtationis, adde *Io. And.* in d. *tract. de ord. Iud.* in verbo *effectus litis conteſtationis.*

84 Alter actus iudicij ordinatorius,eſt dilatio, quam dare, vel negare, non eſt in poteſtate Iudicis. *l. 1. C. de dilat.* & quando aduerſarius negat eam dari debere, non debet dari, vel denegari, niſi cauſa cognita parte vel preſẽte, vel citata. *l. à procedere, C. de dilat.*

85 Abſenti tamen poteſt dari dilatio, ſed non currit, niſi à die quo fuit intimata,& dies intimationis non imputatur. *Maran. par. 6. act. 3. de dilat. n.* 14. *Menoch. de arbitr. Iud. caſu* 185. *n.* 35. *lib. 2. cent. 2.*

86 Et de iure communi omnis dilatio eſt arbitraria Iudici, qui habito reſpectu ad diſtantiam loci, ad qualitatem perſonarum, & cauſæ, poteſt breuiorem, vel longiorem dilationem cõcedere. *Specul. in tit. de citat.* §. *nunc de temporum. in fin.* & in §. *fin.* & eſt *tex.* in *l. 1. C. de dilat. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. caſu* 52. *per totum.*

87 Hinc Iudex an poſſit moderari dilationem, etiã parte abſente, vide per *Innoc.* in *cap. ad petitionem, n. 3 de accuſat.* debet tamẽ intimari moderatio, iuxta prædicta. abbreuiando enim priorem dilationem dat minorem terminum, qui non currit niſi à die intimationis, adde *Caputaq. deciſ.* 58. *n. 9. par. 3.*

Et quamuis dilatione pendente conquieſcat officium Iudicis. *l. ſiue pars, C. de dilat.* tamen eidem Iudici arbitrarium eſt, ex cauſa reuocare huiuſ-

huiusmodi dilationes. *l. quod iussit, vbi Bar. n. 5. ff. de re Iud. Rota in recent. decis. 582. n. 1. par. 1.*

88 Et in Curia in actu prolationis sententiæ fit reuocatio omnium dilationum, etiam parte non petente, & per solum Notarium, vt per *Vestr. in praxi, lib. 7. cap. 1. n. 15.* & 16. & seq.

Quod intelligit Rota verũ esse ad effectum, vt sententia valeat non autem ad effectũ inualidandi probationes postea factas. *Greg. dec. 327. n. 12*

89 Publicatio processus, an sit de substantia iudicij, vel de iustitia, controuersia est. tenet *gloss. fin.* in *l. prolatam, C. de sent. & interloc. om. Iud.* quod sit de substantia, ita vt sententia lata publicatione processus testiumque non facta, sit nulla tanquam lata cõtra ordinẽ iudiciorũ. d. *l. prolatã*.

Sed cõmuniter tenent Doctores, quod sit de iustitia, ita vt illa omissa non vitiet processum, nec sententiam, tanquam lædens potius ius partis, quàm ordinem iudiciorum peruertat. *gloss.* in *cap. fin. §. cessante*, in verbo *iudicijs, de haeret. lib. 6. Abb. in cap. cùm I. & A. de sententia, & re iud.* nisi tamẽ vna pars publicationem petat, & à denegatione appellet. *Rota in antiq. decis. 1. de re Iud. Maran. de ord. Iud. par. 4. distinct. 9. n. 22. Gail. obseruat. lib. 1. obseruat.* 105. *n. 1.*

90 In summarijs tamen iudicijs processus publicatio non requiritur, *Maran.* vbi supra, & *Rota* non curat publicationem testium, prout nec suprema tribunalia. *Guid. Pap. quæst. 586. Gregor. decis. 535. n. 11. Farin. de testib. quæst. 75. n. 6.* & sequentibus.

91 Sed quantum ad rem nostram attinet, hic actus fieri non potest, nisi partibus præsentibus, vel altera parte citata, & contumace, alias non valet. *Io. And. in tract. de ord. Iud.* vers. *de publicat. testium. Maran. de ord. Iud. par. 6. act. 11. n. 1. de process. publicat.*

92 Conclusio etiam in causa, an sit de substantia iudicij, ita quod omitti nõ possit, dubitatur; sed *Doct.* in d. *cap. cùm I. & A. & de re Iud.* & in *Clem. sæpè, §. quia, de verb. significat.* tenent, quod non sit de substantia, sed potius ex quadam consuetudine, ita vt si non fiat, non vitietur processus. *Maran. de ord. Iud. par. 6. act. 15.*

15. *n.* 9. *Gail. lib.* 1. *obseruat.* 107. *n.* 1. sed quod in prophanis sit actus necessarius, non autẽ in beneficialibus, tenuit *Rota in nou. decis.* 1. *de testib.* & quod in summarijs non requiratur, tenent omnes in *Clem. sæpè, de verb. significat. Maran. d. actu* 15. *n.* 9. *in fine.*

93 Iste actus concludendi in causa vbi requiritur, operatur vt partes vlterius non admittantur ad probandum: conclusio enim idem significat, quod renunciatio omnibus probationibus, & defensionibus producendis. *gloss.* in *cap. cùm dilectus, de fid. instrum. Maran. d. actu* 15. *n.* 1. & dictũ est supra in *cap.* 6. *n.* 5.

Vnde sequitur vt iste actus non possit fieri, nisi partibus præsentibus, vel altera citata, & non comparente; est enim actus præiudicialis, cui vna pars potest contradicere, & proponere causam rationabilem, quare non esset concludendum in causa. *Io. And. in d. tract. de ord. Iud.* vers. *terminus ad concludendum in causa.*

In Romana Curia ordinãtur iudicia singulari modo ex Summorum Pontificum Cõstitutionibus.

94 Vrbanus V. vt in Curia celerior finis litibus imponatur, & ne diutius partes fatigentur litibus, & expensis, ad *tex.* in *cap. fin. de dolo, & contum. cap. vt litigãtes, de off. ord. lib.* 6. adinuenit quosdã terminos substantiales, pro substantia, & ordine iudiciorum seruandos, vt testatur *Rota in nou. decis.* 2. *de rescript.* qui termini sunt decem, ad dicendum contra commissionem, libellandum; respondendum libello, litem contestandum, articulandum, dicendũ contra articulos, producendum omnia, dicendum contra producta, ad declarandum, & iurandum de calumnia, & sanè conueniens nõ erat, vt à Curia Romana protinus exularet iudiciarius ordo, cuius auctrix fuerat Romana iuris prudentia: sunt enim omnia iudicia formalia de iure ciuili Romanorum, quod eis ordinem præscripsit, & formam, vt not. *instit. de obligat.* in princ. *Bal.* in *l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur.* in princ. & *n.* 11. circa fin.

Martinus V. quia sæpius ambigebatur, qui nam termini forent ita substantiales, & necessarij, qui omitti non possunt absque sentẽtiæ nullitate,

litate, & quanta pro illis dari deberet dilatio, in sua *Constitut.* 5. quam edidit pro reformatione Rotę, & Curialiũ, quę est in *Bullario nouo tom.* 1. *fol.* 255. ordinauit, quod in causis, in quibus de iure, vel alias per rescriptum, siue per cõmissionem proceditur sũmariè, talis ordo seruetur. videlicet, quod in prima instantia causæ principalis, terminus ad libellandum seruetur ad primam diem, ad iurandum de calumnia ad primam diem, ad articulandum ad duodecimam, ad dicendũ contra articulos ad secundã, ad producendum omnia ad secundam, ad dicendum cõtra producta ad secundam, ad declarandum ad primam, ad dicendum contra ad primam, vt in eadẽ *Constit.* §. 19.

In secunda autem instantia mandauit seruari terminũ ad libellandum ad primam diem, ad articulandum ad octauam, ad dicendum contra ad primam, ad producendum omnia ad primam, ad dicendum contra ad primã, ad declarandum ad primam dies, vt in §. 20. In tertia autem instantia statuit similes terminos, qui in secunda seruantur instantia ad primam diem, præter terminum ad articulandum, quem seruari mandauit ad sextam diem, vt in §. 21.

Ex prædictis terminis declarauit, quod quatuor censeantur de substantia existere, videlicet terminus ad articulandum, ad dicendum contra articulos, producendum omnia, & dicendum contra producta, ita quod ipsorum alicuius omissio reddat eo ipso processus nullos; aliorum vero terminorum, seu alicuius omissio, dum tamen malitiosè non fiat, sed casualiter, processus non vitiet, vt in §. 22.

In causis autem ordinarijs, in quibus proceditur in figura iudicij, ordinauit idem Martinus V. quod seruentur termini secundum stylum tunc consuetum, præterquã in terminis ad respondendũ libello, & ad iurandum de calumnia, qui seruentur ad primam diem, & in termino ad articulandum, qui in prima instantia, tàm ex parte actoris, quàm rei seruetur ad decimam quintam diem, vt in §. 23.

In secunda vero instantia simi-

similiter ad respondendum libello ad primam diem, ad iurandũ de calumnia ad primam diem, ad articulandum ad octauam; reliqui vero termini seruentur prout secundum stylum antiquum, & solitum obseruari, vt in §.24. In tertia vero instantia seruentur omnes termini ad primã diem, secundum quod consueuit antiquitus obseruari, vt in §.25. Et quia tunc inualuerat vsus, quod procuratores in terminorum obseruatione, dicebant se dare libellum, & articulos, verbo, & dicere contra verbo, & ita seruabant omnes terminos, & tunc quãdo debebat pronunciari sententia, incipiebant processus, & dabant articulos, & cætera faciebant realiter, quæ dixerant verbo, ideo idem Martinus sic moderandum duxit, quod procuratores ipsi post terminum ad dicendum contra producta, & ante terminum ad declarandum producere tenerentur articulos facto. Et omnia, quæ de iure voluissent, & potuissent, vt in eadem *Constitutione* 5. in §.26.

95 Innocentius Octauus in sua Constitutione 13. in *Bullario nouo, lib.*1. *fol.*386. ad tollendas disputationes, an termini substantiales essent benè seruati, vel ne, statuit, vt Auditores Rotæ ad reiterationem terminorum nulliter, vel malè obseruatorum, partes, seu collitigantes, eorumue procuratores admittant, vt in ea in §.5. Pius IV. in sua Constitutione 59. in *Bullario nouo, lib.*2. *fol.*85. voluit, vt quilibet Iudex in quibuslibet causis coram eo introductis, & introducendis, & etiam Auditor Rotæ in causis extra Rotam cõmissis, possint omnes terminos substantiales in vim cõmissionis, à fœl. recor. Innocẽtio Papa Octauo, quã ad omnes Iudices, & etiam Auditores in causis præmissis extendit, absque alia commissione reiterare, vt in eadẽ *Constitut.* §.9.

96 Et ita in Romana Curia ordinatur iudicium cũ duplici citatione, vna ad terminos substantiales, altera ad reiterationem terminorum.

Quæ citationes nisi fierent, sententiæ nullæ essent, tanquam latæ contra ordinem iudiciorum. *l. prolatam, C. de sent. & interloc. om. Iud.* Sic etiã iuris ordine prætermisso execu-

executio facta est nulla. *l.* 1. *C. de execut. rei Iud.*

Imò in causis etiam, quæ Summi Pontificis iudicio deciduntur, & ordo iuris, & vigor æquitatis est subtiliter obseruandus, cùm in similibus casibus cœteri teneãtur similiter iudicare, nisi fortè cùm aliquid dispensatiuè duxerit statuendum. *cap. in causis, de sent. & re Iud.* & propterea nequeũt delegati Papæ peruertere iuris ordinem, quinimo si verba rescripti viderentur esse contra iuris ordinem, nõ tamen recedi deberet à iure. *cap. exhibita*, iuncta *gloss.* in verbo *peruertendo, de Iud.* & vbi contraria voluntas Papæ non apparet, delegatus debet iuris formã seruare. *cap. ex parte, il* 2. *de off. deleg.* & rescripti ordo interpretationem recipit à iure communi. *cap. causam, quæ de rescript.*

De actibus, qui fiunt ad probandum partium intentionem.

Et primo per euidentiam facti, quando citationem exigant.

97 Probatio fit pluribus modis, per euidentiam facti, per confessionem partis, per iuramentum, per instrumenta, per testes, parte tamen præsente, vel citata, vt infra.

Per euidentiam facti, hoc est per inspectionem oculorũ, quæ multũ operatur, vt not. *gloss.* in *l. satisque pœna*, in verbo *conspiciatur, ff. de in ius voc.*

98 Quando Iudex vult per se inspicere, & accedere, seu visitare locum differentiæ, debent partes citari ad concordandum de die, ad interessendum, & informandũ, alias accessus esset nullus; quia visitatio esset facta absque causæ cognitione. *Castr. cons.* 412 *visis punctis*, per tot. *lib.* 2. & per partis præsentiam Iudex potest melius informari. *Bar.* in *l. qui bona*, *§. huic stipulationi*, *n.* 2. *ff. de damn. infect. Hier. de Monte, de finib. reg. cap.* 30. *n.* 2. & *cap.* 31. *n.* 2.

99 Et quando Iudex vult mittere agrimensorem ad mensurandum, debet illum deputare citata parte. *Hier. de Monte, d. cap.* 30. *n.* 6. & *cap.* 31 *n.* 1. qui deputatus agrimensor, poterit suum officium exercere, citatis tamen partibus, siue vadant, siue non.

Abbas

Abbas in *cap. quia indicante*, *n.6. de præscr. Hier. de Monte*, *d. cap.31. n.4.*

100 Postquam autẽ agrimensor mensurauit, potest suam relationem facere, absque alia partium citatione, sicut etiam nuncius sine citatione potest relationem facere. *Bar. in l. Theopompus, n.10. ff. de dot. præleg. Felin. in cap. quia indicante, col. 1. de præscript. Gabr. de citat. concl.1. limit.55. num.418.*

Sic etiam calculator, postquam fuit deputatus citatis partibus, & ab illis informatus, potest suam relationem, absque partis citatione facere. *Bar. in l.2. §. quid de frumentaria*, & ibi *gloss. ff. de administr. rerum ad ciuit. pertin. Maran. in Specul. p.6. memb.1. de citat. n. 24. Gabr. de citat. concl. 1. n.419.*

101 Et quãdo aliquis officialis pro redditione computorum, cõsignat suos libros aliquibus, ad calculandum deputatis, illi possunt contra illum officialem etiam non citatum, secundum formam librorum pronunciare. *Bar.* in *d. l.2. §. quod si de frumentaria, ff. de adm. rer. ad ciuitat. pertin. Gabr. d. concl.1. n.455. limit.72.* ratio est, quia ex quo quis assignat libros suos, in quibus sunt descripta omnia, scilicet introitus, & exitus, nõ potest habere aliã defensionem; & ideo non est citandus. *Abb.* in *cons.68. n.4.* circa fin. *lib.2.*

102 Nota distinctionem, quod semper pars est citanda, etiã si æstimatio, vel calculus fieri debeat per peritos, seu arbitratores extraiudicialiter electos, quando pars posset illos trahere in suam sententiam. *Bar. in l. Theopompus, n.9.* vers. *quando statur eius declarationi, ff. de dote præleg.* & in *l. qui bona, §. fin. n.2.* vers. *sed ante, ff. de dam. infect. Curd. cõs.452. n.35. Buratt. decis. 56. n.1.* & *decis.70. n.1.*

Ratio est, quia cognitio etiã extraiudicialis non potest haberi sine partium præsentia, vel citatione. *l. fin. C. si per vim, vel alio modo, Cresc. decis.2. n.3. de arbitr.*

At quando pars verisimiliter non posset trahere peritum, seu arbitratorem in diuersam sententiam, tunc citatio partis non est necessaria. *l. lex quæ, ff. de administr. tut. Bal. cons.64. n.1. lib.3.*

Sed quando hoc erit verisimile?

simile? Dic, quod quando peritus locum visitat, vel mẽsurat, vel libros videt, tunc pars citata posset illum informare, & trahere in diuersam sententiam.

103 Quando autem peritus fuisset plenè informatus, & inter partes præsentes, vel citatas fuisset discussum negocium; tunc postea verisimiliter pars citata ad videndum referri, non posset illum trahere in diuersam sententiam. ex pluribus allegatis per *Burat. d. decis.* 70. *n.* 1. *&* 2.

104 Item quãdo calculus deberet fieri super libris scriptis ab alio, quàm ab eo, qui rationem reddere tenetur, is citatus posset calculatorẽ in diuersam sententiam trahere, & contra librum à se non scriptum plura opponere. at si deberet fieri super libris ab eodem scriptis, non esset verisimile, quod ei competeret alia defensio, & quod in diuersam sententiã posset trahere calculatorem. ita *Abbas* in d. *cons.* 69. *n.* 4. *in fin. lib.* 2.

105 Et hæc procedunt in electo extraiudicialiter; sed quãdo peritus est electus iudicialiter, pars debet citari, tàm in deputatione, & discussione negocij, quàm etiam in facienda relatione, vt latè dictum est supra in *cap.* 8. *n.* 338. & sequen. & *n.* 345.

Quando duo primi periti hinc inde electi sunt discordes, deueniendũ est ad electionem tertij, citata tamen parte. *l. item si vnus, §. pen. ff. de recept. arbitr. cap. innotuit, eodem tit.* & vtrobique *Doct.* notant *Buratt. decis.* 58. *n.* 1.

106 Sed quando tertius discordat à duobus, an illi sit standum, an vero sit deueniendum ad aliorum electionem, sunt opiniones hinc inde.

Quod illi non sit standũ, sed alij sint eligendi, tenet *Gabr. cons.* 168. *n.* 106. *lib.* 1. ex alleg. per eum, & secuta fuit Rota coram *Buratto decis.* 56. *n.* 5. & ibi *adden. littera C.*

In contrarium, quod sit standum tertio etiam discordanti ab alijs, tenet *gloss.* in d. *l. item si vnus, §. principaliter*, in verbo *authoritati, in fin.* vers. *vel potest dicere*, & ibi *Bar. n.* 3. vers. *dicit tamen gloss.* & ibidẽ *Bal. in fin.* vers. *in glossa, ff. de recept. arbitr.* & tenuit *Rota* coram *Seraphino decis.* 1494. *n.* 1. & coram *Man-*

Manzanedo in *Romana Salviani interdicti*, 11. *Ianuarij* 1610. quæ est *decis.* 25. inter impress. *post Pacif. de Saluiano*. Iuxta vltimam impressionem, & coram *Vbaldo, die* 11. *Ianuarij* 1611. quæ est *decis.* 294. *n.* 2. *in recent. par.* 1. & coram eodem *Vbaldo* in *Romana Mercedis*, 14. Nouẽbris 1611. quæ est *decis.* 354. *n.* 1. *par.* 1. *recent.*

Pro concordia dic, quod opinio glossæ, quod tertio sit standum, etiam in discordia duorum, est magis communis, vt testatur *Gabr. de arbitr. concl.* 1. *n.* 3. & dicta *decis.* 56. *Buratti*, illud dixit incidẽter, dicens accedit, quod æstimatio tertij, &c. absque eo, quod in illa causa fuerit hic articulus discussus, & prædictæ decisiones contrarium firmantes; fuerint consideratæ, & allegatæ.

Et *decis. Caualerij* 527. *n.* 1. allegata per *addentes ad Buratt.* in dicta *decis.* 56. approbat quidem eandem Buratti decisionem, non tamen in hoc articulo, quem tetigit incidenter, sed in eo de quo principaliter agebatur, quod æstimatio non potest fieri ab arbitro, siue æstimatore, sine citatione, vel præsentia partis, vt in ea.

Dic etiam, quod quatenus tertius referat in maiori sũma, & possit in minori summa concordari cum vno ex duobus, illi stabitur in ea minori summa, quia in maiori summa inest minor. *l.* 2. *§. si stipulanti, ff. de verbor. oblig.* & ibi *Imol. n.* 2. & *Alex. n.* 10. *ff. de rei vend. l. diem proferre, §. si plures arbitri*, & ibi *gloss.* in verbo *consenserit, ff. de arbitris*, quod si neutra pars contenta esset, ad aliam electionem parte citata deueniretur, ita declarauit *Rota* in *Bononien. pecuniaria, de Palleottis*, 4. *Maij* 1611. & in *Romana consignationis sequestri*, 22. *Maij* 1620. coram *Sanct.^{mo} D. N. Innocentio X. tunc Rotæ Auditore*, adde in hac materia *Surdum cõs.* 452. *n.* 59. 65. *&* 66.

107 Per aspectum etiam corporis fit probatio, quando agitur an puella sit deflorata; ea enim committitur inspicienda matronis peritis, & probis. *cap. propofuisti de prob.*

Item, quando agitur an mulier sit prægnans, ad quã ex decreto Iudicis mittendæ sunt quinque mulieres, quæ

simul inspiciant, sed inuita muliere ventrem non tangát. *l.1.§. de inspiciendo ventre,* & *§. quamuis, ff. de ventre inspic.*

Item, quando dubitatur an quis sit impubes. *cap. puberes, de despons. impub.* & an quis sit maioris, minorisue ætatis, vt in *l. minor 25. annis, ff. de minor.*

Item, quando dubitatur an vulnus sit læthale, quia tunc statur assertioni Medicorum. *cap. ad aures, de ætat. & qualit. l. septimo mense, ff. de stat. hom.*

In quibus casibus necessaria est citatio partis, quæ posset actui contradicere, & opponere contra personas eligendas. *l. de vnoquoque, ff. de re iud. cum alijs.*

DE ACTIBVS, QVI FIVNT ad probandum per confessionem partis, an requirant citationé.

108 Vt habeatur cófessio partis, quæ superat omne genus probationis. *l. cùm te, la secúda, C. de transact. l. 1. ff. & C. de confess.* Duo actus fiunt in iudicijs, vnus per Iudicem, alter per partem.

109 Iudex solet ex officio, parte tamen instante, alterá interrogare, an possideat, & quo iure, an emerit, & à quo, an sit hæres, & pro qua parte, & alias similes interrogationes, quas dicunt præparatorias, facere, interrogatiuè tamen, non positiuè. de quibus habetur in tot. tit. *ff. de interrogat. act. Io. Andr. in d. tract. de ord. iud. tit. de interrogationibus in iudicio faciendis. Maranta in spec. par. 6. memb. 7. n. 1.* & sequen.

Ad hunc actum requiritur citatio partis ad contradicendum, & respondendum: quia in multis casibus quis non tenetur respondere. *Maran. d. memb. 7. n. 4.* vsque ad fin. vbi duodecim enumerat.

Et vbi de iure quis respondere tenetur, & iussus respódere recusat, Iudex pronunciat interrogatoria, seu præparatoria pro confessatis. *cap. fin. in fin. de iur. cal.*

110 Pars quęlibet volens releuari ab onere probandi per aduersarij confessioné. *l. eum qui.* primo responso, *ff. de iureiur. cap. 1. de confess. lib. 6.* dat positiones *cap. prout, de dol. & cont. cap. vn. de lit. contest. Specul. tit. de posit. §. 3. nu. 3.* vers. *fiunt autem positiones.*

Ad

Ad istum pariter actum requiritur citatio partis ad dicendum contra positiones, & respondendum singulariter singulis per verbum credit, vel non credit.

Potest enim citatus se defendere, & allegare positiones nō esse admittendas, velut criminosas, obiectiuas, captiosas, & obscuras, & quouis alio modo impertinentes, & non admissibiles. *Io. Andr. in d. tract. de ord. iud. tit. de posit. Maran. in speculo, par. 6. act. 4. de posit. seu articulorū product. Vestr. in prax. lib. 5. cap. 14. de positionibus artic. & cōpuls. partis ad respond. singulariter singul. Specul. in tit. de posit. §. 7.*

111 Responsio debet fieri cū iuramento, & non debet esse confusa; sed distinctè ad quēlibet petitionem est respondendum. Et quælibet positio debet esse formata positiuè, seu assertiuè, non autem interrogatiuè, alias pars non tenetur respondere: is enim qui ponit, fatetur, non autē qui interrogat. *gloss. in cap.* 1. in verbo *statuimus, in fin. de confess. in 6. Rota in recentiss. decis.* 217. *n.* 2. *par.* 2. dum enim pars, quæ dat positiones vult releuari ab onere probandi, ita etiam æquum est, vt ipse ponens per suam confessionem releuet aduersariū ab onere probandi, ad hoc ne iudiciū claudicet. *Maran. d. par. 6. act. 4. n.* 13. & hac ratione positiones debent produci in actis parte citata, & cum iuramento, parte tamen petente, vt inducant partis ponētis confessionē, & astringant alteram partem ad respondendum. *cap. præsentiam, de testibus, lib. 6. Granat. ad Vestr. lib. 5. cap. 14. n. 16. & 17.*

112 Sufficit autem responsio per verbum credit: quia verbum credo, prolatum à principali, est expressiuum veritatis. *Bal. in l. 1. in fin. C. de fal. caus. adiec. leg. Specul. in tit. de posit. §. 6. vers. hoc tamen. Maran. d. actu 4. n. 14. Grauat. d. cap. 14. n. 15. & 28.*

Et ad euitandam falsitatē omnino, non sufficit responsio, non credit, vt ponitur, quamuis positionibus respōdens excusari debeat à periurio. *Rota post cons. Farin. decis. 34. n. 1. & 3.* & per tot. *par. 2. Grat. discept. forens. cap.* 109. *n.* 14. & seq. sed tutius est addere copulam, & facere duplicem orationem, & ita respondere, non credit, vt

ponitur, & ad effectum, seu nec ad effectum, ad quem ponitur. *Rota diuers. par. 4. decis.846. n.2. Adden. ad Greg. decis.282. n.10.*

113 Quando autem quis non respõdet positionibus, illæ p Iudicem pronunciantur pro confessatis. *cap.2. de confessis, lib. 6.* Rota autem non admittit hunc stylum pronunciandi positiones pro confessatis, sed monet partem ad respondendum sub pœna excõmunicationis, vt per *Vestr. in praxi, lib.5. cap.14. n.4.* nec attendit huiusmodi fictas cõfessiones. *Greg. decis.460. n.14*

Imò, vt dispositio prædicti *cap.2. de confess. lib. 6.* habeat locum, debent tria concurrere, primò, quod quis sit iussus in præsentia, non per nunciũ. secundò, quod contumax non possit suam contumaciã excusare. tertiò, quod positiones sint lectæ, & datæ intelligi, seu benè explicatæ. ita post *Bald.* quem allegat. notat *Franc.* in d. *cap.2. n.9. de confess. lib.6.* quem sequitur *Rota*, vt per *Seraph. decis.408. n.4.* & *adden. ad Greg. d. decis. 460. n.18.* referũt plures alias decisiones *Coccin. decis.* 470. *num.6.*

114 Et si ex duobus litis consortibus vnus confiteatur, & alter non respondeat, confessio nocet confitenti, non alteri. *l. Seia, vbi Castr. n. 1. ff. ad Trebell. Afflict. decis. 245. n.11. in fin. Surd. cons.5. n.39.* fuit dictum in *Romana hæreditatis*, 13. *Nouembris* 1619. *coram Pirouano.*

DE PROBATIONE PER iuramentum, an requirat partis citationem.

115 Triplex est remedium litium finiendarum, videlicet per sententiam. *l.1. ff. de re Iud.* per transactionem. *l. fratris, C. de transact.* & per iuramentum, *l.1. & 2. ff. de iureiur.* & ibi *gloss.*

116 Et iuramentum in iudicio defertur, vel ad supplendam semiplenam probationem, vel ad litem decidendam, vel ad probandum rei valorem, vnde dicitur triplex iuramentum, suppletorium, decisorium, & in litem, ad quorum delationẽ partis citatio necessaria est.

117 Iuramentum suppletoriũ dicitur necessariũ, quia parti petenti ad supplendam probationem defertur, quando pars

pars semiplenè probauit, etiã altera parte inuita. *l. in bonæ fidei*, vers. *oportet*, *C. de reb. cred. & iureiur.* ibi *inopia probationum per Iudicem iure iurando causa res cognita decidi oportet*.

Debet autẽ peti, alias nemine petente, non potest per Iudicem deferri. *Bal.* in *l. admonendi, col. penult. ff. de iureiur.* & ibi *Angel. col.* 1.

Et quia multi sunt actus, quibus huiusmodi iuramentum deferrendum non est, & vt possit deferri sex potissimũ requiruntur, de quibus per *Maran. in specul. par. 6. act. 9. de iuramento eius differentia, & vsu, n. 2. vsque* 10.

Ideo ad eius dilationem pars est citanda, vt possit cõtradicere, & se defendere; alias delatio nulla foret, & iuramentum nihil operaretur. *Alex. cons.* 122. *col. vlt. lib.* 2. *Capic. decis.* 35. *n.* 3. *adden. ad Maran.* vbi supra *n.* 11.

118 Iuramentum litis decisiuum defertur, quando vna pars vult causam decidi per iuramentum, pro quo potest instare, dummodo iuret de calumnia, & petere, vel vt ipsa admittatur ad iurandũ, vel vt altera pars iuret, quo casu reus, cui iuramentum defertur, seu vt inquiunt, fit partitum litis decisiuum, vel tenetur iurare, vel referre, vel soluere. *l. delata, C. de reb. cred. & iureiur.* & habetur pro confesso *l. manifestæ turpitudinis, ff. de iureiur.*

Si petens huiusmodi iuramentum nõ iurat de calumnia, non auditur. *l. si non fuerit, ff. de iureiur.*

Defertur hoc iuramentum instante parte, & Iudice approbante. *l. generaliter, C. de rebus cred. & iureiur.* alias si reus iurauerit nemine deferente, iuramentũ nihil operaretur, quasi sibi iurasset. *l. ait prætor*, in princ. *ff. de iureiur.*

Quod si Iudex non approbaret, posset per partem inuitam recusari, quæ nec teneretur iurare, nec referre. *Bar.* in d. *l. manifestæ, Abb. in cap. fin. col.* 3. *de iureiur. Maran. vbi supra, n.* 22.

119 Ad istius iuramenti delationem pars est citanda, nedum ratione contradictionis, cùm in multis casibus huic delationi locus non sit, de quibus per *Ias.* & alios in d. *l. admonendi*, sed etiam, quia ipsa, vel debet iurare, vel iuramentum deferre, vt supra.

Præstito autē hoc iuramento Iudex debet pronunciare secundū eum, qui iurauerit. d *l.admonendi ff.de iureiuran.*

120 Iuramentum in litem deferre potest solus Iudex, parte tamen citata. Et si alius detulerit, nihil operatur. *l. videamus, §. deferre, ff. de in lit. iuran.* & defertur actori ob solum dolum aduersarij, non ob latam culpam. *l. in actionibus, ff. de in lit. iuran.* ad probandum valorem, vel singulare interesse affectionis, vt per *Maran. vbi supra n.* 27.

DE PROBATIONE PER iura, an exigat partis citationem.

121 Sicut actor tenetur probare suam intentionem, ita & reus suam exceptionem. *l.1. C. de probat.*

122 Fit autem probatio nedū publicis instrumentis. *l. proprietatis, C. de probat.* sed etiā domesticis, seu priuatis annotationibus, & scripturis, cū adminiculis tamen. *l. instrumenta domestica, C. eodem tit. de probat.*

123 Quæ iura, vt fidē faciant, debent produci parte præsente, vel citata. *l. properandum, §. sin autem reus, C. de iud. Ias. in l. Iudices, n.* 3. & ibi *Bal. in 4. not. C. de fid. instrum. Greg. decis.* 209. *n.* 6. *& ibi adden. n.* 8.

124 Alias si producantur, seù exhibeantur parte nō citata, non probant. *Rota in nou. decis. 2. de rescript. Cassad. decis. 8. de rescr. n. 6.* & nisi pars citetur, Iudex ex officio potest nō adhibere fidem iuribus quātumuis publicis, & authenticis. *Caput. decis.* 117. *n.* 5. & seqq. *par.* 3.

125 Et non sufficeret, quod instrumentum fuisset productum in alio officio, nisi in actis eiusdem notarij causæ produceretur parte citata. *Felin. in cap. quoniam contra, n. 39. de probat. Rot. decis. 136. n. 4. post Pacificū de Saluiano,* iuxta primam impress. & est *decis. 136. n. 4. post Zach. de obligat. Camer.*

126 Nec sufficeret, quod fuisset productum instrumentū in eisdem actis, sed ab alio, vel ad alium effectum: quia nihilominus debet reproduci, seu repeti in eadem causa parte citata. *Osasc. decis. 1. n.* 50 *Mars. sing.* 170. *n.* 1. & ad eūdem effectum, & inter eadē personas.

Nam

127 Nam quando instrumentum fuit ab vno productum ad aliquem effectum, si pars eo vti velit ad alium effectũ, illud debet reproducere, seu repetere: nam etiam ipsi producenti productio facta ad vnũ effectũ, non nocet quoad alium. *Seraph. decis.* 377. *n.*2. *&* 5. *Greg. decis.*467. *n.*8.

128 Neque tandẽ sufficeret, quod instrumentũ fuisset in eisdem actis rogatum, nisi repeteretur parte citata ad effectum, vt fieret de actis. *Feder. de Senis cons.*160. *Sarn. in reg. de annali, quaest.*4. *sub n.*5. vers. *quinimo etiam. Greg. decis.*508. *n.*6. *Caual. decis.*433. *num.*1.

129 Et quando non constat aduersarium in productione iurium fuisse citatum ad dicendum contra illa, non possunt dici de actis. *Bar. in extrauag. ad reprimendum*, in verbo *de plano, n.*3. *Bal. in l. si quando, n.*14. *C. de testib. Sarnen. in regula de annali, quaestione* 9. vers. *praedictis non obstantibus*, ibi, *quinimo*.

130 Nota tamen, quod quãdo instrumentum est in actis rogatum, & illud partes in contradictorio allegarunt, & Iudex illud vidit, licet non fuerit repetitum parte citata: tamen mandatum, seu sententia non posset dici nulla, quia quamuis nõ sit de actis, est tamen in actis. & satis est quando pars non opposuit, & nõ dixit nihil fieri, nisi seruatis seruandis, nam pars citata debet semper opponere. *Caput. decis.*99. *par.*2. ita censuit *Rota decis.* 44. *n.* 9. post *Zach. de obligat. Camer.*

131 Item nota, quod productio instrumentorum, & scripturarum valet parte non citata, quando ea producuntur in fine termini. *Bal. in l. fin. C. qui admit. Bar. in l. sed & alia, ff. de constit. pec.* vel etiã, quando producuntur infra terminum datum ad producendũ scripturas, seu ad probandũ per omne genus probationis. *Alexan. in addit. ad Bar.* in *l. item illa, ff. de const. pec.* ita *Petr. Foller. in addit. ad Maran. par. 6. actu octauo, de instrum. product. n.*45. *&* 46.

DE PROBATIONE PER TEstes, an citationem partis requirat.

132 Qui vult suam intentionẽ probare per testes, facit articulos, super quibus exami-

nando testes inducit, & in productione articulorũ pars est citanda: quia potest contradicere, ne admittentur, & illorum admissio, quæ fit per Iudicem, est interlocutoria, quæ, ratione præiudicij, requirit partis citationẽ. *Felin.* in *cap. in nomine Domini, n.*32. *de test. Cæs. de Grass. decis.*15. *de test. n.*2. & seq.

133 Quilibet testis, quouis honore dignitateuè præfulgeat, antequam deponat, debet iurare: alias testi non iurato nõ adhibetur fides. *l. iuris iurandi, C. de testib. cap. nuper, eodem tit.*

134 Si Iudex per se non vult recipere iuramenta testium, potest notario illorum receptionem committere. *Vestr. in praxi, lib.6. cap.* 2. *nu.* 11. & 12. *Rota in recent. dec.*259. *n.*4. *par.*1.

Ad quem actum pars est citanda, scilicet ad videndũ committi notario causæ receptionem iuramentorũ testium, vt per *Vestr. ibidem.*

135 Et successiuè ad actum præstandi iuramentum debet pars citari, ad videndum iurare testes. d. *cap. in nomine Domini, de testibus*, & ibi *Abb.* sub *n.*6. & *Felin. n.*17. *Soc. de citat. art.*7. *n.*11. *Capyc. decis.* 274. *n.*3. *par.*3. & de iuramẽto præstito per testes debet in actis apparere. *Mantic. decis.*352. *n.*13.

Post iuramentum præstitũ testis debet examinari, & deponere, & eius depositio scribenda est per notarium. *cap. quoniam contra de probat.*

136 Sed ad istum actum examinis, & depositionis non citatur pars; quia sufficit, quod viderit testem iurare, qui postea examinari potest eo non citato, nec interueniente, neque audiente. imò si pars audiuisset testium depositiones, hæc scientia tantum operaretur, quantum si dicta testiũ fuissent publicata. *Felin.* in d. *cap. in nomine Domini*, *n.*17. circa medium, *gloss.* in *cap. in primis*, in verbo *si eo præsente* 2. *quæst.*1. concludẽs, quod sicut testimonium dicitur in secreto, ita, & interrogationes fiunt in secreto, & dantur in scriptis.

137 Sed quia pro interrogationibus faciendis adhibentur interpretes, ideo dies, & hora examinis intimatur parti, vt possit interpretem conducere. Et de hac materia examinis testium plenè dictũ est

est supra *cap. 13. vers. de processu remissoriali, n.* 361. vsque ad fin. Capituli.

138 Et in tantū ad prædictos actus requiritur citatio, vt testes examinati parte non citata non probant semiplenè, neque faciunt indicium. *Bar. in l. maritus post, ff. de quæst.* siue fuerint examinati ex officio. *Io. Andr. in addit. ad specul. in tit. de teste, §. nunc tractandum in princ.* siue etiam fuerint examinati in causa, quæ esset expedienda solemnitate iuris omissa, & quantumuis summaria. *Bar. in l. filius familias, post princ. ff. de don. Felin. in d. cap. in nomine Domini, n.* 3. 4. *&* 5. adde *Chartar. decis. Ianuen.* 21. *per tot. Mantic. decis.* 206. *nu.* 2. *&* 3.

139 Et testes examinati, sicut non probant parte non citata pro ipso citante, ita nec pro ipso non citato. *Vital. in Clem.* 2. *de testib. n.* 91. *Achil. decis.* 1. *eodem tit. de testibus.*

140 In causa etiam criminali non probant testes sine citatione partis examinati. *Bart. in l. vlt. ff. de testibus, Abb. in cap. graui, n.* 9. *de præben. Alex. cons.* 180. *n.* 7. *lib.* 2. *Rota post add. ad tract. Cencij, de Censibus decis.* 32. *n.* 2. & *decis.* 51. *n.* 5. nec faciunt aliquod indicium. *Rota post Cenc. de censibus, decis.* 133. *n.* 8. *&* 9.

141 Neque etiam probāt testes examinati pro informatione Curiæ parte non citata, nisi quando cum citatione partis fuerint repetiti. *Bar. in l. vlt. ff. de quæst. Decius cons.* 54. in princ. *Mant. decis.* 203. *num.* 1.

Nec faciunt aliquod indicium, siue agatur ad partis instantiam, siue Iudex procedat ex officio per viam inquisitionis, prout de veriori testatur. *Gabr. de citat. concl.* 1. *n.* 80. *ampliat.* 11. & *nu.* 103. *ampliat.* 18. vers. *contrarium.*

142 Et quamuis regula sit, quod quando Iudex procedit ex officio, non requiratur citatio, tamen intelligitur quoad ea, quæ ex officio potest facere ad suam informationem. *Bal. in l. non dubium, col.* 6. *vers. iuxta hoc quæro, C. de legib. Grat. in decis. Marches.* 231. *n.* 7. *&* 8.

143 Et etiam in odiosis, quādo agitur ad probandum assassinium, tametsi ciuiliter agatur ad priuationem, testes recepti non citata parte, non probant. *Cresc. decis.* 2. *de test.* Prout

144 Prout etiã depositiones, seu reuelationes testium, factę in vim litterarum monitorialium, non probant, nisi repetantur parte citata. *Ciriacus controuers.* 91. *n.* 17. *Lazar. de monitorijs, sect.* 4. *quaest.* 9. *n.* 1. & per tot. *Seraph. decis.* 106. *n.* 3. *Caual. decis.* 21. *n.* 3. *Duranus decis.* 207. *n.* 17.

145 Quando sunt examinandi testes, citandus est ille, de cuius interesse principaliter agitur. *Rota decis.* 624. *n.* 4. 5. *&* 7. *par.* 1. *recent.* & *decis.* 129. *n.* 7. *par.* 7. *diuersorum.*

Nec sufficeret citatio principalis facta per contradictas, quãdo adesset procurator in Curia, de cuius mandato cõstaret in actis. *Rota in recent. par.* 2. *decis.* 486. *n.* 2. *Caual. decis.* 53. in princip. quo casu, propter inualiditatẽ citationis, testes nullũ facerent probationis gradum. *Rota diuers. decis.* 20. *n.* 23. *par.* 6.

146 Neque sufficeret citatio facta, siue principali, siue procuratori, quando extra diem citationis, vel admissi fuissent articuli, vel praestitum iuramentum, vel factum examen. nam quando actus non fit in termino citationis, remanet nullus, nisi Iudex citationem prorogasset. *Bart. in l. aut qui aliter,* & in *l. vlt. §. fin. ff. quod vi aut clam, Rota in recent. decis.* 128. *n.* 2. & *decis.* 340. *n.* 1. *par.* 1. & dictũ est *supra cap.* 9. sub *vers. de tempore in citat. exprim. n.* 519. *&* 526.

147 Ex defectu enim citationis ad dicendum contra articulos, & ex defectu decreti illius admissionis, examen testium est nullum. *Rota in recent. par.* 1. *decis.* 555. *n.* 4. in fin. *Buratt. decis.* 164. *n.* 3. *Rota diuers. par.* 7. *decis.* 18. *n.* 3.

148 Nec sufficeret solum decretum admissionis, sine pręcedente citatione ad dicendum contra articulos. *Vestr. in praxi, lib.* 5. *cap.* 15. *de articulorũ admissione, n.* 3. & *Grauat. ad eundem, n.* 9.

149 Defectus autem citationis ad dicendum contra articulos, non vitiaret examen, quando Iudex partibus praesentibus admisit vtramque partem ad probandum suam intentionem, cum clausula, saluo iure impertinentium, & non admittendorum. vt per *Rotam decis.* 47. *n.* 1. *post cons. Farin. par.* 2. *Greg. decis.* 351. *num.* 49.

150 Defectus pariter citationis ad videndũ iurare testes annul-

annullat examen, ita ut testes non probent, *cap. 2. de testib.* ibi *oportet, vt testimonia dentur illo admonito à Iudice, aut defensore venire, & audire testes*, iurantes, scilicet vt exponit *gloss.* in verbo *venire*, *l. si quando, C. de testibus*, ibi, *& alterutra parte præsente, quæ eos introducit, testimonia eorum capere*. *Burattus decis. 169. n. 9.* & *decis. 296. n. 2. post cons. Farin. par. 2.*

Nec sufficeret, quod testes iurassent extra terminum, quia tunc essent nulliter examinati, & non probarent. *Rota decis. 17. post cons. Farin. par. 2. Rota in nou. decis. 15. de testibus.*

151 Defectus autem ipsius citationis non noceret, quãdo Iudex admisisset partes ad probandum cum certo termino, vt infra illum testes deberent examinare, & facere suas diligentias, vt per *Rotam d. decis. 411. n. 2. par. 1. in recent.*

Prout etiam non noceret, quando stylus esset in contrarium, vtputà, quod sufficeret citare partem ad vidẽdum induci, & produci capitula, vt per *Coccin. decis. 141. sub n. 3.*

152 Et quamuis citatio esset facta ad videndum iurare testes ad p. d. & pro omnibus, & singulis diebus, & horis. nisi iurarent infra duos, vel tres dies; non censerentur iurare in termino citationis, iuxta ea, quæ dicta sunt *supra* in *cap. 9. sub vers. de tempore in citatione exprimendo, n. 491. Rota in recent. par. 1. decis. 120 n. 1. & 2.* & *decis. 347. n. 6. par. 6. diuers.*

153 Iste autem defectus iuramenti, non obstaret, si de partium consensu fuisset remissum iuramentum testium, quod fieri potest ad *cap. tuis, de testib. Ias. in l. 1. col. 2. de fer.* intellige de consensu scilicet expresso, non autem tacito. *Felin. in d. cap. tuis, n. 2. Campeg. de testib. conclus. 167. in fine, Cresc. decis. 4. n. 5. de testibus.*

154 Testis etiam dicitur deposuisse non citata parte, & non probat, quando pars nõ fuit citata ad dandum interrogatoria, & quando non fuit intimatum tempus examinis, vt ea dare posset, & interpretem adhibere. *Vestr. in praxi, lib. 6. cap. 2. n. 17.* & quando testes sunt examinãdi extra locum iudicij parti non fuit intimatus recessus rece-

receptoris, vt illum ea posset sequi. *Gonzalez in reg.8.glossa 9. in annot.n.57.* vbi refert in pluribus causis ita p Rotā decisū fuisse. Sed quādo probaretur expressa, & indubitata scientia de tempore examinis, & recessus, sustineretur examen, vt per *Rotam in recent.par.1.decis.686. n.1.* non data autem tali scientia, si testes fuissent examinati in loco non designato, & expresso in citatione, non probarent. *Rota post cons.Farin.decis.307. n.4.& 5.*

Plura alia de examine testium validè conficiendo, vide supra in *cap.13.* vers. *de processu remissoriali, n.361.* per totum.

155 Hic modo satis erit adnotare plures casus, quibus testes probant, etiam examinati parte non citata.

Primus est, quando timetur potētia aduersarij, & eius persona, contra quam testis est depositurus; nam isto casu possunt testes examinari parte etiam non citata. iuxta *tex.in cap. præterea, il 2. de sponsal.*ibi, *sed hoc publicè confiteri recusat propter metum, & potentiam mulieris*, & ibidem notant *Doct.*& de inquisito de hæresi, vt propter eius potentiam contra eum non citatum examinentur testes, *tex.* est in *cap.fin.de hæretic. in 6.*ibi *propter potentiam personarum, contra quas inquiritur.Soc.reg.406.*vers. *fallit in casu,cap.fin.Io.Crot.in tract. de testib.par.7.n.248.*

Secundus, quando constat de dolo, & cōtumacia partis, quæ vel friuolè appellauit à Iudice, vel recursum habuit ad Iudices laicos: quia idem Iudex à quo, potest recipere testes, eo etiam non citato, & fidem faciunt. *cap.2.de dolo, & contum. lib.6.* ibi, *cum protestari videatur hoc ipso, se nolle coram te de cętero litigare: citare ad alia non teneris. Alex. in l.de vnoquoque, n.6. de re Iud.Rota in recent.par.1. decis.686. n.2.*

Tertius, quando nō adest, qui citandus sit, possitué cōtradicere, seu cuius intersit: tūc enim probant testes examinati nemine citato. *l.si cum seruum, §.1.& §.fin.ff.de fideicom. libert. l. recusare*, in princip. *ff. ad Trebell. Mars. sing.30.* incip. *tu scis regulam*, per totum. non desunt exēpla, vnum est, quando quis in longinquis partibus passus fuit

fuit naufragium, vel ruinam, & ita fortuitò amisit rem ad alium pertinentem, cui vt possit casum probare, potest coram Iudice illius loci, & Notario examinari facere testes nemine citato: quod vbique fidem faciet de casu. *Bar.* in *l. 2. C. de naufrag. lib. 11. Castr. in l. creditor, C. de pignorat. act. Felin. in cap. 2. vt lit. non contest. Io. Crot. in d. tract. de testib. par. 7. n. 246. Mars. sing. 24. incip. clarum est in iure, vers. primus est.*

Alterum exemplum est, quando mulier vidua inducit testes ad probandū mortem mariti, ad effectum, vt nubere possit, quo casu Iudex eos examinat ex mœro officio, & nemine citato. *Præposit.* in *cap. in præsentia, de sponsal.* in fin. *Bal.* in *cap. quoniam frequenter, §. porrò, vt lit. non contest.* & ibi *Felinus* in fin. *Mascard. de prob. lib. 2. conclus.* 1071. alij duo referūtur, quibus mors ꝓbatur, *n.* 8. *Sanchez. de matrim. lib. 2. de matrim. essen. disput.* 46. *n.* 8.

Tertium exemplum est, quando aliquis beneficiatus in loco remoto obijt in mense reseruato, & Notarius recepit testes super eius obitu in tali mense, quod instrumentum sufficit ad iustificationem clausulæ constito, appositæ in breui de capienda possessione nomine Cameræ, vt censuit *Rot. in recentiss. p. 2. decis.* 4. *n.* 8. hac ratione adducta, quia in huiusmodi casibus fortuitis, velut natiuitatis, siue mortis alicuius, Notarius potest conficere instrumentum, vel testes examinare officio cuiuscunque Iudicis ordinarij, & nemine citato, & plenè probat. *Bal.* in *cap. quoniam frequenter, §. porrò, vt lit. non contest.* cum alijs in eadem decisione allegatis.

Postremum exemplum est, quando examinandus esset aliquis testis, cuius dicto necessario standum esset; quia nō requiritur citatio alicuius. *Alex. cons.* 130. *vol.* 1. *Maran. in spec. par. 6. de citatione, primo membro, n.* 28. *limit.* 21.

Et ideo si testator mandasset stari dicto alicuius, quem dicit esse informatum de sua intentione, tunc absque eo, quod quis citetur, potest de tali intentione deponere, cùm persona sua iam sit approbata à testatore. *Bar.* in *l. Theopompus, ff. de dot. prælegat. Socin. regul.* 406. vers. *fallit*

fallit quando testator.

Similiter si partes conuenerunt, vt in quæstione inter eas vertēte staretur dicto Sēpronij; tunc Sempronius posset deponere nemine citato. *Bart.* in d. *l. Theopompus*, *Io. Crot. in d. tract. de test. par. 7. n. 250. Felin. in cap. 2. n. 14. de testibus.*

Quartus casus est, quando Iudex iudicialiter procedens, præfixit terminū partibus ad examinandum testes: quia durante dicto termino, possunt examinari absque alia citatione partis, ad videndum examinari testes. *Rota post cōs. Farin. par. 2. decis. 307. n. 2. & 3.* & hoc intelligo verum quatenus præcessissent aliæ duæ citationes, ad dicendum contra articulos, & ad videndum iurare testes: tota enim substantia depositionum testium consistit in articulis, an sint pertinentes, & admittendi, & præsertim in iuramento. *l. iuris iurandi, C. de testibus*, adeo quod si pars non esset citata, nec aliter præsens iuramento, nihil valeret testiū depositio. *cap. 2.* & ibi *Abbas, & alij de testibus*, & *l. si quando*, & ibi *Bal. C. de testib. Maran. in specul. par. 6. act. 6. de testium product. n. 1. & 2.*

Sed si adesset stylus, quod præfixio termini haberet etiā tacitam vim citationis ad dicendum contra articulos, & ad videndum iurare testes, tūc posset absolutè dici, quod post præfixionem termini ad probandum, valerent, & probarent testes, absque vlla alia citatione iuxta *decis. 411. n. 2. par. 1. in recent.*

Quintus casus est, quando Iudex extraiudicialiter procedere vult ex officio ad sui instructionem, vel super stylo, vel consuetudine à populo introducta, vel super notorio, vel super fama, vel super alicuius idoneitate, tunc enim non teneretur partem vocare, iuxta ea quæ latè dicta sunt supra *cap. 7.* vers. *de citatione iudiciali, & extraiudiciali, n. 108.* & sequen. & *cap. 8. n. 260.* & sequentibus.

156 Et propterea, quādo vellet se informare extraiudicialiter de stylo ordinatorio, testes posset audire non citata parte. *Bar.* in *l. 3. in fin. ff. de testib. Gregor. decis. 484. n. 6.* secus de decisorio ex adductis per *adden. ibidem n. 8.* & declarauimus *supra d. cap. 8. n. 102. & 263.*

Sic

157 Sic etiam quando Iudex vellet se informare de consuetudine introducta à populo, potest examinare testes parte non citata. *Butr.* in *cap. fin. in penult. charta*, vers. *ad primum si redacta*, *de consuetud. Crot. d. tract. de testibus*, *sub n.*251. vers. *septimo fallit. Felin. d. cap.*2. sub *n.* 16. vers. *duodecimo limita*.

158 Item, quando Iudex recipit testes super fama, aut notorio ad suam informationem, non tenetur partem vocare. *Innoc.* in *cap. bona, de elect.* & in *cap. cùm in tua*, *de sponsal. Bal.* in *l. qui testamento, §. per contrarium, ff. de testam. Crot. vbi supra, n.*253. *Soc. d. reg.* 406. vers. *& primo fallit. Romanus d. singul.* 369. vers. *sexto fallit. Felinus*, in *d. cap.*2. *de testib. n.*7. vers. *primo limita*.

159 Similiter executor datus ad cognoscendum, an quis sit idoneus ad beneficium, seu dignitatem, potest examinare testes parte non citata. *Innoc.* in *cap. fin. de translat. Episc.* & in *cap. dudum, de præsumpt. Roman. d. sing.* 369. *Crot. d. tract. de testib. par.* 7. *n.* 252. *Socin. d. reg.* 406. vers. *fallit, quãdo Iudex procederet, Pelinus d. cap.* 2. *n.* 9. vers. 3. *limita, gloss. in Clem.* 1. in verbo *reperiunt, de off. deleg. Rota decis.* 57. *n.* 6. *post cons. Farin. par.* 2.

160 Item, quando Iudex vult se informare de absentia rei, vt possit vel illi statuere terminum conuenientem, vel vt possit illum citare per edictũ, potest recipere testiũ depositiones nemine citato, & prout potest, debet se informare. *Felin.* in d. *cap.* 2. *de testibus*, *sub n.* 13. vers. 7. *limita*.

161 Sic pariter, quando Iudex vult procedere per modũ inquisitionis, potest testes examinare parte nõ citata. *Butr.* in *cap. qualiter, & quando, de accusat.* il 2. *Socin. d. reg.* 406. vers. *fallit, quando Iudex procederet, Felinus d. cap.* 2. *n.* 9. vers. 3. *limita*.

162 Sic quoque super damno in agris, & syluis dato, examinantur testes parte non citata, & probant *Alex.* in *l.* 4. *§. prætor, col.* 5. *ff. de dam. infec. Maran. par.* 6. *memb.* 1. *de citatione, n.* 26.

163 Sextus casus est, quando quis timet mortem, vel recessum testium, vel etiam tyrannidem aduersarij: tunc enim ne pereant probationes, ex officio

officio possunt per Iudicem examinari testes ad perpetuã rei memoriam. *Host. & Io. And.* in *cap. quoniam frequenter, vt lit. non contest. Roman. d. sing.* 369. vers. *tertio fallit, Io. Crot. de testibus, d. par.* 7. *n.* 251. vers. *sexto fallit, Felin.* in d. *cap.* 2. *de test. n.* 13. vers. *sexto limita*. Cæterum hæc res videtur indigere pleniori declaratione.

164 Nota igitur primò, quod quãdo quis vellet examinare testes ad perpetuam rei memoriam, ea sola ratione, quia timeret potentiam, ac terribilitatem aduersarij; tunc nõ possent recipi testes ipso non citato, saltem cum vnica citatione sine peremptorio, nisi adesset timor mortis, vel diuturnæ absentiæ testium, & nisi fortè ageretur de periculo animæ, & in foro quasi pœnitentiali, vt declarat *Felin. ibidem, sub n.* 13. *vers. dicat tamen in hac limitatione*.

165 Nota secundò, quod testes examinantur ad perpetuã rei memoriam, ne probationes pereant. *Bar.* in *l. in lege Aquilia si deletum*, sub *n.* 1. in *primo casu, ff. ad l. Aquil. Rota in recent. par.* 1. *decis.* 325. *n.* 3. & 4. & ideo possunt examinari, tàm pro parte actoris, quàm pro parte rei, eo modo, quo distinguẽdo tres casus declarat. *Bart. ibidem sub n.* 1. vsque *ad fin.*

Ita tamen vt lis nõ sit cœpta. *Abb.* & *Felin.* in *cap. quoniam frequenter, vt lit. non contest.* & examen fiat coram illo, qui futurus est Iudex illius causæ, nisi necessitas aliud suadeat, vel periculum sit in mora. *Bart. Castr. & alij* in *l. cum hi, §. transactionis, ff. de transact. Duran. decis.* 363. *n.* 7. dummodo tamen testes ibi reperiantur, secus si alibi; quia tunc examinari possunt per Iudicem ordinarium loci, vbi testes reperiuntur. *Rolan. cons.* 23. *lib.* 3. *n.* 18. vbi sub *n.* 19. subiungit.

166 Quod in casu, quo quis appellasset ab ordinario, posset nihilominus coram eo inducere testes ad perpetuam rei memoriam, propter timorem mortis, vel absentiæ, nec ob id censeretur renunciare appellationi. *Felin.* in d. *cap. quoniam frequenter, vt lit. non cont. col.* 5. vers. *& cum intelligas. Mars. sing.* 258.

167 Et quod Iudex, antequã ad instantiam actoris procedere possit ad examen testiũ

ad

ad perpetuam rei memoriã, debeat se summariè informare, quod testes sint valetudinarij, & absfuturi, atque super hoc debeat interloqui, declarat idẽ *Rolan.d. consf.*23. *n.* 20. *lib.*3.

168 Nota quartò, quod testis timore mortis examinatus ad perpetuam rei memoriam, si post examen superuixit per multum tempus, in quo potuit repeti parte citata, & nõ fuit repetitus, nullam fidem facit. *Prepofit.* in d. *l. admonẽdi*, propè finem. vers. *istam limitationem, ff. de iureiuran.* *Felin.* in *cap. quoniam frequẽter, col.*5. vers. *ad aliud etiam speciale, vt lit. non contest. Rota in recent. par.*2. *decis.*3. *n.* 4.

Sic etiam testis, qui fuit examinatus tanquam absfuturus, & non discessit, nec fuit repetitus parte citata, non probat, nisi hoc contigerit ex aliquo accidenti, vel ex superuenienti infirmitate. *Seraph. decis.* 1147. *n.* 11.

169 Nota quintò, quod testes examinati ad perpetuam rei memoriam, & parte non citata, non probant plenè, nec semiplenè. faciunt tamen magnum adminiculum, & Rota illis defert, quando sunt plures, & fuerunt examinati longè ante motam litem, & sic tempore nõ suspecto. *Duran. decis.*131. *n.*10. *Rota in addit. ad* 5. *par. diuers. decis.*463. *n.*4. 5. & 6.

170 Potest tamẽ pars aduersa opponere exceptiones, tàm contra dicta, quàm contra personas eorundem testium, si quæ possint probari. *l. fin. C. de testibus.*

171 Et qui examinati sunt inter alias personas ad perpetuã rei memoriam, nihil faciunt. *Rota in recent. par.*1. *dec.*521. *n.* 2.

172 Septimus casus est, quando recipiũtur testes in causa, in qua vel lex, vel statutum non requirit plenam probationem; sed contentatur solis adminiculis; quia tunc testes examinati parte non citata, sufficiunt pro adminiculo à lege, vel statuto requisito. *Gemin. in cap. pro humani*, §. *fin. sub n.* 9. vers. *nota benè, de homicid. lib.* 6. *Mars. d. singul.* 24. vers. *alius est casus*. *Socin. d. reg.* 406. *fallent. vltima*.

173 Octauus, & vltimus casus est, quando Iudex in criminalibus procedit contra delinquentem, per modum inquisi-

Vu

quisitionis; quia tunc potest testes examinare sine partis citatione. *Butr.* in *cap. qualiter, & quando, il 2. de accusat. Rom. d. sing.* 369. vers. 2. *fallit, Soc. d. reg.* 406. vers. *fallit, quãdo Iudex procederet, Felin.* in d. *cap. 2. de testib. n. 9.* vers. *tertio limita.*

Sed hoc intellige verum, quando Iudex recipit testes pro informatione Curiæ: quia non tenetur citare partem; sed quando vult procedere contra delinquentem præsẽtem, & carceratum, debet eos repetere parte citata; secus si procederet contra absentẽ. *Rota decis.* 3. *post cons. Farin. par.* 1. & ibi *adden.* in verbo *non fuerunt repetiti*, & in verbo *inquirendi, Seraphin. decis.* 1359. *n.* 4. & in fin. *n.* 10. dicit, quod non repetiti facerent adminiculum. *Coccinus decis.* 119. *n.* 1. & *dec.* 131. *n.* 2. *Rota diuers. decis.* 28. *nu.* 11. *par.* 7.

174 Imò testes examinati, etiã formiter in iudicio criminali, non probant in Ciuili, licet faciant adminiculum, nisi repetantur. *Rota post cons. Farin. par.* 1. *decis.* 18. & ibi *adden. Caual. decis.* 366. *n.* 6. *Rota diuers. par.* 7. *decis.* 233. *n.* 21.

175 Modo declara, quod testes examinati parte non citata, licet de iure non probẽt, tamen de consensu partium, & ex æquitate sustinentur. *Cresc. decis.* 4. *de testibus.*

Item sustinentur, si fuerint examinati cum interrogatorijs partis, tunc enim probãt de stylo Rotæ, stante clausula arbitrio. *Rota decis.* 284. *n.* 1. & 716. *n.* 5. *par.* 2. *in recent. & in recentiss. par.* 2. *decis.* 486. *num.* 1.

Item sustinentur ex scientia partis, contra quam examinati sunt. *Rota in recentiss. par.* 1. *decis.* 686. *n.* 1.

176 Similiter testes nulliter examinati sustinentur, quando nullitas prouenit ex facto, & culpa aduersarij. *Rota in recentiss. par.* 1. *decis.* 564. *n.* 5.

177 Et quando sunt mortui, eorum examen nullum sustinetur ex æquitate; sicut, & illorum, qui amplius ex alia causa nõ possunt examinari. *Rota in nouis decis.* 3. *de testib. Mohed. decis.* 7. *eodem tit. n.* 4. *Greg. decis.* 434. *n.* 5. & ibi *adden. n.* 18.

178 Extra autẽ prædictos casus, licet testes examinati parte non citata non probent, iuxta superius dicta, atque

Rota

Rota aliquādo dixerit, quod nec faciant indicium, vt in *decis.* 554. *n.* 1. *&* 2. *par.* 4. *diuers.* & not. per *Abb.* & *Felin.* in d. *cap.* 2. *de testibus*, contrarium tamen, quod faciant indicium, tenet *Decius ibidē*, *n.* 27. vers. *contrarium dicunt*.

179 Et Rota sæpius dixit, quod faciunt aliquod adminiculū. *Seraph. decis.* 585. *n.* 1. & adminiculantur alias probationes, vt in *dec.* 160. *n.* 12. *par.* 1. *recent.* & semper pro adminiculo seruiūt pro pleniori probatione, vt in *decis.* 283. *n.* 4. *par.* 7. *diuers.* & faciunt præsumptionem, vt in *decis.* 374. *n.* 3. *in recentiss. par.* 1. Imò, quod faciant tale adminiculum, vt impleant probationē imperfectam, dicitur in *decis.* 512. *n.* 5. *par.* 2. *in recentiss.* atque quod faciant magnum adminiculum contra ipsum producentem, dicitur in *decis.* 645. *n.* 15. *in recentiss. p.* 2.

180 Et mirum non est, cùm probationes sint arbitrariæ Iudicis. latè *Menoch. de arbitr. Iud. casu* 90. per totum, & est elegans *text.* in *l* 3. *§. eiusdem*, *ff. de testibus*, ibi, *quæ argumenta, ad quem modum probandæ cuiusque rei sufficiant, nullo certo modo satis diffiniri potest*. & inferius ibi. *Hoc ergo solum rescribere possum summatim, non vtique ad vnā probationis speciem cognitionē statim alligari debere; sed ex sententia animi tui te æstimare oportere, quod, aut cui credas, aut parum probatum tibi opinaris.*

181 Testes igitur nulliter examinati parte non citata, debent repeti, ad effectum vt probent, & in repetitione debet pars citari ad videndū iurare testes. *l. si quando, C. de testib. cap.* 2. *eodem tit.* & ibi *Felin. n.* 5. & *Dec. n.* 10. nisi tamen partes consentirent, vt absque citatione fieret repetitio. *Rota decis.* 31. *n.* 4. *post cons. Farin. par.* 1.

182 Citatio autem nō requiritur, quando testis vult se corrigere, seu declarare dictum suum. *Felin. d. cap.* 2. *de testib. n.* 15. & ibi *Dec. n.* 18. quasi tunc declarans nihil de nouo faciat. *l. hæredes palam*, *§. sed & si notam. ff. de testam.* ita vt pro hac declaratione non requiratur iuramentum, neque citatio *Rom. n. cō.* 482. *incip. in casu præmisso*, *nu.* 8. vers. *item videmus*, *Felinus d. cap.* 2. *n.* 15. *de testib. Gratian. discept. Forens. cap.* 68. *n.* 26.

quod procedit, quando testis vult se incontinenti corrigere, vel declarare, iuxta *text.* in *cap. præterea, de testibus cogendis*.

At si ex interuallo, & postquam verisimiliter potuit alloqui partem, tunc quia altera pars posset contradicere, & allegare præsumptionem subornationis, & sibi posset præiudicari, veniret citanda. *l. de vnoquoque, ff. de re iud.* cum simil. & quod ex interuallo testis non possit corrigere dictum suũ censuit *Rot. post cons. Farin. par. 2. decis.* 48. per totam.

183 Sed an testis debeat citari ad deponendum, dic quod citatio testis non est de ordine iudiciali, ideoque eius depositio, etiam non citati, valet, quia sufficit, vt per partẽ inducatur, & aduersario præsente, vel citato, iurauerit, ex quo excluditur, quod vltro se ingesserit, & suspectus sit. *Specul. in tit. de teste, §. qualiter autem*, in verbo *volens ergo*, & verbo sequen. *Bar. in l. post legatum, §. his verò, ff. de his quibus, vt indign. l. qui cùm maior, §. si verò quis, ff. de bon. liber. Capella Tholosana decis.* 385. & ibi *Aufrer. in addit.*

Et hoc procedit in ciuilibus, in criminalibus autem testis non citatus deponens contra aliquem, præsumitur inimicus. *Doct.* in *cap. meminimus*, & in *cap. cùm P. de accusat. Surdus cons.* 132. *n.* 38. *lib.* 1.

184 Et citatio testis hoc operatur, vt appareat, quod se non ingerit, sed rogatus: alias enim qui se vltro ingerit est suspectus de falso. secundum *Bar.* in d. *l. post legatum, §. his verò, ff. de his quibus, vt indign.* cum alijs per *Marantã par. 6. act. 6. de test. product. n. 1.*

185 Et qui etiam in ciuilibus requisiti recusant testimoniũ ferre, compellendi sunt, ne veritas occultetur. *cap.* 1. & toto tit. *de testibus cogendis*.

DE ACTIBVS, QVI FIVNT in iudicio ad decidendum controuersiam, an & quando requirant citationem.

186 Controuersiæ, & quæstiones iudiciales aliæ dicuntur incidentes, aliæ emergentes, aliæ principales, seu negocij principalis. *gloss.* 1. in *l. de qua re, ff. de Iud.* & hæc per Iudicem deciduntur, vel per sententiam interlocutoriam, vel

per

per diffinitiuam. *gloss. in Clem. vnic.* in verbo *diffinitiua, de sequestr. poss. & fruct.* quæ an, & quando requirant citationem breuiter dicemus, non nullis tamen præmissis.

187 Incidens quæstio est illa, quæ proponitur per modum exceptionis, vel replicationis, & tangit negocium principale, vt est exceptio peremptoria pacti de non petendo, solutionis, transactionis, iuramenti, rei iudicatæ, præscriptionis, & similium.

Et hæc quæstio dicitur incidere in iudicium, quia habet originem ante iudicium motum, & super ea est cognoscendum, non autem necessario pronunciandū; sed pronunciando super principali, censetur tacitè pronunciatū super incidenti. *l. 1. C. de ord. Iudic.* ibi *pertinet enim ad officium Iudicis, qui de hereditate cognoscit, vniuersam incidentem quaestionem, quæ in iudicium deuocatur, examinare; quoniam non de ea, sed de hereditate pronunciat.*

Si tamen pronunciatur, valet pronunciatio; sed ab ea datur appellatio. *Castr.* in d. *l. de qua re, n. 2.* & in *lectura Auenionen. n. 1.*

188 Emergens autem quęstio est, quæ non tangit negociū principale, sed concernit personas in iudicio existentes, & est exceptio dilatoria, seu impediens iudicij ingressum, vt si contra personā Iudicis opponatur incompetentia, seu defectus iurisdictionis, vel cōtra actorem opponatur, quod sit excōmunicatus, vel bannitus, vel alia ratione non debeat audiri, vel quod non sit danda dilatio, vel opponatur respectu testium, quod non sint admittendi, vel respectu rei, quod non sit interrogandus, nec cogendus ad respondendum: & dicitur quæstio emergens, quæ habet originē de tempore, quo opponitur, non autem ante iudicium, & super hac emergenti quæstione, vel est pronunciandum expressè, vel tacitè per processum ad vlteriora, & siue ab vna, siue ab altera pronunciatione, ratione grauaminis, datur appellatio. *cap. ex parte, il 2. de appellat. Castr.* in d. *l. de qua re. n. 3.* & in *lectura Auenion. n. 2. C. de Iud.* adde *Azon. in summa, tit. de ord. Iud. nu. 9. & 11.* & post alios *Mandos. de commiss. forma 2.* in verbo *in-*

eidentibus, & in verbo *emergentibus*.

189 Quæstio super negocio principali est ea, quæ principaliter in iudiciũ deducitur, quæ vel pendet ex testamẽto, vel ex contractu, vel ex delicto, vel quasi. *§. sequens instit. de obligat.*

Et super quæstione principali Iudex expressè debet pnunciare. d. *l. de qua re, ff. de re Iud.* ibi *de qua re cognouerit Iudex, de ea quoque pronunciare cogendus est*, vbi *gloss.* 1. explicat *de qua re cognouerit, principaliter, coram eo lite contestata*. Prædictas quæstiones super incidentibus, & emergentibus Iudex decidit per sententiam interlocutoriam, quæ scilicet fertur inter principium, & finem causæ, quæstionem autem super negocio principali decidit, & terminat per diffinitiuam. *gloss.* in d. *Clem. vnica*, in verbo *diffinitiua, de sequestr. possess. & fruct.* vel per declaratoriam, vt quando agitur de censuris, & pœnis.

In quibus ferendis regulariter pars est citanda, ex infra dicendis.

190 Interlocutoria est quælibet vox Iudicis, seu quodlibet eius decretum, quod facit inter principium, & finem causæ, super aliquo incidenti, vel emergẽti. *glos.* in d. *Clem.* 1. in verbo *diffinitiua, de sequestrat. possess. & fruct. Franc.* in *cap. cùm cessante, de appellat. Maran. par. 6. tit. de sentent. n. 2. Alex. in rubric. ff. de re Iud.* adeout omnis pronunciatio Iudicis censetur interlocutoria, excepta pronunciatione, quæ fit diffinitiuè in fine causæ, absoluendo, vel condemnando. *Felin.* in *rubr. de re Iud. n. 2. Gail. obseru.* 129. *n. 2. lib.* 1. & quamuis quælibet interlocutoria definiat suum articulum, & cõtrouersiam; non tamen dicitur diffinitiua, cùm nõ definiat negocium principale. *Felin. & Gail. ibidem*.

Et quando Iudex pronunciaret partes debere inuicem concordare, non diceretur interlocutoria; quia sic nihil diffiniret, sed dimitteret causam in incerto. *l. ex stipulatu*, iuncta *glossa prima, C, de sent. & interlocut. omn. Iud.*

191 Interlocutoria est duplex, alia mera, alia mixta, seu habens vim diffinitiuæ.

192 Interlocutoria mera dicitur ea, quæ est modici præiudicij,

iudicij, & fit sine causæ cognitione,& sine citatione: sed sufficit, quod postea parti intimetur,& deducatur ad eius notitiam. *gloss. in l. nec quicquam*, *§. vbi decretum*, *ff. de offic. procons.* & ibi *Bart. n.* 1. *Ias. n.* 23. *Maran. d. par.* 6. vers. *& demum fertur sententia*, *n.* 11. quæ intimatio in simplici interlocutoria, modici tamen præiudicij, supplet defectum citationis, vt dictum est supra *cap.* 6. *n.* 73. modo quęramus exempla. Primum est, quando Iudex decernit citationem, vel monitorium ad comparendum certa die, est interlocutoria modici pręiudicij, & eo ipso, quod citatur, deducitur ad notitiam. *Bar.* in *l. quod iussit*, *n.* 18. *ff. de re Iud.* sic, quando facit præceptum cum clausula iustificatiua, si quis senserit, &c. quæ habet vim citationis, iuxta ea, quæ diximus in *cap.* 2. *n.* 6. & sequentibus.

Secundum, quando Iudex dilationẽ concessam moderatur eam augendo, vel minuendo: hæc enim dilationis moderatio interlocutoria est, modici præiudicij, & fertur parte non citata, & sufficit intimatio. *l. diem proferre*, *ff. de receptis arbitris*, *Bart. in extrauag. ad reprim.* in verbo *per edictum*, *Alex. in l. si opus*, *n.* 3. circa fin. *ff. de oper. nou. nunciat.*

Tertium, quando Iudex concedit familiam pro associando creditore, habente vel clausulam constituti, vel pactum precarij, vel de ingrediendo propria auctoritate; quia si nemo alius sit in possessione, quàm debitor, talis interlocutoria est modici præiudicij, & potest ferri sine citatione partis; quia adhuc debitor poterit excipere contra dictum pactum, & non potest dici expulsus, dum Iudex concessit solam familiam pro eo associando, non autem dedit mandatum de expellendo. *Afflict. decis.* 326. *n.* 2. *Vrsill. ad eundem* ibidem *n.* 1. *Alex. cons.* 131. *n.* 3. *&* 4. *lib.* 4. *Peregr. de fideicom. art.* 48. *n.* 36.

Quartum, quando Iudex dat mandatum suspicionis, docto de credito, & de suspicione, quia est interlocutoria modici præiudicij, ad solum effectum, ne debitor fugiat, & non citatur pars, ne ad fugam instrueretur. iuxta ea, quæ latè dicta sunt supra

cap.7.n.167. addc *Alexan. d. conf.131.n.4.lib.4.*

Quintum, quando Iudex mandat immitti hæredem in possessionem bonorum hæreditariorum, cum reseruatione iurium legitimi possessoris: est enim interlocutoria modici præiudicij, si possessio vacat. *l.cùm hæredes*, in princip. *ff. de acquir. poss. Marf.* in *l.de vnoquoque, n.109. ff.de re iud. Gabr. de citat. concl. 1. n. 367.* & non requiritur citatio, cùm non sit, qui possit citari. *Bar. in l.fin.* & ibi *Bal. & Angelus, ff. de edict. diu. Adr. toll.*

Si vero non vacat, tunc stante reseruatione iurium quorumcunque, & legitimi possessoris, constat Iudicem non habuisse intentionem amouendi possessorem, nec illi præiudicandi, siue in possessorio, siue in petitorio: sed facere immissionem cōditionalem, nisi alius possideat. *Bal.* in d. *l.fin. sub n.41. C. de ed. Diu. Adr. toll. Peregr. de fideic. art.48. sub n.36.*

Sextū, quando Iudex vult reuocare illud, quod de facto fecit. *gloss.* in *l.1. in princ.* in verbo *infirmabitur, ff. de ferijs*, & in *l. minor.* in verbo *Seius, ff. de euict. Soc. de citat. art. 7. n. 66.* vers. vigesimus casus, & quando Iudex procedit de facto sine citatione partis, procedit vti priuatus, & ei resisti potest. *Bar. in l. probibitum, C. de iure fisci, lib.* 10. & ideo eo modo quo fecit sine citatione partis, eodem modo reuocare potest sine partis citatione. ad *l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.* & talis reuocatio est modici præiudicij, cùm id, quod nullum est, nullum pariat iuris effectum.

Sed quid si idem, quod Iudex de facto fecit, facturus fuisset etiam parte præsente, & citata, an debeat potius confirmari, quàm reuocari, vtputà si fecit præceptū nulliter, vel dedit tenutam nulliter, an possit confirmari absque eius reuocatione. *Socinus* in d. *art. 7. n. 66.* vers. vigesimus primus casus, dicit hāc quæstionem antiquitus disputatam fuisse, & refert nonnullas rationes pro vtraque parte, sic etiam *Gabr. de citat. conclus.1. n.441. limit.68.* ponit contrarias opiniones more suo. Sed ego breuiter dico, quod si pars instet, & sua intersit reuocari, debet Iudex reuocare, etiam parte altera non citata, & postea auditis parti-

partibus cognoscere, quid agendum.

Sicut enim Iudex facilis fuit in mittendo, ita debet esse facilis in extra mittendo. & si Iudex dedit tenutam parte non citata, vel capi mādauit aliquē de facto, id omne debet reuocare sine alterius partis citatione. & Iudex, qui excommunicauit aliquē proprio motu, potest etiam nemine citato excommunicationem reuocare, quod si fecisset ad alterius petitionē, & ritè processisset, tunc esset necessaria aduersarij citatio. ita not. *Bal.* in *l. si pacto, quo pœnam, n. 2. C. de pactis*, quod enim iussit vetuituè prætor, potest cōtrario imperio tolli. *l. quod iussit, ff. de re iud.*

Septimum exemplū, quando Iudex facit decretum per modum prouisionis, & sine præiudicio iurium ambarum partium; quia tanquam mera interlocutoria nemini preiudicialis, fieri potest ex officio, & parte non citata. *Greg. decis. 457. n. 2. Buratt. decis. 398. num. 7.*

Sed si decretum fieret sine dicta clausula præseruatiua iurium partium, non valeret parte non citata; quia alias non potest fieri sine matura consideratione, & sine causa, videlicet pro ratione iusta diuini cultus, vel alimentorū, & quando imminet periculū si non fieret. *l. de pupillo, §. si quis riuos, ff. de nou. oper. nunciat. l. ait prætor, §. in causæ, ff. de iure delib. Rebuff. de sent. prouision. n. 14. 19. & 22. & n. 140. & 141. Rota in recentiss. par. 2. decis. 130. n. 6.*

Octauum exemplum est, quando Iudex statuit terminum partibus ad probandū, etiam peremptorium, quia est mera interlocutoria, & modici præiudicij, non habens vim diffinitiuæ. *Natt. cōs. 336.* per tot. *lib. 1.* & not. *Doct.* in *l. à procedente, C. de dilat. Ruginel. de appellat. §. 1. cap. 1.* in verbo *terminus, n. 10.* imò terminus ad probandum est necessarius, cùm nihil possit Iudex diffinire, antequam partes probent. *l. hac autem, §. 1. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eat. l. 1.* & ibi *glossa fin. C. de bon. poss. sec. tabul.*

193 Interlocutoria habēs vim diffinitiuæ est, quæ affert magnum præiudicium, & exigit causæ cognitionē, & citationem. & non sufficit illam postea intimare, quia deficiente cita-

citatione, & causæ cognitione non iustificaretur. *Bar.* in *l. nec quicquam, §. vbi decretū, n. 1. & 2. ff. de offic. proconsul. & legat.* & non potest ferri, nisi parte præsente, vel citata, & adhibita causę cognitione. *l. de vnoquoque, ff. de re iud. glossa fin.* in *cap. cùm olim, de testibus.*

194 Vt autem interlocutoria habeat vim diffinitiuæ, duo debent concurrere, vnum, quod non expectet aliam sẽtentiam post se, alterū, quod imponat finem controuersiæ eius de quo agitur, ita notat *Mathesil. singul.* 39. incip. *nota, quod ab interlocutoria, n. 1. Maran. de ord. iud. par. 6.* vers. *& demum fertur sententia, n. 42.* colligamus exempla.

Primum, quando Iudex facit præceptum super negocio principali, vtputà, quod faciat, soluatue id, de quo prĩcipaliter agitur; quia tale prçceptum accipitur pro sententia diffinitiua, licet Iudex non dicat cōdemno, sed præcipio. ita *Alex. cons.* 50. incip. *visis actis, n. 11. lib. 2. Felinus in rubr. de re iud. n. 6.* in fin. qui dicunt idem de præcepto de disgombrando.

Et generaliter præceptum factum sine præcedente citatione est nullum, & reuocandum. *Bal. cons.* 434. in princ. *lib. 3. Feder. de Senis, cons.* 251. *n. 2. Buratt. decis.* 951. *n. 2.*

Et hoc verum, quando factū est simpliciter ad aliquid faciendum, non autem ad cōparendum; quia quando prçceptum fit ad comparendū, tunc per simplicem comparitionem resoluitur in vim simplicis citationis.

Et ideo in præceptis, quæ fiunt absque partis citatione, & causæ cognitione, apponitur clausula iustificatiua, si quis senserit se grauatum compareat, quæ operatur, vt per comparitionem resoluatur in vim simplicis citationis. *Bar. in l. nec quicquam, §. vbi decretū, n. 11.* & ibi *Ias. n. 6. ff. de offic. proconf. Ripa in l. de pupillo, §. meminisse, n. 21. ff. de nou. op. nunc. Seraph. decis.* 1044. *n. 2. Coccin. decis.* 373. *n. 9. Buratt. d. decis.* 951. *n. 3.* & de practica præcipiendi, & monendi cum dicta clausula, latè dictum est supra *cap. 2. n. 6.* & seqq. & quando Iudex possit inchoare à præcepto, *ibidem* dictum est *n. 12.* & sequentibus.

Similiter, quando Iudex præci-

preciperet cum comminatione, per comparitionem resolueretur, quia comminatio nō habet vim stipulationis, neque rei iudicatæ. *l.* 1. *C. comminationes epistolas*, quod intelligo, si Iudex reponeret, seu reuocaret præceptum, & desisteret à comminatione, & illius effectu; alias si persisteret in comminatione, non censeretur resolutum, & daretur appellatio. *cap. cùm cessante, de appellat.*

Secundum, quando Iudex negat dilationem parte non citata, quia ea negari non potest sine partis citatione, & causæ cognitione. *l. à procedente, C. de dilation.* vnde dici consueuit in Rota, remissoriā dari, sed non posse negari, sine dubio.

Tertium, quando Iudex mandat fieri depositum; quia illud fieri debet præcedente partis citatione, vel ea præsente. *l. acceptam*, & ibi *gloss.* in verbo *post testationem, C. de vsur. Ias. cons.* 9. *sub n.* 15. vers. *secundò, & fortius, lib.* 1. *Curt. iun. cons.* 28. *n.* 1. *Rolan. cōs.* 63. *n.* 31. *lib.* 1. *Gregor. decis.* 505. *n.* 7. nec sufficeret intimatio depositi iam facti, licet valeat intimatio decreti de deponendo. *Gregor. d. decis.* 505. *num.* 8.

Quartum, quando Iudex interloquitur super possessione; nam si vult alicui dare mandatum de manutenēdo, debet altera pars citari. *Put. decis.* 225. *lib.* 1. *Greg. dec.* 457. *n.* 3. potest enim huiusmodi interlocutoria præiudicare, vel possidenti naturaliter, vel ciuiliter.

Si vult alicui dare mandatum de immittendo, debet partem, quæ expellenda est, citare. *l. meminerint, C. vnde vi*, & de citando possessore latè dictum est supra *cap.* 8. *n.* 143. cum pluribus sequen. & *cap.* 14. *n.* 143. & sequen. & de clausula amoto, dictum est supra *cap.* 2. *n.* 53.

Etiam si vellet immittere aliquem ex primo decreto, quia talis immissio non valet non citatis citandis. *Bal. cons.* 340. *par.* 2. & quando facienda est missio in possessione contra pupillum indefensum, ex primo decreto, debent citari eius consanguinei, amici, & affines, per publicum proclama, vt veniant ad ipsum defendendum. *l. hæc autem*, §. *non defendi*, & ibi *Bar. ff. ex quib. caus. in poss. eat. Maran. par.* 6.

par. 6. verſ. *rectè concipiatur citatio*, *n.*106.

Et quando facienda eſt miſſio in poſſeſſionem contra aliquem abſentem, qui non defenditur, debent requiri eius conſanguinei, & amici, per proclama. *l. item ait prætor,* & *l. ergo,* & ibi *Bar.* & *Bal. ff. ex quibus cauſ. maior. Maran. d. verſ. rectè concipiatur citatio*, *n.*107.

Item, quando immittit aliquem, vel vigore pacti de ingrediendo, vel ex Carboniano edicto, vel ex edicto Diu. Adrian. quia poſſeſſor debet citari ratione ſui præiudicij. *Bar. in l. creditores, n.*26. *C. de pignor. Menoch. de recup. poſſ. remed.*8. *n.*97. *quæſt.*12.

Item, quando Iudex vult apponere ſequeſtrum, debet citari poſſeſſor, cùm nemo inauditus ſit ſua poſſeſſione priuandus. *cap. licet Epiſcopus, de præben. in 6. Mohed. deciſ.* 11. *n.* 2. *de reſtit. ſpoliat. Zabarella in Clem.* 1. *quæſt.* 25. *n.*31. *de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Rota in Romana Caſalis,* 4. *Iulij* 1602. *coram Penia*, apud *Marcheſ. de commiſſ. par.* 1. *fol.* 1219.

Similiter, quando Iudex vellet tenutam nulliter datã, vel confirmare, vel reuocare, citanda eſt pars, quæ poteſt contradicere, vt cognoſcatur an adſit iuſta cauſa confirmandi, vel reuocãdi. *Roman. conſ.*158. *per tot. Felin. in cap. fin. n.*14. in fin. *de iud.*

Sic, qui habet pactum de ingrediendo, ſi fuit nulliter immiſſus, poteſt confirmari in tenuta. *Bart.* in *l. creditores, n.*26. *C. de pignor. Menoch. de recuperan. remed.* 8. *quæſt.*12. *num.*99.

Sic etiam, quando poſſeſſor fuit nulliter eiectus, ſi erat talis, qui potuiſſet de facto expelli, tunc tenuta data debet confirmari; exemplum eſt in conductore, qui finita conductione poteſt à domino expelli.

Sed quando poſſeſſor non poterat extraiudicialiter expelli, tunc tenuta à Iudice data nulliter, debet reuocari, ex regula, quod ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus. *cap. fin. de ord. cogn.* & hoc eſt ex mente *Bart.* in d. *l. creditores, n.* 26. *C. de pignor. Io. Parlad. rerum quotid. lib.* 2. *cap.*6. *n.*2. & 5.

Sic pariter, quando duo contendunt poſſidere, & dubium eſt quis poſſideat, & timor

mor est ne partes veniant ad arma, tunc potest Iudex interloqui, & ad se auocare possessionem, & inhibere vtrique parti, ne vadant ad possessionem, causa tamen cognita, & vtraque parte citata, & causæ cognitio in hoc seruari debet, an dubiũ sit quis possideat, & timeri possit, ne partes veniant ad arma; quia si certũ esset, quod vnus possideret, etiam si timeretur, quod partes veniãt ad arma, nihilominus non posset Iudex ad se auocare possessionem; sed debet inhibere parti non possidenti, ne ipsum possidentem molestet in sua possessione, nec ipsum aliquo modo turbet, alias sequeretur, quod quilibet fingeret rixam pro auocanda possessione ab eo, qui possideret. *Benint. dec.* 73. *n.*2. vsque *6. & n.* 14. *&* 15. *Dec. in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. n.6.*

Quintum, & vltimum exẽplum est, quando Iudex in quauis alia materia vult interloqui; quia debet causæ cognitionẽ adhibere, & partem citare: est enim regula generalis, quod in qualibet interlocutoria, quæ facit alteri præiudiciũ, requiritur citatio eiusdem. *l. de vnoquoque, ff. de re iud. l.* 1. *§. item cùm ex edicto, ff. quæ sentent. sine appell. rescind. l. nam ita diuus, ff. de adopt. l. in concedendo, ff. de aq. plu. arcen. Neguſ. de pign. par.* 4. *n.*23. *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 5. *n.* 17.

Sic, quando vult ferre sententiam super nullitate processus, quæ cum habeat vim diffinitiuæ, debet pars citari, addicta per *Rot. in nouis, dec.* 5. *n.*2. *de lit. contest.*

Sic etiam, quando pronunciat, vel super deuolutione causæ, vel super desertione, est interlocutoria requirens partis citationem, quã etiam potest reuocare. *Rot. in nou. de appellat. decis.* 12. *n.*1.

Item, quando vult reuocare attentata, quia sententia super attentatis dicitur interlocutoria, ex quo fertur ante finem negocij principalis. *Innoc. in cap. ex parte, de maior. & obed. Rota in antiquis, dec.* 1. *de off. iud.* & habet vim diffinitiuæ, quia sapit naturam veri possessorij, quando scilicet fuit attentatũ circa rem, secus si circa personam. *Rota in nou. decis.* 2. *de re iud.* & *decis.* 1. *n.* 3. *in addit. vt lit. pend.*

Item, quando vult admittere

tere aliquem debitorem carceratum ad cessionem bonorum; quia debet citari is, ad cuius instantiam erat carceratus, & per proclama citandi sunt illi, quorum interest, & citatio necessaria est in admissione ad cessionẽ, non autem in obtinendo rescripto Principis pro admissione ad cedendum. vt plenè *Bal.conſ.* 301. incip. *ad euidentiam præmittendum eſt, n.*1. & per tot. *par.*5.

Item, quando Iudex mandat fieri excussionem bonorum: quia hæc interlocutoria requirit partis citationem, sine qua excussio nõ esset legitimè facta, & nihil operaretur. *Bar.* & alij in *l.ſtipulatio, §. habet, ff. de op. nou. nunc.* & in *l.exitus, ff. de acquir. poſſeſſ. Neguſ. de pign.* 1 *memb.*8.*partis, n.*11.*&* 12.*Cephal.conſ.*98. *n.*9.*&* 10.*lib.*1.

Sed an sit citandus fideiussor in excussione principalis, latè disputat *Soc. de citat. art.*5. *quæſt.*6. *n.*9. *&* 10.

Sed dic, quod licet valeret excussio facta contra principalem, nõ citato fideiussore; non tamen præiudicaret fideiussori non citato, de cuius interesse agitur, iuxta ea, quæ dicta sũt supra *cap.*14.*n.*130. & 163. & iuxta *deciſ.* 2. *Seraphini* 1477. *n.*4.

Item, quando Iudex vult reum absoluere ab obseruatione iudicij, quia est interlocutoria, habens vim diffinitiuæ. *Creſc. deciſ.* 6. *n.* 2. *de appell. Rota poſt Pacific. de Saluiano, deciſ.*128. iuxta primã impressionem.

195 Quando Iudex vult reuocare suam interlocutoriam debet partem citare, quia illã non potest reuocare sine causa. *Bellam. deciſ.* 51. *n.* 2. & quamuis interlocutoria transeat in iudicatum, quoad partem, non tamen transit in iudicatum quoad Iudicẽ. *l.quod iuſſit, ff. de re iud. cap. cùm ceſſante, de appellat. Bellam. deciſ.* 744. *n.*6.

Et non solum Iudex potest reuocare suam interlocutoriã expresè; sed etiam tacitè, quando, citata tamen parte, facit actum incompatibilem, per quem in necessarium antecedens corruat illa interlocutoria. *Felin. in cap. quoniã contra, n.*8. *de probat. Rota deciſ.* 1. *de teſtib. in nou. & in recentiſſ. deciſ.* 90. *n.*2. *par.*1.

196 Intellige, antequã interlocutoria sit executioni deman-

mandata; alias enim post factam illius executionem, non potest eadem interlocutoria reuocari, nisi partibus volentibus, & adhibita causæ cognitione. *Bart.* in *l.* 1. *§. fin. n.* 4. *ff. de praet. stipul. Franc. in cap. cùm cessante, n.* 20. *de appellat.* fuit dictum in *Forolivien. Bonorum de Torellis*, 2. *Maij* 1597. *coram Card. Pamphilio seniore.*

197 Sententia diffinitiua est, quæ fertur in negocio principali, quæ in prima instantia fertur per verbum absoluo, vel condemno. *l.* 1. *ff. de re iud.* cuius verba sunt hæc *res iudicata dicitur, quæ finem cōtrouersiarum pronunciatione Iudicis accepit, quod vel condemnatione, vel absolutione cōtingit.* in gradu autem appellationis fertur per verba, declarantia sententiam iustam, vel iniustam. *Leos, C. de appellat.* ibi, *vel iniustam tantum liceat pronunciare, vel iustam.*

198 Et sententia diffinitiua dicitur nedum, quæ diffinit causam proprietatis, sed etiā, quæ diffinit causam possessionis, quæ regulariter declarat vnum immittendū in possessionem, vel eam retinendā, & alterum cōdemnat ad dimittendum, & restituendum fructus, & vel turbatori imponit perpetuum silentium.

199 Quamuis enim controuersia sit, an sententia imponens perpetuum silentium sit interlocutoria, vel diffinitiua: tamen verius est, quod sit sententia diffinitiua; quia finit totam contentionē possessoriam. *Menochius, de retin. poss. remed.* 3. *n.* 239. sic etiam sententia lata in remedio, vel adipiscendæ, vel retinendæ, vel reintegrandæ, censetur diffinitiua, ex adductis per eūdem *Menoch. de retin. poss. d. remed.* 3. *n.* 840. & sequen. & *de adipiscen. rem.* 4. *n.* 802. & 806. *quæst.* 98. *Benint. decis.* 17. *n.* 3. *Cassad. decis.* 1. *n.* 3. *super regul. Rota diuers. par.* 1. *decis.* 616. *n.* 3. & quod citatio ad sententiam non possit omitti, cùm sit de iure naturali, sed quod modus citandi possit variari, latè dictum est supra *cap.* 8. *per tot.*

200 Et hoc indubitabile est, quod sententia diffinitiua ferri nequit nisi, vel parte præsente, vel legitimè citata, alias remanet nulla, etiam si esset lata per Principē. *Clem. pastoralis, de re iud. Clem. sæpè, de verb. significat. Cæsar de grass.*

graff. decif. 11. *n.*2. *de re iud. Caffad. decif.*8.*n.*6. *de refcript.* & etiam fi effet lata ad fauorem non citati, quia nihilominus remanet ipfo iure nulla. *Bar.in extrauag.ad reprim.* in verbo *figura iudicij, in fin.* & in *l. ea quidem*, & ibi *Bald. col.* 2. *in fin. C. quomodo, & quando iud. Alex.& Iaf.in l.fi furiofo, ff. de re iud. Vant. de nullitat. ex defect. citat. n.*10. *fol.* 177. *at. Caput. decif.* 140. *n.*1. & per tot. *par.*3.*Gonzal. regul.*8.*gloff.*9.*in annot.n.*132.

201 Citatio autem debet effe fpecifica ad audiendam fententiam diffinitiuã. *cap. eum qui,* & ibi *gloff.* in verbo *audiendam, de dolo, & contumac. lib.* 6. & ibi *Gemin. & Franc. gloff. in Clem. fapè*, in verbo *ad id, de verb. fignif. Seraphin. decif.*1118. *n.*2. alias enim ea citatio effet incerta, & vaga, & fententia non valeret. *Angel.* in *l.qui infulam, ff de verb. obligat. gloff.in cap.fin.* in verbo *indeterminatè*, *de refcript. Rota in nou. decif.*17.*de re iud.*

202 Imò in quouis actu iudiciario non fufficit citare, fed requiritur citatio fpecialis, cũ tali expreffione, vt citatus intelligere poffit, quare conueniatur. *Clem.*2. *vt lit. penden. Innoc. in cap. cõfuluit, de off. delegat. Bal.* in *l. confentaneum, col.*2. verf. *fed nunquid, C. de fruct. & lit. expenf. Caual. decif.*376. *n.*1. & 2.

203 Et propterea non fufficeret citare ad comparendum, vel audiendum voluntatem, fed fententia lata fub tali citatione, non valeret. *Felin. in cap. confuluit, n.*16. *de off. deleg. Greg. decif.*209. *n.*4. etiam cum verbo ad audiendum voluntatẽ peremptoriè. *Rota in recentiff. decif.* 651. *num.*2. *par.*1.

Item nõ valeret fententia lata fub citatione, feu monitione ad informandum de fua iuftitia, cum comminatione, quod poftea Iudex determinaret caufam. *Rota in recent. decif.*486. *n.*7. *par.*2.

Neque suppleret defectum citationis monitio, facta per Iudicem ad informandũ de iure fuo infra triduum, quia monitio etiam debet effe præcifa ad fententiam. *gloffa in Clem. fapè*, in verbo *ad id, de verb. fignific. Rom. conf.*369. *n.*8. *Rot. in recentiff. decif.*429. *n.*1. *par.*1.

204 Et quãdo Iudex monuiffet partes ad fententiam pro certa die, & Iudex prorogaffet

ſet monitionem ad aliam diem, illa prorogatio abſente parte non ſufficeret; niſi fuiſſet intimata. & non eſſet credendum Notario de executione intimationis abſque teſtibus. *Bal.* in *l. vlt. n.* 17. *C. de re iud. Crauet. conſ.* 273. *n.* 6. *Rota in recentiſſ. par.* 1. *d. deciſ.* 651. *n.* 2. *par.* 1.

Neque etiam ſufficeret citatio ad videndum produci preces, & videndũ pronũciari ſe Iudicem competentem, & mandari procedi ad vlteriora. *Caual. deciſ.* 376. *n.* 2.

205 Et ſi facta fuiſſet citatio ad videndum decerni mandatum de manutenendo, ſeu de immittendo, non poſſet, ſub tali citatione ferri ſententia.

206 Quia quando actus explicatur alio modo, quàm citatio dictaret, citatio non operatur. *Verall. deciſ.* 123. *n.* 2. *par.* 3. & ratio eſt, quia citatus pro mandato de manutenẽdo poteſt non comparere, ſciens quod à decreto poterat reponi, ſecus à ſententia, ita cenſuit *Rota* in *recent. deciſ.* 18. *n.* 2. *par.* 1. & clam facere videtur, qui aliter fecit, quàm denunciauit. *l. aut qui aliter*, & ibi *Bart. ff. quod vi, aut clam*, & ideo debet exprimi ad audiendam ſententiam diffinitiuam, vt citatus ſciat, quæ ſententia ſit contra ſe ferenda, an interlocutoria, vel diffinitiua, vel declaratoria.

207 Et citatio debet eſſe clara, non autem ambigua. *gloſſa* in *cap. cùm cõtumacia*, in verbo *reſpondent, de hæret. in* 6. & dictum eſt ſupra *cap.* 9. ſub *verſ. de exprimenda cauſa*, *n.* 412.

In hac materia vltra ea, quæ de citatione ad ſententiam dicta ſunt ſupra in *cap.* 7. verſ. *de Citatione generali ad tot. cauſ. n.* 113. & verſ. *de citatione conuentionali, monitoria, & peremptoria, n.* 379. & de citatione ad ſententiam an poſſit tolli conſuetudine, in *cap.* 8. *n.* 78. & ſequentibus, nonnulla ſuper ſunt notanda.

208 Et primo nota quod, quãuis vigore Innocentianæ poſſint Auditores Rotæ procedere vigore citationis nulliter executæ, quando conſtat citatum habuiſſe notitiam citationis, tamen quando quis non fuit citatus ad cauſam, ſed ad iurium extractionem, vigore compulſorialium, licet

Xx habuit

habuit notitiam de illa citatione, tamen contra eum non potest procedi per contradictas ad sententiam; nisi de nouo in partibus ad sententiam citetur, vt censuit *Rota diuers.decis.36.p.3.lib.3. per tot.*

209 Secundò nota, quod quādo fuit facta citatio ad sententiam coram ordinario, si postea idem ordinarius deleget alteri prolationem sententiæ, vel alius subrogetur, tunc, propter mutationem personæ Iudicis, necesse est, vt iterum citetur ad sententiam coram nouo Iudice. *glossa* in *l. consentaneum*, in verbo *à quo*, *C. quomodo, & quando iud.* vbi *Bar. n.*11. & *Bal. n.*7. *Felinus in cap. quia, n.* 4. *in fin. de iud. Gonzal. regul.*8. *glossa* 9. *in annot. n.*133. *Gratian. in decis. Marchiæ decis.* 108. *n.*1. & sequentibus.

Sed quando non esset nouus Iudex, sufficeret prima citatio, prout si Episcopus, postquam citauit ad sententiam, remisit causam pronūciandam suo Vicario generali, vel quando sunt duo Vicarij generales, aut Iudices, idem tribunal constituentes per hebdomadas: tamen alternatim certa negocia expedientes, & vnus ac alius pronunciat; nam tunc non est necessaria noua citatio. *cap.*2. *de consuetud. lib.*6. vbi *Franc. n.*4. *Gonzal.* vbi supra *n.*134. *Grat. in addit. ad d. decis.*108. *num.*7.

Et quando plures Iudices constituunt vnum tribunal, prout sunt Auditores Rotæ, tunc sententia lata ab vno, potest ab alio subscribi in casu, vel mortis, vel absentiæ, alteriusuè impedimenti, absque alia citatione, propter commissionem generalē. *Put. decis.*348. *n.*1. *lib.*1. *Mandos. in regul. de annal. quæst.*75. *n.*3. *&* 4. *Gonzal. d. reg.*8. *in annot. d. n.*134. *& seq.* & in *gloss.*60. *n.* 76. *Grat. in d. addit. ad decis.*108. *Marchiæ n.* 9.

210 Tertiò nota, quod vbi sūt plures causæ, licet sit vnus processus; tamen si sit ferenda sententia super duabus, vnica citatio ad sententiam non sufficeret, quia esset incerta, & ex ea non posset sciri, an Iudex vellet pronunciare in omnibus, an vero in vna, & in qua. *l. duo sunt Titij, ff. de test. tut. Tiraq. de retract. tit.*1. *§.* 8. *n.* 5. *Laderch. cons.*93. *n.*3. *&* 5.

Quar-

211 Quartò nota, quod si pẽdente lite, & facta citatione ad sententiam, partes transigerent, licet postea partes à transactione recederẽt, opus esset nouo processu, & noua citatione, quia transactio extinxit omnia acta antea facta. *cap. 1. de transact. Mohed. decis. 3. eodem tit.*

212 Quintò, & vltimo nota, quod in iudicijs ordinarijs requiritur triplex citatio, vel vna peremptoria pro omnibus. *Felin. in cap. consuluit, n. 8.* & sequen. *de off. delegat.* vbi ponit plures limitationes, quas videre poteris.

Et fit cum dierum internallo ad minus decem, vt in *l. ad peremptorium, & seq. ff. de iud.* quod tamen tempus est arbitrarium de stylo Curiarũ. *Guid. Pap. decis. 429. n. 6.* & vide supra *cap. 7. n. 380.* & sequen. sub vers. *de citat. conu. mom. & perempt.*

213 Qua dilatione non finita, sententia lata esset nulla, cùm pendente dilatione cõquiescat officium Iudicis. *l. sine pars, C. de dilat. cap. 1. eodẽ tit. de dilat. Cephalus cons. 89. n. 23. lib. 1.*

214 Prout etiam sententia esset nulla, quãdo fuisset circumductum peremptorium, nisi denuo pars fuisset citata. *l. & post edictum, §. 1. ff. de iud.* & dictum est supra *cap. 7. n. 391.* & sequen.

215 Et citatio, quamuis personaliter facta, nõ habet vim peremptorij, vt reiecta opinione *Innoc.* in *cap. ad petitionem, de accus.* ait *Felin.* in d. *cap. consuluit, n. 8. de off. delegat. Rol. cons. 41. n. 8. lib. 1.* sed expressè continere debet peremptorium, vel æquipolens, vtputà comminationẽ, aliter sententia in ordinarijs scilicet iudicijs esset nulla. d. *l. ad peremptorium, ff. de iud.* vbi notat *Doct.* cum alijs per *Grauat. ad Vestr. lib. 5. cap. 2. num. 7.*

216 In iudicijs autem summarijs non requiritur peremptorium. *Clem. 2.* & ibi *gloss.* in verbo *ad peremptoriam, de verb. signific.*

217 Et in Romana Curia citationes non exigunt expressionem peremptorij, quod in beneficialibus à lege subintelligitur, in prophanis vero subintelligitur ex stylo Romanæ Curiæ. *Rot. in nou. decis. 10. de re iud. Felinus,* in d. *cap. consuluit, n. 12.* vers. *decimo fallit, de off. deleg. Vestrius*

lib.4.cap. 2.*n.*7. & ibi *adden. n.*2. & sequen. Et etiam in causis ordinarijs omnes termini post litis contestationē sunt peremptorij. *Specul. in tit. de citat.* §.*viso*, vers. *dicunt quidam*, *Vant. de nullit. ex defectu citat. n.*103.

218 Aduerte tamen, quia etiam in beneficialibus, & sūmarijs, quando quis citatur de longinquo ad totam causam, apponi debet verbum perēptoriè. *Bar. in extrauag. ad reprim.* in verbo *super crimine*, alias citatio non valeret; nisi citatus compareret.

219 Solemnitas enim peremptorij inuenta est, non ad solemnizandum iudicium, sed ad conuincendam malitiam, & proteruitatem nō comparentis, vt declarant *Doct.* in d. *l. ad peremptorium*, *ff. de iud.* *Alex. cons.*123. *incip. viso processu*, *col.*1. *lib.*2. *Vant. de nullit. ex defect. citat. n.*105.

220 Sententia declaratoria differt ab interlocutoria, & etiam à diffinitiua, quia non componit quæstionem, siue incidentem, siue emergentem, vt facit interlocutoria, neque diffinit negociū principale, adiudicando vni, vel auferendo alteri, vt facit diffinitiua, ex iam dictis. *Felinus in cap. Rodulphus*, *n.*41. *de rescript.* sed factum declarat, aliquē scilicet incurrisse in pœnam, vel excommunicationis, vel insordescentiæ, vel priuationis, siue beneficij, siue feudi, siue emphiteosis, aliorumuè bonorum. & ideo declaratoria non excommunicat, sed excommunicatum declarat, sicut etiam non priuat, sed priuatum declarat, & nihil addit.

221 Et hic notō errorē quorumdem practicorū, qui hanc rem non benè intelligentes, dum citare deberent ad audiendam sententiam declaratoriam, malè citant ad audiendam sententiam diffinitiuam, & in componenda cedula declaratoriç, dum dicere deberent, per hanc nostrā declaratoriam sententiam, iuxta formā positam per *Vestrium lib.*8. *cap. vlt. n.*18. & in Formulario variarum cōmissionum *in formulis sententiarum*, vers. *sententia declaratoria*, dicunt Christi nomine inuocato, per hanc nostram diffinitiuam sententiam. cùm declaratoria non sit diffinitiua, cùmque parum conueniat inuocare nomen Dei, quādo quis

quis excommunicatus, tanquam hostis Dei declaratur, & eijcitur ab Ecclesia Dei. & quod declaratoria magis accedat interlocutoriæ, quàm diffinitiuæ ait *Abb.* in *cap. sacro*, in *4. not. n.5. de sent. excommun. Fel. in rubr. eodem tit. n.2.*

222 Rursus sententia declaratoria differt ab excommunicatione; quia excommunicatio est pœna, quæ vel imponitur à Iure, seu Canone pro delicto; vel ab homine propter contumaciam, vel in nõ parendo, vel in non comparendo. *glossa* 1. in *cap. Episcopi*, 11. *quæst. 3. Abb.* in *cap.* 1. *n.* 10. *de iud. Felin.* in *rubr. de sent. excommun. n.* 1.

223 Declaratoria verò fertur à Iudice, quando declarat factum, pro quo imposita est pœna excommunicationis: quæ declaratio facti est omnino necessaria, priusquam fiat aliqua executio contra quantumuis criminosos, vel inobedientes. *cap. cùm secundum*, in fin. *de hæret. in 6. Fel.* in *cap. Rodulphus*, in verbo *sed declaratoria, n.* 41. *de rescript.* & in *cap. præterea, in princ. de sponsal. Vant. de nullit. ex defect. process. n.* 93. & sequen.

224 Quando pœna excõmunicationis est apposita à Iure, seu Canone, tunc ad effectũ, vt qui incidit in illam, euitetur, necessaria est sententia declaratoria. vt dictum est supra *cap.* 5. *n.* 68. & sequen.

Quando verò pœna excõmunicationis imponitur ab homine propter contumaciã, si non paruerit, vel non comparuerit, tunc tria requiruntur. Primum, vt præceptum, seu monitio de comparendo, vel parendo fiat ex iusta, & rationabili causa, non autem leui. alterum, vt fiat cum peremptorio, seu trina monitione, tertium, vt præceptum, vel monitoriũ intimetur personaliter. *cap. sacro*, cum ibi *not. per gloss.* & *Doct. de sent. excommun. c. p. Episcopi*, 11. *quæstione 3. cap. de illicita*, 24. *quæst.* 3. Et quando absque citatione possit incurri excõmunicatio dictum est supra in *cap.* 11. *n.* 133. & quod non possit excõmunicari, qui personaliter non est citatus declaratur pluribus modis, vt dictum est in eodem *cap.* 11. *n.* 259.

225 Hic noto alias differentias inter sententiam, seu pœnam excommunicationis, &

inter declaratoriam eiusdem pœnæ. Vna est, quia ab excommunicatione non potest appellari, à declaratoria autem appellatur, licet enim non possit appellari à pœna legis, tamen appellatur à pœnæ incursæ declaratione. *Lap. in Clem. ad concupiscentes, de sequestr. poss. Io. Mon.* in *cap. cupientes, de elect. in 6. Roman. cons.* 482. *incip. in casu præmisso, n.* 9.

Altera est, quia si Iudex post appellationem ab eo interpositam, aliquid præciperet appellanti sub pœna excommunicationis, talis excommunicatio, stante appellatione, esset nulla. *cap. cùm contingat, de off. deleg. cap. per tuas, de sent. excommun.*

Si verò Iudex post appellationem declarat, appellatum antea in pœnam excommunicationis incidisse, declaratoria est valida: quia excommunicatio secum trahit executionem. *cap. Pastoralis, §. verùm quia, de appellat. Roman. d. cons.* 482. *eodem n.* 9.

226 Ad istum actum declaratoriæ excōmunicationis necessaria est citatio: quia cùm agatur de declarando facto, propter quod quis in pœnam inciderit, illud factum potest negari. *Fel. in cap. Rodulphus, n.* 41. *de rescr.* vel cū agatur de contumacia, de ea debet cōstare parte citata, *gloss.* in *Clem. præsenti*, in verbo *constiterit, de censibus*, & in *Clem.* 2. in verbo *constiterit de pœnis*, & cùm factum sit discutiendum, an paruerit vel ne, vel an aliqua causa possit excusari; ideo pars nedum citanda est, sed illi danda est competens dilatio, ad docendum paruisse. latè *Felin. in d. cap. Rodulphus, n.* 35. vers. *sed declaratoria.*

227 Et ideo in Rota seruantur quatuor termini, ad docendum paruisse. *Vestrius in praxi, lib.* 8. *cap. vltimo, n.* 19. quibus elapsis, & non docto de paritione, potest ferri sententia declaratoria, etiam absque alia citatione ad sententiam. *Rota in recent. par.* 2. *decis.* 478. *n.* 2. & dictum est supra *cap.* 5. *n.* 86. sed melius est, vt citetur pro reiteratione eorundem terminorum, & pro citatione ad sententiā declaratoriam, & in termino eiusdem citationis feratur sētentia, & dentur cedulones à Iudice subscripti, iuxta stylū.

228 Sed quando contumacia consistit in committendo, nō

est

est necessaria seruatio quatuor terminorum, videlicet, quando ad intimationem executorialium sibi factam dixit non teneri, & nolle parere. *Rota decis. 654. n. 2. par. 1. in recentissimis.*

229 Quando ferenda est declaratoria poenæ excommunicationis, appositæ in litteris Apostolicis, tunc eædem litteræ in primis sunt iustificandæ coram AC. earum executore, qui ad effectum, vt illis pareatur decernit monitoriū, & quando sit merus, & quando mixtus executor, dictum est supra *cap. 2. n. 26.*

230 Et quādo ferenda est declaratoria, an sit reintegrandum monitorium, dic quod si monitorium est factum sub poena excommunicationis latæ sententiæ, tunc non fertur alia sententia, sed si est factū sub poena excommunicationis ferendæ, tunc necessariū est citare, ad videndum se excommunicari ob non paritionem monitorio. *Achil. decis. 6. de sent. excommun.*

Et ita, quando monitoriū est factū sine clausula si quis, & cum comminatione censurarum ex nunc, prout ex tūc, & sic sub poena excommunicationis ferendæ, tunc nō est necessaria reintegratio monitorij; sed pro ea sufficit, vt seruētur quatuor termini ad docendum paruisse monitorio, & postea feratur declaratoria. *Achil. decis. 5. eodem titulo, de sent. excommun.*

Sed quando monitorium fuisset factum cum clausula si quis, tunc si pars comparuisset, & negasset monitorium, deberet de stylo reintegrari monitorium, alias declaratoria esset nulla. *Rota diuers. decis. 261. n. 3. par. 3. lib. 3.*

231 Pro declaratoria pariter poenæ insordescentiæ incursæ, ad effectum, vt quis priuari possit beneficijs, debet pars citari etiam post annum ad diluendum hanc suspicionem, & tunc si sit contumax, potest declarari priuatus. *cap. cùm contum. cia, & ibi glossa, & Doct. de hæret. lib. 6. Seraph. decis. 1285. n. 3.*

232 Et ad hunc effectum insordescentiæ requiritur scientia excōmunicationis, & pertinacia in excommunicatione. *cap. cùm bona, de ætate, & qualit. d. cap. cùm contumacia, & ibi not. de hæret. in 6. Rota in Oscen. Archidiaconatus, 10. Iunij 1602. coram Cardinali*

Lancellotto, *apud Marches. de commiss. par.* 2. *fol.* 479. *n.* 3.

233 Similiter pro declaratione pœnæ priuationis beneficij ob non residentiam, requiritur citatio personalis, si scitur vbi sit. *Caput. decis.* 263. *par.* 2. *n.* 4. alias sufficit trina citatio, vel vna pro omnibus peremptoria, per edictum affigendum in loco beneficij. *gloss. in cap. quoniam frequenter*, in verbo *canonibus definitum*, *vt lit. non cont.* & debet expectari per sex menses antequam deueniatur ad priuationem. *cap. ex tua*, *de cleric. non resid. Afflict. decis.* 289. *n.* 6. & sequen. *Seraph. decis.* 1346. *n.* 3. 4. & 5. & *decis.* 1366. *n.* 2.

234 Item pro declaratione priuationis feudi, requiritur, vel citatio personalis, vel trina per edictum, vt est *tex.* in *cap.* 1. *de milit. Vassal. qui contum. est*, & ibi *Bal.* & alij, *Seraph. decis.* 290. *n.* 4.

235 Item, quando agitur cōtra emphiteotam, pro declaratione deuolutionis, vel ob alienationem factam sine cōsensu Domini, vel ob deuolutionem per lineam finitam, vel ob non renouationem, vel non solutionem Canonis, debet citari emphiteota ad docendum, vel de consensu, vel de linea durante, vel de renouatione, vel aliqua iusta causa retinendi possessionem, non obstante pacto ingrediēdi propria auctoritate, etiam absque citatione, & absque licentia Iudicis: quia tale pactum intelligitur, si constat, vel possit constare, possidenti nullam competere defensionem. *Mantic. decis.* 194. *per totam*.

236 Sic denique, quando agitur pro declaratione notorij, pars debet citari, & notorietas facti probari, cùm multa dicantur notoria, quæ non sunt. *cap. consuluit*, *de appell.* & ibi *Bal. Mantic. decis.* 263. *n.* 3. *Abb. cons.* 33. *n.* 4. *lib.* 1.

Et notorium delictum debet probari factum coram maiori parte populi, ita quod sit inexcusabile, nec sufficit diffamatio, quia debet esse talis, quæ inducat notorium, & requirit declaratoriam. *Seraph. decis.* 376. *n.* 2. 3. & 6. & dictum est supra *cap.* 5. *n.* 72. alio modo etiam dicitur notorium, quod est declaratum per sententiam, vel per confessionem. *cap. fin. de cohab. Cleric. & mul. & cap. fin.* iuncta *glossa*, in verbo *notorium*,

de

de temp. ordin. Nauarrus in manuali, cap. 21. *n.* 55. ſed nihilominus ad probandũ notorium, vel per ſententiam, vel per confeſſionem requiritur citatio, cùm multa in contrarium poſſint opponi, & notorium, vt non egeat citatione, debet eſſe tale, vt tergiuerſari non poſſit. *Innocen.* & alij in *cap. veſtra, de cohab. Cleric. & mul. Clar. lib.* 5. *§ fin. quaſt.* 9. in princ. *Paulus Fuſc. de viſit. lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 22. & quotuplex ſit notorium, vide per *Nicol. Mil. in ſuo repertorio,* in verbo *notorium*.

Sed quando factũ præſupponeretur pro indubitato, vt non poſſet competere aliqua defenſio, tunc citatio pro declaratoria non requireretur. *Roman. d. conſ.* 482. *incip. in caſu præmiſſo, in fin. Put. deciſ.* 332. *n.* 6. *lib.* 1. ſed videtur valde difficile, quod tale notorium poſſit præſupponi, ideo poſſet abſolutè dici citationẽ eſſe adhibendam.

237 Nota tandem in hac materia, quod declaratoria non excommunicat, ſed declarat incidiſſe in excommunicationis pœnam à Canone impoſitam, vt in *Canone ſi quis ſuadente diabolo,* & alijs, & in Bulla Cœnæ Domini, vel impoſitam à Papa, in litteris penſionum, vel prouiſionum beneficiorum, vel in litteris in forma Breuis de capiẽda poſſeſſione nomine Cameræ, & ſimilibus, vel impoſitam à Iudicibus Eccleſiaſticis in eorũ præceptis, ſeu monitorijs, vel etiam à Superioribus Eccleſiaſticis in eorum iuſſibus, factis religioſis ſibi ſubiectis.

238 Sic etiã ſententia declaratoria priuationis nõ priuat, ſed priuatum declarat, & nihil addit, ante tamen declaratoriam non amouetur à poſſeſſione, & ideo requiritur citatio, ex adductis per *Rotam deciſ.* 707. per tot. *par.* 3. *diuerſ. lib.* 3. & prima citatio debet incipere à principali. *Rot. eadem deciſ.* 265. *par.* 3. *lib.* 3. & de modis amittendi beneficiũ ipſo iure, vel ipſo facto, vide p *Rebuff. in prax. p.* 3. *cap.* 1.

DE ACTIBVS, QVI FIVNT poſt iudicium ad deuolutionem cauſæ, an requirant partis citationem.

239 Poſt iudicium alij actus fiunt ad deuolutionẽ cauſæ, alij ad executionem rei iudicatæ.

Ad

240 Ad deuolutionem causæ appellatur, petuntur Apostoli, committitur causa, præsentatur cõmissio, inhibetur, transportantur acta, prorogantur fatalia, & ad istos actus an requiratur citatio, breuiter dicam.

241 Appellatio potest interponi à diffinitiua extra iudicij locum, in domo, vel in camera Iudicis, & ibidẽ possunt dari apostoli, & non requiritur citatio partis, cùm sint actus extraiudiciales. *Rota in nou. decis.*40. incip. *si appelletur, de appellat. n.*2. & etiã die feriata, & de nocte. *Vestr. in praxi, lib.*7. *cap.*3. *n.*25.

242 Appellatio autẽ, quæ interponitur in causis beneficialibus electionum, & prouisionum, in quibus non fuit processũ iudicialiter, sed extraiudicialiter, & quæ hac de causa dicitur appellatio extraiudicialis, vt operetur causæ deuolutionem ad Sedem Apostolicã, ita debet interponi parte præsente, vel intra mensem parti absenti legitimè intimari, & cum scriptura publica perlegi, & dari copia, quatenus petatur, iuxta formã positam in *Clem. causam, de elect.* qua forma non seruata appellatio extraiudicialis non deuoluit causam, nisi in præiudicium ipsius appellantis, non autem appellati. *Put. decis.*517. *per tot. lib.*2.

Et quod in causa beneficiali, appellatio extraiudicialis legitimè intimata, habeat vim citationis, adeo quod appellatus coram Iudice ad quẽ debeat comparere, absque alia citatione sibi facta, alias in eius contumacia procedi possit, dicit esse magnum effectum appellationis extraiudicialis *Maran.* in *Specul. p.*6. vers. *& quandoque appellatur, n.*279. *Grauat. ad Vestr. lib.*3. *cap.*7. *n.*4. & plura allegat *Lãcellot. de attent.* 2. *par. cap.* 4. *de attent. lit. penden. in præfat. sub n.*220. sed sub *n.*223. dicit, quod re vera non est propriè citatio, & quod appellatus vigore prædictæ appellationis non tenetur comparere; nisi aliter citetur. *Innoc.* in *cap. dilecti, de maior. & obed. col.*1. *Gomes. in regula de triennal. quæst.* 54. vers. *circa primum*, in fin. & an appellatio extraiudicialis inducat litis pendentiam, vide latè *Gomes. d. quæst.* 54. per totam, & *Lancellot. d. cap.* 4. *n.* 219. vsque *n.*245.

Re

243 Respõsio de Apostolis est actus extraiudicialis, & ideo Iudex illos potest dare extra Tribunal, in domo sua, vel alibi. *Rota in antiq. decis.* 82. *incip. nota si Auditor, de appell.* & quando illos petit appellans, non requiritur partis citatio. *Rota in nou. decis.* 40. incip. *si appelletur, de appell. n.* 2. Sed quando Iudex dedit terminum iuris, tunc si pars appellata non vult expectare lapsum d. termini, qui est triginta dierum, potest de stylo citare partem ad videndum sibi responderi de apostolis. *Marches. de commiss. appellat. vig. cap. oblata, par.* 2. *cap.* 9. *n.* 18. *fol.* 401. & citato non comparente Iudex dat reuerentiales. *Rot. diuers. decis.* 334. *n.* 2. *par.* 3. *lib.* 3.

244 Similiter quãdo pars appellata prætendit appellantem non appellasse legitimè infra debita tempora, vel appellationem non fuisse legitimè prosecutum, citare debet ad docendum de legitima appellatione, illiusque legitima prosecutione, & Iudex præfigit terminum, quo elapso potest Iudex à quo, citra vitium attentatorum, exequi suam sententiã, vt tradit *Federic. de Senis, consl.* 27. *nu.* 2. *Rota in nouis decis.* 13. & 25. *de appellat. Seraph. decis.* 565. *n.* 4. & *decis.* 1335. *n.* 1.

245 Commissio causæ impetratur absque citatione partis; quia causæ cõmittuntur prout de iure. *cap. causam quę, de rescript.* & ibi notat *Doct.* & pro obtinendo rescripto à Principe, citatio non requiritur, quando alteri non est præiudiciale. *Bar. in l.* 2. *n.* 3. *C. de tempor. appellat.* & ratione præiudicij, quando pars se opponit in Curia, & vult audiri in Signatura, vel quia causa non sit appellabilis, vel quia appellatio non fuerit interposita in tempore, tũc debet citari, & si commissa sit causa, ipse appellatus citat appellantem pro reformatione cõmissionis in eadem signatura, & formulam citationis in signatura, & eius rescriptorum ponit. *Vestrius in praxi, lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 5. & per tot.

246 Præsentata autem Iudici commissione pars debet citari ad dicendum cõtra commissionem, sine qua Iudex appellationis non acquireret exercitium iurisdictionis. *Mantic. decis.* 84. *n.* 4. & dictum est supra *cap.* 8. *n.* 240. & sequentibus.

tibus, *& cap. 9. num.* 8.

Quæ citatio debet habere insertum tenorem commissionis, quando citatur absens, secus quando citatur præsens,& qui de facili potest habere notitiam citationis. *Greg. decis.* 127. *n.* 1. *&* 8. & *decis.*137. *n.*1.& sequen.

247 Sed an omissio citationis, seu termini ad dicendum contra commissionem annullaret sententiam. *Caput.decis.* 324. *n.* 5. *par.* 1. dicit, quod non. idem vult *Rota in nou. decis.* 2. *de rescript.* & *Bellam. decis.*27.*Cassad. autem,decis.*8. *n.*7. *de rescript.* dicit, quod in summarijs si omittatur citatio ad dicendum contra cõmissionem, sentẽtia nõ est nulla. subiungit tamẽ, quod est bona cautela,vt seruetur terminus, ad dicendum contra commissionem.

248 Sed ego aduerto, quia aliud est quærere an pars sit citanda ad dicendum contra commissionem, & aliud est quærere an terminus ad dicendum contra commissionem sit necessario seruandus cum alijs terminis substantialibus, & in hoc casu loquuntur negatiuè præallegatæ decisiones. Sed in primo casu dicit idem *Caput. decis.* 262. *par.*2. *n.*1. quod nullitas sententiæ cessat primò, si fuerit citata pars ad dicendum cõtra commissionem,per quam citationem firmatur iurisdictio Iudicis; secundò, si constat de mandatis procuratorum vtriusque partis, tertiò, si pars citata fuit ad omnes actus, quartò, quando termini substantiales sunt seruati, & reiterati, iuxta d. *decis.* 2. *de rescript. in nou.* & prout latius per eum.

Citatio igitur ad dicendũ contra commissionem est necessaria,ad effectum firmandi iurisdictionem, alioquin omnia gesta sunt nulla. *Cassad. decis.*7. in fin. *de restit. spoliat. Coccin. decis.* 169. *n.*4. & per commissionem lis non dicitur introducta, nisi adsit citatio reproducta. *Clem.* 2. *vt lit. pen. Seraph. decis.* 316. *n.*4. *Rota decis.*4. in fin. *vt lit. pend. in antiq. Greg. decis.*94. *n.*2. quod intellige respectu citati, nam respectu citantis, & eius, qui obtinuit commissionem, sufficit solum decretum citationis, vt inducta sit lis in eius præiudicium. *Mohed. decis.*1. *de caus. poss. & propr.* etiam ad effectum præscriptionis. *Put. decis.*

decis. 385. *n.* 2. *lib.* 3. *Cassad. decis.*6. *super regul. n.*2. & sequentibus.

249 Sed quæro an sit necesse citare ab initio, ad dicendum contra commissionem, an vero sufficiat seruatio termini ad dicendum cōtra commissionem, cum alijs terminis substantialibus. Dico, quod antequam fiant aliqua acta per Iudicem, necessaria est d. citatio, alias illa acta remanerent facta sine iurisdictione: sed si ante seruationem terminorum nulla acta sint facta, & postea fiant, & feratur sententia, tunc sufficit ille terminus ad dicendum commissionem; quia tunc firmatur iurisdictio, vt sic acta subsequentia valeant, præcedentia autem non. & ita ego intelligo *decis. Coccini* 319. *n.* 7. & alteram corā *Orthembergo in Ripana Parrochialis*, 10. *Decembris* 1608.

250 Et hic etiam nota, quod is, qui impetrauit commissionem, quāuis in plena Signatura, siue Gratiæ, siue Iustitiæ, antequam citet alteram partem ad dicendum contra, potest pœnitere, & nolle vti, quando est ad sui fauorem impetrata. *Abb. in cap. causā quæ*, ante *num.* 10. vers. idem *not. de re iud. Coccin. decis.* 47. *n.* 15. *&* 16.

251 Sed nedum potest renūciare commissioni; verùm etiam renunciare potest decreto citationis, obtento vigore commissionis, antequā scilicet citatio fuerit executa. *Achil. decis.* 10. *n.* 1. *&* 4. *de rescript.* & quis non dicitur vsus commissione, quando ad eius instantiā citatio non fuit executa, & illi potest renunciare. *Butr.* in *cap. ex conquestione, n.* 12. vers. *ex causa, de restit. spoliat. Duran. decis.* 133. *n.* 9. *Rota in Salamantina pensionis,* 13. *Ianuarij* 1584. *coram Bubalo, apud Marches. lib.* 1. *fol.* 172.

252 Sed quādo citatio ad dicendum contra commissionē fuit executa, tunc commissio fit communis, & illi renunciari non potest. *Felin. & alij in rubr. de rescript. Rota decis.* 317. *par.* 2. *recent. n.* 1. *adden. ad Greg. decis.* 552. *n.* 7.

253 Prædicta procedūt quoad primam commissionem, sed quando est secunda, & depēdet à prima, nō requiritur alia citatio. *Rota in nou. decis.* 15. *de rescript. Seraph. decis.* 1327. *num.* 5.

Iudex

254 Iudex appellationis inhibet vigore commissionis, & iuxta illius formam, ideoque in citatione ad dicendum cōtra cōmissionem, citatur etiā ad videndum inhiberi iuxta formam commissionis, cùm citatio, & inhibitio ex commissione descendant. *Rota in nou. decis. 3. in fin. de appellat.*

Quæ citatio ad videndum inhiberi nisi fieret, tunc inhibitio facta esset moderanda, quando pars fuisset præsens in Curia, & non fuisset citata; secus quando est absens: tunc enim datur citatio cum inhibitione, etiam parte non citata. *Rota in antiq. decis. 24. & 26. de dolo, & cont. Mantic. decis. 219. n. 1.* & *decis. 223. n. 1.*

255 Et quando pars præsens citatur ad videndum sibi inhiberi, tunc gesta post dictā citationem executam, sunt attentata, quia per eam inducitur lis. *Clem. 2. vt lit. pend. Vestrius in praxi, lib. 4. cap. 1. n. 1. Caual. decis. 48. n. 4.* & citatio ad videndum inhiberi succedit loco inhibitionis. *Hercul. de attent. cap. 18. de inhibit. n. 11.* in fin. vers. *quidam quoque, Gratian. in decis. Marchiæ, 74. n. 3.*

Quando autem datur citatio cum inhibitione vigore commissionis contra absentem, tunc non afficit, & non causat attentata, nisi postquā fuit executa. *Lancell. de attent. post inhibit. declarat. 1. n. 1.* & sequen. *Caual. decis. 499. n. 1.* & sufficit, quod inhibitio sit intimata parti, licet non sit præsentata Iudici. *Gregor. decis. 360. n. 2.*

256 Post executam igitur, seu intimatam inhibitionem in partibus, quæcunque postea gesta sunt, veniunt reuocanda, tanquam attentata, à quibus non excusaret consensus partium; quia reuocarentur ob læsam maiestatem Iudicis, quamuis ex iure partium, attento illarum consensu, non venirent reuocanda. *Gregor. decis. 243. n. 4.* & ibi *addentes littera A.*

257 Nec etiā excusaret, quod Iudex à quo declarasset inhibitionem non afficere; quia cognitio inhibitionis, an sit valida, vel ne, & an eundem casum cōprehendat, vel non, spectat ad Iudicem, qui inhibuit. *Rota in recent. decis. 74. n. 3. par. 1. Buratt. decis. 652. num. 3.*

Et generaliter an, & quando

do Iudex possit inhibere sine causæ cognitione, & partis citatione, latè examinauimus supra *cap. 3. n. 2.* cum pluribus sequentibus.

DE INTEGRA TRANSPORTATIONE actorum an requirat partis citationem.

258 Transportare debet acta is, qui appellauit; quia cum illis debet docere de iustitia suæ appellationis; vt not. *Doct.* in *l. bi qui ad ciuilia, C. de appellat.* & in *cap. Romana, §. si verò, & §. quod si obijciatur. eodem tit. lib. 6. not. Abb. in cap. interposita, de appell. Gabr. de appell. concl. 5. n. 15. Rota diuers. decis.* 184. *n.* 2. *par.* 7. pro qua transportatione facienda, idem qui causam commisit. impetrat à Iudice appellationis monitoriũ contra Notariũ primæ instantiæ, vt tradat, transmittatque ad eumdem sumptum publicum omnium actorum primæ instantiæ, coram eo actæ, vt per *Vestr. lib. 8. cap. 2. n. 1.*

259 Qui nõ est cogendus tradere originale, sed solum sũptum in forma publica. *l. eos qui, §. super his,* iuncta *glossa,* in verbo *exempla, C. de appell.* & *l. à proconsulibus, C. eodem*. appellans idem sumptum publicum debet ad Iudicem appellationis transportare.

260 Qui actus transportationis requirit partis citationẽ. *Angel. in l. properandum, §. sin autem reus, n. 2. C. de iud. Rot. in nou. decis. 1. de fid. instrum.* quæ ait productionẽ instrumenti factam in iudicio non prodesse, nisi parte citata. quam citationem dicit pariter non esse necessariã, quando idem Notarius, qui de illis fuit rogatus, dat sumptum.

Sed si est diuersus Notarius, tunc non potest exemplare, & sumptum dare nisi parte citata.

Quo casu dantur litteræ compulsoriales, quarum vigore proceditur prout supra latè dictum est in *cap. 13.* sub *vers. de processu compulsoriali validè conficiendo, n. 203.*

Processus itaque primæ instantiæ, siue extractus per eũdem Notarium sine citatione partis, vel per alium cum litteris compulsorialibus, debet in actis secũdæ instantiæ produci parte citata. *Cæs. de Graff. decis. 9. n. 7. de caus. possess. & propr.*

261 Et quando esset productus

ctus absque partis citatione, nõ diceretur de actis. *Bellam. decis.*27. *Cassad.decis.*1. in fin. *de except. Cæs.de Grass.dec.*16. *n.*4.*de probat. Greg. decis.*209. *n.*5. & ibi *adden. n.*8.

Et sufficeret solum ad effectum productionis, vt censeretur transportatus in tempore, non autem ad effectum probationis, vt probaret cõtra non citatum. *l.de vnoquoque, ff.de re iud.*

Sed si post talem productionẽ iudicium fuissent partes prosecutæ, stante perseuerantia productionis, & existentia processus in actis, quia scriptura semper loquitur, sufficeret, etiam ad effectũ probationis, perinde ac si parte præsente, vel citata productio facta fuisset. ita declarat *Bal.* in *l.si quando, n.*14. *C.de testib.Felin. in cap.*2.*n.*31. vers. *& ista limita procedere, de testib.* & ita respondit *Cæs. de Grass. decis.*16. *n.*5. *de probat.*

Sæpius contingit in causis appellationum disputari, an acta sint integre transportata, quæ materia cùm non sit omnino nobis extranea, non erit inutile aliqua breuiter adnotare.

262 Noto igitur primò, quod præsumptio est pro transportatione actorum, vt acta sint integra, & qui dicit contrariũ debet probare. *Rota diuers. decis.*64. *n.*4. *par.*1. *Gregorius decis.*59. *n.*1. *Caual.decis.*335. *num.*1. Maximè quando sunt transportata in forma extractus, seu processus. *Duranus decis.*15. *n.*2. *& decis.* 33. *n.*1.

Et quando ex illius inspectione apparet ordinata continuatio actorũ, vt dixit *Rota in Calaguritana beneficij de Narbare*, 7. *Ianuarij* 1595. *coram Corduba*, non tamen noceret etiam si acta non essent ritè ordinata; sed præposterata, & etiam si Notarius diceret processus esse foliorũ tot, & plura apparerent, vt per *Caualer. d.decis.*335. *n.*2. *&* 3.

263 Declara tamen, vt hæc præsumptio habeat locum in processu extracto per eundẽ Notarium actuarium; quia illi statur tanquã originali. *Rota in nou. decis.*1. in princ. *de fid. instrum. Caput.decis.*170.*n.*1. *par.*1. & quod Notarius sit actuarius, statur illius enunciatiuæ. de stylo Rotæ. *Caput. decis.*247. *par.*2. & integritas illius præsumitur, non solum quando attestaretur se fide-

liter

liter extraxisse omnia acta facta in causa; sed etiam, quando simpliciter attestaretur se fideliter extraxisse, vt in pluribus decisionibus relatis per *adden. ad Greg. d. decis. 59. n. 6. & 7. Duran. decis. 375. n. 8.*

Secus autem in processu extracto per alium Notariũ, qui non præsumitur integer. *Rota in nou. d. decis. 1. de fid. instr.* nec sufficeret, quod Iudex assereret acta esse integra: quia hoc spectat ad officium Notarij, non Iudicis. *adden. ad Greg. d. decis. 59. n. 8.* qui plures referunt decisiones, sed si per alium, quàm actuariũ fuisset extractus processus vigore compulsorialiũ, & parte citata, vtique præsumeretur integer. *Seraph. decis. 1028. n. 1. & 6.*

Imò si Notarius non actuarius extraxisset processũ absque compulsoria, & partis citatione; tamen si Notarius actuarius attestaretur se fuisse præsentem illius extractioni, & se subscripsisset, & eius manus esset recognita in Curia, haberetur pro authentico, & præsumeretur integer. *Caput. decis. 170. per tot. par. 1.*

264 Nota secundò, quod integritas actorum alio modo consideratur de iure cõmuni, & alio modo ex dispositione Sac. Conc. Trid. nam de iure cõmuni sufficit, quod transportẽtur acta, ex quibus Iudex appellationis possit instrui, an appellatio sit iusta, & an sententia debeat confirmari, vel infirmari, adeout, etsi deficiant aliqua acta facta, quæ non inferunt ad iniustitiam, vel nullitatem sententiæ, nihilominus processus censeatur integer. *Rota post cons. Far. decis. 200. n. 2. par. 2.* de iure enim non sunt expectanda ea, quæ nihil possunt operari. *l. si quis ita scripserit,* vbi *Bar. ff. de hered. instituen. Iason. in l. properandum, §. etsi quidem, n. 12.* vers. *limita in actis, C. de iud. Rota d. decis. 200. n. 2.*

265 Ex dispositione autem Concilij debent transportari omnia acta; sic dicitur in *cap. 20. sess. 24.* ibi *teneatur act. omnia coram Episcopo gesta, ad Iudicem appellationis expensis suis transferre*, non facta distinctione, an faciant ad causam, inferantuè ad iustitiam, vel iniustitiam sententiæ, & qui omne dicit nihil excludit. *gloss. in l. à procuratore*, in verbo, *& omnem, C.*

mandati, & quia Concilium dat formam, ab ea non videtur recedendum. *cap. cùm dilecta*, cum ibi not. *de rescript. Rota d. decis.* 200. *n.* 2. *post cons. Farin. par.* 2.

266 Cæterum hæc dispositio Concilij dupliciter declarata est, primò, vt habeat locum dumtaxat in causis ecclesiasticis, & etiam in prophanis, quæ pertinent ad forum Ecclesiasticum, non autem in prophanis cõmissis Iudici Ecclesiastico. *Gregor. decis.* 508. *n.* 11. & ibi *adden. n.* 15. *Caual. decis.* 67. *n.* 2. *Rota d. decis.* 200. *n.* 4. *post cons. Farinac. par.* 2. *Martin. And. decis.* 44. *n.* 4. & *decis.* 77. *n.* 2.

267 Secundò declaratur, vt non habeat locum, quando allegans acta nõ esse integra, probaret deficientiã aliquorum actorũ, quæ nullatenus pertinerent ad causam appellationis. *Rot. d. decis.* 200. *Martin. And. d. decis.* 77. *n.* 2. *Duran. decis.* 61. *n.* 4. 5. & 6.

268 Et propterea transportatio actorum irrileuantium nõ est necessaria. *Gregor. d. decis.* 508. *n.* 10. *Duranus decis.* 94. *num.* 5.

269 Et irreleuantia censentur, quæ non respiciunt merita causæ. *Greg. decis.* 59. *n.* 8. *Duranus decis.* 33. *nu.* 4. & 12. Prout etiam si sententia deficeret, quando non ageretur de eius confirmatione, vel infirmatione, tanquam irreleuans non redderet processũ non integrum. *Greg. d. decis.* 508. *n.* 10.

Et etiam acta facta in diuersa causa, si non essent trãsportata, non ob id acta censerentur non integra. *Couarr. pract. quæstionũ cap.* 14. *n.* 4. *Duran. decis.* 33. *n.* 2. & 325. *num.* 18.

270 Adde quod *Concil. Trid.* non arctat appellantem, vt quærat ab alio, quàm à Notario Iudicis à quo, acta transportanda. *Rota diuers. dec.* 18. *n.* 8. *par.* 5.

271 Noto tertiò, quod transportanda sunt acta, & iura: acta scilicet, quæ vel facta sũt, siue parte præsente, siue citata. *Duranus decis.* 375. *n.* 5. vel quæ sunt reproducta, siue repetita, parte legitimè citata. *Bar. in l. naturaliter*, §. *nihil cõmune*, *n.* 32. *ff. de acquir. possess. Seraph. decis.* 502. *n.* 1.

272 Et iura pariter ea transportanda sunt, quæ fuerunt producta parte citata, & quæ in actis dimissa sunt, & registrata.

ſtrata. *Bellam. in cap. cùm in iure, n.8.* verſ. *cõmunis autem, de off. delegat. Rota in Placentina deuolutionis,* 10. *Maij* 1602 *coram Penia*, apud *Marcheſ. par.3. fol.*157. *adden. ad Greg. d. deciſ.*59. *n.*11.

Iura autem, quæ fuerunt producta verbaliter, & non realiter, non ſunt transportanda, quæ ſcilicet Notario tradita,& dimiſſa non fuerũt, neque ab eo regiſtrata; tunc enim ſola productio verbalis fit de actis,non autem inſtrumenta, cùm non fuerit eorũ tenor regiſtratus. *Rota in recent. deciſ.* 561. *nu.* 10. *par.*1. *Duran. deciſ.*375. *n.*23. *adden. ad Greg. d. deciſ.*59. *n.*10. *Coccinus deciſ.*115. *n.*3.

273 Sed adde,quod quamuis pars fuiſſet citata ad dicendũ contra iura, ſi tamen ea fuiſſent producta extra terminũ citationis, non dicerentur de actis, neque eſſent transportanda. *Sarnen. ſuper reg. de annali, quæſt.*4. *Caſſad. deciſ.*1. *in fin. de except. Mantic. deciſ.* 32. *n.*9. *Rota in recent. par.*1. *d. deciſ.*56. *n.*11.

274 Similiter iura repetita nõ ſunt transportanda, nec ſunt de actis, quando in repetitione non fuit expreſſum, quæ ſint illa acta, vel iura, quæ repetuntur, & quo tempore fuerint geſta, & producta. *Innoc. in cap. cùm in iure*, in fin. *de off. delegat. Maran. de ord. iud. par.*6. *actu* 10. *de actor. editione, n.*2. *&* 3. *Duran. deciſ.*15. *n.*3. *&* 4.

275 Nec poſſunt dici iura realiter producta, etiam ſi Notarius dixerit in productione N. facto produxit iura realiter prout in folio. quia non ſtatur referenti, niſi conſtet de relato, & talis aſſertio Notarij licet probaret in præiudicium alterius partis, quæ acta trãsportauit. *Alex. conſ.*6. *n.*6. cum ſequen. *lib.*4. *Maran. d. actu* 10. *de actorum edit. n.*3. *Duran. d. deciſ.*15. *n.*5.

276 Noto quartò, quod in cauſis primæ inſtantiæ non agitur de trãsportatione actorum; ſed de ſola productione iurium, eſto enim, quod in prima inſtantia eſſent producenda acta facta in alio iudicio, tunc qui vult illis actis ſe iuuare, non tenetur transportare omnia acta; ſed dumtaxat illa, quæ faciunt pro ſe,& non tanquam acta; ſed tanquam iura: ad probandum ſuam intentionem. *Caualerius deciſ.*119. *n.*1.

277 Acta enim non transportantur, nisi in causis appellationum, & ab eo, qui appellauit. *l.2.* vbi *Bart. n.2.* & *Bald. n.6.C.de eden.Felin.* in *cap.Ecclesia Sanctæ Mariæ, n. 16. de constit. Caual. decis.43.n.1.*

278 Et pariter in secunda instantia, qui appellauit à sententia reuocatoria primæ, tenetur transportare sola acta integra, quæ fuerunt facta, & producta corã vltimo Iudice; & quæ in illius actis existebãt producta. *Caual. d.decis.* 43. *num.2.*

279 Sed quando quis appellasset à sententia contra se lata, & nihilominus obtinuisset committi causam prout in prima, seu si obtinuisset committi causam appellationis cũ clausula, quam, & quas habet, & mouet habereque, & mouere vult, & intendit cõtra N. cuius clausulæ vigore vellet procedere prout in prima, tũc acta antea facta non viderentur transportanda. *Caual. decis.67.n.1.* sed quælibet pars posset producere ea, quæ facerent pro se. *Caual.d.decis.67 n.1.* & *d. decis.* 119. *n.1.*

Sed hic aduerte, & distingue, si causa cõmissa sit prout in prima, procedit de plano, quod dictum est, vt acta non sint transportanda; sed si cõmissa fit causa appellationis cum clausula, quã, & quas, &c. tunc si causa appellationis esset interposita à sententia interlocutoria, vel à diffinitiua super aliquo incidenti, vel emergenti, benè potest appellans illi renunciare, & aggredi negocium principale, absque transportatione actorum illius sententiæ, cui renunciat: appellans enim non tenetur transportare, nisi acta illius sententiæ, quam prætẽdit reuocare. *Rota decis.* 341. *post conf.Farinac. par. 2. n.1. Duran. decis.* 94. *n.* 4. & *decis.* 116. *n.2.*

Sed si appellauit à sententia lata in negocio principali, tunc sententia transit in iudicatum, & Iudex remanet sine iurisdictione, quando appellans non vult prosequi eãdem causam appellationis, & non potest dicere, quod velit procedere in negocio prĩcipali prout in prima, quando in alia instantia fuit cognitũ negocium principale, & à sententia super eo lata fuit appellatum, hoc enim esset velle circumscribere primam sententiam: quod non est in potestate

testate partium. & clausula, quam, & quas hoc non operatur, ex adductis per *Martham de clausulis, in clausula* 102. *n*.12, & sequen.

Dic igitur, quod quando causa appellationis fuit commissa cum clausula, quam, & quas, &c. intelligitur super præmissis, & ideo acta sunt integraliter transportanda, vt censuit *Rota in Virdunen. repetitionis fructuum*, 23. *Iunij* 1597. *coram Penia*, quæ est *decis*.114.*n*.3.*post cons.Farin. par*. 2.

Et adde, quod in secunda instantia non potest quis audiri, nisi transportato processu, etiam si dicat velle prosequi aliud iudicium, & vigore clausulæ, quam, & quas procedere prout in prima, quia non potest constare, an idem sit iudicium, vel diuersum; nisi videatur processus, vel nisi adeatur signatura, quæ mandet procedi prout in prima. vt respōdit *Rota in Valentina de Campanas*, 13. *Iunij* 1580. *coram Blanchetto*. *Rota diuers. decis*.184.*n*.6.*par*.7.

280 Noto quintò, quod acta integra licet sint transportanda ab appellante, tamen si eo negligente vult appellatus prosequi causam, ipse eā integra debet transportare. *Coccinus decis*.424.*n*.1.

Idem de eo, qui prætendit rem iudicatam, & ab alio Iudice petit illius executionem; nam coram eo debet acta integra transportare, vt ex eis possit constare de iustitia, & validitate sententiæ, & rei iudicatæ. *Duran.decis*.217.*n*.4. adde *Vestr.lib*.8.*cap.vlt.n*.12. *&* 13.

Idem etiam dicendum est, quando causa fuisset auocata ab alio Iudice, quia requiritur actorum integra trāsportatio ad illum, cui causa est commissa. *Rota post cons. Farin.decis*.268.*n*.4.*Rota diuers. decis*.184.*n*.8.*par*.7.

Alias defectus integræ trāsportationis actorum impedit processū ad vlteriora. *Duran. decis*.61.*n*.4.5.*&* 6. & reddit sententiam nullam. *Rota in recentiss.par*.1.*decis*.710.*n*.2. *Coccin.decis*.274.*n*.1.

281 Quia actis integræ non transportatis, Iudex caret iurisdictionis exercitio, nec causa censetur ad eum deuoluta. *cap.Romana*, §.*si verò, de appellat. lib*.6. *Vestr. in praxi*, *lib*.8.*cap*.2.*n*.1. circa fin.vers. *dixi autem*. *Rota post consil.*

Farin. decif. 114.*n.*1. & *decif.* 125.*n.*1.*par.*2.

282 Noto fextò, quod omiffio integrę tranfportationis actorum non annullaret fententiam, quando deficerēt acta, facta coram Iudice incompetenti. *Rota poft conf. Farinac. decif.*116.*n.*2.

283 Item, quādo propter culpam partis, & impedimentū per eam præftitum, non fuiffent tranfportata acta, fentētia fuftineretur. *Pelin. in cap. Ecclefia Sancta Mariæ*, *n.*18. *de conftit. Rota poft conf. Farin. decif.*200.*n.*5. *Seraphinus decif.* 1305.*n.*7. & quod recurrens ad laicos ad effectum impediendi trāfportationem actorum, faciat, vt acta cenfeantur tranfportata, dictum eft fupra *cap.*4.*n.*11. & impedimentum præftitum tranfportationi actorum probatur ex eo, quod vigore prouifionis regiæ cōftat ablata fuiffe, & afportata acta originalia exiftentia penes actuarium; nam fine originalibus non poteft proceffus trāfumptari, minufque tranfportari. *Rota diuerf. par.*5. *decif.*18. *n.*4.

284 Item non annullatur sētentia licet non fuiffent tranfportata acta diuerfæ caufæ, diuerfiuè iudicij. *Couar. pract. quæft. cap.* 14. *n.* 4. *Rota poft conf. Farin. decif.* 188. *n.*1. & *dec.*143.*n.*4. & 5.*par.*2. *Greg. decif.*300.*n.*2. *Daran. decif.*70. *n.*4. & *decif.*375.*n.*18. etiam fi multum facerent ad caufā, de qua agitur, quia non ideo fequitur, quod fint de actis caufæ, de qua agitur. *Gregor. decif.*55.*per tot.*

285 Sic creditor, qui egit cōtra principalem debitorem, fi poftea agat contra fideiuſſorem, non tenetur acta caufæ contra principalem tranfportare; fed fideiuffor, fi illis vult fe iuuare, debet ea tranfferre fuis fumptibus. *Coccinus decif.*1. *per tot.*

286 Sic etiam acta criminalia non cenfentur pertinere ad caufam; quando caufa ciuilis tantum eft commiffa in Rota, & ideo illis non tranfportatis fentētia nihilominus valeret. *Rota in recentiff. par.*1.*dec.*58. *n.*2. in fin.

287 Suftineretur etiam fentētia, quando fuiffent tranfportata omnia acta fecundæ inftantiæ, licet non effent tranfportata acta, facta in priori inftantia, quæ non reperiuntur producta coram Iudice fecūdæ inftātiæ. *Caual. dec.*43.*n.*2.

Item

288 Item sententia nō posset dici nulla ex defectu transportationis actorum, vbi cōstaret, quod pro vtraque parte fuisset facta repetitio, seu reproductio, & exhibitio omnium actorum primæ instantiæ, & Iudex iussisset afferri sibi omnia acta coram eo producta, & repetita, vt censuit *Rota in Florentina iurispatronatus*, 3. *Decembris* 1607. *coram Card. Lancellotto iun.*

Idem est, quando ambæ partes fecerunt instantiā pro sententia. *Rota post cons. Far. par.* 2. *decis.* 116. *n.* 1.

289 Prædictis adde, quod si in actis extarent duæ cōmissiones, vna in prima instantia super iactationibus, cū clausula, quam, & quas, &c. in qua ageretur de nullitate resignationis factæ in Curia. Altera appellationis ab executore litterarum resignationis, qui decreuit resignatarium esse immittendū, si idem resignās velit procedere vigore primæ commissionis prout in prima, potest obtinere sententiam absque eo, quod transportauerit acta causæ appellationis. & ita sæpius censuit Rota, vt in vna *Toletana Parrochialis de Mazzarambron. in Congregatione* 20. *Iulij* 1591. *coram Peniz.*

290 Septimò, & vltimo noto, quod ex inspectione processus, & actorū probatur, quod acta non sint integra, vt si appareat ex eo, vt aliquod instrumentum fuerit productū, vel quod fuerint facta aliqua acta ordinatoria decisoriauè, quæ non reperiantur in eodē processu transportato, ex not. per. *Natt. cons.* 45. *n.* 2. & 3. *lib.* 1. *Cassad. decis.* 8. *n.* 2. *super regul. Achil. decis.* 9. *super regul. de trienn.* in fin. *Caput. dec.* 192. *n.* 3. *par.* 3. *Rot. in Vladislauien. Bonorum*, 27. *Iunij* 1605. *coram Manzanedo*. quæ respōdit ad deficientiā vnius protestationis, quod illa enunciabatur facta oretenus, ideo non potuit transportari, & pariter ad aliam deficientiam pronunciationis, qua Iudex pronunciauit se competentē, respondit, quod non enunciabatur facta in scriptis, & quia potuit fieri tacitè per processū ad vlteriora, ad *tex.* in *cap. significauit*, cum ibi not. *de appellat.* & ideo non erat mirū, si non apparebat transportata.

Item ad deficientiam decreti, quod procurator in

commissione narrauit fuisse latum in partibus, Rota respondit coram *Durano, decis.* 35. *nu.*4. & seqq. quod confessio procuratoris in cõmissione dicitur facta per modũ non contentiosæ, sed voluntariæ iurisdictionis; quia id facit non tractus partis citatione. *Felinus in cap.*1. *n.*15. *vt lit. non contest. Greg. decis.* 460. *n.* 5. & non nocet principali, nisi quando est facta necessariò, & per modum cõtentiosæ iurisdictionis. *Bar. in l.certum, §.sed an ipso, ff. de confess. Felin. vbi supra, n.*14. *Duran, d. decis.*35. *n.*4. *& sequentibus.*

291 Imò confessio procuratoris, quando nocet principali, potest ab eo reuocari. *Caput. decis.* 198. *par.*1. & *decis.*333. *par.*2. & quando principalis docet rem aliter se habere, & detegit erroneam confessionem, ea sibi non nocet. *cap. fin. de confess. cap. cùm causam, de appellat. Felinus d. cap.*1. *n.*14. *vt lit. non contest.* & successiuè ex ea non probantur acta non integra. *Duranus d. decis.*35. *n.*5. 6. *&* 7. atque procuratoris cõfessio, vt noceat, debet esse omnino certa, itaut non possit recipere aliam interpretationem, & non emissa ad alium effectum, neque erronea. *Duran. decis.*314. *n.* 10. *&* 12. *& decis.*387. *n.*11.

292 At si quis transportaret fasciculum scripturarum, asserens esse acta originalia, & in vim compulsorialium sibi per Notarium tradita, non præsumerentur integra; quia processus non facit fidem, nisi fuerit habitus in vim cõpulsorialium, & ita seruat *Rot.* vt in *decis.*36. *de probat. in antiq.* in compulsorialibus autẽ nõ præcipitur Notario, vt tradat acta originalia, sed earũ sumptum publicum fide dignum.

293 Et ideo si non traderet sumptum, sed originale, non impleret formã mandati, quæ implenda est. *l. diligenter, ff. mandati, cap. prudentia,* in fin. principij, *de off. deleg.* & quod fit non seruata forma, nulliter fit. *Seraph. decis.* 972. *n.*6. *Rota in recent. par.*1. *dec.*624. *nu.*9. atque, vt superius diximus *n.*259. de iure communi non potest cogi Notarius ad transportandum originale, sed solum sumptum. *l. eos qui, §. super his,* iuncta *glossa,* in verbo *exempla, C. de appell.*

l. à

l. à proconsulibus, *C. eodem*.

294 Et Notarius debet penes se custodire protocollum, non autem parti tradere. *Alex. in l. prætor*, §. *is autem*, *n.1. ff. de eden.* & si illud perdat, tenetur pœna extraordinaria. *Bal. in Rubr. C. de fid. instrum.*

295 Et quãdo processus apertus portaretur per partem, redderetur suspectus: quia pars potuisset in illo addere, vel minuere, vel mutare folia, propter suum interesse. *Bart. in l. fin.* §. *si fine*, *n.5. ff. de quæst. Rota diuers. par.5. decis.* 82. *n.*11. & Notarius semper debet penes se retinere originale, vt alijs cum opus fuerit possit edere. *Bar. in l. si Librarius*, *n.*10. *ff. de reg. iur.*

296 Et quando quis producit fasciculum scripturarum, seu actorum, nullam habet pro se præsumptionem integritatis actorum: licet enim, vt etiã supradictum est acta præsumantur integrè transportata, arg. *tex. in l. si quis cùm testamentũ, ff. de testam. Butr. in cap. fin. de probat. Seraphin. decis.* 1028. *n.* 6. *Duran. decis.* 15. *n.*2. tamen hæc præsumptio intrat, quando acta sunt producta in forma processus, seu extractus cũ subscriptione Notarij, & attestatione se fideliter extraxisse. *gloss. in cap. quoniam contra, de probat.* vbi *Doct.* & *Abb. n.* 19. vers. *primo casu*, *Greg. decis.* 59. & ibi *adden. n.6.* & 7.

297 Sequitur alter actus prorogationis fataliũ, quæ si petatur vigore Bullæ Innocentianæ, non requirit partis citationem, vt dictum est supra *cap.*10. *n.*437. sed post Constitutionem *Pauli V.* quæ hãc facultatẽ prorogandi restrinxit, necessaria est citatio, vt dictum est in d. *cap.*10. *n.*440. & si peteretur hæc prorogatio vigore commissionis, quę post aliquas prorogationes vigore dictarum Bullarum obtentas, solet obtineri, tunc omnino pars esset citanda, vt dictum est in eodem *cap.*10. *nu.*438. Et de hac materia fatalium, & de tempore prosequendæ, & finiendæ appellationis, & quando currant, vel non, & quando detur restitutio aduersus eorum lapsum, plenè dictum est supra in d. *cap.* 10. *à n.*419. vsque 493.

DE

DE ACTIBVS, QVI FIVNT post iudicium, ad executionem rei iudicatæ, an requirant citationem.

298 Actus, qui fiunt pro executione, vel fiunt à Iudice, vel ab executore, ad quos actus, an & quando pars citari debeat, breuiter dicemus.

Iudex si vult exequi suam sententiam, quæ transiuit in iudicatum ob non interpositā appellationem, vel ob non legitimam illius prosecutionem, vt de hoc sibi constet, debet pars citari quater, ad docendum de appellatione, eiusque legitima prosecutione, vt per *Vestr. lib.* 5. *cap.* 10. *in fin.* & *lib.* 8. *cap. vlt. nu.* 8. quarum quatuor dilationum, seu terminorum lapsus operatur, vt Iudex possit ad executionem procedere. *Roman. sing.* 163. incip. *hoc nesciunt legistæ*, *Seraph. decis.* 565. *n.* 6. & *decis.* 1335. *n.* 1. & eorundē quatuor terminorum obseruatio est preparatio quædam ad executionem, non autem censetur expressa petitio executionis. *Duranus decis.* 190. *num.* 11.

299 At si Iudex vult exequi suam sententiam confirmatoriam primæ, stante statuto de duabus conformibus, vel tertiam confirmatoriam duarū, vel etiam primam stante cōmissione cum clausula appellatione remota, tunc absque alia citatione potest ad executionem procedere, quia sibi constat ex actis de re iudicata, nec quidquam facit etiam si victus appellet, nisi à Superiore sibi fuerit inhibitū. *Innoc.* & alij in *cap. Pastoral.* s. *de off. deleg. Lanfran. in cap. quoniam contra*, in verbo, *de interloc. & appellat. Mynsing. sing. obseruat. cent.* 1. *obs.* 3.

300 Si verò vult exequi aliorum sententias, vigore cōmissionis executorialis eidem directæ, necessario est citanda pars ad dicendum contra cōmissionem, sine qua citatione nō firmatur iurisdictio. *Vestr. lib.* 8. *cap. vlt. n.* 12.

Et superius dictum est, Et quia in eadem executoriali executori cōmittitur, vt præfigat breuem, & peremptoriū terminum, ad docendum de appellatione, eiusque legitima prosecutione, debet pars citari ad videndum sibi præfigi terminum iuxta formam commissionis, vt possit contradicere. *l.* 2. *C. de dilat.*

Et

301 Et quia in eadem commissione executoriali apponitur clausula, constito de duabus, seu de tribus, vel quod alias sit locus executioni rei iudicatæ: ideo debent transportari acta citata parte, vt ex illis constet de re iudicata; & in iudicialibus clausula constito importat partis citationem. *glossa in Clem. præsenti*, in verbo *constiterit*, *de censibus*, *Vestr. lib.*8. *cap. vlt. n.*13.

302 Et quia successiuè committitur, vt expensas taxet, & moderetur; ideo citanda est pars, quæ in hoc posset lædi. *l. de vnoquoque*, *ff. de re iud. cum simil.* qua audita, vel contumace, Iudex eas taxat delato iuramento petenti, vt per *Vestr. d. lib.*8. *cap. vltimo, n.*13. & ibi *adden. n.*35. *&* 36. & ea ratione taxatio expensarum requirit partis citationē, quia est actus iudicialis, & nō est mrea executio; quia aliquid adijcit sententiæ, scilicet certam quantitatem. *Bal. in l. terminato, n.*7. *C. de fruct. & lit. expen.*

303 Sed an in taxatione expensarum citari debeat fideiussor de iudicatum soluēdo, dicit *Bal. in cons.*46. *n.*3. *lib.*3. quod non, hac ratione, quia iudicium factum cum principali afficit eum secundariò, non principaliter, & sicut nō fuit citatus in principali, nec etiam citandus est in appendicijs necessarijs, alias pro vno aduersario cogeretur quis habere plures. vnde natura istius fideiussionis est, quod afficiat fideiussores, etiam non citatos. *l. fin.* in fin. *C. de vsur. rei iud. l.* 2. *ff. Iud. solu. l. cùm filius familias*, §. *in hac*, *ff. de verborum obligat.*

Subiungit tamen cautius forè, si citaretur. *l.*2. *C. si propter public. pensi. l. cùm miles*, *ff. ex quibus caus. maior.*

Et denique, quia commissio fit, vt tam pro illis, quam pro contentis in sententia mandatum executiuum, seu decernat litteras executoriales, & aliud quodcunque necessarium, & opportunum decernat, & relaxet, ideo necessario citāda est pars ad videndum taxari, & moderari expensas in causa factas, illasque taxatas, & moderatas soluendum, alias videndum, tàm pro illis, quàm pro contentis in sententia, & re iud. decerni, & relaxari mandatū, & hæc citatio ad videndum relaxari mandatum est omnino

304 nino necessaria. *Cocc.decis.* 130. *n.*1. ratione scilicet præiudicij, & defensionis; nam post sententiam plures etiam possunt opponi exceptiones. *l.*1. cum ibi notat per *Doct. C.de iuris,& fac.ignoran.*quas pars non citata nõ posset opponere, & posset lædi. *l.nam ita diuus, ff. de adopt.l.de vnoquoque, ff. de re iud. Socin. de citat. art.* 7.*nu.* 22.*quæst.* 19. *Alex. in l.à Diuo Pio,§.in venditione, ff. de re iud.Petr.Duen. reg.*94.*n.*2.*&* 3.

Et ex prædictis remanet firmum, quod antequam Iudex possit procedere ad executionem rei iudicatæ, debet sibi de ea constare, præuia partis citatione.

Sed quãdo sibi constat de re iudicata, an possit relaxare mandatum executiuum non citata parte, est articulus valde controuersus, vt ait *Coccinus d.decis.*130.*n.*1. dicunt etiã *adden. ad Greg. decis.*545. *n.*11. & diuersæ sunt Doctorum opiniones, & distinctiones, vt per *Soc. d.art.*7.*n.*22. & *Gabr. de cit. concl.* 1.*n.*129.

305 Pro cuius faciliori discussione præmitto, quod sententia, postquàm transiuit in iudicatum, habet executionem paratam. *l.minor annis* 25.*cui fideicommissum, ff. de minor. l.*2.*C. de execut.rei iud.*

306 Quæ executio peti potest, vel officio Iudicis nobili, vel actione in factum, siue rei iudicatæ. *Bart. in l.à Diuo Pio, §.sententiam Romæ, n.*1. *&* 2. *de re iud. Surd. cons.* 204.*n.*1. *&* 8. *Greg. decis.*545.*n.*1. Officio Iudicis ab alio peti non potest, quàm ab eo, qui illam tulit. *cap. quod ad consultationem, de re iud. l. cùm quædam puella, ff. de iurisd. omn. iud.* & alius non potest illam exequi, nisi ab eodẽ requiratur. *l.properandum, §.sin autem reus, C. de iud. cap. Romana, §. contrahentes, de foro cõpeten. lib.*6. *Specul. in tit. de execut.senten. §.nunc dicendum,* vers. *sed pone Iudex Perusinus, n.*13.*Surdus d. cons.*204.*n.*1. *Gregor.d. decis.*545.*n.*2.

307 Quod intellige si sit Iudex ordinarius, secus si delegatus, quia non potest exequi suam sententiã; sed eius executio pertinet ad delegãtem. *Abb.in cap. si quis contra Clericum, col.fin.de for.compet. Bar. & alij in l. à Diuo Pio, in princ. ff. de re iud. Maran. in specul.* vers. *post omnia aduertatur ad executionẽ, n.*2.*&* 4.

Sic

308 Sic etiam arbiter non potest suam sententiam exequi; sed illã exequi debet Iudex ordinarius eiusdem Rei condemnati per arbitrum. *l. cùm antea*, & ibi *Bal. col. fin.* vers. *vlterius nota*, *C. de arbitris*; & notat *Bart.* in *l. non ex omnibus*, *ff. de arbitris*, *Maran. vbi supra n.5.*

309 Et ideo si sententia primi Iudicis in iudicatum transiuit, ab illo executio peti debet; sed si sententia secundi, vel tertij Iudicis sit illa, quæ facit rem iudicatam, ab illo petenda est executio, agitur enim ex confirmante, non ex confirmato. *Bar. in l. eos*, in fin. princ. *C. de appellat.* & in *l. præcipimus*, §. *officijs*, *C. eodem*, *Maran. vbi sup. n. 6. Vestrius lib.8. cap. vlt. n.10.*

310 Si vero petitur executio actione in factum, seu rei iudicatæ; tunc à quolibet Iudice peti potest, & quilibet Iudex potest illam exequi; quia actiones possunt vbique moueri, & exerceri. *l. fin. in fin. C. de præscript. long. temp.*

311 Sed quæ sit ratio differentiæ, an agatur officio Iudicis nobili, an vero actione in factum, declarat *Bart. in d. §. sententiam Romæ, n.2.* dicens, quod officium Iudicis quo petitur executio ab eodem, qui tulit sententiam, non est mercenarium, quod finitur lata sententia *l. Iudex*, *ff. de re iud.* sed nobile, veniẽs in consequentiam primæ cõdemnationis, & ideo debet ab eodem Iudice expediri. *l. nulli*, *C. de iud.* non autem ab alio: quia cõpetit ex æquitate, vt sit finis litium. *l. terminato*, *C. de fruct. & litium expen.* quæ æquitas cessat in alio Iudice, qui non iudicauit.

Quod autem executio rei iudicatæ possit etiã peti actione in factum, seu rei iudicatæ, patet: quia actio est ius petendi in iudicio, quod sibi ab alio debetur. §. 1. *institut. de act.* ideo potest intentari coram quocunque Iudice, competente tamen, & peti, quod ex iudicato sibi debetur. *Felin. in cap. postulasti*, *n.10.* vers. *secunda conclusio, de foro compet. Cagnol. in l. cùm quædam puella, n. 33.* vers. 4. *limita, ff. de iurisd. omn. Iudic. Bar. in d. l. à Diuo Pio*, §. *sententiam Romæ*, & ibi *Alex.* & *Ias. ff. de re iud. Surd. d. cons. 204. n.8. Greg. d. decis. 545.* & frustra essent latæ sententiæ, nisi debitæ executioni demãdaren-

darentur. *cap. quod ad consultationem, de re iud.* & notat *gloss. in rubr. C. de execut. rei iud. Maran. in spec.* d. *vers. post omnia aduertatur ad executionem, n.* 1.

312 His præmissis distinguo, si petitur executio ab eodem Iudice, qui eam tulit, necessaria est citatio, nedũ ad docendum de appellatione, & illius prosecutione, vt superius dictum est, & est *tex.* in *l. si contra maiorem, C. de appellat.* vbi dicitur, quod debet constare de negligentia in prosequendo appellationem, sed non potest liquere, nisi parte citata, ita *Bar.* in *l. vnica, in fin. n.* 9. *ff. nil. nou. appell. interpos.* & nisi citatus doceat de prosecutione, vel de iusto impedimento, sententia mandari debet executioni. *l. fin.* §. *illud, C. de temp. appell. Bar.* vbi supra.

Sed etiam ad videndum relaxari executionẽ, seu mãdatum executiuum, ad quẽ actum necessaria est citatio.

313 Quia plures exceptiones possunt allegari, etiã in executione, ad illam impediendam, quas enumerat *glossa fin.* in *l.* 1. *C. de iur. & facti ignor.* quod fieri non posset, nisi pars citaretur. *Alex.* in *l. à Diuo Pio,* §. *in venditione, ff. de re iud. Zabarel. in Clem. sicut. quæst.* 2. *de appellat. n.* 5. *Franc. in cap. ex ratione, n.* 86. vers. *quarto quæritur, eodem tit. Dec. cons.* 97. *n.* 2.

314 Et ideo post relaxatum mandatum executiuũ, & post cœptam executionem, non tamen perfectam, si pars cõparet, debet audiri in suis exceptionibus, & interim supersederi; sed post perfectã executionem, si superueniat supersessoria, nihil operatur; quia tunc agendum est pro reuocatione, vt sæpius Rota censuit, vt per *Caualer. decis.* 319. *n.* 1. supersedere enim aliud est, & aliud acta reuocare: ideo decretum de supersedendo importat, vt rebus in eodem statu manentibus, non procedatur ad vlteriora, & decreta sunt stricti iuris, & nequeunt extendi vltra id, quod necessario important. *l.* 1. *C. si plur. vn sen. condemn. sint. Bar. in l. Iulianus, ff. de condit. indeb.* & etiã sententia interlocutoria non potest reuocari, postea quam est executioni demãdata, nisi partibus consentientibus, & adhibita causæ cognitione.

Bar.

Bar. in *l.* 1. §. *fin. n.* 4. *ff. de prætor. stipulat. Franc. in cap. cùm cessante, n.* 20. *de appellat. Paris. cons.* 107. *n.* 103. *lib.* 3. & ita dixit *Rota in Foroliuien. bonorum de Torellis*, 2. *Maij* 1597. *coram Card. Pamphilio seniore*.

315 Vt autem possit decerni supersessoria, debet Iudici cõstare aliqualiter de iniustitia. *Caput. decis.* 114. *par.* 3.

Et quia citatio non requiritur, vbi periculum sit in mora, vt not. *Doct.* in *l. de vnoquoque, ff. de re iud.* & in *l. nã ita diuus, ff. de adopt.* & in *l. si quando, C. de test.* ideo Iudex potest decernere supersessoriam, etiam parte non citata, dummodo illam mandet intimari, & deduci ad notitiam partis, vt possit contradicere.

316 Ita enim operatur intimatio legitimè facta, quod citatio. *Felin. in cap. cùm contingat, n.* 8. & 9. *de rescript. Roman. cons.* 410. *n.* 2. *Tiraq. de retract. lignag.* §. 9. *gloss.* 2. *n.* 18. *Greg. decis.* 505. *n.* 8.

317 Et vt gesta post supersessoriam sint attentata, & reuocanda, necessè est, vt ea fuerit executa contra principalem, non autem contra solum procuratorem, ad not. in *l. si procurator*, vbi *Ias. n.* 5. & *alij, ff. de cond. ind. Lancel. de attent. post inhibit. declar.* 1. *n.* 1. & sequen. *Caual. dec.* 499. *nu.* 1. nec sufficeret etiam si principalis habuisset notitiam supersessoriæ, & inhibitionis ante illius executionem. *Seraphinus decis.* 1046. *n.* 1. *Paris. cons.* 81. *n.* 13. *vol.* 4. *Rota decis.* 1. *n.* 18. *par.* 2. *diuers.* & cẽsuit *Rot. in Ianuensis Pecuniaria, seu prætensorum attentatorum*, 20. *Aprilis* 1640. *corã R.P.D. Dunozetto*.

318 Quando vero allegata iniustitia non probatur, reuocãda est supersessoria, quæ reuocari potest etiam parte non citata, dummodo decretũm intimetur parti. *Innoc. in cap. cùm inter, il* 2. *ad med.* in verbo *assumatis, de elect. Felinus in cap. cùm ordinem, n.* 3. *de rescript. Gratian. discept. forens. cap.* 321. *n.* 3.

319 Alia etiam ratione, quàm iniustitiæ coram eo allegatæ, Iudex debet supersedere in executione; pendente scilicet recursu, seu relatione ad Principem. *Lancell. de attent. relat. penden. cap.* 8. *n.* 7. & est *text.* in *l. fin. C. de relat.* & de stylo Curiæ, Iudex debet supersedere in expeditione causæ, quan-

quando illi præsentatur fides Referendarij, asserentis se habere cōmissionem proponendam in prima proxima Signatura. *Rota in recent. p.1. decis.135. n.4.*

320 Item pars debet abstinere à processu ad vlteriora, quando est citata coram Cardinali Præfecto Signaturæ Iustitiæ, siue eius Auditore, ad videndum concedi supersessoriam, vsque ad primam Signaturam: quia tunc censetur incipere pendentia recursus ad Principem, quando pars fuit citata. *Franc. Marcb. decis.83. n.2. par.1. Lancellot. de attent. 1. part. cap. 19. de attent. pend. recursu, in præfat. n.14. & 30.* regulariter enim citatio inducit litis pendentiam, & causat attentata. *Clem.2. vt lit. pend. Lancell.2. par. cap.3. de attent. lit. pend. in præfat. n.28.*

321 Quando executio rei iudicatæ fieri debet in personis, vel rebus existentibus extra territorium eius, qui iudicauit, tunc pro ea requirendus est Iudex illius loci cum litteris requisitorijs, seu subsidiarijs, de quibus dictum est supra *cap.6. nu.47.* & sequentibus, & *cap.9. n.32.* & *cap.11. num.26.* & sequentibus.

322 Qui Iudex requisitus in hoc est merus executor, cui non committitur, nisi nudum factum, & non potest cognoscere super exceptionibus respicientibus iniustitiam sententiæ, sed duntaxat super respicientibus executionem, vt dictum est supra in *cap. 10. n. 126.* & sequen. & propterea non tenetur citare partem, nisi velit, ad executionem faciendam, quæ citatio fieret extraiudicialiter, & ex abundanti, vt dictum est supra *cap.8. n.327.*

323 Rota autem loco litterarum requisitorialium, quādo vult, vt eius sententiæ exequantur extra Statum Ecclesiasticum, dat litteras executoriales, quibus non committitur, vt Iudices exequantur; sed solum, vt easdem litteras parti intiment, eamque moneant ad parendum illis, non autem, vt inuitam compellāt ad parendum; sed vt fidem intimationis factæ transmittant. *Mandos. commiss. 24.* in verbo *loco litterarum executorialium*, vers. *item executoriales, Vestr. in praxi, lib.8. cap. vlt. nu. 16.* & dictum est *supra d. cap.6. n.80.* & sequen.

Rota

Rota post conf. Farin. decis. 283. *n.* 1. *& sequen. par.* 2. in quibus executorialibus relaxandis requiritur citatio, sicut in relaxatione mandati. *Vestr. d. lib.* 8. *cap. vlt. n.* 14. *Seraph. decis.* 562. *n.* 4. non tamen requiritur seruatio terminorũ substantialium. *Greg. decis.* 43. *num.* 13.

324 Quando autẽ Iudex successor eius, qui iudicauit, vult rem iudicatam exequi, omnino requiritur citatio. *Bald.* in *l. ordo, C. de execut. rei iud. Alex. in l. à Diuo Pio*, §. *in venditione, n.* 35. *ff. de re iud. Menochius de recup. remed.* 8. *n.* 79. *Felin. in cap. ex ratione, n.* 10. verſ. *limita tertio, de appellat.*

325 Et idem est, quando antecessor mandauit exequi, sed eius tempore non fuit executum mandatum per executorem, quia tunc successor debet renouare executionem, seu dare licentiã de exequendo, seu concedere exequatur, ad quem actum pars debet citari, vt possit contradicere, & se defendere, quia propter tractum temporis potuit medio tempore subuenire reo aliqua defensio, de qua debet discuti, vt not. *Cyn. in l.* 1. *C. de iur. & fac. ignor.* & *l. si filio, ff. de cond. sine caus.* atque Iudex successor nouum edictum debet proponere. *l. edictum, ff. de iud.* & Iudici non dicitur aliquid liquere, nisi parte citata. *l. fin. C. si per vim, vel alio modo, Bal. in conf.* 35. *n.* 1. *lib.* 5. qui tamen in casu statuti, quod à pronunciatione, vel executione instrumẽti non appelletur, tenet, quod à renouatione licentiæ executionis data per Iudicẽ successorem, etiam parte non citata, non possit appellari, ex rationibus per eum adductis. & quando mutatur persona Iudicis, in executione requiritur citatio. *Gregor. decis.* 545. *num.* 6.

326 Si vero executio petatur ab alio Iudice in vim cõmissionis, dictũ est superius, quod pars debet citari ad dicendũ contra cõmissionem, & quod acta debent transportari parte citata, quæ tandem debet citari pro executione. Item si petatur actione in factum, siue rei iudicatæ, ad *l.* 1. iuncta *glossa*, in verbo *ex sententia*, *C. de iur. & facti ignor.* debet citata parte docere de sententia, quæ transiuerit in iudicatũ, nam ei incumbit

probatio, qui dicit, non ei, qui negat. *l.2. ff. de probat.* & actore non probante reus absoluitur. *l. qui accusare, C. de eden.* & acta coram nouo Iudice parte citata, debent produci. *l. si quando, C. de testibus,* vt ex eis possit cognoscere an adsit res iudicata, & deinde citanda est pars pro executione, vt not. in *cap. quoniã contra, de probat.*

327 Et quando pars absens, de cuius præiudicio agitur, nõ fuit citata, tunc tàm Iudex, qui non mandat citari, quàm pars, quæ non voluit citare, faciunt contra ius naturale auferendo parti defensionẽ. *Clem. Pastoralis, de re iud.* & transgrediuntur leges, quæ iubent possessorem citari, *l. si deserta, C. si propter publicas pensitationes.*

328 Et in transgressore legis præsumitur scientia, & dolus. *l. leges Sacratissimæ, C. de legib.*

329 Excusantur tamẽ à dolo, quando dubium est, an quis debeat citari, & vbi sint contrariæ Doctorum opiniones, vt per *Bald. in cons. 35. nu. 5. lib. 3.* qui loquitur in casu, quo mulier fecit pactum, vt posset, soluto matrimonio ingredi possessionem rerum dotalium propria auctoritate, etiam si sint penes alium, quod si Iudex illam immittet, non citato possessore, excusatur à dolo propter varietatem opinionum, vt per eum.

330 Si petatur executio, seu mãdatum executiuum super eisdem rebus in sententia contentis, & contra eandem personam condemnatam, cõmunis est opinio, quod citatio non requiratur. *Bar. Alex. & alij in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. Maran.* d. verſ. *& post omnia aduertatur circa executionem, n. 17. Vestr. lib. 8. cap. vlt. n. 3. & 4.* & ibi *adden. n. 36. Gomez. in reg. de subrogan. collitig. quæst. 4. Honded. cons. 20. n. 45 lib. 1.* vbi quod ita obseruat communis praxis.

Contraria tamen opinio, quod pars debeat citari tutior videtur, ac de iure verior, ex eo quod posset cõpetere aliqua exceptio, & pars posset lædi, & propter fugiendas exceptiones. *Soc. de citat. art. 7. n. 22.* in fin. & ex citatione non grauatur ille, qui petit executionem, & videtur satis conueniens, quod alia pars possit deducere suas defensiones, quæ ei possent competere

petere pro impedienda executione, vt sæpius cēsuit *Rota*, vt per *Coccin. decis.* 130. *n.* 1.

331 At si executio petatur super diuersa re, transit sine difficultate, quod pars debeat citari, fieret enim nouus processus. *Vestr. d. cap. vlt. nu.* 4. vers. *secus si contra aliam*. *Hond. d. con.* 20. *n.* 45. vers. *sed si fieret in alia re, lib.* 1. necessaria enim esset causæ cognitio, & successiuè citatio. iuxta *l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. Menoch. de recup. remed.* 8. *n.* 78. vers. *aut alia in re, quàm in iudicato, Gabr. de citat. concl.* 1. *n.* 131. vers. *tertia fuit opinio,* ibi, *sed si fiat executio in alia re*.

Item si petatur executio contra hæredem, transit pariter sine difficultate, quod hæres debeat citari. *Gabr. de citat. concl.* 1. *n.* 134. *Felin. & Franc. in cap. ex ratione, de appellat. Capic. decis.* 1. *nu.* 14. *adden. ad Greg. decis.* 545. *n.* 11. *Maran. d. vers. post omnia aduertatur circa executionem, num.* 18.

332 Et multò magis citari debet tertius possessor in sententia non nominatus, quando petitur executio super re possessa per eum; nemo enim nō citatus priuandus est sua possessione. *l. fin. C. si per vim, vel alio modo, cap. licet Episcopus, de preben. lib.* 6. & quod Iudex executor debeat citare partem, quando agitur de amouendo possessore, dictum est supra *cap.* 2. *n.* 53. & quod possessor dicatur habere interesse principaliter, & ideo sit citandus, dictum est supra *cap.* 14. *n.* 143. & sequentibus, atque quod vbi citandus est possessor, inuestigandum sit, quis possideat, dictum est supra *cap* 9. *n.* 259.

Et nota, quod executio rei iudicatæ non posset sine citatione fieri cōtra tertium possessorem, etiam si possessionē acquisiuisset lite pendente. *Bal. in l. vn. n.* 9. *C. de alien. Iud. mut. caus. fac. Felinus in cap. quia V. n.* 4. *de iud. Natt. cons.* 350. *n.* 4. *lib.* 2. etiam si possessionē acquisiuisset post sententiam. *Capic. decis.* 128. *n.* 12. in fin. vers. *fallit etiam. Rota in nou. decis.* 3. *vt lit. penden. Vestr. lib.* 8. *tit. vlt n.* 4. *Hond. d. cons.* 20. *n.* 48. *lib.* 1.

333 Ratio est, quia constare debet, quod alienatio, siue intrusio sit facta lite pendente, & quod ei aliquod ius, aliquauè defensio non competat,

petat, id quod constare nequit, nisi ex actis, & parte citata. *Franc. in cap. ex ratione, n.92. vers. & adde, de appellat. Gabr. cons.* 31. *n.*10. & 20. *lib.*2. *Hond. d. cons.* 20. *n.* 49. *lib.* 1. *Natt. d. cons.* 350. *n.*4. *lib.*2.

334 Reliquum est, vt notem nonnullos casus, in quibus executio rei iudicatæ fieri, & sustineri potest absque partis citatione.

Primus, quando mandatũ executiuum fuisset relaxatum in eadem sententia, & materia non esset appellabilis: quia sustineretur mandatum executiuum postea relaxatum etiam parte non citata, ita declarauit *Rota*, vt in *annot. Coccini, apud Marches. par.*2. *fol.* 157. *adden. ad Greg. decis.* 545. *n.*12.

Secundus, quãdo vel pars non appellauit, vel appellationem verè deseruit, & de hoc Iudex sit certus ex actis, quia posset exequi sine citatione. *Rota in nou. decis.* 25. *n.* 3. *de appellat. Seraph. decis.* 565. *n.*5. *Coccin. decis.* 130. *n.*3. alias si de desertione posset dubitari, non valeret executio parte non citata. *Bar. in l.* 1. *ff. nihil nou. appellat. interposita, Maran. par.* 6. vers. *post omnia aduertatur ad executionem, n.*16. *&* 17. *Rota in nou. d. decis.* 25. *de appell. n.*3. *Seraph. d. decis.* 565. *n.*6.

Item executio non valeret deserta appellatione, quando executio esset illiquida: quia tunc requireretur partis citatio. *Gabr. de citat. conclus.* 1. *n.*133. vers. *secundo limita*.

Tertius est, quando sententia haberet secum executionem paratam, & eadem sẽtẽtia fuisset legitimè parti intimata: quia tũc illius executio fieri posset parte etiam non citata. *Gabr. d. conclus.* 1. *n.*132. vers. *primo limita*.

Quartus est, quando notoriè constaret, absenti nullam competere defensionem. *l. si cùm seruum, §. si quis seruum, ff. de fideicom. libert.* ibi, *vt si præsens esset, manumittere cogi deberet.* & in §. *ex iusta causa*, ibi *dicendum est nõ esse necesse vocari eum, qui fideicommissariam libertatẽ debere dicitur, gloss. in cap. ad nostram, il* 3. & ibi *Doct. de iureiur.* & in *cap. cùm sit, de appellat. Petr. Duen. reg.* 94. *limit.* 1. sed de hac materia, quod in notorijs, quæ non habent excusationem, citatio non requiratur; secus quando possunt habere

bere aliquam excusationem, dictum est sup. *cap.* 14 *n.* 105.

Quintus, quando præcessisset cognitio super executione, vt non restaret, nisi executio facti, tunc enim non est necessaria citatio, & Iudex potest cómittere ad petitionem partis nuncio, vt exequatur nulla facta partis citatione, & tunc executor poterit manu militari exequi sententiam. iuxta *tex.* in *l. qui restituere, ff. de rei vend. Bar. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, n.* 2. *ff. de re iud. Duen. d. reg.* 94. *limit.* 2.

Sextus, & vltimus, quando prius citato aduersario esset facta executio de parte, tunc, vt fieri possit de altera parte, citatio non est necessaria. Secundum *Dec. in cap. ex ratione, n.* 17. *in fine, de appellat. Duen. d. reg.* 94. *limit.* 3.

Et de hac materia executionis an possit fieri in die feriato, latè dictum est supra in *cap.* 10. *n.* 114. cum pluribus sequen. & quod executio rei iudicatæ committatur, vel in defectum, vel in auxilium iurisdictionis, & quid huiusmodi executores cognoscere debeant, dictum est in eodẽ *cap.* 10. *n.* 125. & sequen.

Atque, quod si petatur executio à Iudice, vel vigore obligationis Cameralis, vel guarãtigiæ, vel testamenti, vel litterarum Apostolicarũ, debeat pars citari, vt Iudici cõstet instrumentum esse tale, vt habeat executionem paratam, & vt constet litteras esse iustificatas, dictum est supra eodem *cap.* 10. *n.* 128. cũ pluribus sequentibus.

335 Transeamus ad actus executoris, qui vel capit personam, vel bona, prout sibi cõmittitur in mandato executiuo, qui cùm non habeat iurisdictionem, & ei committatur nudum factum, nõ potest nec debet partem citare, imò, debitor citatus instrueretur ad fugam, & periculum esset in mora. *Felinus in cap. cùm sit Romana, n.* 21. *de appellat. Socin. in regul.* 406 *in* 6. *fallent.* & captura pignorum cùm non sit actus præiudicialis, sed reparabilis, non requirit partis citationem. *Maran.* d. vers. *& post omnia aduertatur circa executionem, sub n.* 19. vers. *nunc in proposito, Gratian. discept. foren. cap.* 375. *num.* 1.

336 Executor autem debet animaduertere ad plura, &

primò, quid sibi commissum sit in mandato, cuius fines diligenter sunt custodiẽdi. *cap. cùm dilecta, de rescript. l. diligenter, ff. mand.* & illius forma per eum restringi non potest, nec ampliari. *Bal. in cap. venerabilis, n. 6.* vers. *item cum relatione nuncij, de dolo, & cõtumacia, Felin. in d. cap. cùm dilecta, n. 4. Caput. decis. 333. n. 3 lib. 1.* quo circa si exequitur pro maiori summa, executio est nulla. *l. si non sortem, §. si centum,* & ibi not. *Bar.* & *Alex. ff. de condict. indeb.* & debet reuocari, saltem in eo, quod excedit *Bero. cons. 181. n. 7. lib. 1. Mantic. decis. 303. n. 1. & 2.*

Secũdò aduertere debet in captura bonorum: quia quãdo non esset liquidum, quæ essẽt bona in quibus fieri deberet executio, tunc per Iudicem deberet fieri liquidatio, adhibita causæ cognitione, & parte citata, quæ non aliter fieri potest, sine citatione. *l. hæc autem, §. 1. ff. quibus ex caus. in possess. eat. Bald. in l. si causam, n. 8. C. de execut. rei iud. Crauet. cons. 164. n. 2.*

Tertiò executor pariter aduertere debet, quod si reperierit bona in domo debitoris, quamuis tertius asserat ea esse sua, non tamen abstinere debet ab executione; quia illi sufficit, quod possessio sit penes debitorem, & cognitio Iudici reseruabitur. *l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iud.* & in dubio præsumitur pro executione, & nuncio creditur. *Alex.* in d. *§. si super rebus, n. 17. Alciat. de præsum. pt. regul. 3. præsumpt. 14. n. 4. Greg. decis. 402. n. 2.* & dictum est supra *cap. 7. n. 76.*

Si vero bona essent talia, quæ apparerent non esse debitoris, vtputà vestes muliebres, anuli, & similia vxoris ornamenta, ea ab executore capienda non sunt, & capta debent restitui, etiã si spontè ab vxore fuissent data, quia sicut prohibita est vxor fideiubere pro marito, ita etiam pro eo pignora dare. *l. Senatusconsultum, & l. si quà mulier,* & ibi *Doct. C. ad Senat. Cons. Velleian. Luc. Pet. in praxi Capitol. lib. 8. cap. 2. de execut. rei iud. in ordin. n. 24. & 25.*

337 Et quando nuncius habens generale mandatum de immittendo aliquem in bonis, putà Titij, si vadat ad fundum, vbi reperiat Sempronium dicentem esse suum, & si exequi

qui volenti resistat, debet ab executione abstinere, quia hoc non habet expressè in mandato, & super hoc cuius sit fundus, cognitio ad Iudicem pertinet, non ad nuncium, *l. executorem, C. de execut. rei Iud.* & tali casu incumbit onus probãdi eidẽ creditori, quod fundus sit debitoris. *Alex.* in d. *§. si super rebus, n.* 15. *ff. de re iud.*

Et cũ nulla ratio suadeat, quod aliena bona in executionem capiantur, ideo tertius, qui prætendit capta per executionem esse sua propria, debet corã Iudice exequente docere de sua possessione etiã summariè, ac semiplenè, quo docto bona sibi sunt restituẽda. d. *l. à Diuo Pio, §. si super rebus,* & ibi *Bar. Alex. & alij, ff. de re iud.*

338 Quando autem tertius suspicatur fieri executionem in rebus à se possessis, cautela est, vt protestetur exequi volenti, ne super talibus bonis ad executionem procedatur: quia sunt sua, vel à se possessa. qua protestatione stante, postea nulliter fieret executio, vt per *Angel.* in d. *§. si super rebus, n.* 1. & ibidem *Alex.* & alij, *Bal.* in *l. ob maritorum, C. ne vxor pro marito, Rol. cons.* 5. *n.* 16. *lib.* 2.

Post capturam pignorum super sunt alij tres actus, v. g. illorum subhastatio, deliberatio, & adiudicatio. *l. ordo, C. de execut. rei iud.* qui actus fieri nequeunt per executorem, nisi præuio Iudicis mãdato, & auctoritate. *l. executorem, C. eodem, l.* 2. *C. si in causa iud.* sed an Iudex possit istos actus committere executori non citata parte; videamus.

339 Subhastatiò dupliciter sumi potest, strictè pro illo actu exponendi rem publicè vendendam, ad effectum inueniendi plures oblatores. & latè etiam pro actu vendendi. Sic enim aliud est velle vendere, & aliud vendere, & aliud est velle petere, & aliud petere. *l. amplius non petitum, ff. rem rat. haber. Matthes. sing.* 46. incip. *nota, quod aliud est vendere,* & secundum propriã significationem subhastare est subhastam mittere, seu ponere vendendam per auctionẽ, seu per augumentum precij: solet enim hasta figi in publicis auctionibus, in quibus aliquid veluti iure vendebatur. *Calepin.* in verbo *subh. stare*,

& quia hic actus conuocandi oblatores fit per præconem, ideo dicitur etiam præconizatio. *l. ordo*, vbi *glossa*, in verbo *subhastatas*, exponit *i. præconizatas*, *C. de execut. rei iud.* *qui text. illud verbum subhastatas, intelligit non de actu vendendi, sed de actu conuocandi oblatores*, ibi, *& allegauerit res diu subhastatas emptorem non inuenire posse*; quæ verba ostendunt actum subhastandi esse diuersum ab acto vendendi sub hasta. & ad idem est *tex.* in *authent. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles.* ibi, *quo subsecuto per 20. dies rem Ecclesiæ esse venalem publicè sit notum*.

Quod autē subhastatio lato sumpto vocabulo sumi possit pro ipso actu vendendi, probat *Calepinus*, in verbo *hasta* dicens, quod hastæ subijcere bona alicuius, est ea publica auctione, eique qui plurimū obtulerit addicere. Subiungens, vnde factum est, vt hasta non nunquam pro ipsa austione sumatur, & in verbo auctio inquit, quod auctio ponitur pro venditione, quæ fit per augumentum precij, cùm sit publica rerum priuatarum venditio, & res traditur plus offerenti.

340 Modo si quærimus an mandatū de subhastando dari possit per Iudicem parte non citata, dic, quod sic: quia decretum istius mandati de subhastando, est interlocutoria modici præiudicij, quæ vt superius dictum est, non requirit citationem; non enim mādatur transferri dominiū, sed perquiri oblatores, & nulla lex est, quæ mādet ad hunc actum debitorem citari. *Calcan. cons. 16. n. 55. Innoc. in cap. ex ratione, de appell. Bal. in cap. 1. de feud. sin. cul. non amit. Gama in decis. Lusitan. decis.* 203. *n.* 2. & per hāc præconizationē nullum infertur præiudicium debitori, & ita certum est, quod subhastatio strictè, & propriè sumpta, non requirit de iure citationem, quicquid sit ex Statuto, vel ex stylo. *Alberic.* in *l. creditor, C. de distract. pignor. Afflict. decis.* 358. *n.* 3. *Maran. de ord. iud.* vers. *post omnia aduertatur circa executionem, nu.* 19. vers. *nunc in proposito*.

341 Si verò quærimus an mādatum de deliberando, idest de vendendo rem plus offerenti, dari possit per Iudicem debitore nō citato, dic, quod non:

non: quia tunc tractatur de magno præiudicio, nempe de translatione dominij. *Alberic. Afflict. & Maran.* in locis præallegatis, & si deficeret citatio ad videndum deliberari, tunc subhastatio, idest venditio in subhastatione facta maiori oblatori, esset omnino nulla. *l. creditor hypothecas, C. de distract. pignor.* & esset insanabilis, *Greg. decis. 416. n. 1. & 2. Rolan. conf. 32. n. 30. lib. 1.*

342 At si quærimus an mandatum de adiudicando, seu insolutũ pignore dando creditori, in casu quo emptor idoneus in subhastatione non sit repertus, dari possit per Iudicem absque citatione; dic, quod non: quia datio insolutum transfert dominium, & sic est grauis præiudicij, & fieri debet pro iusto precio per peritos ęstimando, quo casu, cùm requiratur causæ cognitio, an re vera emptor non reperiatur, & quantum sit iustum precium, necessario etiã requiritur citatio partis. *l. causa, la 1. §. causa, & l. si ex causa, §. fin. ff. de minor. l. 2. C. si propter publ. pensit.* & ibi *gloss.* in verbo *præsente*, & debet citari pars pro electione peritorum. *l. fin. C. si per vim, vel alio modo, Luc. Pet.* in d. *praxi, lib. 8. cap. 2. de execut. rei iud. in ordinar. n. 30.* Quando enim de rebus subhastatis nõ reperiatur emptor, vel si reperiatur non offerat iustum precium, tunc pignora subhastata debent insolutũ dari creditoribus, etiã inuitis pro precio æstimando. *l. 2. & 3. C. si in caus. iud. Afflict. decis. 358. n. 5. Castr. in l. ordo, C. de execut. rei iud.* & ita *Rota* censuit in *Bellaiana discussionis, 5. Iulij 1563. coram Sarmiento*, apud *Marches. par. 3. fol. 257.*

343 Ad primum igitur actum subhastationis, qui vt dictum est, fit ad effectum inueniendi oblatores ad bona in executionem capta, quæ pignora iudicialia appellãtur, licet de iure communi citatio nõ requiratur, ex statuto tamen, & de stylo in multis locis requiritur. & in Curia, post capta pignora, citatur debitor ad videndũ mandari consignari pignora Cursori, ad effectum subhastandi, & subhastari mãdari, & fit decretum, nisi per totam illam diem soluerit, vel aliquid releuans allegauerit, iuxta praxim positam per *Salust. Tiber. lib. 1. cap. 40. n. 1.*

344 Ad actum successiuum deli-

deliberationis, seu venditionis faciendæ maiori oblatori, citatur debitor ad videndum deliberari pignora subhastata plus offerenti, & quodcunque mandatum desuper opportunum decerni, & concedi, & fit decretum nisi infra mensem, quando sunt stabilia, alias si sunt bona mobilia fit decretum, nisi infra decem cum intimatione, vt per *Saluſt. Tiber. d. lib.* 1. *cap.* 41. *n.* 1.

Quæ dilatio datur ad effectum, vt debitor possit, vel soluere, & pignus reluere, vel offerre meliorem emptorem.

345 Solēt procuratores in subhastatione protestari, quod nō recipiantur oblatores, nisi cū præsenti pecunia, vel obligatione Camerali, & iuramento: & ideo oblator ita obligatus non potest pęnitere. *Bar.* in *l. licitatio, n.* 4. *ff. de public. & vectig.* & vigore eius obligationis citatur in casu, quo diferat ad soluendum precium oblatum, iuxta formam suæ obligationis.

346 Ille autem oblator, qui fuisset absque dicta obligatione receptus, potest pęnitere. *Castr. in l. à Diuo Pio, §. sed si emptor, ff. de re iud.* & tali casu citatur ad exbursandum precium per eum oblatum, & pignora recipiendum, alias videndum illa mandari deliberari penultimo offerenti, mandatumque desuper opportunum decerni, & relaxari, & ad id insimul citandus est debitor, cuius interest bona non tradi maiori oblatori. *d. l. de vnoquoque, ff. de iureiuran.* & si sunt plures litis cōsortes, seu possidentes rem subhastatam, omnes debent citari ad videndū deliberari, alias venditio, absque hac citatione facta, remanet nulla, & est nullitas insanabilis. *l. creditor hypothecas, C. de distract. pignor. Afflict. decis.* 358. *n.* 3. *Greg. decis.* 416. *n.* 2.

347 Et huiusmodi decretum de deliberando non præiudicat reo non citato. *Seraphin. decis.* 103. *n.* 3. decretum autē, quando fit cum intimatione, intimatio debet reproduci, antequam ad subhastationē, seu deliberationē deueniatur. *Seraph. decis.* 1100. *n.* 9. sufficeret tamen si alias constaret deuenisse ad notitiam partis. *Seraph. decis.* 1010. *n.* 7.

348 Et subhastatio, & deliberatio, quando est nulla quoad non citatos, est etiam nulla quoad citatos ratione cōnexitatis,

xitatis, seu indiuiduitatis. *Bal.* in *l. 1. n. 6.* vers. *aut continet, quid indiuiduum, C. de error. calcul. Rota in recentiss. par. 2. decis. 594. n. 2. Greg. decis. 319. n. 1.* & ibi *adden. n. 7.*

349 At si subhastatio fieret super portione solius debitoris citati, tunc valeret in eius præiudicium, licet esset nulla, quoad interesse aliorum non citatorum, cessante connexitate. *Bald. in auth. si omnes, n. 11. & 12. C. si min. se ab hæred. abstin. Castr. in l. de vnoquoque, n. 1. ff. de re iud. Felin. in cap. cùm inter, n. 10. fallent. 4. eodem tit.*

350 Tot etenim dicuntur sententiæ, quot sunt personæ. *Castr. in l. idcircò, n. 1. ff. de re iud. Gabr. cons. 56. n. 19. lib. 1. Rota in recent. par. 1. decis. 561. num. 13.*

351 **Et quãdo plurium est eadẽ ratio defensionis, & omnes veniunt ex eodem iure, tunc omnes debent citari, alias actus nõ sustinetur quoad citatos.** *l. in hoc iudicio, vbi glossa, & Doct. ff. famil. hercis. Caual. decis. 396. n. 2.*

352 Prædicta dilatio vnius mẽsis, intelligitur de triginta diebus. *Bart.* in *l. cùm bissextus, ff. de verb. signific. Gemin. in cap. quàm sit, de elect. in 6. Bal. in l. eos, §. sin autem, n. 8. propè fin. C. de appellat.* & ita seruatur in Tribunali AC. vt per *Salust. Tib. d. lib. 1. cap. 41. n. 5.* & de computatione mensiũ plura diximus supra in *cap. 10 n. 303.* cum sequentibus.

353 Hic terminus mensis censetur subrogatus in locum quadrimestris, quod dabatur iudicatis. *l. intra dies, ff. de re iud. l. 1.* cum duabus sequen. *C. de vsura rei iud.* vel etiam in locum duorum mensium prorogatorũ iuxta terminos. *l. debitoribus, ff. de re iud. Alex. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. eodem tit. de re iud. Luc. Pet. in sua praxi Capitol. lib. 8. cap. 2. de execut. rei iud. in ordinar. nu. 28.* datur enim hic terminus ad effectum, vt debitor possit interim soluere, & reluere pignus, vel inuenire, qui maius preciũ offerat. *Salust. Tiber. d. cap. 41. n. 5.*

354 Ad alium actum adiudicationis, seu dationis pignoris in solutum ipsi creditori, citandus est creditor ad reluendum pignora, vel offerendum emptorem, alias ad videndum ea adiudicari, & insolutum dari instanti. *Maran. in d. vers. & post omnia aduer-*

aduertatur circa executionem, n.19. circa fin. de qua materia adiudicationis, vide latè *Buratt. decis.* 124. per tot. & vt adiudicatio valeat, requiritur citatio; quia alias Iudicis auctoritas nihil operatur iuris ordine nõ seruato. *l. meminerint, C. vnde vi.*

355 Quãdo creditor vult subhastari facere pignora cõuentionalia, si est data licentia vendendi, vel nihil est dictũ, potest vendere si fuit in mora, vel per lapsum diei, vel per interpellationem. *l. cùm soluendæ, ff. de distract. pignor.* sed si conuentum sit ne vendatur, tunc requiritur trina denunciatio, vt soluat. *l. si conuenerit, ff. de pignor. act.* ibi *nisi ei ter fuerit denunciatum, vt soluat, & cessauerit*, vide latè *Neguſ. de pignor. 6. part. princ. membro 1. nu. 1. & 4.* Et in hoc inoleuit stylus Curiæ, quod si creditor vult vẽdere pignus conuentionale, citet debitorem ad reluendũ pignora conuentionalia, alias videndũ mandari consignari Cursori, ad effectũ subhastandi, & subhastari mandari. & fit decretum nisi ad primam diem debitor ea reluerit, cum intimatione. deinde citatur, vel ad illorum deliberationẽ, vel dationem in solutum, eo modo quo fit de pignoribus iudicialibus, vt per *Salust. Tiber. d. lib. 1. cap. 40. n. 19.*

AD QVOS ACTVS EXTRAiudiciales requiratur citatio.

356 Extraiudiciales actus dicuntur quicunque fiunt solo interuentu duarum personarum, petentis scilicet, & concedentis, qui vel fiunt voluntaria iurisdictione, quæ exercetur tantum inter volentes, & extra Tribunal. *gloss. 1. in l. 2. ff. de off. Proconf. & Legat.* & dictum est supra *cap. 4. n. 26.* & quouis loco, & quolibet tempore, vt dictum est supra *cap. 9. n. 31.* & *cap. 10. n. 71.* & *cap. 11. n. 42.* vel etiam fiunt officio Iudicis nobili, ad publicam scilicet vtilitatem, non autem ad priuatam, vt supra latè declarauimus *cap. 3. n. 35.* & *cap. 8. n. 258.* cum pluribus sequentibus.

357 Quo fit, vt ad actus extraiudiciales non requiratur citatio. *Bellam. decis. 671. n. 4. Rota in recent. decis. 210. n. 3. par. 1.* & nemo sit citandus in iurisdictione omnino voluntaria.

taria. *l. nec quicquam*, *§. vbi decretum, n. 2. ff. de off. Proconf. & Leg.* & ibi *Bar.* & alij.

Sed quando ageretur de graui alterius præiudicio, tũc actus extraiudicialis mutãt naturam, & conuertitur in actũ iudicialem, & citationem requirit, tanquam actus trium personarum. *cap. forus, de verborum signific.*

358 Ideoque in extraiudicialibus valdè preiudicialibus, nõ facta citatione habentium interesse, omnia sunt nulla. *Natt. conf. 242. n. 11.* & *conf. 266. n. 13. Grat. discept. forenf. cap. 671. n. 5.* Inducamus modo exempla, eaque potiora.

359 Princeps in concedendis gratijs, & priuilegijs, quæ pendent ab eius absoluta voluntate, extraiudicialiter procedit absque citatione. *Bal. in l. nam ita diuur, col. 1. ff. de adopt.* & in *l. fin. C. quibus res iud. non noc. Abb. in cap. cùm olim, col. 16. de re iud.* & nemini facit iniuriam, cùm suo iure vtatur. *Dec. conf. 390. n. 14. & 16. Natt. conf. 636. n. 153. Rolan. conf. 3. n. 149. lib. 1.* & citatione non egent, quæcunque quolibet inuito possunt expediri. *l. qui potest inuitis, ff. de reg. iur. Oldrad. conf. 95. in fin.* prout nec citandus est is, cui non competit defensio, & non potest actum impedire. *Bar. in l. 3. §. si causa, col. fin. ff. de bon. possess. Paris. conf. 101. nu. 123. col. 1. Natt. conf. 173. n. 10. Menoch. de arb. iud. quæst. 17. n. 15. Surd. conf. 323. n. 41.*

360 Et hoc est verum, quando priuilegium non lædit tertiũ, vel modicè lædit: quia illud concedere potest absque causæ cognitione, & partis citatione. *Alex. conf. 11. n. 4. lib. 7.*

361 Sed quando grauiter lædit, non tollit ius tertij, quando bonum ius est euidens, & tertius potest de facili citari. *Soc. conf. 120. col. vlt. lib. 3.* & *conf. 164. col. penult. lib. 2.* alias non valeret tanquam subreptitium. *Innoc. in cap. olim, de verborum signific. Castr. conf. 338. incip. quia exceptiones, col. 1. lib. 1. Ruin. cõf. 229. n. 10. lib. 2.* nisi tamen constaret de Principis voluntate, quod voluerit præiudicare etiam non citato, *Peregrinus de iur. fisci, lib. 1. tit. 3. n. 22.*

362 Et idem dicendum est de priuilegij interpretatione, modificatione, reuocatione, & dispensatione, quæ si fiant per Principem in graue præiudi-

cium

cium alterius, citationem requirunt: vide *Gabr. de citat. concl. 1. ampl. 42. n. 190.* vsque 195. & *limit. 66. n. 436.* vsque 440. *Peregr.* vbi supra *d. n. 22.* circa fin.

363 Hinc etiam, quando Princeps ex mera gratia concessit alicui feudum, potest illum priuare absque citatione, & de plenitudine potestatis. *Peregr. de iure fisci, lib. 1. tit. 3. num. 56.*

364 Sic etiam Papa in beneficialibus, & quæ dependent à mera eius voluntate, & gratia, concedit extraiudicialiter absque citatione: quia nemini infert præiudicium, & quando etiam præiudicaret, non requireretur citatio, quãdo vel vteretur plenitudine potestatis. *Iaf. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, n. 29. in fin. ff. de off. Procons. & Leg. Rota post cons. Farin. decis. 281. n. 2. par. 2.* vel quando declarasset velle concessionem valere etiam in præiudicium non citati. *Felin. in cap. cum olim, n. 15.* vers. *vbi materia, de re iud. Rota in recent. par. 1. decis. 210. n. 4.* vel etiam, quãdo concederet ex certa sciẽtia. *Felin. in cap. ex parte, n. 42. de rescript. Rota diuers. decis. 166. n. 17. par. 5.* & hanc materiam, quãdo Papa Princepsvè possit omittere citationem latè declarauimus supra *cap. 8. n. 150.* vsque 239.

365 Idem dicendum est de legitimatione naturalium, & spuriorum, qui est actus, qui à Principe potest fieri extraiudicialiter absque citatione.

Et præmitto, quod primæuo iure nulla erat differentia filiorũ, omnes eiusdem conditionis nascebantur, omnes legitimi, liberi omnes, nulli serui, nulli illegitimi, nulli spurij. *§. natura si quidem, in authen. quibus mod. nat. effic. sui*. Sed de iure ciuili, & positiuo fuit inter homines introducta differentia, vt alij sint legitimi, alij non. & eodem etiam iure fuit introductum ius legitimandi, & concessa Principi facultas tollendi obstaculum, & restituendi illegitimos ad primæuos natales, id quod facit Princeps de plenitudine potestatis, & absque causa, & sine citatione illorũ, quorũ potest interesse, vt post plures quos allegat, ait *Paris. cons. 1. n. 74. & 75. lib. 2.* & non habet necesse derogare regulæ de nõ tollen. iur. quęs. eius enim derogatio non requiri-

quiritur; quando agitur de remouendo obstaculo, non autem de tollendo iure quæsito, nihil enim Princeps dat legitimato, quem duntaxat de iure positiuo incapacem reponit in esse capacitatis, vt pluribus comprobat *Rolan. d. conf.3. n.120. lib.1. Seraphin. decis.340. n.2. Rota in recent. par.2. decis.687. n.8.*

366 Ita autem remouetur obstaculum, vt legitimatus acquirat iura suitatis. *§.2. instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. §. liceat igitur, in authen. quib. mod. nat. effic. sui. Rota in recent. decis.653. n.2. par.1.* eique legitima debeatur *Bal. in cap. de causa, n.62. de off. deleg. Rota diuers. decis.355. nu.1. par.1.* & *d. decis.653. n.3. p.1. recent.*

367 Et quando alicui conceditur priuilegium, per quod quis reducitur ad illud ius, quod ante competebat, etiã si hoc fiat in alterius præiudicium, non potest ille, qui sentit se grauatum, cõqueri. *gloss. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis,* & *gloss. in cap. ab exordio,* in verbo *Ade, 35. dist.* ait, quod non fit iniuria alicui, si quis restituitur ad pristinum statum. *Rolan. d. conf.3. num.121. lib.1.*

368 Legitimando enim Papa, seu Princeps vtitur sua potestate, & potest quęcunque sunt de iure positiuo reuocare, & etiam dispensare in Radice matrimonij. *Anchar. conf. 409. n.5. Io. Andr. in cap. per venerabilem, n.30.* & ibi *Abb. n.22.* & ex eodem tempore potest prolem susceptam legitimare, quasi ab initio legitimè nata fuisset, & ad ius ciuile reducere primęuum ius naturæ, quo omnes legitimi nascebantur. *Molin. de primogen. Hisp. lib.3. cap.2. n.12. Peregr. de fideicom. art.24. n.8. Rota in recent. par.2. decis.687. n.8.* & Papa reuocando ea, quæ sunt iuris positiui, illa reuocat ex tunc. *gloss. in Clem.1.* in verbo *pro infectis, de immunit. Eccles. Rota in recent. par.2. decis.142. n.4.* & potest fingere, quod factum habeatur pro infecto. *Decian. conf.5. n.50. & 51. lib.1. Caual. decis.618. num.21.*

369 His præmissis cùm actus legitimandi fiat extraiudicialiter cum interuentu concedentis, & petentis, dico, quod citatio non requiritur ex parte concedentis, cùm ipse vtatur iure suo, etiam altero inuito,

uito, vt dictum est superius: ex parte verò petentis necessaria est citatio eorum, quibus legitimatio præiudicaret, vt Princeps sciat, cui præiudiciũ
370 sit allaturus. Alias in dubio censetur nolle tertio præiudicare, nisi quando priuilegium concedit motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, de qua materia plura dicta sunt supra *cap.*8.*n.*150. cum pluribus sequentibus. quando enim legitimat cum dictis clausulis, nulla requiritur citatio. *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 11. *sub n.*12. vers. *sed tamẽ, Parif. conf.* 1. *n.* 70. *vol.* 2. *Rolandus conf.* 61. *n.*30. *vol.*1. & *conf.*67. *n.*58. *vol.*3. *Peregr. de fideic. art.*23. *n.*68. *Ciriac. cõtrouerf.* 208. *n.*51. *lib.*2.

371 Et eodem modo, siue Papa, siue Princeps potest, nedũ per se, sed etiam per alios legitimare absque citatione, quando scilicet priuilegium legitimandi cõcedit cum eadem facultate, vtputà si in priuilegio sit apposita clausula parte non citata, vel non citatis agnatis, vel citatis, & non citatis, vel viuis, vel defunctis parentibus, vel sine præiudicio venientium ab intestato, vel de plenitudine potestatis: potest enim Princeps Comiti Palatino concedere eandem facultatem, quam ipse habet. latè *Roland conf.*67. *n.*56. vsque 63. *lib.*3. *Surd. conf.* 1. *n.* 96. *lib.* 1. *Menoch. conf.*19. *n.*10. vsque 159 *lib.*1. *Grat. discept. forens. cap.* 673. *n.*16. *& seq.* alias nisi data esset facultas legitimandi sine citatione, non valeret legitimatio facta in præiudiciũ alterius, & stant insimul, quod quis effectus sit legitimus, nõ tamen successibilis. *Bar. in l. is potest, n.*8. *ff. de acquir. possess. Tiraq. in l. si vnquam,* in verbo *donatione largitus, n.* 317. *C. de reuoc. donat. Seraph. decis.* 351. *n.* 13. & de facultate legitimandi cõcessa inferiori debet constare; nam potestas creandi Comites, & legitimãdi est de reseruatis Principi. *cap. per venerabilem, qui fil. sint legit. Parif. conf.*12. *n.*130. *lib.*2. *Seraph. decis.*142. *n.*2.

372 Et ideo in legitimatione facta à Principe de alio non quæritur, nisi de voluntate, cũ de potestate supremi Principis nequeat dubitari. *l.* 2. *C. de sacrileg.* vbi *glossa,* & *Doct.* potest enim supremus Princeps tollere, quæ sunt iuris ciuilis.

ciuilis. *cap. propofuit, de conceff. præben. cap. innotuit, de elect. §. fed naturalia, inflit. de iur. nat. gent. & ciu.* fed de voluntate quæritur, quæ in dubio præfumitur qualis de iure effe debet. *cap. nouit, de iud. Seraphinus decif.* 965. *n.* 15. & *decif.* 1396. *n.* 3.

373 In legitimatione autem facta ab inferiore quæritur de poteftate ex infpectione facultatum. ad not. per *Doct.* in *cap. porrò, de priuileg. Parif. conf.* 6. *n.* 2. *lib.* 2. & de voluntate, ex tenore legitimationis, quæ referenda eft ad tenorem fupplicationis. *Bal. in cap. inter dilectos, de fid. inftr. Parif. d. conf.* 6. *n.* 42. *lib.* 2.

374 Et proprerea legitimatio, fiue facta à Principe, fiue ab alio, eandem Principis facultatem habente, poteft redargui de obreptione: quia in fupplicatione fuerit narratum falfum, vel de fubreptione, quia fuerit tacitum verum, ad dicta latè per *Menoch. de arbitr. Iud. cafu* 201. *n.* 9. cum fequen. vel de defectu intentionis; quia res fuerit inuolutè narrata, itaut legitimans, tanquam non benè informatus, potuerit errare, ad not. per *Doct.* in *cap. fi motu proprio, de præben. in* 6. *Rota diuerf. decif.* 532. *n.* 1. & 2. *par.* 1. & ita legitimatio obtenta, vel expreffa falfitate, vel tacita veritate, nullius eft momenti, *l.* 1. *ff. de natal. reftit. l. vltima, C. de diuerf. refc. Mantic. decif.* 32. *n.* 7. & defectus intentionis legitimantis annullat legitimationem. *Imol. in l. qui foluendo, la prima, ff. de hæred. inftit. Ruin. conf.* 93. *lib.* 3. *Seraph. decif.* 351. *n.* 10.

375 Differentia eft autem, an legitimatio fiat à Principe, an verò à Comite Palatino, cui eandem poteftatem conceffit: quia Princeps fi vult poteft vti plenitudine poteftatis, & legitimando præiudicare etiā illis, quibus fit ius quæfitum; Comes autem Palatinus nequit vti plenitudine poteftatis fibi conceffa in præiudicium illorum, quibus fit ius quæfitum; nifi præuia citatione, & caufæ cognitione, vt conftituatur difcrimen inter fupremum Principem, & Comitem Palatinum. *Parif. con.* 6. *n.* 36. 37. & 47. & *conf.* 9. *n.* 34. *lib.* 2. *Dec. conf.* 393. *n.* 11. & *cōf.* 425. *n.* 9. & regulare eft, quod inferiores à Principe, quamuis eius iura habeant, non tamē poffunt fine caufa alicui præiudi-

iudicare. *Bald. in l.2. col. 10. vers. nota quod plenitudo, C. de ser. & aqua, Felin.* & *Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum, de constit. Paris. d. cons. 9. n. 36. lib. 2. Cephal. cons. 285. n. 10. vsque 15. lib. 2.*

Imò, quod nec Princeps possit sine causa legitimare aliquem in præiudicium alterius sine causa, multis comprobat *Sarmien. select. interpr. lib. 1. cap. 8. n. 15.* & sequen.

376 Sed quia in legitimatione narratur N. filius Bastardus eius, qui petit eum legitimari, aduertendum est, quia legitimatio non valeret, si vel constaret, vel præsumi posset eum esse filium alterius, vt in *auth. quibus mod. nat. effic. sui.* vtputà si ille filius natus esset ex muliere nupta: quia, stante matrimoniali conuersatione cum marito, non præsumeretur alterius, quàm mariti. *l. filium, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iuris,* adeo, quod nec assertio matris probaret illum esse filium alterius, quàm sui mariti. *l. si instituta, §. 1. ff. de inoff. test. l. fin. ff. de probat.* & ibi *Bar.* & alij, *Bero. quæst. 60. n. 1. & 2.*

377 Modo proprius attingendo quæstionem, an in legitimatione requiratur citatio. Dico, quod si petatur ab eo, qui non habet absolutam legitimandi facultatem, etiam non citatis illis, quorum interest; tunc citatio requiritur, & causæ cognitio. *Bal. in l. ita Diuus,* in princip. *ff. de adopt. Dec. cons. 308. col. penult. & 393. col. 3. vers. quibus tamen non obstan.* & *cons. 425. col. 3. Mohed. decis. 4. nu. 1. qui fil. sint legit.*

Si vero petatur ab habente iura Principis, tunc si petitur ad solum effectum legitimitatis, non autem successionis, nullius citatio requiritur, cùm nullius intersit.

Sin autem petitur à Patre, ad effectum, vt legitimatus succedat in eius bonis, tunc si alios filios legitimos non habeat, non tenetur agnatos citare, cùm nec illos teneatur instituere, & de bonis suis ad fauorē cuiusuis extranei possit disponere. *§. disponat, in auth. de nupt. Socin. de citat. art. 7. n. 70. trigesimo casu,* vers. *tu vero ex varijs. Rot. diuers. p. 5. decis. 319. n. 7.* vsque 13.

At si post Bastardi legitimationem nascantur filij legitimi; tunc legitimatio sustinetur ad effectum legitimitatis,

tatis; sed reuocatur quoad effectum succedendi; quia tunc legitimi succedunt, iuxta *tex.* in *l. si vnquam, C. de reuoc. donat.* quando scilicet Princeps legitimans cogitauit de liberis nascituris, alias secus, vt declarat *Tiraquel.* in d. *l. si vnquam, C. de reuoc. donat.* in verbo *donatione largitus, quæstione 16. n.* 312. vers. *igitur, vt reassumam.* vsque 323. *Rebuff. in praxi, tit. de rescripto legitimationis mixto, n.* 19. *Bar. in l. ex facto, ff. de vulgar. n.* 3.

Sed si habeat filios legitimos, tunc vt legitimatio valeat, debent citari legitimi, vel de eis fieri mentio in legitimatione. *Put. decis.* 89. *per tot. lib.* 2. *Seraphin. decis.* 351. *n.* 18. vel saltem debet apponi clausula sine præiudicio venientium ab intestato, per quã in genere censetur cogitatũ de legitimis. *Seraphin. decis.* 1331. *n.* 3. *& 9.* alias legitimatio non valet, & ea est ratio: quia licet Pater non teneatur filijs legitimis relinquere, nisi legitimam, & de reliquo possit ad libitum disponere in fauorem extraneorum. & multò magis filiorum illegitimorũ secuta legitimatione, ad tradita in *l. 1. C. de inoff. donat. Soc. de citat. art.* 7. *n.* 70. vers. *& quamuis de existentia confratrum*, tamen, quia actus legitimãdi est actus Principis, non autem Patris, licet fiat instãte Patre. *Caput. decis.* 74. *n.* 3. *par.* 2. Ideo Princeps debet scire, quid agat, & cui præiudicium sit illaturus, & legitimãdo debet præ oculis habere iustitiam publicæ honestatis. *Bald. in §. filij nati, n.* 2. *si de feud. fuer. contr. Felin. in cap.* 1. *n.* 31. vers. *quinta declaratio, de constit. Ferrat. cautela* 1. *n.* 3. *Rebuff. in praxi, d. tit. de rescrip. legitimat. mixt. n.* 18. dixit Deus ad Abraam eijce Ancillam, & Filium: non enim erit hęres Filius Ancillæ cũ Filio liberæ. vnde D. Ambrosius conquerebatur, dicens, non potest habere hæreditatis consortium, qui nõ habet originis priuilegium, & qui non sunt filij matrimonij, sunt testes adulterij, & Patri sunt pudori, non honori, vt legitur in *cap. dicat aliquis,* 32. *quæst.* 4. & matrimonium sic est honestum, vt humano generi videatur immortalitatem artificiosè introducere, & ex filiorum procreatione renouata genera manent, vt dicitur in *auth. de nupti. in princ.*

sed quid si mortuo Patre filius Bastardus petat legitimari ad successionem Patris? Dic, quod non requiritur citatio legitimorum, vel agnatorum, quando Pater disposuit in testamento, quod legitimaretur; *auth. item sine legitimis*, iuncta *auth. sequenti, C. de natur. lib. Bal. in l. nam ita Diuus*, in princ. *ff. de adopt. Socin. de citat. art. 7. n. 70. vers. aut legitimatio fit post Patris mortem*.

Si verò filius petat legitimari absque dispositione, seu voluntate Patris, debet vel filios legitimos, vel agnatos citare ratione præiudicij, quod illis fieret. *l. penult. ff. de nat. restit. Soc.* vbi supra *de citat. d. art. 7. n. 70.* vers. *aut filius petit legitimari*.

8 At si tutor, vel alius petat Bastardum spuriumuè infantem legitimari in præiudicium legitimorum, & agnatorum, non solum requiritur eorum citatio; imò legitimatio de eo facta censetur nulla, & subreptitia, tanquam sine causa. *Anchar. cons. 241. incip. ex tenore priuilegij, n. 3. & 4.* in eo enim, vt ait, non caderet vitæ, & morum honestas, neque alia merita, neque virtutes, quibus huiusmodi gratiæ conceduntur, quandoquidem talis ætas, quicquid videt, ignorat. *l. 1. C. de fals. mon. l. pupillus, ff. de acquir. hered.*

9 Quid autem si Pater petat infantē Bastardum legitimari ad successionem matris, an legitimè illius successores sint citandi. *Bald. cons. 119. nu. 3. lib. 5.* consuluit, quod si hæreditas erat adita per filios, vel hæredes matris; tunc legitimatio non tenet, quia dominium acquisitum, vt retineatur est de iure gentium, cui Princeps non derogat; si verò nondum est adita, tunc valet legitimatio: quia ius adeundi, & dominium acquirendi est de iure ciuili, cui Princeps derogare potest, vt latius per eum.

10 Quando denique petitur legitimatio Bastardi, vel spurij ad effectum, vt succedat in fideicommissis seniorum, an sit necessaria citatio substitutorum. Dico, quod sic: quia ratione eorum interesse possunt contradicere, & actū impedire, & voluntatem legitimantis à concessione gratiæ retrahere. *l. de vnoquoque, ff. de re iud. l. nam ita Diuus, ff. de adopt. l. in concedendis, ff. de*

ff. de aqua pluu. arcen. l. in causa, §. causa cognita, ff. de minor. cap. 1. de caus. possess. & propriet.

An autem Princeps, seu Comes Palatinus censeatur per actum legitimationis voluisse præiudicare legitimis; videamus.

378 Regula est, quod Princeps non præsumitur velle auferre ius alterius. *l. 2. §. meritò, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, cap. ex tuarum, de auth. & vsu pal. Felin. in cap. causam quæ,* in vers. *interpretatio, de rescript. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 11. n. 1.* Cessat tamen hæc præsũptio in pluribus casibus, & primò, quando Princeps in rescripto concessionis apponeret clausulam, nõ obstante præiudicio tertij: quia tunc præiudicaret saltem in leuibus. & sic d. clausula intelligitur de paruo, non de magno præiudicio. *gloss.* in *l. sed cùm ab hærede, ff. ad Trebell.* & in *cap. olim*, in verbo *præiudicium, de consuetud. Felinus in cap. super eo, de off. delegat. Alciat.* vbi supra *n. 6.*

Secundò, cessat hæc præsumptio in iure quærẽdo spe non approbato; quia tunc nõ potest dici tolli aliquod ius tertij. *Anch. cons. 292.* incip. *D. Papa, Bal. cons. 71. lib. 1.*

Tertiò, cessat hæc præsumptio; quando alias concessio Principis nihil operaretur; quia potius intelligitur præiudicare tertio, quàm facere actum frustratorium. *Calder. in sua disput.* incip. *D. Papa. 12. col. Felin. in d. cap. super eo,* quod intellige in ijs, quæ sunt iuris positiui, non autem iuris gentium, & quando rescriptũ potest aliquid operari, satis est, licet non in totum. *Bald. in cap. 1. §. sacramenta in vlt. col. de pac. iuram. firm. in vsib. feud.*

Quartò, & vltimò cessat, quando constat de enixa voluntate Principis volẽtis præiudicare tertio, secundum *gloss.* in *d. l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loc. public. fiat,* quia tunc in claris non est opus coniecturis. *l. continuus*, in princ. vbi *gloss. ff. de verb. obligat.*

379 Quando de hac enixa voluntate Princeps vult, vt constet, apponit huiusmodi clausulas, motu proprio ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, quæ insimul sunt tantæ potentiæ, quod nihil

opponi potest, quin concessio Principis suum effectum sortiatur. *Bal. in l.2. col.10. C. de seruitut. & aqua, Alex. in l. quanquam, C. de testam. milit. Castr. cons.* 280. incip. *in facto praesenti, Dec. cons.* 498. *viso casu. n.27. Alciat. d. reg.3. praesumpt.* 11. n. 15. & ibi *adden. littera G.*

380 Quando esset apposita sola clausula, motu proprio, non esset sufficiens ad firmãdum priuilegium in praeiudicium alterius. *Abb. in cap. ad aures, n.5. de rescript. Seraph. decis.*398. *n.6.* & contra eam semper opponi potest de defectu intentionis. *Put. decis.* 213. *lib.* 2. *Seraph. decis.* 398. *num.*1.

381 Nec etiam sufficeret sola clausula, ex certa scientia: nam probata ignorãtia Principis nihil operaretur. *Castr. cons.*84. *n.*14. *lib.*2. *Alex. cons.* 122. *n.* 5. & ibi *adden. lib.* 4. *Rota post cons. Farin. par.* 1. *decis.*84. *n.*24. prout nec operaretur quoad ea, quae sunt facti. *Dec. cons.* 292. *col. penult. Put. decis.* 70. *n.* 4. *lib.* 3. nec etiam operaretur quoad ea, quae de iure speciali alicui cõpeterent; eorum enim notitiam non praesumitur habere, licet scire praesumatur ea, quae competunt ex iuris communis dispositione. *Dec. in cap.* 1. *de rescript. Seraph. decis.*1293. *num.*4.

382 Tunc autem dicitur constare de scientia Papae, quando aliquid concedit parte citata. *Barbat.* inter *cons. Alex. cons.*128. incipit *scripsit Ecclesiasticus, n.*19. *lib.*4. *Rota in recent. par.*1. *decis.*110. *n.*2.

383 Item, quando aliquid cõcedit ad relationem officialium. *Abb. in cap.* 1. & 2. *n.*6. vers. *quadam confirmatio*, & ibi *Decius n.*47. *de confirmat. vtil. vel inutil. gloss. in cap. statutum, in princ.* in verbo *litterarum*, in fine, *de rescript. in 6. Rota in recent. decis.*192. *n.*3. *par.* 1. ex scientia enim officialium infertur scientia Papae. *Bar. in l. si publicanus, §. in omnibus, n.* 1. *ff. de public. & vect. Surd. cons.*429. *n.*54. *Rota in recentiss. par.* 1. *decis.* 387. *num.*6.

384 Et ideo praedictis clausulis debet apponi clausula de plenitudine potestatis, vt alteri praeiudicet, qua licet possit vti quando vult, non tamẽ praesumitur illa voluisse vti, nisi quando exprimit. *Castr. cons.*317. *col.*1. *in fin.* vers. *patet*

tet etiam. Bal. in l. bonorum, in princ. C. qui admit. ad bonor. possess. cum alijs allegatis per Gigan. de pens. quaest. 37. n. 13.

385 Non obstantibus tamen prædictis clausulis potest dari de obreptione, & subreptione, & de defectu intentionis, licet apposita esset clausula sublata, cum decreto irritanti; nisi etiam apposita fuisset altera clausula, quod de obreptione, & subreptione dari non possit, nec de defectu intentionis. Put. decis. 213. lib. 2. Caual. decis. 92. n. 3. Burattus decis. 337. n. 9.

386 Strictè modo ad legitimationem, quando Papa, seu Princeps legitimationem cōcedit, motu proprio, licet motus proprius tollat vitiū subreptionis, vt in cap. si motu proprio, de præbend. lib. 6. tamē non firmat legitimationem in præiudicium tertij. d. cap. si motu proprio, de præben. lib. 6. valet tamen legitimatio, sed non in præiudicium illorum, quibus est ius quæsitum. Socin. de citat. art. 7. n. 70. in fin. vers. & idem etiam dicendum si Princeps, vel Papa proprio motu concessisset.

387 Sic etiam si legitimat ex certa scientia non præiudicat tertio non citato: quia dum non constat de legitima causa præiudicandi, semper subintelligitur clausula, saluo prę iudicio tertij, litteræ enim Principis semper interpretātur secundum ius commune. cap. licet, de præben. cap. causā quæ, de rescript. Alciat. d. reg. 3. præsumpt. 11. n. 4. & voluntas Papæ ea præsumitur esse, qualis de iure esse debet. cap. nouit, de iud. Seraph. decis. 965. num. 15.

388 Et mens Papæ regulatur à iuris dispositione. Imol. in Clem. in plerisque, n. 10. de elect. Seraph. decis. 1396. n. 3. alias potius præsumitur circumuētus, & fecisse per importunitatem. l. 1. C. de petit. bon. sublat. lib. 10. Roman. cons. 436. incip. quod indultum Petri, sub n. 7. Felin. in cap. olim, de re iudicat. n. 16.

389 At quando Papa in legitimatione addit clausulam, & de plenitudine potestatis; tunc non censetur præiudicare illis, qui adiuerunt hæreditatem possessionemuè bonorum hæreditariorum, quia cùm acquisiuerint dominiū, quod est de iure gentium, Princeps illud non potest tollere, nisi ex causa publica.

l. vlt. vbi *gloss. fin. Bar.* & alij, *C. si contra ius, vel vtilit. public. Bero. quæst.* 60. *n.* 4. *Lup. de illegit. & de natal. restitut. com.* 3. §. 5. *n.* 23. & sola volũtas Principis non sufficit, quãdo deest ius, quod cum voluntate debet concurrere ad quemlibet actum perficiendum. *gloss.* 1. *in l. si filiæ, C. de don. ante nupt. Afflict. dec.* 305. *n.* 7. *cum alijs allegatis per Lupum, vbi supra n.* 31.

Imò nec etiã censetur præiudicare illis, quibus hæreditas est delata, licet non adita, quod enim Princeps possit tollere ea, quæ sunt iuris ciuilis. *§. sed naturalia, & §. sed quod Principi placuit, instit. de iure nat. gent. & ciuili*, intelligitur, vt lex ciuilis per aliam legem ciuilem tolli, & mutari possit voluntate Principis, vel in fauorem alicuius sine præiudicio alterius. *l.* 1. *ff. de constit. princip. & d. §. sed quod Principi placuit*, non tamen specialiter in præiudiciũ alicuius, sine causa. *Bal. in rubr. de nat. feud. in vsibus feud.* latè comprobat *Sarmien. select. interpret. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 15.

390 Quod etiam causa semper præsumatur in Principe, vt per *Doct.* in *l. fin. C. si contra ius, vel vtil. public. Felin. in cap. quæ in Eccles. n.* 60. procedit quando non agitur de præiudicio alicuius. *Couarr. in* 2. *par. cap.* 6. *in* §. 9. *n.* 9. & 10. *Sarmien. vbi supra d. cap.* 8. *n.* 19. tunc enim de causa debet constare. *Clem. Pastoralis, de re iud.* latè declarat *Lup. de illegit. & de natal. restit. lib. com.* 3. §. 5. *n.* 1. vsque 25. sed hæc materia latissima est, in qua *Gabr. de iure quæsito non tollendo*, ponit 8. Conclusiones, cum suis *ampliat. & limit.*

391 Et in specie hanc quæstionem, an Princeps legitimare valeat in præiudicium succedere debentium, quibus sit delatum ius, licet nondum aditum, subtiliter examinat *Sarmiento d. cap.* 8. per tot. & Doctorũ opiniones fusius adducit *Lup. de illegit. & de natal. rest. lib. com.* 3. §. 5. *n.* 25. vsque ad fin. & an legitimatus excludat substitutum non citatũ, ponit *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 11. per tot. & quando legitimati cõtra voluntatem defuncti cõprehendantur in fideicõmisso, & faciant illud deficere, sunt opiniones hinc inde, quas adducit *Ciriac. controuersiarum forensium, lib.* 2. *controu.* 207.

&

& quando substitutorum citatio sit necessaria ad validitatem legitimationis, tractat idem *Ciriac. controuers.* 208. *à n.* 40. vsque 53.

9 Et facultates legitimandi concessæ Comiti Palatino an intelligatur, vt legitimet prævia cognitione, & citatione interesse habentiũ, examinat *Gratian. disc. ept. forens. cap.* 673 *per tot.* Et quod legitimandi potestas concessa Comiti Palatino sit strictè interpretanda, & non censeatur concessa cum suprema potestate, vt possit præiudicare alicui sine causa, & quod debeant citari interesse habentes, & causa exprimi, & quod legitimatio non noceat ei, qui hæreditatem adiuit, & etiam postquã cessit dies fideicommissi. vide *Cephal. cons.* 285. *lib.* 2. per tot. post *Paris. cons.* 6. *&* 9. per tot. *lib.* 2. & legitimatus ex rescripto Principis, an & quando substitutum excludat, ponit latè *Marescot. variarum resolut. lib.* 3. *cap.* 20. *per tot.*

Et an quis possit legitimari ad feudum, adest plenum *cons.* 1. *Surdi in lib.* 1. & an legitimatus sit capax feudi, vel emphiteusis Ecclesiasticæ, & de *Bulla Pij IV. de registran.* nec non de *Bulla Pij V. contra illegitimos*, vide *Rot. decis.* 100. *per tot. par.* 5. *diuers.* adde *Giouagn. respons.* 21. *lib.* 1. per tot. & an Statutum excludens fæminas stantibus masculis, illas excludat stantibus legitimatis, ponit conclusionem affirmatiuam, cum sex limitationibus. *Albertus Brunus in tract. quod stantibus masculis, art.* 12. *princ.* 4. *quæst.* per tot. *à n.* 47. vsque 84.

Et varias legitimationum formulas, cum suis clausulis, ponit *Lup. de illegit. tom.* 3. *S.* 1. *n.* 7. & *n.* 33. ponit varias formulas priuilegiorum legitimandi, vsque 48. & de priuilegio Dominorum de Campegijs, & Archiuij Curiæ Romanæ, fuit sæpius actum in Rota, coram *Seraphino decis.* 5. *& decis.* 1331. & in pluribus alijs causis, & nouissimè in causa *Romana hæreditatis de virili, coram Coccino* 3. *Decembris* 1640. & in eadem coram *Bichio*, 24. *Maij* 1641. & de clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, quod per eam censeatur cogitatũ in genere de filiabus, vide *Seraph. d. decis.* 1331. *n.* 9. & quod dicta verba sine præiudicio venientium ab intestato ope-

operentur solum in fauorem descendentiũ, vide *Sarmient. select. interpret. lib. 1. cap. 8. n. 7. 8. & 9.* sed circa effectum huius clausulæ plures; & diuersas opiniones, vide per *Gabriel. conf. 22.* per tot. *lib. 2.* & adest regula Cancellariæ, nũc in ordine 50. super defectu natalium, quod ponatur clausula prædicta in legitimatione. & an filij legitimati admittantur ad successionem maioratuũ, filijs legitimis deficientibus. tractat *Molina, de primogen. hysp. lib. 3. cap. 3.*

392 Aliud exemplum est in dispositione Ecclesiarum, & beneficiorum Ecclesiasticorũ, super quibus quæcunque facit Papa, extraiudicialiter facit nemine citato, nulliusque requisito consilio, cùm in his plenissimam habeat potestatem; & dispositionem. *cap. 2.* in princ. *de præben. lib. 6. Clem. prima*, in fine, *vt lit. pend.* & nemini facit iniuriam. Sic ait Pater familias *Matth. cap. 20. Amice non facio tibi iniuriam, an non licet mihi, quod volo facere? an oculus tuus nequam: quia ego sum bonus.*

393 In vnione itaque Ecclesiarum, & beneficiorum, Papa, propter suam absolutam potestatem, non tenetur quẽquam citare. & potest ius suũ inuito auferre, & statum Ecclesiarum mutare, vt not. in *cap. cùm venissent, de iud. Bal. conf. 1. n. 2. lib. 1.*

394 Sic etiam in dismembratione beneficiorum neminem citat, neminem requirit. benè verum est; quod vbi agitur de priuando aliquem sua possessione, nunquam Papa censetur eum velle inauditum, & non citatum priuare, nisi expressè dicat. *Mohed. decis. 7. n. 3. & 4. de restit. spoliat. Rota decis. 187. n. 2. par. 1. in recentissimis.*

395 Et quamuis in dismembratione esset apposita clausula, quòd dismembratio, separatio, & approbatio, & litteræ impugnari non possint, ex eo, quod interesse habentes vocati non fuerint, & cum facultate ingrediendi propria auctoritate. tamen ea non posset operari in præiudicium possidentis: quia quod non possit impugnari ex defectu citationis, intelligitur respectu concessionis gratiæ, non autẽ respectu præiudicij: & alia verba ex eo, quod interesse habentes vocati non fuerint, possunt verificari de non haben-

bentibus principale interesse; non autem de possidentibus; & ita etiam alia verba, cum facultate ingrediendi propria auctoritate, possunt intelligi possessione vacua existente. *Mohed. d. decis. 7. n. 3. de restit. spoliat.* & ita exposuit *Rota d. decis. 187. n. 2. par. 1. in recentissimis.*

396 Sed quando vnio fit ab Episcopo, ad *tex. in cap. si ut vnire, de excess. Prælat.* tunc debent citari interesse habẽtes, v.g. Patronus, vel particularis collator: quia per vnionem perderent eorum ius, & ideo Episcopus nõ potest vnire, nisi de eorum consensu. *Zabarel. in Clem. si una, n. 17. de reb. Eccles. non alien.* alias est nulla non accedente consensu omnium Patronorum. *Caput. decis. 346. & 350. par. 3. Rebuff. in praxi, in reg. de vnione, gloss. 11. n. 6.* potest tamen Episcopus, cum consensu Capituli, vnire Ecclesiam alteri, vel loco Religioso donare, etiam non vocato Rectore, vel defensore. *Clem. si vna*, vbi *gloss.* in verbo *alteri Ecclesiæ*, reddit rationem; quia illis non fit præiudicium: personæ enim, quæ Ecclesias possident, sine suo assensu eis in vita sua non debent spoliari, vt dicitur in *cap. consultationibus de donat.*

397 Et de natura vnionis est, vt intelligatur facta sine præiudicio iuris tertij. *Abbas in cap. 2. n. 5. de religios. dom. Rota decis. vn. de sepulturis in antiq. Martin. Andr. decis. 48. nu. 1.* ideoque non est necessaria citatio Rectoris obtinẽtis beneficium, quando vnio debet sortiri effectum post eius obitum. *Doct. in Clem. 2. de rebus Eccles. non alien. Rota decis. vn. de rebus Eccles. non alien. in nou. Seraph. decis. 1078. n. 3.*

398 Idem est in dismembratione, quæ non potest fieri nõ vocatis Patronis, quia possunt contradicere, ratione defensionis sui iuris, & ex iusta causa. *Cassiad. decis. 3. in fin. de iure Patron.*

399 Sic etiam in reuocatione vnionis debent citari Patroni, & alij quorum interest. *cap. fin. de elect. lib. 6. Rebuff. in praxi, tit. de vnionis reuocatione, n. 26. & 27.*

400 Et qui sunt præsentes, sũt nominatim citandi, & absentes per proclama, seu per edictum. *cap. fin. de elect. in 6.*

401 Et eadem solemnitas requiritur in destruendo, quæ

in

in construendo. *auth. è contra, C. de repud. Rebuff. vbi supra n.24.*

402 Sin autem illi, quorum interest, nolent consentire, si causa vniēdi esset necessaria; possent cogi, vel etiam posset vnio fieri, vel cōfirmari à Papa. *cap. cùm dilectus*, vbi *Doct. de his, quæ vi metusue causa fiunt, Innoc. in cap. in Lateranensi, de præben. Abb.* & alij in *cap. nullus, de iure Patronatus, Rebuff. in praxi, in regula de vnion. clausula* 11. *n.*3.

403 Alias si causa vnionis nō fuisset necessaria, vnius contradictio illam vitiaret. *Caccia. lup. in tract. vnion. art.*6. in princ. *Rebuff. in praxi, in regula de vnion. gloss.* 11. *n.*4. & sequentibus.

404 Quando vnio fit per Legatum, debet ordinarius citari, ratione eius præiudicij; alias, eo non citato, nulla esset vnio. *Caput. decis.* 350. *n.* 1. *par.* 3. sed an ordinario citato possit Legatus illi præiudicare, disputat latè *Gambar. de off. & potest. Legat. de Lat. lib.*5. *de potest. Legat. in vnien. quæst.*1. *n.*26. cum pluribus sequen. & quod hoc casu non sit necesse citare ordinarium, neque etiam plebem, quamuis essent audiendi si iustam causam allegarēt, sentiunt multi, quos adducit *Garz. de benef. par.* 12. *cap.* 2. *n.*2. *n.*219. cum duobus sequentibus.

405 Dismembratio etiam alicuius Ecclesiæ, seu bonorum eiusdem, fieri non potest per Legatum, nisi citato Rectore, expressaque veritate causæ, & tractatus expressione, de quibus in *cap. dudum, de rebus Eccles. non alien. lib* 6. *Gamb. d. lib.*5. *tit. de dismembratione, n.* 14. *Gregor. decis.* 504. *n.*5. & ibi *adden. n.*9.

406 In alienatione rerum Ecclesiasticarum, qui sint vocandi, & quorum consensus requiratur est, *tex.* cum *gloss.* in *cap. sine exceptione cum sequēti,* 12. *quæst.* 2. & latè tractat *Redoan. de rebus Eccles. non alienan.* per tresdecim quæstiones, videl. à *quæst.*31. vsque 44. & in casu, quo fuerunt alienata bona Monasterij, absque citatione, & cōsensu Monachorum, an valuerit. latè fuit controuersum in Rota, coram *Bubalo*, vt in *decis.*207. *par.*4. *diuers.*

407 In collatione beneficiorū, an requiratur citatio. *Gabr. de citat. concl.*1. *limit.*78. *n.*463. dicit,

dicit, quod non, fallit, quando beneficium non vacat de facto, licet vacet de iure; quia conferri non potest sine citatione partis, sed *nu*.465. distinguit, quod existente possessore cum titulo colorato, requiritur illius citatio; secus cum titulo notoriè iniusto, habito à non habente ius cõferendi. *Sarnen. in regul. de infirmis, quaestione* 18. *in fine*, ait, quod impetrans beneficium plenum, non vacans de facto, sed de iure, impetratio est nulla, ob non factam mẽtionem possessoris.

Tu autem distingue duplicem actum, collationis, & executionis, & dic, quod ad actum collationis, quatenus prouenit à liberalitate collatoris; quia nemini nocet, nõ requiritur citatio; sed actus executionis gratiæ, tanquam læsiuus, requirit citationem partis. & ita loquitur *sex*. in *cap. licet Episcopus, de præben. in 6. Mohed. decis.* 11. *de praben.* & ita intelligenda sunt dicta per *Rotam decis.* 309. *n*.2. *par*.1. *diuers.* & *Roman in cons.* 483. *n*.15. qui loquitur de delegato cum mandato de prouidendo. Hinc est, quod in gratijs Apostolicis apponitur clausula, amoto quolibet detentore, quæ facit executorẽ mixtum, vt possessorem citare debeat, eumque non amouere sine causæ cognitione, non tanquam merus, sed tanquã mixtus executor, vt dictum est supra *cap*.2. *n*.53.

408 Quatenus autem collatio non prouenit à mera liberalitate collatoris, sed ab ordine iuris, tunc requiritur citatio sic in conferendis parrochialibus, apponuntur edicta pro concursu, iuxta formam *Sac. Conc. Trid. sess.* 24. *de reformat. cap*.18. & *Constit. Pij V.* quæ sunt ad instar citationum, quæ olim fiebant in albo prætoris. *Paulus Fusc. de visitatione, lib*.2. *cap*.5. *tit. de edicto examinis ponendo in promouendos ad Ecclesias Parrochiales, & Curatas, ipsis vacantibus, n*.1. & vocantur per edictum publicum, qui volũt examinari. *Garz. de benefic. par*.9. *cap*.2. *n*.35. *&* 38. Sic etiã in collatione beneficiorum patrimonialium, quæ scilicet ex concessionibus Apostolicis, in multis locis Hispaniarum, solis filijs conferenda sunt, apponuntur edicta, quãdo vacant, & filij patrimoniales se opponunt infra terminum

num

num positum in edictis. *Cassad. decis.* 18. *nu.* 1. *de preben. Mandos. regul.* 19. *quaest.* 15. *n.* 21. *Gonzalez reg.* 8. *gloss.* 9. §. 1. *n.* 23.

Sic denique in vacatione beneficiorum de iure patronatus, ordinarij apponũt edicta, vt patroni compareant, doceant de eorum iure, & praesentent, ad *tex.* in *cap. fin. de elect. in 6. Lambert. de iure patronat. quaest.* 6. *art.* 22. *n.* 2. de quibus edictis plura congessit *Lother. de re benef. lib.* 2. *quaest.* 13. *n.* 20. & 44. sed vbi patroni sunt certi, debent nominatim, & specialiter citari, alias institutio est nulla, iuxta decisiones relatas per *Garzi de benef. par.* 9. *cap.* 4. *nu.* 8. & quando sunt plures praesentati is, qui petit institutionem debet alios praesentatos, & etiam praesentantes nominatim citare, & si non sint certi oppositores debet citare per edictum. *gloss.* 2. *in fin. in cap. fin. de elect. in* 6. *Viuian. de iure patronat. par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 1. *n.* 2. & *lib.* 11. *cap.* 4. *n.* 1. & sequen.

409 Pensio vero super fructibus beneficij iuris patronatus potest imponi non vocato, neque consentiente Patrono. *Gig. de pens. quaest.* 23. *nu.* 8. *Cassad. decis.* 3. *de iure patron. Rebuff. in* 3. *par. de signat.* in verbo *nec non iuris patronat. n.* 28. *Gambar. de off. & potest. Legat. lib.* 6. *tit. de pens. n.* 94. cũ seq. *Seraph. decis.* 1264. *n.* 1.

Facienda tamen est mentio de iure patronatus laicorum in reseruatione pensionis, nam Papa difficilius grauat onere pensionis beneficium, quod est de iure patronatus laicorum. *Gig. de pension. quaest.* 24. *n.* 4.

410 Sed permutatio, renunciatio, seu resignatio facta contempto, & nõ vocato Patrono, vel est nulla. *Gig. de pens. quaest.* 23. *n.* 4. & 5. vel Patrono suum contemptum prosequente, est annullanda. *Bellam. decis.* 86. *n.* 1. *Rota in nou. decis.* 5. *de rerum permut. Capell. Tholos. decis.* 107. & ibi *adden.* de qua re latius vide per *Paris. de resignat. lib.* 2. *quaest.* 4. per tot.

411 Derogatio iuri patronatus potest fieri per Papam, patrono non vocato, ratione suae supremae potestatis. *glossa in Clem.* 2. in verbo *Apostolicis, de preben. Monet. de commut. vlt. voluntat. cap.* 10. *col.* 1224. *n.* 69.

Prout

412 Prout etiam Papa, nemine vocato, potest derogare alijs qualitatibus beneficiorum in fundatione appositis. *Monet. ibidem cap. 10. de derogat. qualit. in fund. benefic. appositarum, col.* 1225. vers. 5. *conclus. n.* 73.

413 Sicut etiam Papa, nemine vocato, potest vltimas voluntates, absque alicuius citatione commutare. idem *Monet.* in d. *tract. cap. 7. tit. de for. obseruand. ab ipso commut. vlt. volunt. col.* 586. *n.* 323. & sequentibus.

Et hæc intellige, quando Papa derogat, commutatuè in forma gratiosa; secus si in forma commissaria: quia tūc obseruandus est tenor litterarum, an faciant executorē merum, vel mixtum, vt possit omittere, vel debeat citationem adhibere, vt latè dictum est *cap. 2. n. 26.* cum pluribus sequentibus.

414 Papa in traslatione, sicut in reseruatione pensionum, habet omnimodum potestatem. *Rota in recent. par. 1. decis.* 281. *n.* 1. & ideo titularis non est citandus in translatione, sed sufficit, vt citetur in executione, quo tempore potest opponere. *Achil. decis. 2. nu. 8. de offic. delegat.*

415 Et quando titularis petit à Papa extraiudicialiter, & gratiosè pensionem corrigi, vel moderari, seu nullam declarari, non tenetur citare pensionarium: sed quando Papa committit causam nullitatis, vel reductionis pensionis, tunc iudicialiter agendum est citato pensionario. *Rom. consf.* 369. *n.* 29. vers. *nec quidem in modificatione. Gig. de pens. quæst.* 37. *n.* 1. & sequen. vbi plures rationes adducit.

416 Ad electionem nedum vocandi sunt præsentes; sed etiam absentes, dummodo non sint in remotis. *cap. cùm inter, il* 2. & ibi *Bal.* & alij, *de elect. Innoc. in cap. quia propter, n.* 10. *de elect.* idem *Bald. in l. vt perfectius, n.* 4. *C. de annal. except. Gabr. de citat. conclus.* 1. *ampliat.* 69. & 70. *n.* 249. & 252. absentes autē ex propria culpa, non sunt vocandi. *Bar. in l. omnes, col.* 3. *ff. de iust. & iure, Abb. in cap. cùm omnes,* & ibi *Felin. col.* 15. *de constit. Gabr. de citat. conclus.* 1. *limitat.* 94. *n.* 489. ad quem actum electionis extraiudicialem vnica sufficit citatio, seu potius requisitio, cùm defi-

deficiat iurisdictio. *cap. si Episcopus, 18. distinct. gloss. in Clem. 1. de heret.* in verbo *requisierit, Abb. in cap. ego, n. 4. de iureiurando*.

419 Quæ citatio licet non haberet horam expressam, tamen citati deberent comparere hora solita electionis, citatus enim ad certum actũ, debet comparere ea hora, qua ille actus solet expediri. *Abbas, & Felin.* in *cap. consuluit, de off. delegat.* cum alijs allegat per *Guiliel. Mandagot. de elect. p. 1. cap. 17.* vbi *Boer. in addit. littera C.* & quamuis in huiusmodi citatione, seu requisitione, non apponatur peremptorium, seu comminatio; nihilominus si terminus præfixus prorogetur à maiori parte, & qui fuerunt citati non venissent, non tamen sunt iterum citandi. *Mandagot. d. par. 1. cap. 18.* & ibi *adden. littera C.* & *littera A.* & *par. 2. cap. 59.* vbi ponit plura, quæ præmittenda sunt in hoc actu extraiudiciali electionis, & primò qualiter per præsentes ad eligendum debeat terminus assignari, & ad citandum absentes nuncius deputari, secundò qualiter si absentes inuenti fuerint per nuncium, sint citandi. tertiò qualiter si absentes non inueniantur personaliter, sit in loco publico citatio facienda. quartò, si Capitulum absentes citare voluerit per litteras, qualiter huiusmodi litteræ sint formandæ. quintò qualiter litteræ citatoriæ Capituli debeãt absentibus præsentari. Vide per eum.

420 Confirmatio electionis, quando petitur, vel per electum, ad *tex. in cap. cùm dilectus, de consuetud.* & in *cap. quàm sit Ecclesijs, de elect. in 6.* vel per eligentes ad *tex. in cap. dudum, il 2. de elect. Mandagot. vbi supra cap. 59. forma 17.* & ibi *adden. littera C.* necessaria est citatio illius cuius interest. *Innoc. in cap. nihil est, de elect. n. 2.* & in *cap. cùm de confirmationibus, de confir. vt. vel inut.* & *tex. est in cap. fin. de elect. in 6.* quod hæc vocatio, seu citatio debeat fieri nominatim, vbi est coelectus, vel apparet oppositor alias generaliter per edictum in Ecclesia in qua electio facta est, vt si qui sint, qui se velint opponere, compareant assignato termino competenti. vide *gloss.* ibi, & *Doct.*

421 Citatio etiam requiritur

ad

ad Concilium,seu Synodum, quæ sunt synonima. *Abbas in cap.ego, n.4.de iureiurando,* illorum scilicet, qui debent interuenire. Et qui sint ad Cõcilium generale vocandi,tradit latè *Iacobat. de Conc. lib.2. art.2. de vocan. ad Concil.* per tot. & de forma citationis ad illud, & quod sufficiat vnica citatio, etiam sine termino, atque quod non requiratur noua citatio,licet tempus fuerit prorogatum. vide per eundem *Iacobat. d. lib.2. art.3. de for. cit. ad Concil.* in princ.& in vers. *sed pone, quod in ista generali,* & in vers. *sed pone,quod tempus.* Qui vero interuenire debeant in Concilio, seu Synodo Prouinciali, ponit post alios *Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. de 4. præcept. Decalogi, cap. 47. de Synod. Prouincialibus, & Diocesanis,* & qui debeant venire ad Synodum Episcopi,tractat *Henricus Botteus, in tract. de Synodo Episcopi 2. par.* per tot. inter tractatus.

Et quod non citatus non teneatur ire ad Concilium, notat *Abb. in cap. ego, n. 4. de iureiuran.* an autem citati, vt personaliter veniant ad Synodum, possint mittere procuratorem,& qui nõ veniunt, vel extra terminum veniunt, vel illicentiati recedunt, sint puniendi,ponit idem *Botteus,* in d. *tract. de Synodo Episcopi, 2. par. n. 45.* vsque 54.

422 Et quia facultas congregandi Synodum est de lege, seu iurisdictione Diocesana, vt per *gloss. in cap. dilectus,* in verbo *de lege iurisdictionis, de officio ordin.* ideo potest etiam Synodum conuocare Abbas exemptus, qui sit loco ordinarij. vt per *Rot. diuers. par.4. decis.619.* per tot.

423 Et quod citatio Synodalis vnica sufficiat, quamuis citatio iudicialis debeat esse trina. notat *gloss. in cap.si Episcopus,* in verbo *præceptione, 18. distinct. Abb. in d. cap. ego, n.4. de iureiuran.*

424 Visitatores Religiosorum nõ possunt aliquid in alicuius religiosi præiudicium decernere,nisi illo citato,& audito, & admisso ad legitimas defensiones. ad *tex. in Clem. Pastoralis, in fin. de re iud. Feder. de Sen. cons.55.* incip. *per visitatores,* & *cons.145. Card. Tusc. pract. quæst. lib.8.* in verbo *visitatores, quam iurisdictionem habeant, conclus.216. nu 1.* & sequen. Supersunt alij actus

extraiudiciales, qui vel fiunt à Iudice, vel à Parte, vel à Notario, ad quos, an & quando requiratur citatio, pro huius capitis complemento, breuiter dicemus.

425 Iudex extraiudicialiter procedit in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, & neminem tenetur citare. *Bal. in l. necquicquam, §. vbi decretũ, n. 2. vers. tertio modo dicitur, ff. de offic. Proconsul. & Legati,* nisi quando quis grauiter læderetur. *l. nam ita Diuus,* & ibi *gloss.* in verbo *qui læderentur, ff. de adopt.*

426 Sed an in adoptione sit citandus substitutus, quando filius adoptiuus, ex verbis testamenti, potest eum excludere, latè differit contra Ruinum, & concludit negatiuè, considerans non agi de illius graui præiudicio. *Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 8. n. 9.* & sequen.

427 Et generaliter, quando Iudex potest procedere extraiudicialiter, debet nihilominus illum citare, qui potest lædi perinde, ac si iudicialiter procederet. *d. l. nam ita Diuus, ff. de adopt. l. in concedendo, ff. de aq. plu. arcen. l. fin. C. de author. præstan. Innoc. in cap. ex ratione, de appell. Natt. consf. 242. n. 11. & consf. 266. n. 13. lib. 2.*

428 Ideoque Iudex si vult se informare extraiudicialiter de ijs, de quibus non est principalis quæstio inter partes, nõ tenetur citare. *Abb. consf. 41. n. 1. versf. ex quibus verbis, lib. 1 Rota diuers. decis. 636. nu. 4. par. 1.* prout etiam partibus nõ vocatis potest se informare de stylo ordinatorio. *Rota in recentiss. decis. 298. n. 2. p. 1. Greg. decis. 484. n. 6.* Secus si de stylo decisiuo, quia debet partes vocare. *Adden. ad Greg. d. decis. 484. n. 8.* & ibi *adden. n. 7.* & dictum est supra *cap 8. n. 102. & n. 258.* cum pluribus sequentibus.

429 Sed quando Iudex vellet capere informationem de actu alicuius personæ, vtputà an incederet in habitu, & tõsura, vel ad alium similem effectum, deberet partem citare. *Calder. consf. 4. de dilat. Geminian. consf. 117. n. 13. circa fin. Caual. decis. 432. n. 4.*

430 Insuper hic nota primò, quod Iudex, quando decernit primam citationem, procedit extraiudicialiter, & facit actũ voluntariæ iurisdictionis, & nõ tenetur partem citare. *Rota in*

in nou. decis. 1. *n.* 1. *de ser. Bellam. decis.* 649. *n.* 4. *&* 5.

431 Nota secundò, quod quãdo Iudex habet facultatem procedendi summariè, & ordine iuris non seruato, debet omnino partem citare. *Gabr. de citat. concl.* 1. *n.* 36. cum pluribus sequen. *Greg. decis.* 545. *num.* 5.

432 Sed quando habet facultatem procedendi extraiudicialiter, non tenetur partem citare, vt dictum est supra *cap.* 7. *n.* 108. *&* 110. & *cap.* 8. *n.* 234. *&* 260. & sequen. potest tamen, si vult, partem citare, vt dictũ est supra *cap.* 10. *num.* 89.

433 Nota tertiò, quod quãdo Iudex extraiudicialiter dat hęredi possessionem vacantem bonorum hæreditariorum, debet reseruare iura legitimi contradictoris; quia sic dicitur possessio tradita sub conditione. *l. testamento centurio*, §. 1. *ff. de manum. test.* & non dicitur illi quæsita. *l. qui absenti*, §. 1. *ff. de acquir. possess. cap. olim*, §. 1. iuncta *gloss.* in verbo *traditum*, *de restit. spoliat. Put. decis.* 32. *n.* 1. *lib.* 2. tunc enim Iudex cum simili clausula, saluo iure legitimi possessoris, seu saluo iure quarumlibet personarum, declarat nolle alteri præiudicare, nec in possessorio, nec in petitorio. *Bal. in l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll. sub n.* 41. *Peregr. de fideicom. art.* 48. *n.* 36. vers. *& indubitanter*.

434 Nota denique, quod sunt alij actus, quos Iudex facit extraiudicialiter, & sine partis citatione, vtputà subscriptio sentẽtiæ, iuxta *decis. Put.* 348. *lib.* 1. quãdo scilicet vnus Auditor subscribit sententiam latam in fauorem certæ personæ ab altero coauditore, vel propter mortem, vel absentiam; secus autem in alio Tribunali, in quo pronunciatur, non in fauorem certæ personæ, sed prout in cedula; quia non potest subscribi per successorem, parte non citata.

435 Idem est in subrogatione auditoris, quando fit per Decanum, quæ cum ab eius nutu pendeat, non requirit necessario partis citationem. *Rota in recent. par.* 2. *dec.* 191. *in fin.*

436 Idem est etiam in deputatione Iudicis, quæ validè fieri potest sine citatione partis, & sufficit citare coram eo vti deputato. *Duran. decis.* 65. *num.* 7.

437 In electione autem assessoris, tunc partis citatio non requiritur, quando sua sponte illum eligit, dummodo non eligat suspectum. *Cagnol. in l. consilij, n. 14. & 16. ff. de reg. iur.* secus autem, quando tenetur, vel ex Statuto, vel ex consuetudine, vel ex rescripto assumere assessorem; quia tũc illum debet assumere parte citata, *Franc. in cap. cùm speciali*, in princ. *quæst. 17. n. 39. de appell. Mantic. decis. 5. n. 4.*

438 Assessor autem, siue Consultor non citat partem; quia eius officium est Iudici assidere, & consulere, non autem iudicare, & potest consulere, siue partes sint præsentes, siue absentes: *l. Consiliarijs, ff. de off. Assess. Abb. in cap. 2. n. 13. de iud. Gabr. de citat. concl. 1. n. 504. Mantic. d. decis. 5. n. 3.*

439 Arbitrator, seu Iudex habens facultatem cognoscendi, & procedendi arbitrio suo, an debeat partem citare, sunt opiniones hinc inde, vt per *Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæst. 17. per tot.* & verba in compromissis apponi solita, senza farne motto, & darne conto alle parti; vel quod possit procedere vtraque parte absente; operantur, vt arbitrator non teneatur partes citare; sed non excludunt, quin debeat cum ipsis partibus eorum iura discutere, & eas audire, ex adduct. per *Laderch. cons. 98. n. 10.*

Et quod arbitrator, seu Iudex habens facultatem procedendi extraiudicialiter, & pronunciandi sine citatione debeat partes audire, & laudum latum intimare, dictum est supra *cap. 8. n. 304.* cum tribus sequentibus.

Et quando habent facultatem prorogandi compromissum, illud possunt prorogare, sine partium citatione, illis tamen debent prorogationẽ intimare. *Asin. in prax. iud. §. 7. cap. 5. limit. 92. Becc. cons. 99. n. 19. lib. 1. Scac. de appellat. quæst. 15. n. 222.*

440 Peritus etiã ad instar arbitratoris, licet extraiudicialiter procedat; debet tamen partes monere, & requirere, & ab eis informationem sumere, iuxta ea, quæ dicta sunt supra *cap. 8. nu. 342.* cum sequentibus.

Et citatio non requiritur ad declarationem arbitratoris, seu æstimatoris, quando scilicet partes fuerunt plenè auditæ, & discussum fuit nego-

goclum: alias requiritur, *Buratt. decis.* 56. *n.* 1. & sequen. & *decis.* 70. *n.* 1. & seq.

441 Actus etiam extraiudiciales faciunt partes, absque alterius citatione, quæ an, & quãdo possint tollere citationem, dictum est supra *cap.* 8. *n.* 131. & an citatio possit omitti, stante pacto de ingrediendo propria auctoritate, dictum est codẽ *cap.* 8. *n.* 142.

442 Et quando Dominus directus possit vigore pacti ingrediendi possessionem, emphiteota non citato, vide in d. *cap.* 8. *n.* 149. & quod non obstante pacto requiratur citatio, ad docendum de renouatione, vel iusta aliqua causa retinendi possessionem, cẽsuit *Rot. coram Mantic. decis.* 194. per tot. sed in casu, quo emphiteota Domino directo negaret proprietatem, ab eo posset expelli propria auctoritate, ne alias ciuilem possessionem amitteret, iuxta distinct. *Corn. cons.* 193. *n.* 3. *lib.* 3. *Rota in Mediolanen. Bonorum, seu Emphit. coram Card. Blanchetto,* 18. *Aprilis* 1603. apud *Marches. par.* 1. *fol.* 371. *sub n.* 5. vers. *præsertim quia*.

Et quãdo emphiteota Canones non soluit, vel inuestituram non petijt, & rem alienauit; an Dominus directus possit tertium propria auctoritate expellere, plures casus distinguit *Laderch. cons.* 105. *n.* 4. quem vide.

443 Quando autem in effectu res emphiteotica deuoluta est, & ad dominum directum reuersa, potest eandem dominus directus alteri relocare, primo emphiteota non vocato. *Roman. cons.* 212. *n.* 1. & seq. *Alex. cons.* 130. *n.* 1. & sequen. *lib.* 1. *Gabr. de citat. conclus.* 1. *n.* 397.

444 Insinuatio donationis, quæ fieri potest, vel à donante, vel à donatario, non requirit citationem alterius; quia vel nullam, vel paruã causæ cognitionem desiderat. *l.* 3. *§. si causa cognita,* & ibi *gloss. ff. de bon. poss.* & est actus extraiudicialis, & voluntariæ iurisdictionis; qua ratione fieri potest etiam die feriata. *gloss. in authen. de defens. ciuitat. §. nulla,* in verbo, *& quicquid aliud, l. actus omnes, C. de ferijs. Vital. à Cambano, in tract. de clausul. in tit. an legibus insinuationem exigentibus possit renũciari, n.* 89. cum tribus sequẽtibus.

445 Quando autem vna pars

vult aliquem actum extraiudicialem facere, ex quo alteri posset inferri praeiudicium, requiritur illius citatio. Sic quando actor vult renunciare liti, vel instantiae, citandus est reus; quia potest laedi. *l. de vnoquoque, ff. de re iud. Pract. Pap. in for. act. real.* vers. *salua iure addendi, n. 3.*

Sic etiam, quando debitor vult cedere bonis, debent citari creditores apparentes, quorum citatio operatur etiã, quoad non apparentes, facta tamen quoad illos citatione per edictum. *Gabr. de citat. concl. 1. n. 494. Mauson. de caus. execut.* qui alios citat *limit. 5. n. 18. & 19.*

446 Idem est, quando haeres vult adire haereditatem cum beneficio legis, & inuentarij, cùm enim faciat actum extraiudicialem, si nulli adsint legatarij, vel creditores, quibus possit praeiudicari in cõfectione inuentarij, nulla requiritur citatio. *Ang. in l. 1. §. haec stipulatio, ff. si plus, quàm per leg. Falcid. Rolan à Valle, de inuentario, par. 3.* vers. *quid faciendum si creditores, vel legatarij, num. 5.*

447 Si vero sint legatarij, & creditores certi, vel qui de facili possunt certificari, sunt nominatim citandi. *Abb. cons. 73. n. 6. lib. 2. Rolan. de inuentario par. 3.* vers. *fierique debet nominatim citatio, n. 1. & 2.* alias inuentarium non nocet illis, qui non sunt nominatim citati, quando erant certi: non enim contra illos sufficit citatio generalis creditorum per proclama. *Bart. in l. fin. §. cùm igitur, C. de iur. deliberan. Alex.* in d. *l. fin. in princ. col. penult. Crauet. cons. 89. n. 6.* neque sufficit, quod qui non fuerunt citati, tunc non essent veri, sed asserti creditores, quia nihilominus contra illos non citatos nominatim inuẽtarium non probat, quatenus veri creditores declarentur. *Capic. decis. 101.* per tot.

448 Et inuentarium non probat contra non citatos. *Buratt. decis. 750. n. 1. Rota post Cenc. de cens. decis. 38. n. 3.*

449 Absentes autem etiam si certi sint creditores, non tamen sunt in confectione inuentarij specialiter citandi; sed quoad illos generalis citatio sufficit. *§. fiat igitur, in authen. de haered. & Falcid. Seraph. decis. 371. n. 4. Coccinus decis. 151. n. 5.*

450 Qui vero sunt creditores incer-

incerti, cùm nominatim citari nequeant, sufficit, vt citentur per proclama. *Doct.* communiter in *l. fin. C. de iur. delib.* & ibi *Iaf. in princip. n.* 3. & 4. *Caualer. decis.* 508. *n.* 2. *Maranta in suo specul. par.* 6. vers. *rectè concipiatur citatio*, *n.* 98. vers. *primus casus*, *Rolan. de inuent. par.* 3. vers. *fierique debet nominatim citatio*, *n.* 3.

451 Legatarij, quando essent absentes, & ageretur deminuendis legatis per legem Falcidiam, non sufficeret eos ad confectionē inuentarij citare per proclama; sed debēt citari eorum agnati, vt pro eis interesse possint, & inspicere, vel adhiberi tres testes loco absentium. *auth. sed cùm testator, C. ad l. Falcid. Bar. cons.* 154. *n.* 4. *lib.* 1. *Grat. discept. forens. cap.* 767. *n.* 38. & 39.

452 Et quādo legatarius fuisset præsens confectioni inuētarij, etiam non citatus, non posset dare de nullitate illius ex defectu citationis; quia præsentia supplet defectum citationis. *l. etiam*, §. 1. *ff. de minor. Abb. cons.* 38. *tria sunt num.* 1. *lib.* 1. *Rota diuers. decis.* 151. *n.* 6. *par.* 2. *Seraph. decis.* 1094. *n.* 4. & cum inuentariū sit actus extraiudicialis, admittitur quælibet simplex cōuocatio, seu denunciatio facta per hæredem, quod legatarij intersint, ad videndum confici inuentarium: non enim requiritur aliquod decretum Iudicis; qui licet intersit confectioni inuentarij, tamen super ea nihil faceret, non enim potest hæredi concedere, vel negare, vt inuentarium faciat, vel non. ita *Bar. in d. cons.* 154. *n.* 6. *lib.* 1. *Grat. discept. forens. cap.* 797. *n.* 2.

453 **Hac eadem ratione, quia** confectio inuentarij habetur pro actu extraiudiciali, & leuis præiudicij; quia semper potest non citatus ostendere defectum inuentarij, & non præsumitur delictum, & successiuè, nec dolus in hærede, quod fraudauerit, non requiritur pro eo conficiendo, nisi vnica citatio, non autem trina, seu peremptorium, vt censuit *Rot.* coram *Achil. decis.* 3. *de testam. Rolan. de inuent.* vers. *in ipsaque confectione inuentarij sufficit vnica citatio*, per tot. *Grat. d. cap.* 797. *n.* 3.

454 Quando sunt duo cohæredes: si vnus conficit inuentarium, illud non prodest alteri; nisi ipsius etiam nomine sit factum. *l. fin. in princ.* & ibi

Alex. n. 11. *& Iaſ. n.* 5. verſ. *ſed licet, C. de iur. deliberan.* ſed quando inuentarium eſt factum ab vnico hærede inſtituto, prodeſt etiam fideicommiſſarijs. *Bal. in auth. ſed cùm teſtator, n.*9.*C.ad l.Falcid. Alexan. in l. in ratione*, §. *quod vulgo, n.*18.*ff.ad l.Falcid. Buratt. deciſ.*521.*n.*7.

455 Et quod in confectione inuentarij nõ ſit citandus cohæres, dixit *Rot. coram Duran. deciſ.*386.*n.*37.

456 Sed an creditores, fideicommiſſarijue conditionales, ſint citandi nominatim in cõfectione inuentarij, an vero ſufficiant edicta, ſunt opiniones hinc inde, & quod requiratur ſpecialis citatio, conſuluit *Alex. conſ.* 218. *n.* 2. *lib.* 2. *Menoch. conſ.*89. *n.*141. & ſequen. *Peregr. conſ.* 95. *lib.* 4. cũ alijs adductis per *Giouagn. conſ.*19. *n.*1. *vſque* 5. *lib.*2.

In contrarium, quod ſufficiat generalis citatio, per edictum, eſt *deciſ. Achil.* 3. *n.*2. *de ſententia, & re iud.* & *Cacher. deciſ.* 68. *n.*7. & latiſſimè conſuluit *Giouagn. cõſ.*19. per tot. & *conſ.* 20. *n.*2. vbi ſub *n.* 16. ponit *deciſionem Rotæ in cauſa Bononien. de Farmagliarijs, coram Card. Pamphilio ſeniore*, qua reſolutum fuit, quod qui poteſt fieri creditor reſpectu futuræ euictionis, ſi ad inuentarium factum, ante motam litem non fuit nominatim citatus, non vitiatur inuentarium; quia ſufficit generalis citatio. & fuit etiam dictum, quod quando cõditio eſt certa, & omnino extitura, tunc creditor conditionalis debet citari nominatim, iuxta *tex. in l. creditores, ff. de verb. ſign.* vt declarat ibidem *gloſſ.* in verbo *ſub conditione.*

Tutius itaque eſſe videtur in hac controuerſia, vt nominatim citetur, ſiue creditor conditionalis, ſiue fideicommiſſarius, ſi exiſtat in loco, in quo fit inuentarium, ad dicta per *Cacher. d. deciſ.*68.*n.*8. quamuis expeditum non ſit, quod creditor conditionalis veniat appellatione creditoris. ex not. in *l. ex prædijs, C. de euict. Neguſ. de pignoribus, primo membro,* 5. *par. n.*24. & ſequen. vt dicitur in fin. d. *deciſionis Bononien. de Formagliarijs.*

457 Et quia, vt ſupradictum eſt, in inuentario cõficiẽdo, ſufficit vnica citatio, ideo ea ſufficeret, etiam ſi facta eſſet ad videndum inchoari inuẽtarium:

tarium: quia virtualiter etiam contineret ad videndum perfici. *Duran. d. decis.* 387. *n.* 9. & 10.

458 Supersunt mihi tria in hac materia notanda, vnum, quod si inuentarium fuisset factum, vno vel duobus tantum citatis, ex pluribus alijs omissis, illi qui fuerunt citati, non possent opponere de defectu citationis aliorum, quia quoad ipsos citatos omnino valet. *Bar. cons.* 154. *n.* 8. *lib.* 1. *Bal. in l. si omnes, C. si maior se ab hared. abst. Surd. cõs.* 1. *n.* 87. *lib.* 1. & *cons.* 181. *n.* 26. *lib.* 2. *Crauett. cons.* 226. *nu.* 6. post med. vers. *ex praemissis dissolutum*, *Grat. discept. forens. cap.* 495. *n.* 13. *lib.* 3.

459 Alterum est, quod circa modum procedendi, & citandi in conficiendis inuentarijs attenduntur Statuta locorum, & Curiarum consuetudines, ex pluribus alleg. per *Grat. discept. forens. cap.* 998. *n.* 19. & quod Statutum possit dare, & mutare formam citandi, dummodo non auferat defensionem, quæ est iuris naturalis, dictum est supra *cap.* 8. *n.* 59. & sequen. & quod idem sit de cõsuetudine, & de stylo, vid. *ibidem n.* 78. & *n.* 88.

460 Vltimum est, quod licet in inuentario hæredis, vt supra, requiratur citatio creditorum, & legatariorum, non tamen requiritur in inuentario, quod facit tutor in susceptione tutelæ. *l. tutores, vel curatores*, vbi *gloss.* in verbo *instrumentorum*, *C. de admini-strat. tut.* cum alijs alleg. per *Grat. cap.* 711. *n.* 5.

461 Hæres pariter facit actum extraiudicialem, quãdo vult, facto tamen inuentario, suum creditum ab hæreditate separare implorato Iudicis officio. Sed debet citare eos de quorum præiudicio agitur. *Bal. in l. debitori, n.* 1. cum sequen. & ibi *Ias. n.* 3. *C. de pac. Mantic. decis.* 326. *n.* 6.

462 Idem dicendum est de filio hærede instituto, qui si vult separare suam legitimam à bonis fideicommisso subiectis, debet implorare officium Iudicis, & citare eos, quorum interest, vt cõtradicant, si quã rationabilem causam habeãt, vt ita loquitur *Baldus*, & dat consilium, vt fiat citatio in *l. iubemus, n.* 3. vers. *ego tenendo consilium*, & *n.* 4. *C. ad Trebell.* alias separationem factam posset interesse habens impugnare, ex reg. *l. de vnoquoque, ff. de*

ff. de re iud. cum similibus.

463 Notarius etiam facit plures actus extraiudiciales, ad quos, an & quando citatio requiratur, dicendũ superest, breuiter tamen.

Quando Notarius rogatus dat sumptum sui instrumenti, vel processus, non est opus citatione. vt not. in *authent. si quis in aliquo, C. de eden.*

Idem est, quando vult dare sumptum instrumentorũ, quæ coram eo, seu in eius officio fuerunt producta; quia effecta sunt de suis actis, & nulla requiritur citatio, *Maran. de ord. iud par. 6. actu* 10. *de act. edit. sub n. 3.* vers. *quandoque producens instrumentũ. Greg. decis.* 38. *n.* 1. *&* 2.

Idemque est, quando Notarius successor, seu subrogatus in officio, vel quando est Archiuista, vult dare sumptũ eorum, quæ sunt producta in eius officio, vel quæ existunt in Archiuio; quia id potest facere absque citatione partis, ex supra deductis in *cap.* 13. *n.* 219. *&* 223.

464 Atque etiam idem est, quãdo Notarius habet facultatem transumptandi instrumentum Notarij mortui, quia perinde est, ac si esset successor, vel subrogatus. *Dec. in authen. si quis in aliquo, col. 6. in fin.* vers. 9. *fallit, C. de eden. Caput. decis.* 354. *nu.* 2. *&* 3. *par.* 2. & de exemplatione facta auctoritate Principis, vel ordinarij, quod non requiratur in ea citatio partis, notant *Doct.* in *cap. final.* & ibi *Felin. n. 9. de fid. instrum. Caual. decis.* 205. *n.* 2.

465 Sed quãdo Notarius successor in officio, vult extrahere instrumentum prædecessoris, quod consummeretur, tũc debet pars citari, quia illud extractum mansurum esset loco originalis consumpti, vt dictũ est supra *cap.* 13. *n.* 221. item quando vult extrahere iura existentia penes alios, vt dictum est *ibidem n.* 225. & si Archiuista vult transumptare instrumentum, seu priuilegiũ vetustate consumptum ad instantiam partis, tunc debent citari interesse habentes. *Rota diuers. dec.* 396. *n.* 4. *&* 5. *par.* 5. & nominatim, qui certi sunt, per edictum autem, qui sunt incerti. vt not. in *cap. Albericus,* & ibi *Abb. n.* 5. & *Felinus n.* 1. *de test. Molin. de primogen. Hispan. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 49.

466 Et quando Notarius vult corrigere errorem suum potest

test incontinenti, non autem ex interuallo, nisi citata parte, & docto de errore. *Cagnol. in l. si librarius, n. 24. ff. de reg. iur.* & postquam dedit instrumẽtum, nõ potest aliquid immutare circa substantialia parte non citata, vt not. *Doct. in d. l. si librarius, ff. de reg. iur. Caput. decis. 97. n. 3. par. 2.*

Sed quando agitur de correctione Bullæ, non requiritur citatio partis. *Rebuff. in praxi, tit. de reformat. & correctione Bullæ, n. 8.*

Qui sint effectus Citationis.

CAPVT XVI. & vltimum.

SVMMARIVM.

1 *Citatio parit plures effectus, quoad Iudicem, quoad partem citantem, & quoad partem citatam.*
Parit primum effectum, hoc est.
2 *Citatio firmat iurisdictionẽ Iudicis delegati.*
3 *Citatio parit secundum effectum, iurisdictionem scilicet perpetuat, etiam post mortẽ delegantis, si de ea constet, & sit valida.*
4 *Citatio decreta per Iudicem nulliter, vtputà in die feriata in honorem Dei, non perpetuat iurisdictionem.*
5 *Citatio decreta contra infantem, vel furiosum, perpetuat iurisdictionem quoad Iudicem.*
6 *Citatio per Iudicem, datum sub conditione, decreta ante euentum conditionis, nõ perpetuat iurisdictionem.*
7 *Citatio parit tertium effectum, hoc est preuenit, seu preoccupat iurisdictionem.*
8 *Comminatio de citando non inducit preuentionem iurisdictionis.*
Item nec commissio citationis.
9 *Citatio, vt operetur preuentionem, debet esse executa.*
10 *Nec refert an realiter, vel personaliter, vel domi, citatio fuerit facta.*
11 *Preuenire dicitur in dubio, qui verbaliter citauit, si sit maior.*
Sed inter pares attenditur, quæ precessit.
12 *In his, quæ sunt mixti fori; attenditur quis preuenerit in citatione reali, captura scilicet.*
13 *Preuentio in ciuilibus non indu-*

inducitur per solam oblationem libelli, nec in criminalibus per solam oblationem querelæ, nisi siue libellus, siue querela transmittatur cũ citatione.

14 Citatio prior domi executa, præuenit iurisdictionem, etiã si posterior alterius Iudicis fuit personaliter executa, in quibus citationes primæ validè fieri possunt ad domum, absque alia perquisitione personæ.

15 Citatio illegitimè executa, si ad notitiam peruenerit, redditur legitima.

16 Notitia citationis constituit verum contumacem.

17 Notitia citationis non operatur ante, sed de tempore habitæ notitiæ.

18 Præuentio non inducitur coram Iudice, qui fuit posterior in citando, licet citatus coram eo comparuisset.

19 Comparitio purgat omne vitium executionis, citationis, & præsentia sola sufficit sine citatione.

20 Comparere debet citatus coram eo, qui prius citauit.

21 Præuenisse non dicitur Iudex, coram quo quis prius citauit, sed in termino citationis non comparuit; quia citatio remansit circũducta.

22 Circumducta citatio non inducit aliquem effectum.

23 Præuentionem operatur citatio, quando emanauit ad instantiam partis. Item quando motu Iudicis, vbi scilicet procedit ex officio.

24 Ad effectum præuentionis ex duabus citationibus, quæ in dubio præsumatur anterior, vide.

25 Ab animo in dependentibus, statur proprio iuramento.

26 Processus factus à duobus Iudicibus eodem tempore, valet quando de præuentione non fuit oppositum.

27 Præuentionis exceptio debet opponi ante litem contestatam.

28 Contumax non potest allegare præuentionem.

29 Præuenit inter Auditores Rotæ, is cui prius commissio fuit præsentata, secus inter alios delegatos.

30 Præuentionis articulum decidit in Curia Signaturæ Iustitiæ Præfectus, manu regia.

31 Priuilegio fori licet quis ex Statuto renunciare non possit, potest tamen se obligare in forma Cameræ, & se subijcere forò AC.

Præ-

32 *Præuentio facit cessare iurisdictionem alterius.*

33 *Præuentio inducitur per capturam realem.*

34 *Præuentio non solum habet locum inter æquales, sed etiã inter maiorem, & minorem.*

35 *Præuentionis quæstio inter duos Iudices, diuersæ iurisdictionis, quomodo sit diffinienda.*

36 *Citatio ad dicendum contra, facit commissionem communem.*

37 *Commissione, inuito impetrante ante citationem executam, non potest altera pars vti.*

38 *Commissio communis effecta censetur, quando probaretur impetrantem ea vsum fuisse, etiam ante citationem executam.*

39 *Citatio ad dicendum contra iura, illa facit communia inter partes.*

40 *Iura producens parte citata, illis tenetur stare, etiam in sui præiudicium.*

41 *Litis pendentiã, quoad actorem, inducit sola citatio, ante eius executionem.*

42 *Litis pendentiam quoad reũ non inducit citatio, nisi fuerit executa. Vide rationem.*

43 *Citatio, vt inducat litis pendentiam quoad reum, & vt causet attentata, quæ requirantur.*

44 *Citatio sola sufficit ad perpetuandum iurisdictionem, sed non ad inducendum litis pendentiam, & attentata.*

45 *Litis pendentiam non inducit citatio, quæ fuit facta sine Iudicis commissione.*

46 *Citatio non inducit litis pendentiam si non emanauit à Iudice competente.*

47 *Competentia Iudicis ordinarij ex quibus consideretur.*

48 *Competentia Iudicis delegati ex quibus consideretur.*

49 *Litis pendentiam non inducit citatio Iudicis delegati, quando fuit decreta, & executa ante præsentationem rescripti originalis.*

50 *Citatio vigore rescripti impetrati ab excommunicato non inducit litem, nec attentata.*

51 *Citatio non inducit litem, nec attentata, quando emanauit vigore rescripti obreptitij, & subreptitij, si constat de obreptione, vel subreptione.*

51 *Citatio, quæ emanauit à Iudice incompetente, causat litem, & attentata, quando citatus tenetur comparere, & al-*

& allegare incompetentiam.

53 Litis pendentiam inducit citatio ab arbitro, vel arbitratore emanata.

54 Citatio, quæ non peruenit ad notitiam citati, non inducit litis pendentiam; nisi ex facto, & impedimento ipsius processerit.

55 Citatio, vt operetur litem, & alia, debet plenè instruere citatum.

56 Citatio, vt operetur litem, & alia, debet esse aptè concepta, & iuxta stylum.

57 Litis pendentiam non inducit citatio, quatenus sua putauerit interesse.

58 Litis pendentiam quoad reũ, vt inducat citatio, debet esse legitimè executa, & quando non dicatur legitimè executa. Vide.

Possessio capta post decretum citationis, sed ante illius executionem, non dicitur attentata.

59 Citatio legitimè executa censetur, siue sit citatus principalis, siue procurator, quando mandatum acceptauit.

60 Citatio executa contra officialem deputatum à Capitulo Sede vacante, non inducit litem, nec attentata contra Episcopum successorem.

61 Citatio executa contra syndicum generalem Vniuersitatis, non operatur litem, nec attentata.

62 Citatio, quæ erat exequenda personaliter, si fuit executa domi, causat litem, & attentata, quando peruenit ad notitiam citati.

63 Citatio si non fuit per nuncium in actis relata, & per Notarium scripta, non inducit litis pendentiam, nec causat attentata. Fallit si citatus comparuisset.

64 Comparitio purgat omnem defectum citationis, etiam facta ad effectum excipiendi de nullitate.

65 Comparitio purgat defectum citationis, à die tamen comparitionis.

66 Litis pendentiam non inducit citatio, quando non fuit reproducta in tempore.

67 Litis pendentiam, & attentata non causat citatio, quãdo fuit circumducta.

68 Citatio ad videndum sibi inhiberi, causat attentata.

69 Lis quoad actorem inducitur ex solo decreto citationis; & quicquid innouat, reuocatur vti attentatum.

70 Decretum citationis ad effectum litis quoad actorem, non

non operatur, quando non fuit obtentum à legitimo procuratore, nisi constaret de ratificatione.

71 Ratificatio decreti citationis retrotrahitur ad diē decreti.

72 Lis non penderet si actor renunciaret citationi.

73 Commissio si deperdita fuisset, lis non penderet.

74 Litigiosum beneficium quando fiat.

75 Appellatio extraiudicialis legitimè intimata, habet vim citationis, & facit beneficiū litigiosum.

76 Appellatione extraiudiciali deserta, an remaneat interrupta possessio triennalis, & beneficium litigiosum.

77 Litigiosum beneficium non fit per solam commissionem, nisi secuta citatione, & ea reproducta.

78 Citatio si non appareret executa, sufficeret cōparitio Procuratoris, etiam cum solo mandato generali.

79 Litigiosum beneficium remanet, etiam si citatio non fuisset reproducta, viuente ipso actore, quando comparuisset Procurator dicens generalia contra.

80 Comparitio sanat omnem defectum citationis.

81 Citationis defectum sanat constitutio Procuratoris.

82 Litigiosum beneficium non fit, nisi lis sit super titulo.

83 Lis super priuatione beneficij, quando faciat beneficiū litigiosum.

84 Lis super possessorio non facit beneficium litigiosum.

85 Commissio super iactationibus, quando faciat beneficiū litigiosum.

86 Clausula cum omnibus incidentibus, & clausula, quam, & quas, faciunt, vt censeatur commissum, tàm petitorium, quàm possessorium.

87 Citatio approbat personam citati, exempla vide.

88 Citatio facta cum clausula, quatenus sua interesse putauerit, non approbat personā citati, nisi doceat de interesse.

89 Legitimus contradictor non est, qui non habet interesse.

90 Citatio, quādo approbat personam citati, non tamen approbat causam, nec alia, quæ potuissent citatum repellere à limine iudicij.

91 Citans minorem, non intelligitur eum approbare; sed eum citare, vt legitimè compareat.

92 Citans aliquem in possesso-

rio,

rio, non censetur approbare in petitorio.

93 *Citans aliquem vti talem, non potest postea ei opponere, tu non es talis, exempla vide.*

94 *Citatio non approbat personam citati, quando ex actis constat illum non esse talem.*

95 *Citatio facta per Procuratorem, operatur approbationem citati, in praeiudicium domini, si constat de illius mandato.*

96 *Citatio sola de iure Canonico interrumpit praescriptionem, & inducit malam fidem. De iure autem Ciuili requiritur litis contestatio. Non tamen in praescriptione odiosa 30. annorum.*

97 *Citatio, vt interrumpat praescriptionem de iure Ciuili, debet esse per Iudicem decreta, secus de iure Canonico.*

98 *Praescriptio interrumpitur, etiam facta per Iudicem incompetentem, quando copia competentis haberi nõ potuit.*

99 *Praescriptionem interrumpit citatio, etiam si sit facta in alio loco, quàm domicilij.*

100 *Praescriptionem interrumpit sola productio iurium, contra praesentem in iudicio.*

101 *Libellus habet vim citationis, quantum ad interrumpendam praescriptionem. Dũmodo talis sit, vt instruat reum.*

102 *Citatio facta ad instantiam personae non legitimae, non interrumpit praescriptionem.*

103 *Citatio non interrumpit praescriptionem, quando ei fuit renunciatum.*

104 *Citatio non interrumpit praescriptionem, quando citans non comparet in termino.*

105 *Citatio, vt interrumpat praescriptionem, debet peruenire ad notitiam citati.*

106 *Praescriptio interrumpitur, quando praescribens impedit se citari, facta tamen protestatione de impedimento praestito.*

107 *Citatio facta ad domum dimissa copia, interrumpit praescriptionem, quando praescribens se occultat.*

108 *Praescriptio interrũpitur per citationem factam contra vagabundum coram Iudice loci, vbi sunt bona, quae praescribuntur.*

109 *Citatio, vt interrumpat praescriptionem, non sufficit, quod fuerit intimata parti, nisi fuerit relata per nuncium, & reproducta per partem.*

110 *Citatio non interrumpit praescri-*

scri-

ſcriptionem, quando reproducitur poſt eam completam.

111 *Citatio circumducta non interrumpit præſcriptionem, vtputà, quando actor comparuiſſet, & non accuſaſſet contumaciam.*

112 *Citatio vnius ex pluribus reis debendi, interrumpit præſcriptionem quoad alios.*

113 *Præſcriptionis interruptio, alia eſt ciuilis, alia naturalis.*

114 *Præſcriptionem non interrũpit citatio, neque denunciatio extraiudicialiter facta, niſi quando poſſunt inducere malam fidem.*

115 *Citatio, quæ fit ad videndũ recipi, & examinari teſtes ad perpetuam rei memoriã, lite non conteſtata, non interrumpit præſcriptionem.*

116 *Præſcriptio interrũpitur per citationem etiam nulliter factam, quando citatus comparuit.*

Et tũc interruptio ſumit initium à tempore comparitionis.

117 *Citatio in Criminalibus ſicut in Ciuilibus interrumpit præſcriptionem.*

118 *Citatio nulliter facta, an & quando conſtituat citatum in mala fide, & præſcriptionem interrumpat, diſtingue.*

119 *Citatio inducit contumaciã, & quare.*

120 *Contumax cenſeri nequit, qui vel non fuit citatus, vel nulliter.*

121 *Nullum eſſe, vel non eſſe, paria ſunt.*

122 *Citatus, quod quis non fuerit, probatur ex actis.*

123 *Citatus, quod quis fuerit nulliter, probatur ex parte Iudicis, quando eſt incompetens, vel non habet exercitium iuriſdictionis.*

124 *Nullitas citationis, ex parte inſtantis probatur, quando vel non eſt talis, qualem ſe facit, vel quando ſit inhabilis.*

125 *Nullitas citationis, ex parte citati probatur, vel quando citari non debuit, vel quando perſona non fuit benè ſpecificata, vel non fuit ſpecificatum, quo nomine citaretur.*

126 *Nullitas citationis, ratione cauſæ probatur, vel quia non fuit expreſſa, vel obſcura, vel talis, quæ non potuit inſtruere citatum.*

127 *Nullitas citationis, ratione loci probatur, vel quia non ſit tutus, vel honeſtus.*

128 *Nullitas citationis, ratione tem-*

Qui sint effectus Citationis.

CAPVT XVI. & vltimum.

1 CITATIO parit plures effectus. alios quoad Iudicē, firmat enim iurisdictionem, illamque perpetuat. & præuenit. alios quoad citantem: nam facit rescriptum, & iura communia, inducit litem, & approbat personā citati, alios denique quoad citatum, quia interrumpit præscriptionem, & causat contumaciam, & ita octo sunt effectus, de quibus sigillatim, breuiter tamen dicemus.

EFFECTVS PRIMVS.

2 Citatio firmat iurisdictionem Iudicis delegati, *Caput. dec.262.par.2.* delegatus enim non acquirit iurisdictionis exercitium; nisi partem citauerit. *cap. gratum, de off. deleg.* & ibi *gloss.* in verbo *maximè*, & citatio est litis exordium, & fundamentum. *§. fin. instit. de pœna tem. litig.* & per citationem firmatur iudicium. *gloss. in Clem.* 1. in verbo *citationes, de iud.*

EFFECTVS SECVNDVS.

3 Citatio perpetuat iurisdictionem delegati; quia per mortem delegantis, antequā delegatus incipiat vti iurisdictione, illa expirat, sicut mandatum extraiudiciale expirat morte mandantis. *§. rectè, instit. mand. l. mandatū, C. mand. l. si quidem, C. de act. & oblig.* Sed quando citauit, perpetuatur. *Felin. in cap. gratum, n. 1. de off. deleg.* & ad perpetuandam iurisdictionē, sufficit solum decretum citationis, licet fuerit executa solū post mortem delegātis, scilicet quoad ipsum delegatum, non autem quoad citandum. *Felin. in d. cap. gratum, sub n.* 5. vers. *quæritur ergo. Caput. decis.* 115. *p.* 1. & *decis.* 124. *par.* 2. & propterea si actor, viuente delegante, obtinuisset à delegato decretum citationis, & reus, antequam citatio contra ipsum exequeretur, impetrasset aliū Iudicem, tunc primus, qui decreuit citationem, non posset causam cognoscere; sed secundus cognosceret: quia per decretum citationis fuit perpetuata iurisdictio solum quoad Iudicem, non autem quoad partem; quæ non po-

test dici præuenta, dum non fuit citata, licet mandatũ fuerit citari. ita declarat *Rota in antiq. decis. 9. de dolo, & cont. Bisign. decis. 1. de off. deleg.*

Et hoc sine difficultate procedit de iure Canonico. *cap. gratum, & cap. licet, & cap. fin. de off. deleg. Caput. decis. 124. n. 2. par. 2.* sed secundum ius Ciuile, videtur quod ad perpetuandam iurisdictionem, non sufficiat solum decretum citationis; sed requiratur litis contestatio: quia lis non dicitur cœpta, nisi per litis contestationem. in *authen. de litig. §. omnem, l. amplius, ff. rem rat. hab.* ita *gloss.* in *cap. relatum*, in verbo *contestata, de off. deleg.* sed nihilominus videtur, quod etiam de iure Ciuili, perpetuetur iurisdictio per solam citationem, etiam non facta litis contestatione. *Ias. in l. & quia, n. 6. ff. de iurisdict. omn. iud. Alciat. in cap. gratum, de off. deleg. Minsing. singul. obseruat. cent. 4. obseruat. 26. n. 5. Mandos. reg. 34. quæst. 66. n. 4.*

Ad effectum autem, vt per citationem censeatur perpetuata iurisdictio, debet de ea constare in actis, alias non crederetur Iudici, neque Notario. *gloss. in cap. quoniam contra*, in verbo *citationes, de probationibus*.

Et debet etiam constare de citatione valida: quia si sit nulla, non inducit perpetuitatem iurisdictionis. *gloss. vlt. in cap. cùm plures*, & ibi *Doct. de off. delegat. lib. 6. Felin. in d. cap. gratum, n. 4. Tiraq. de vtroque retract. §. 8. gloss. 2. n. 4. Vant. de null. sen. quot. & int. quod temp. n. 28.*

4 Distinguo cum *Bal. in l. si pater tuus, C. ne de stat. defunct.* quod si citatio est nulla ratione Iudicis, vt quia illam decreuerit in die feriata in honorem Dei, tunc non perpetuat iurisdictionem, quia caret principio iurisdictionis, & ideo non potest perpetuari.

5 Aut est nulla ratione citati, vt quia sit citatus infans, vel furiosus, sine tutore, & tunc iurisdictio perpetuatur quoad Iudicẽ, quia non deficit principium iurisdictionis, & ideo potest perpetuari, licet citatum non afficiat.

6 Et si Iudex datus sub conditione citet ante euentum conditionis, citatio est nulla, & non potest iurisdictionem perpetuare, vt per *gloss. fin.* in *cap. cùm plures, de off. deleg. lib. 6.* ante medium.

Et

Et quod citatio sola perpetuet iurisdictionem, dictum est supra *cap.1.n.28.& cap.2.n.99.& cap.10.n.354.*

EFFECTVS TERTIVS.

7 Citatio præuenit, seu præoccupat iurisdictionem, tàm Iudicis ordinarij, quàm delegati. *cap. propofuisti*, & ibi *gloss. de for. compet. l. si quis postea, ff. de iud.* inter eos scilicet, qui habent parem iurisdictionem; ad *l. si pluribus, ff. de legat.1.* alias dignior debet præferri. *Bal. in l. per agrum*, in fin. *C. de seruit. & aqua*, & ita inter pares, qui præuenit citando, solus debet iurisdictionē exercere. *Bal. in l. penult.* vers. *fuit quæstio, n.15. C. de cond. insert.*

8 Comminatio de citando non operatur præuentionem; quia non est citatio, aliud est enim agere, & aliud agere velle, vt per *Vrsill. ad Afflict. decis.294.n.1.* prout neque præuentionem operatur sola commissio citationis, aliud est enim aliquem esse citatū, & aliud esse commissam, seu decretam citationem. vt ait *Soc. in cap. propofuisti, nu. 19. quæst.4. de for. compet.*

9 Sed requiritur citatio, & quod fuerit executa. ideoque iurisdictio censetur præuenta per executionem citationis, etiam si alter Iudex fuisset primo impetratus. *Rota in antiq. decis.9. de dol. & contum. Bisign. decis.1. de off. deleg.* & necessè est, vt sit legitimè facta, d. *cap. propofuisti*, ibi *de te legitimè citatus ad causam, de for. comp.* & ibi *Soccin. n.41 & 20. Specul. tit. de libellorum concept. §. nunc videamus*, & ibi *Bald. in addit.* in verbo *sexaginta. Roman. cons.412. nu.5.* & dictum est supra *cap. 10. num.354.*

10 Nec refert quomodo facta fuerit citatio, an realiter an vero verbaliter, & an executa fuerit personaliter, vel domi, dūmodo vna sit anterior altera.

Et propterea si ab vno Iudice fuerit prius captus reus, sine dubio dicitur præuenisse alterum, qui posterius verbaliter citauit; sed dubium est in casu, quo non constet, quæ citatio præcesserit, an realis, an verbalis, & videtur, quod realis, tanquam potentior, & efficacior debeat præualere.

11 Sed si ille, qui verbaliter citauit sit maior, debet minor, qui realiter citauit deferre

maiori. *Angel. de malefic.* in verbo *Iudex commisit. Soc. in d. cap. proposuisti, n.* 21. *&* 22. *quaest.* 6. 7. *&* 8. adde *Bar. in l. Senatus Consulto, n.* 4. *C. de his, qui accus. non poss.* vbi dicit, quod si minor Curia praeuenit in procedendo, non tenetur deferre maiori Curiae.

Atsi inter pares praecessit citatio verbalis, illa praeoccupat iurisdictionem, d. *cap. proposuisti, de for. compet.* & *d. l. si quis postea, ff. de iud. Socc. in d. cap. proposuisti, n.* 17. *quaest.* 2.

12 Sed in his, quae sunt mixti fori, de quibus. *gloss. fin. in cap. cum plures de for. compet. Maran. de ord. Iud. par.* 4. *dist.* 12. *per tot. Clar. §. fin. quaest.* 37. *n.* 1. est locus praeuentioni inter Iudices Ecclesiasticos, & laicos. *l. si quis postea*, & ibi *Doct. ff. de iud. Bal. in l. si pluribus*, vers. *ex praedictis, ff. de leg.* 1. & inter eos praeuentio non inducitur per citationem verbalem. *Boss. in tit. de for. compet. n.* 130. attenditur autem, quis praeuenerit in citatione reali. *Bal. in l. unic. C. de confess. Boss. in tit. de for. compet. n.* 130. *Io. Franc. Leo, in thesaur. for. Eccles. par.* 1. *tit. de Synod. cap.* 9. *n.* 19.

13 Et Iudex ciuilis per solam oblationem libelli, & Iudex criminalis per solam porrectionem querelae, non censetur praeoccupare iurisdictionem, nisi libellus, querelaue trasmittantur cum citatione. *l. libertus, la* 2. *ff. de in ius voc.* latè *Rot. corā Buratt. decis.* 109. *n.* 7. *& seq.*

14 Et si citatio vnius Iudicis domi executa praecesserit, & citatio alterius Iudicis postea fuerit personaliter executa, citatio domi, tanquam prior, iurisdictionem praeuenit, & praeualet personali, in casibus scilicet quibus primae citationes possunt fieri ad domum validè, absque alia perquisitione personae, de quibus locuti sumus sup. *cap.* 11. *n.* 340. & sequen. sub vers. *citatio ad domum, an & quando fieri possit absque perquisitione personae*, in casibus autem, quibus primae citationes nequeunt fieri ad domum, vt *ibi n.* 337. citatio domi tanquam nulliter executa, non induceret praeuentionem. d. *cap. proposuisti*, ibi *legitimè citatus, de for. compet.* cum pluribus allegatis per *Burattum d. decis.* 109. *n.* 6. *Gratian. discept. forens. cap.* 531. *n.* 76. *Roman. cons.* 412. *n.* 5.

15 Quod declara nisi deuenisset

ſet ad notitiam citati; nam citatio executa, licet illegitimè, probato tamen, quod ad citati notitiam peruenerit, citatio redditur legitima, & præuentionem operatur, & ligat ſicut legitima. *Clem. cauſam*, in fin. *de elect. Romanus conſ.*410.*n*.2. & ibi *adden. littera C. Felin. in cap. gratum*, *n*.4. *de off. deleg. Caput. deciſ.* 110. *par*.1. *Veſtr. lib*.4. *cap*.3. *num*.8.

16 Et notitia citationis conſtituit verum contumacem. *Rot. in nou. deciſ.* 11. in fin. *de dol. & contum. Bellam. deciſ.* 538. de qua notitia quomodo cõſtare poterit, dictum eſt ſupra *cap*.13. ſub verſ. *qualiter probetur citationem nulliter factã deueniſſe ad notitiam*, *n*. 132. & ſequen.

17 Sed ſi notitia primæ citationis nulliter executæ deueniſſet poſt executam legitimè ſecundam citationem, an prima cenſeretur præueniſſe, dico, quod non, quia debet attendi tempus notitiæ, & ſcientiæ habitæ. *l. annus*, *ff. de calumniat. l*.2. *C. vbi in rem. l*.1. §.1. & ibi *gloſſ.* & *Bal. ff. de fer.* vide ſupra in *cap*.10. *nu*. 355. *&* 356. *&* 360. adde *Lancell. de attent. lit. pend. cap*. 4. *in præfatione*, *num*. 140.

18 At ſi citatus à duobus Iudicibus, compareret coram eo, qui poſterior fuiſſet in citando, quis diceretur præueniſſe.

19 Dic, quod citatio non fit ad alium effectum, niſi vt citatus compareat, & propterea comparitio purgat omne vitium executionis citationis, & ſola præſentia ſufficit abſque citatione. *Doct.* in *l*.1. *ff. de in ius vocan.* & in *cap*. 1. *de Iud. Tiraq. de vtroque retract.* §.9. *gloſſ*.2. *n*.17. *Grauat. ad Veſtr. lib*.7. *cap. vlt. n*.32. *&* 33.

20 Et ideo citatus debet comparere coram eo, qui primus fuit in citando, nõ autem coram alio, qui fuit præuentus, & cuius iuriſdictio remanſit eliſa, per præuentionem. d. *cap. propoſuiſti*, *de for. compet.* & d. *l. ſi quis poſtea*, *ff. de iud.* & Iudex, qui præuenit poteſt ſuam iuriſdictionẽ defendere, & alteri inhibere, quando vterque Iudex recognoſcit iuriſdictionem ab eodem Iudice; ſecus ſi eſſent diuerſi, & ſeparati imperij, latè *Soc.* in d. *cap. propoſuiſti*, *n*. 35. *&* 42. cum ſequen.

21 Pone modo, quod qui prius citauit coram vno, & in ter-

mino citationis non comparuit; an ille Iudex dicatur præuenisse. Et dic, quod non; quia illa citatio ob non comparitionem citantis remansit circumducta. *cap. 1. de dol. & contum. lib. 6. l. & post edictũ, §. 1. ff. de iud.* & ibi *Bal. sub n. 2. Afflict. decis. 366. n. 14.*

22 Et citatio circumducta nullius est roboris, & non inducit præuentionem, nec alium pariter effectum, quod intellige, nisi citatio fuisset ad omnes, & singulos actus, vsque ad sententiã, quia tunc quãdocunque actor, vel reus cõparuerit, non circumducitur, ex allegat. per *Grauat. ad Vestrius, lib. 7. cap. vlt. n. 34.* & latè, quando citatio censeatur circumducta, & qui sint effectus circumductionis, dictũ est supra *cap. 12.* sub vers. *de circumductione citationis, n. 420. & 431.*

23 Sed quid si prima citatio coram vno Iudice emanauit ad instantiam partis, & posterior emanauit motu Iudicis, quis censeatur præuenisse. *Soc. in d. cap. proposuisti, de foro compet.* per eundem *tex.* ibi *ad petitionem cuiusdam*, dicit sub *n. 2.* quod vt per citationem perpetuetur iurisdictio, debet citatio fieri ad instantiam partis, quando proceditur ad priuatam vtilitatẽ, secus si Iudex procederet ex officio, quia tunc tenet locũ partis.

Sed hanc rem latius explicauimus supra *cap. 12. n. 1.* & sequen. quando scilicet parte instante sit decernenda citatio, & *n. 4.* & sequen. quando Iudex ex officio nemine instante possit citare, & ideo dic. quod in casu, quo possit valere citatio decreta solo motu Iudicis, sicut decreta ad instantiam partis, tunc citatio prior in executione est attendenda. iuxta prædicta.

24 In dubio autem, quæ ex duabus citationibus à duobus Iudicibus emanatis, censeri debeat anterior, dico, quod si vna habeat horam, illa præuentionem inducit; nam executio, quæ habet horam in instrumento expressam, præsumitur anterior. *Bal. in l. de rebus, C. de don. ante nupt. Ias. in l. 1. ff. sol. matrimon. Mohed. decis. 12. n. 2. de restit. spoliat. Rota in recent. par. 2. dec. 514. num. 1.*

Si verò quælibet careat hora, tunc si concurrat dignior cum minus digno, vtputà Ecclesia-

clesiasticus cum laico, in ijs, quæ sunt mixti fori. tunc præsumendum est pro Ecclesiastico vti digniore, & censeri debet eius citationem præuenisse. *Mastrill. decis.* 210. *n.* 6. *par.* 3.

At si citatus comparuisset coram vno, tunc præsumeretur illum præuenisse, maximè quando citatus haberet electionem comparendi, coram quo vellet. *Vant. de nullit. ex defect. iurisd. ordin. n.* 164. per tex. in *l. si quis graui,* §. *si cùm omnes, ff. ad Senat. Consul. Syllan.* ibi *si vero omnibus non potuit: excusandum, quia quibusdam opem tulerit.*

25 Et si coram aliquo non comparuisset, tunc ad dirimẽdam præuentionis quæstionẽ inter Iudices, vel staretur iuramento citati, sicut in ijs, quę dependent ab animo, statur proprio iuramento. *gloss.* in *cap. significasti, il* 1. in verbo *si ita est. de homicid. Socin. d. cap. proposuisti n.* 21. *quæst.* 7. vel recurrendũ esset ad Principem, vt causam remitteret ad eum, cui magis expedire videretur, habita ratione, vel ne causarum continentia diuideretur. *l. nulli, C. de iud.* vel ratione reconuentionis. *l. qui non cogitur, ff. de iud.* vel ne contingat ferri diuersas sententias. *l. cognitio,* §. *si plures, ff. de liber. caus.* & dictum est supra in *cap.* 9. *n.* 24. & an valeat processus factus à duobus Iudicibus eodem tempore, & in eadem causa citantibus, vide *ibidem n.* 22.

26 Et adde, quod processus ab vtroque Iudice valet, quãdo non fuit oppositum de præuẽtione. *Innoc. in cap. cùm M. Ferrariensis, nu.* 10. & ibi *Felin. n.* 25. vers. *extra gloss. de constit. Dec. in cap. ex tenore, n.* 8. *vers.* 2. *limitatur, de rescr.*

27 *Afflict. decis.* 354. *n.* 3. quæ exceptio præuentionis, vbi cõpetit, debet opponi ante litem contestatam, alias nihil operatur, cùm sit declinatoria, quæ debet à principio opponi. *l. vlt. C. de except.*

28 Sed an reus cõtumax posset allegare præuentionem, & purgare contumaciam solutis expensis, vide *Felin. in cap. cùm sit, n.* 3. *in fine, de appellat.* & *in cap. ex tenore, n.* 16. *de rescript.* & ibi *Dec. sub n.* 8. vers. *limita nunc. Boss. in praxi crimin. tit. de for. compet. n.* 80.

29 In Curia inter ipsos Auditores Rotæ, non attenditur ius commune, vt præueniat, qui

qui prius citauit; sed attenditur Innocentiana, vt is præoccupet, cui prius commissio fuit præsentata, & tunc dicitur præsentari, quando Cursor, recepta sua mercede, ponit commissionem in capsa, & à tergo notat diem, vt dictũ est sup. *cap.10.n.351.& 352.* Extra Rotam autem, quando causa est commissa pluribus, tunc inter delegatos attenditur ius commune, vt primus in citando præueniat, vt supra dictum est eodem *cap.10. n.353.* vers. *aduerte tamen*, adde *Vestr. lib.3. cap.11.n.* 8. & ibi *adden. n.4.*

Inter alia Tribunalia Vrbis, vti Auditoris Cameræ, Vicarij Vrbis, Gubernatoris, & alia in quibus ex Cõstitutionibus *Iulij II. Pij IV.* & aliorum in certis casibus est locus præuentioni, attenditur prioritas in citatione, de iure cõmuni.

30 Et vbi sit controuersia, aditur Præfectus Signaturæ Iustitiæ, qui manu regia, articulum præuentionis, sine scriptura, omni, & quacunque appellatione, & recursu remotis, terminat, & decidit, vt in *Constit. Pauli V. super reformat. Tribun. Vrb. tit. de AC.* §.4. vers. *& quoad præuentionẽ.*

31 **Et hic nota, quod quamuis** *Statutum Vrbis, cap.41. de præuentione*, caueat, vt nullus subditus possit renunciare foro Capitolino, tamen potest se obligare in forma Cameræ, & subijcere foro AC. quia ita se obligando, nõ renunciat priuilegio fori, quod est iuris publici, sed suæ defensioni, quæ iuris est priuati, vti conuictus, & confessus, renunciat, vt per *Vestr. lib. 2. cap. 4. n. 4.* adde *Luc. Pet. in sua praxi, lib. 1. cap.6. qui Capitolino foro subijciuntur, n.8.*

32 Nota etiam, quod præuentio facit cessare, & silere processum, & iurisdictionem alterius, ne quis diuersis iudicijs vexetur. *L. vbi cœptum est, ff. de iud.* etiam si præueniens esset inferior præuento. *Decianus tom. 1. tract. Crimin. cap. 20. n.7. Farin. quæst.7. n.52. Mastrill. decis. 210. n.3.*

33 Et ideo, qui cœpit malefactorẽ, licet alius maior cœpisset inquirere, tamen per capturam, vti per realem citationem, præuenta esset iurisdictio. *l. si cui, §. fin. ff. de accusat. l. 2. ff. de custod. reor. Bal. in l. Senatus Consulto, n.5. C. de his, qui accus. non poss.* vide *Grammat. decis. 30. n. 6. & 7.*

& 7. adde *Soc. d.cap. proposuisti, n.21. quaest.6.*

34 Item nota, quod præuentio, non solum habet locum inter æquales; sed etiam inter maiorem, & minorem; dummodo minor nõ habeat iurisdictionem ab illo maiore. *cap.ad hoc*, & *cap.cùm satis*, & *cap.fin.de off. Arcbid.* quia in his casibus, in quibus siue maior, siue minor Magistratus habent iurisdictionem à Principe, dicuntur habere parem iurisdictionem, ita vt inter eos possit esse locus præuentioni, alias inferior non potest præuenire suum Superiorem, ipso inuito, quando ab illo habet iurisdictionem. *Soc. in d. cap. proposuisti, n.8. in princ.* vers. *ideo autem dixi*, & post medium vers. *& aduerte, quia non solum aequalis, de for. compet.*

35 Nota denique, quod quãdo duo Iudices diuersæ iurisdictionis, & imperij, eodem tempore citassent in eadem causa, & non constaret de anterioritate, tunc si citatus haberet electionem, staretur eius electioni, coram quo vellet comparere. *Soc. d. cap. proposuisti, n.22.* vers. *mihi videtur, quod ista quaestio. V aut. de nullit. ex defect. iurisd. ordin. n.164.* vel posset iurare, corã quo prius citatus fuerit, vel attenderetur citatio personaliter facta potius, quam domi. *Boss. tit. de for. compet. n. 104. Farin. quaest.7. n. 63. Baiard. ad Iulium Clar. quaest.38. n.86. Decian. in tract. Crimin. tom.1. lib.4. cap.21. n.10.* adde *Guazzin. in tract. ad defensam defens.1. ex defect. iurisd. cap. 8. praeuentio quos effectus producat, n.25.* & sequen.

EFFECTVS QVARTVS.

36 Citatio facit rescriptum, seu commissionem communem, tunc quando pars fuit citata ad dicendum contra. *Felin. & alij in rubr. de rescr. Caual. decis.509. n.1.*

37 Et ante hanc citationem executam altera pars, inuito impetrante non potest vti cõmissione; quia impetrans potest pœnitere, & illi renunciare. *Rota in nou. decis.17. de dol. & cont. Achil. decis. 10. de rescr. Rota in pluribus decis. positis per Marches. fol.172. n.4. & 5. par. 1. decis.7. in fin.* sed post illam non potest pœnitere. *Bal. in l.1. C. vt lit. Rota in recent. par.2. decis.307. n.1.*

Imò

38 Imò ante executionem d. citationis ad dicendum contra censeretur communis effecta commissio, quando probaretur impetrantẽ ea vsum fuisse. d. *decis.* 317. *adden. ad Greg. decis.* 552. *n.* 7.

39 Facit etiam iura producta communia inter partes, itaut illis pars citata potest vti ad sui fauorem, & pars, quæ produxit, non possit productionem reuocare. *Put. decis.* 270. *n.* 2. *lib.* 2.

40 Sed an, & quando qui iura produxit parte citata illis teneatur stare in sui præiudicium, & fateri esse vera omnia in illis contenta, vide *adden. ad Greg.* & allegata per eum *decis.* 238. *n.* 15.

EFFECTVS QVINTVS.

41 Citatio inducit litis pendẽtiam quoad actorem, & antequam sit executa, dummodo per Iudicem legitimè sit decreta. *Rota in antiq. dec.* 4. *vt lit. penden.* ita vt quicquid actor innouat, remaneat attentatum. *Rota in nou. decis.* 6. *vt lit. pend.* & ratio est, quia actor est certus de commissione impetrata, & de decreto, siue citationis, siue monitorij. & ideo amplius certiorari non debet, vt dictum est supra in *cap.* 11. sub vers. *commissio Iudicis an præsumatur, nu.* 187. & *cap.* 12. *nu.* 35. *Lancell. de attent. lit. pen. cap.* 4. *in præfat. n.* 35.

42 Sed quoad citandum, citatio non inducit litem, nisi fuerit executa. *Clem.* 2. *vt lit. pend.* etiam quod citãdus notitiã habuerit de decreto citationis. *Paris. cons.* 81. *n.* 13. *lib.* 4. *Seraph. decis.* 1046. *n.* 2. & non potest censeri inducta lis, quando citatio non fuit decreta, neque executa. *Coccin. decis.* 89. *in fin. & dec.* 337. *n.* 2. quia autem reus ante executionem citationis, ignorat, ideo non attentat. *Cassad. super reg. decis.* 6. *n.* 3. & 4. & 5. vide sup. d. *cap.* 11. *n.* 187.

43 Vt autem citatio inducat litis pendentiam, quoad reũ citatum, necesse est. Primò, vt citatio emanauerit. Secundò, vt emanauerit à Iudice competente. Tertiò, vt ad citatum peruenerit. Quartò, vt plenè instruat reũ, super qua re futura sit controuersia. Quintò, vt sit aptè concepta. Sextò, vt sit legitimè executa, alias nõ causat attentata, quæ sint reuocanda, dicta *Clem.* 2.

iuncta

iuncta *gloss. vt lit. pend.* & ibi *Zabarell. & alij, Mynsin. sing. obseruat. cent. 4. obseruat. 26. Franc Hercul. in tract. de attent. cap. 6. n. 7.*

44 Quamuis enim sola citatio sufficiat ad perpetuandam iurisdictionem, non tamen sufficit ad inducendam litis pẽdentiam, & causandum attentata; nisi prædicta requisita interuenerint. vt per *Gloss. in d. Clem. 2.* in verbo *plenè*, & ibi *Zabarell. Mynsf. d. obseruat. 4. Guid. Pap. decis. 488. Lancellott. de attent. 2. par. cap. 4. de attent. lit. pend. in præfat. n. 28.*

Sed pro pleniori huius materiæ intelligentia examinanda diligentius puto hæc sex requisita, & insimul alia tria, quæ supersunt, scilicet quod sit relata, & reproducta, & nõ circumducta; ad effectum, vt litis pendentia inducatur, etiã quoad citatum, seu reum.

Deinde perscrutabimur casus in quibus quoad actorem inducatur lis, ex solo citationis decreto, ante illius executionem.

45 Primum requisitum citationis, vt inducere possit litis pendentiam; est, vt emanauerit à Iudice; ratio est, quia nequit fieri sine Iudicis commissione. *l. sed si hac lege, §. prætor ait, ff. de in ius vocan. §. sed furti, instit. de act. cap. ex parte, 12. de rescript.* & citandi facultas dependet à iurisdictione. *gloss. magna, in cap. cùm causa,* in vers. *item qualiter, de off. delegat. Gemin. cons. 76. n. 8.* & quod decretum citationis non sit de consuetudine, sed de iure, probatum est supra in *cap. 11.* sub vers. *de decreto citationis, n. 2.* & sequen.

46 Secundum requisitum est, vt citatio emanauerit, seu decreta fuerit à Iudice competente, qui scilicet habeat iurisdictionem in citandum, & non in habitu, sed in actu, & de tempore decernendæ citationis, vt dictum est supra d. *cap. 11.* sub d. vers. *de decreto citationis, n. 20.* cum duobus sequentibus.

47 Et quod competentia, vel incompetentia Iudicis ordinarij consideretur, vel ratione territorij, vel fori, vel ratione particularis priuilegij exemptionis, explicauimus supra *cap. 9.* sub vers. *de iud. nomine in citatione exprimendo, n. 29.* vsque *99.*

48 At quod competentia Iudicis delegati cõsideretur ratione

tione suæ delegationis, & eius vigore non recipiat exercitiũ suæ iurisdictionis, nisi præsentato sibi rescripto, vt dictum est in eodem *cap.* 11. sub eodem vers. *de Iudicis nomine exprimendo, n.* 24. *&* 25.

49 Et propterea si Iudex delegatus decreuisset citationẽ, eaque fuisset executa ante præsentationem rescripti, tamen non induceret litem; quia tunc non erat certus de sua iurisdictione, & non poterat citationem decernere, & exercere iurisdictionem. *cap. Pastoralis, in fine, de rescriptis*, & processus factus à delegato ante præsentationẽ rescripti, est nullus, etiam si sciuisset aliunde esse delegatum. *Rota decis* 6. *de off. deleg. in nou.* & commissio originalis debet esse præsentata, & non sufficit sola copia producta. *Rota in recentiss. par.* 2. *decis.* 6. *n.* 1. quia processus esset nullus, etiam si pars comparens non opposuisset defectum iurisdictionis. *Rota in recentiss. decis.* 9. *n.* 1. 2. *&* 4. *par.* 2. & non sufficeret commissio inserta in citatione, nec alia adnotatio facta in libro Cursorum, vel Notarij; quia debet constare de originali, vt lis inducatur, & beneficium fiat litigiosum. *Lancellott. de attent. lit. pend. cap.* 4. *in præfat. n.* 165. vsque 171. atque citatio decreta vigore commissionis, non facit attentata, si commissio originalis fuisset dependita. *Lancellott. ibidem nu.* 49. vers. *tertio hac eadem*.

50 Similiter si delegatus citasset vigore rescripti impetrati ab excommunicato, tunc citatio, tanquam emanata à nõ habente iurisdictionem, non induceret litem, minusque causaret attentata, si constaret de excommunicatione. *Zabarella in d. Clem.* 2. *quæst.* 4. *n.* 16. *vt lit. pend. Lancellott. d. cap.* 4. *in præfat. n.* 57.

51 Idem dicendum est de citatione emanata vigore rescripti obreptitij, & subreptitij, quando de obreptione subreptioneue constaret. *Zabarella d. quæst.* 4. *n.* 16. *Lancellott. vbi supra n.* 58.

52 Quod autem citatio, quæ emanauit à Iudice incompetente, non causet attentata; non procedit, quando citatus teneretur comparere, & allegare incompetentiam: quia donec nõ constat de ea, præsumitur competens. *gloss. in d. Clem.* 2.

Clem. 2. & ibi *Zabarella, quæstione* 3.*n.*15.*Lancell.de attent. lit.pend. cap.*4.*in præfat.n.*52.

53 Citatio emanata ab arbitro, vel arbitratore, dicitur emanata à Iudice competente, & inducit litis pendentiã; quia illis censentur concessa omnia, sine quibus iurisdictio expediri non potest. *l.*2.*ff. de iurisd.omn.Iud.Hercul.in tract. de attent.cap.*6.*n.*16.

54 Tertium requisitum est, vt citatio ad citatum peruenerit, alias nõ potest, quoad ipsum, censeri lis introducta. *authen. litigiosa, C.de litigios.Paris. cõs.* 81.*n.*13.*lib.*4.*Caput.decis.*171. *n.*2.*par.*2.*& sequen.* nisi fortè per eum factum fuerit dolosè, quominus ad eum perueneret. *Clem.fin.* & ibi *gloss.* in verbo *factum, vt lit.pend.* vtputà si non potuerit citari, vel propter ipsius, suorumuè metum, & porentiam. *Clem. causam*, vers. *verum si propter, de elect.* vel proptet alia impedimenta, siue pet eundem citandum, siue per alios illata. *Clem. vnic. in fin. de renunc.* & *Clem.*1.*de iud.* & quod citatio debeat peruenire ad notitiam citati ad quinque effectus enumeratos, dictum est supra in *cap.*8.*n.*17. vsque 22.

55 Quartum requisitum est, vt citatio plenè instruat citatum, ideoque prima citatio; vt inducat litis pendentiam, debet continere, quæ possunt instruere citatum, super quo conuenitur. d. *Clem.* 2. *vt lit. pend.* videlicet ad quid, quare, seu ob quam causam, quis in ius vocetur, vt latè dictum est supra *cap.*9. sub vers.*de exprimenda causa, propter quam quis citetur, n.*395.*vsque* 413. & causa debet exprimi, quæ sit sufficiens, vt dictum est supra *cap.*10.*n.*196. sed de stylo Curiæ non requiritur hæc qualitas, vt citatio plenè instruat reum: nam in loco vbi præsentes sunt Iudex, & partes, & pars citatur pet Cursorem ad dicendum contra cõmissionem, ea potest de facili copiam commissionis habere, & ita informari, quid ab eo prætendatur. *Rota in nou. decis.*9. *vt lit. pend. Vestr.in praxi, lib.* 4. *cap.*1. *n.*1. & *lib.* 8. *cap.*4. sub *n.* 23. *Lancellott. de attent.* 2. *part. cap.*4.*de attent. lit. pend. in præfat. n.*51.

56 Quintum requisitum est, vt citatio sit aptè concepta, & secundum stylum Curiæ, non autem verbis insolitis, & obscutis, iuxta ea, quæ dicta

sunt

funt fupra in *cap.* 8. *n.* 128. & fequen.& quæ fint exprimenda in citatione, dictum eft *fupra in cap.*10. per tot.

57 Et hic nota, quod citatio quatenus fua putauerit intereffe, non inducit litem, nec attentata, cùm non arctet ad comparendum,fed potius admoneat. *Lancell. de attent. lit. pend. cap.* 4. *in præfat. n.* 159. *&* 161. Itẽ fi fit facta pro hora infolita, *cap.*10. *n.*229.

58 Sextum requifitum eft, vt citatio fit legitimè executa, ad effectum fcilicet inducendi litis pendentiam quoad rẽũ. d. *Clem.*2.*vt lit. pend.* quæ autem requirãtur, vt citatio benè executa fit, fiue perfonalis, fiue domi, fiue in Ecclefia, fiue in locis publicis, dictum eft fupra in *cap.*12. fub fuis diftinctis verficulis.& præcipuè, quod nuncius in exequendo debeat quatuor attendere, videlicet perfonam, locum, tempus, & formam. vide in dicto *cap.*12.*n.*133.& fequen. vfque 158. & quod debeat perquiri perfona principalis, antequã citetur procurator, vide fupra in *cap.*11. verf. *perquifitio perfonæ citandæ perfonaliter, quo in loco, & quomodo fieri debeat, n.* 267.& verf. fequenti, *perquifitio Procuratoris, quando fieri debeat, n.*298. & quod ordo iuris in citando fit, vt primo perfonaliter citetur, & vt perfona non reperta citetur domi, & qui domũ non habet, citetur in locis publicis, dictum eft fupra in *cap.*11. verf. *de decreto citationis perfonalis, n.*227.

Citatio igitur nulliter facta, & executa non feruata forma, non inducit litis pendentiam quoad reum, nec attentata. d. *Clem.*2.*vt lit. pend.* & vltra prædicta vide *Dec. cõf.* 460.*n.*24. vfque ad fin. *Hercul. de attent. cap.*6.*n.*9.& *n.*48. *Lancellott. de attent. lit. pend. par.* 2. *cap.*4. *in præfat. n.*103. *&* 108. & ideo poffeffio capta poft decretum citationis, ante illius executionem non dicitur attentata. *Rota diuerf. decif.*1.*n.*5. *&* 6.*par.*2.

59 Poftquam vero fuit executa, fiue contra principalem, fiue cõtra procuratorem etiã generalem, caufat attentata. *Lancell. vbi fupra n.*91. quando fcilicet mandatum acceptaffet. *Bar. in l.*4. *§. prætor ait, ff. de procur. Mohed. dec.*3. poft med. *de trãfact.* lis enim poteft incipere à procuratore. *Greg. decif.*86.*n.*1. & *dec.*467.*n.*4.

Sed

60 Sed executa contra officialem, deputatum à Capitulo Sede vacante, non inducit litis pendentiam contra Episcopum successorem, nec attentata. *Lancell. ibidem n.92. Rota diuers. d. decis. 1. n. 8 p. 2.*

61 Item nec contra syndicum generalem alicuius Vniuersitatis citatio executa inducit litis pendentiam, neque operatur reuocationem attentatorum. *Lancellott. vbi supra n. 157. Afflict. decis. 376. n. 1. Seraph. decis. 1046. n. 5.* sed an, & quando satis sit citare eos, qui Vniuersitati præsunt, dictum est *supra cap. 7.* vers. *de citat. vniuersali, & particulari, n. 126. & 142.* & quæ sit differentia an citetur Vniuersitas congregata, an Rector, seu Syndicus, vide *ibidem n. 143. & 145.* & quando ad domum Vniuersitatis citatio facta sufficiat, dictum est *supra cap. 11. n. 355.* sub vers. *citatio in qua domo fieri debeat, & cap. 12.* vers. *de executione, & relatione citationis contra Vniuersitatem, n. 350.*

62 Et citatio, quæ debebat exequi personaliter, si fuit executa domi, sufficit etiam ad effectum attentatorum, quādo peruenit ad notitiam citati. *Lancell. de attent. lit. pend. 2. par. cap. 4. in præfat. nu. 93.* sed qualiter probetur citationem nulliter executam deuenisse ad notitiam citati, & quis sit effectus eius notitiæ, dictū est *supra cap. 13. n. 132.* cum sequen. sub vers. *qualiter probetur citationem nulliter factā deuenisse ad notitiam, & quis sit effectus notitiæ.*

63 Septimum requisitum est, vt citatio sit relata; quia quādo nuncius nō retulit in actis se citasse, non potest constare de citatione, nec de attentatis. *l. hæc autem, §. defendi, ff. ex quibus caus. in possess. eatur, Seraph. decis. 290. n. 5.* & dictū est latiùs *supra cap. 12.* vers. *de relat. citat. n. 263.* neque de litis pendentia, ibidem *n. 270. cum tribus sequen.* & accusatio contumaciæ ante relationem citationis facta, nihil operatur. *Hercul. de attent. d. cap. 6. n. 11. in fin.* & relatio per nūcium facta, non sufficit ad inducendam litis pendentiam, si non sit in scriptis relata, nisi tamen citatus in iudicium comparuerit.

64 Quia per comparitionem purgatur omnis defectus. *Lancell. de attent. lit. pend. par. 2. cap. 4. in præfat. n. 125.* vsque

129. etiam si comparitio sit facta, dumtaxat ad effectum excipiendi de illegitima citatione *n.* 130. dũmodo aliqualiter fuerit citatus, etiam si nulliter. *n.* 135. vsque 138.

65 Comparitio enim purgat omne vitium citationis, à die tamen comparitionis, *n.* 140.

66 Octauum requisitum est, vt citatio sit reproducta, debet enim omnis citatio reproduci in tempore, sub quo cadit, alias de ea non dicitur constare, ex deductis *supra cap.* 12. sub vers. *de reproductione citationis*, *n.* 409. & seq. & non inducit litis pendentiam, nisi reproducatur. ibi *num.* 415. *Greg. decis.* 94. *n.* 2.

67 Nonum requisitum citationis ad effectum, vt inducat litis pendentiam, & causet attentata est, vt non sit circumducta. *Hercul. de attent. cap.* 6. *n.* 11. vers. *quinimo praeterea*. *Lancel. de attent. lit. pend. cap.* 4. *in praefat. n.* 47. nam per citationem circumductam non inducitur litis pendentia. *Afflict. decis.* 366. *n.* 14. *Grauat. ad Vestr. lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 10. quid autem sit circumducere, & quod circumducatur citatio, vel facto partis, vel Iudicis, vide *sup. in cap.* 12. vers. *de circumductione citationis*; *n.* 420. & sequen. & qualis sit circũductionis effectus, *n.* 431. & quia lis inducitur ad effectum attentatorum ex prima citatione, ideo si actor citans non comparet in termino citationis, executae, relatae, & reproductae, & non accusat contumaciam, citati non cõparentis in termino, citatio remanet circumducta, & nulla, ac si facta non fuisset. *l. post edictum*, §. *quod si is*, *ff. de iud. Bar. in l. ex quacunque*, *in prima lect. n.* 14. cum alijs supra deductis in *cap.* 10. sub vers. *citatio an possit fieri in die feriata, vel ad diem feriatam*, *n.* 230. & quod citatio in Curia facta ad videndum sibi inhiberi inducat litem, causet attentata, etiam quoad reum, censuit Rota *coram Caualerio decis.* 48. *n.* 4. & *decis.* 52. *n.* 2.

68 Hactenus de requisitis, vt citatio inducat litem, & attẽtata quoad reum. Sequitur vt dicamus quoad actorem, quando lis pendeat.

69 Lis quoad actorem inducitur ex solo decreto citationis. *Cassad. decis.* 6. *n.* 3. *super regul. Caput. decis.* 169. *nu.* 3. *par.* 3. *Rota decis.* 6. *vt lit. pend. in nou.* & *decis.* 4. *eodem tit. in ant.*

ant. Caual. decis. 658. *n.* 2. & propterea quicquid actor innouaret, reuocandū esset vti attentatum. *Greg. decis.* 305. *n.* 1. *Caual. decis.* 658. *n.* 3.

70 Dummodo tamen decretum citationis fuisset obtentum, vel à principali, vel à legitimo procuratore; secus si à non habente sufficiens mādatum, nisi postea Dominus expressè, vel tacitè ratum habuerit. *l. licet, ff. de iud.* vel nisi sit talis, à quo de iure non exigitur mandatū, iuxta terminos. *l. sed & hæ personæ, ff. de procur. cap. nonnulli, §. sunt, & alij,* ibi *nisi fortè de illis personis extiterit, à quibus non debet exigi, de rescript.* & ibi *gloss. fin.* & *Felin. n.* 49. *Bellam. decis.* 582. *Vant. de nullit. ex defectu mandati, n.* 59. & 60.

71 Et stante ratificatione, si quid ipse principalis ante citationis executionem fecisset, vtique censeretur attentatū; quia talis ratificatio retrotrahitur ad diem decretæ citationis. *Seraph. decis.* 20. *nu.* 1. *Lancell. de attent. lit. pend. cap.* 4. *in præfat. n.* 43. vide latiùs de hac materia *n.* 59. *vsque* 88.

72 Si tamen actor pœniteret, & renunciaret citationi ante illius executionem, non censeretur lis pendere. *Lancellot. ibidem n.* 47. *cū duobus sequen. Achil. decis.* 5. *super regul. de trien.*

73 Et idem esset si commissio fuisset deperdita. *Lancell. ibidē n.* 49. *vers. tertio hæc eadem.*

74 Modo quæro an, & quando actor in beneficialibus faciat beneficium litigiosum, & hoc ad effectum gratiosæ subrogationis, & gratiæ si neutri, & regulæ de annali, & triennali.

75 Et dico, quod si actor appellauit extraiudicialiter ab electione, postulatione, & collatione; facit beneficium litigiosum, quando appellationē legitimè intimauit parti, vel alias deuenit ad illius notitiā, quia tunc habet vim citationis. *Clem. causam, de elect. Achil. decis.* 16. *de appell. Rota in nou. decis.* 26. *eodem tit.* & *par.* 1. *diuers. decis.* 486. *n.* 3. sed *Lancell. de attent. lit. pend.* 2. *par. cap.* 4. refert in hoc varias opiniones à *n.* 219. vsque 242. & sub *nu.* 243. concludit, quod habet vim citationis.

76 Sed an deserta appellatione extraiudiciali, remaneat interrupta pacifica possessio triennalis. *Hercul. de attent. cap.* 6. *n.* 54. tenet quod sic.

Sed in contrarium, quod nõ dicatur ampliùs litigiosum, ad effectum obtinẽdi gratiosam subrogationẽ, dicit *Lancellott. vbi supra n.*241.

77 Si vero actor in beneficialibus impetrauit rescriptum, seu commissionem, beneficiũ non fit litigiosum, antequam citauerit ad dicendum contra commissionem, & citationem reproduxerit. *Greg. decis.* 94. *n.*2. *Coccin. decis.*431. *n.*7. *Rota in recent. par.*2. *decis.*605. *num.*11.

Sed quando actor post impetratam commissionem citauit ad dicendum contra commissionem, tunc censetur lis inducta. *Rota in nou. decis.*6. *vt lit. pend.* & in *recentiss. p.*1. *decis.*174. *n.*2. *Clem.* 2. *vt lit. pend. authen. litigiosa, C. de litig.*

78 Sed quid si non appareret citationem executam fuisse: dic, quod sufficeret, si procurator post illam comparuisset, etiam cum solo mandato generali. *Seraph. decis.*1094. *n.*4. *Caput. decis.*112. *par.*1. *Bellam. decis.*364. *Rota in recent. par.*2. *decis.*736. *n.*1.

79 Sed si citatio non fuisset reproducta viuente ipso actore, an censeretur beneficium litigiosum, ad effectum subrogationis gratiosæ. Dic, quod beneficium nihilominus efficitur litigiosum, quando cõparuisset procurator dicendo generalia contra.

80 Quia comparitio supplet, & sanat omnem defectum citationis. *Bal. in l.* 1. *in* 3. *not. ff. de fer. Alex. cons.*123. *n.*8. *in fin. lib.* 2. *Felin. in cap. illud, n.*8. *de præscript. Dec. cons.*183. *sub n.*3. vers. *& quia iste citatus, Bellam. decis.* 364. *Caput. decis.*112. *par.*1.

81 Item quando citatus constituisset procuratorem; quia ex eadem constitutione procuratoris constaret de scientia citationis, quæ supplet. *Rota decis.*11. *de dolo, & cont. in nou. Felin. in cap. cùm contingat, post nu.* 8. *de rescript. Cæsar de Grass. decis.*84. *nu.*6. *Greg. decis.*27. *n.*3. *&* 4. & ibi *adden. n.*9. *cum sequen.*

82 Omissis alijs noto in hac materia, quod litigiosum beneficium non fit, nisi lis sit super titulo, & petatur tanquã suum, non tanquam sibi debitum, & tanquam collatum, non tanquam conferendum. *Greg. decis.*305. *n.*6. & ibi *adden. nu.* 8. *Gonzal. reg.* 8. §. 2. *prohem. n.* 68.

Et

83 Et propterea, quãdo lis est super priuatione beneficij, nisi petatur etiam sibi conferri, non fit litigiosum. *Put. decis. 496. n. 2. & 3. lib. 2.*

84 Item quando lis est super possessorio, beneficium non fit litigiosum. *Cassad. decis. 4. vt lit. pend. adden. ad Gregor. decis. 335. n. 19.* sed sola possessio fit litigiosa. *Cassad. decis. 6. n. 2. de rescript.*

85 Sed quando in commissione super iactationibus, & molestationibus, item quando in commissione causæ appellationis, à sententia lata in executione breuis, est apposita clausula, cum omnibus incidentibus, dependentibus, annexisque, & connexis, & toto negocio principali; seu etiam clausula, quam, & quas, &c. tunc beneficium efficitur litigiosum;

86 Quia vigore dictarum clausularum censetur cõmissa causa, tàm in petitorio, quàm in possessorio. *Cassad. dicta dec. 6. n. 1. de rescript.* & *decis. 9. n. 6.* & sequen. *de caus. poss. & propr. Greg. decis. 125. n. 15.* & ibi *adden. n. 17. Rota decis. 342. n. 2. in recent. par. 1.*

EFFECTVS SEXTVS.

87 Citatio approbat personam citati. *Innoc. in cap. cùm inter,* & ibi *Butr. & alij, de except.* ideoque citãs aliquem vti talem, non potest postea opponere, quod non sit talis; sed ipse tenetur probare contrarium. *Natta cons. 126. in fin. lib. 1.*

Sic citans aliquem vti tutorem, vel curatorem, videtur illum approbare pro tali, nec potest arctare eum ad faciendum fidem de tutela, vel cura. *Neuiz. cons. 17. n. 8. Marsil. in l. si quis ne quæstio, n. 33.* & sequen. *ff. de quæst. Surdus decis. 104. n. 10.*

Sic etiam citans aliquem vti ciuem, non potest postea opponere illum non esse ciuem. *Rebuff. in concordat. sub tit. de constit.* vers. *Ecclesiarum in gloss. interesse putantes. Angel. de legit. contradict. quæst. 3. art. 1. n. 22.*

Item citans aliquẽ vti reũ, seu vti principalem, vel interesse habentem, non potest postea negare eum esse talẽ; sed cùm citatio fiat ad comparendum, & se defendendũ, potest comparere, & se defendere. *Angel. in l. filius fami-*

lias, §. *ad defendendum*, *ff. de procurat. Gramat. conſ.* 1. *n.* 2. *de for. iud.* poſt eius deciſiones. *Rota in recentiſſ. par.* 1. *deciſ.* 522. *n.* 8. quando ſcilicet citatio fuit voluntaria: actor enim ſcienter faciens citare reum inhabilem, non poteſt eum impugnare. *Marſil. in l. qui ignorans*, *ff. ad l. Corn. de ſiccar. n.* 7. ſecus ſi neceſſaria. citatio autem neceſſaria in hoc caſu dicitur, quando citatus fuit poſſeſſor: quia ex neceſſitate debet poſſeſſor citari, & ideo citans poſſeſſorē, non approbat eum vti ius habentem, ſeu vti principalem, ſed vti poſſeſſorem, & poteſt illius ius negare: ſecus ſi citat alium non poſſidentem; quia tunc cùm illum citet ex ſua voluntate, vtique approbat illius perſonam, & non poteſt negare, quin ſit talis. *Seraph. deciſ.* 144. *n.* 5. *Caual. deciſ.* 450. *num.* 5.

88 Et propterea, quando citatur is, qui non poſſidet, cautela eſt, vt citetur conditionaliter, quatenus ſua intereſſe putauerit, vel pro ſuo prætenſo iure, & intereſſe. *Pont. de ſpolio, lib.* 1. *n.* 50. *Capol. caut.* 68. *n.* 4. & *caut.* 205. *n.* 1. *Catell. Cot. in ſuis memor.* in verbo *citatio habilitat perſonam citati. Iaſ. in d. l. fin. n.* 24. *C. de edic. Diu. Adr. tollen.* quia tunc non cenſetur eius perſona approbata per citationem, & non debet admitti ad contradicendum, niſi doceat de ſuo iure, & intereſſe. *Bal. in l. fin. n.* 42. in princ. *C. de edic. Diu. Adr. toll. Rol. conſ.* 29. *n.* 8. *lib.* 2. *Menoch. de adipiſcen. remed.* 4. *n.* 616. *Seraphin. deciſ.* 1193. *n.* 1. *Grat. diſcept. forenſ. cap.* 1000. *n.* 12.

89 Et non eſt enim legitimus contradictor, qui intereſſe non habet. *Crauett. conſ.* 184. *n.* 8. *Seraph. d. deciſ.* 144. *n.* 1.

90 In caſu tamen, quo citatio approbat perſonam citati, nō tamen approbat cauſam, & propterea non poteſt dare de nullitate ſententiæ ex defectu citationis, neque poteſt obtinere, niſi doceat de iure ſuo. *Dec. in l. fin. nu.* 45. *C. de edic. Diu. Adr. tollen. Rota in recent. deciſ.* 783. *n.* 12. *par.* 2.

Item habilitatus per citationem quoad perſonam, nō cēſetur habilitatus quoad cætera, quæ potuiſſent eum repellere à limine iudicij, vt ſi fuiſſet excommunicatus, vel ſi eſſet ex illis, qui non habent legitimam perſonam ſtandi in iudi-

iudicio. *l.* 1. *C. qui legit. perſ. hab. ſtan. in iudicio. Menoch. de adipiſcend. remed.* 4. *n.* 614.

91 Citans minorem, non intelligitur eum approbare, ſed eum citare, vt legitimè compareat. *l. ſi minor,* vbi *gloſſ.* in verbo *inueniat, ff. de bon. aut. Iud. poſſid. Alex. in l. contra pupill. n.* 9. *ff. de ſent. & re iud. Cancer. var. reſol. par.* 3. *cap.* 1. *de act. & obligat. n.* 67.

92 Item citans aliquem in iudicio poſſeſſorio, non cenſetur eum approbare in iudicio petitorio, adeout ſic citatus poteſt audiri, ſi opponat concernentia poſſeſſorium, non autem concernentia petitorium. *Alex. in l. fin. n.* 23. verſ. *& iſto caſu. C. de edic. Diu. Adr. tollen. Seraph. deciſ.* 29. *n.* 3.

93 Per citationem pariter cēſetur approbata perſona procuratoris, & legitimata, itaut ei non noceat exceptio procuratoria, ideſt, tu non es procurator. *l. inter quos,* §. *alieno,* iuncta *gloſſ.* in verbo *procuratoria, ff. de dam. infec.*

Et ſicut is, qui legitimauit ſuam perſonam, non poteſt vlterius arctari ad illam legitimandam, ita etiam, qui fuit citatus tanquam talis, non tenetur probare ſe eſſe talem, tanquā ex citatione talis approbatus, & tantum operatur citatio, quantum legitimatio perſonæ. *Innoc.* & alij in *cap. inter, de except. Alex. in l. fin. n.* 23. *C. de edic. Diu. Adr. toll. Argel. in d. tract. de legit. contra d. quæſt.* 3. *art.* 1. *n.* 61.

Hinc ſi aliquis citauit procuratorem à Monacho conſtitutum, non poſſet poſtea opponere illum inhabilem, etiam ſi conſtitutus fuiſſet à Monacho, ſine licētia ſui Prælati. *Achil. deciſ. vnica, n.* 4. *de regular.*

Et litigans cum aliquo, tāquam cum procuratore, non poteſt impugnare illum eſſe talem, ſeu opponere de defectu mandati. *Surd. deciſ.* 104. *n.* 12. & *deciſ.* 108. *n.* 12. *Menoch. de adipiſc. remed.* 4. *n.* 611. *Rota in recentiſſ. deciſ.* 722. *n.* 4. *in fin. par.* 1. & in *recent. par.* 2. *deciſ.* 169. *n.* 3. *Coccin. deciſ.* 61. *num.* 3.

Et ita citans vnum ex pluribus procuratoribus conſtitutis, cenſetur illum approbaſſe pro inſolidum conſtituto. *Rota in recent. deciſ.* 680. *n.* 8. *par.* 2. *Greg. deciſ.* 280. *n.* 6. & ibi *adden. n.* 11.

94 Sed quando in actis appareret de inſufficienti mādato,

tunc non releuaret præsumpta approbatio, resultans ex citatione, & posset opponi de defectu mandati, vt in *Verulana supplementi legitimæ*, 18. *Martij* 1588. *coram Blanchetto relata*, per *eosdem adden. d. n.*11. & regula est, quod veritas præfertur opinioni. *l. filio, quem pater*, iuncta *glossa*, in verbo *imagine, ff. de lib. & posthum.*

95 Quid autem si procurator vnius, citaret procuratorem alterius, an approbatio procuratoris præiudicaret Domino; Dic, quod si illum procuratorem constaret verè fuisse talẽ, approbatio noceret domino. Sed si non constaret de mandato, posset reuocare cõfessionem, & approbationem procuratoris, tanquam erroneam. *Bal. in l. edita, in* 2. *lect.* vers. *sæpè accidit, C. de eden. Butr. & alij in cap. fin. de confess.* & fuit dictum in *Syracusana quartæ*, 26. *Iunij* 1586. *coram Platto*.

SEPTIMVS EFFECTVS.

96 Citatio sola, de iure Canonico, interrumpit præscriptionem. *cap. fin.* & ibi *Doct. de præscript.* est enim actus aptus inducere malam fidem. *Bart. in l. naturales, col.* 2. vers. *quæro vtrum superueniens, ff. de vsucap. Balb. de præscript. par.* 3. *sextæ partis principalis, nu.* 36. *Put. decis.* 385. *n.* 2. *lib.* 3. *Cremens. singul.* 102. *Bald. in l. si aquam, col.* 3. vers. *vnde dico, quod de iure Canonico, C. de seru. Mandos. cons.* 34. *n.* 8.

De iure autem Ciuili vsucapio mobilium interrumpitur solum per sententiam. *l. si post acceptum, ff. de rei vendic.* ratio est, quia vsucapio procedit cum bona fide, & iusto titulo, & est merè fauorabilis, inducta in fauorem vsucapiẽtis. *Guid. Pap. quæst.* 416. *n.* 3. & præscriptio immobiliũ longi temporis, decem scilicet, vel 20. annorum, interrumpitur per litis contestationem. *l. mota litis, C. de rei vendic.* & ratio est: quia partim est odiosa, & partim fauorabilis, ad fauorem præscribentis, partim est odiosa, in odium negligẽtis: & ideo non interrumpitur per citationem simplicem; sed per litis contestationem. *Guido Pap. d. quæst.* 416. *n.* 4.

Præscriptio autem odiosa, 30. annorum interrumpitur per solam citationem. *l. cùm notissimi*, in princ. *C. de præscript.*

script. 30. *annorum*, est enim taliter odiosa, inducta principaliter in odium illius, contra quem præscribitur, propter eius negligentiam; quæ negligentia cessat per simplicem citationem. *Guid.Pap.d.quæst.* 416.*n.*2. *Mynſ.cent.* 4. *obseruat.* 26.*n.*4 *Gail.lib.* 1.*obseruat.*74.*n.*20. *Surd.decis.*5.*n.*1. & seq. *Giouagn.lib.*1.*consf.*68. *n.*1.*vsque* 4.

97 Vt igitur citatio interrumpat præscriptionem, & inducat malam fidem, si loquimur de iure ciuili, debet esse per Iudicem decreta, iuxta ea, quæ dicta sunt *supra cap.* 12. in princ. si vero loquimur de æquitate canonica, non requiritur decretum Iudicis. d. *cap. fin. de præscript.* cum alijs superius allegatis.

98 Imò citatio, etiam si fiat à Iudice incompetente, interrumpit præscriptionem, quando copia Iudicis competentis haberi non potest. *Angel. in l. si vacantia, C. de bon. vacan. Balb.de præscript.*3.*par.*6.*par. princip.* n.14.

99 Item si sit facta in alio loco, quàm domicilij, citatio interrumpit præscriptionem. *Bal. consf.*176.*incip.proponitur,lib.*1. *Balb. vbi supra d. nu.*14. vers. *vltra quem addo*.

100 Atque sola productio iurium, facta contra præsentem in iudicio, ita interrūpit præscriptionem, sicut citatio: præsentia enim partis æquiparatur citationi. *Bal. in l.*1.*n.*2. *ff. de in ius vocan.*

101 Libellus etiam habet vim citationis, quantum ad interrumpendam præscriptionem. *Bart. in l. libertus, ff. de in ius vocan.*

Debet tamen reus instrui, de quibus ad iudicium trahatur. *Clem.*2.*vt lit.pend.*iuncta *gloss.* in verbo *ad partē, Mynſ. cent.*4. *obseruat.*26.*n.*1. alias si citatio sit generalis, & obscura, non interrumpit præscriptionem. *Bar.in l.fin.C.de annal.præscript.* cum alijs allegatis per *Surd. decis.* 5.*n.*4. *Balb. d.præscript.*3.*par.*6.*par.principalis*, *n.*23. & debet esse specialis, vt interrumpat. *Tiraq. de vtroque retract.* §. 8. *gloss.*2.*n.*3. *Bou. de Statut. Vrbis præscript. d.gloss.*21.*n.*4.

102 Item debet citatio fieri ad instantiam personæ legitimæ, alias obtenta ad instantiam personæ minus legitimæ, vtputà minoris, vel coniunctæ personæ, nō interrumpit præscriptionem. *Rota decis.*18. *de dol.*

dol. & contum. in antiq. Marsil. singul. 291. *circa fin.* per *Doct. Bal. in auth. offeratur, n.* 18. *C. de lit. contest. Bou. de Stat. Vrb. præscript. gloss.* 21. *n.* 18.

103 Sed quando etiam emanasset citatio ad instantiam personæ legitimæ, tamen tunc non interrumperet præscriptionem, quando eidem citationi fuisset renunciatum. *Felin. in cap. causam quæ, il* 1. *n.* 28. *de testib. Bal. in l. nam, & si*, §. 1. *ff. de inoff. test. Tiraq. de vtroque retract.* §. 8. *glossa* 3. *n.* 15. *Dec. in l. edita, n.* 56. *C. de eden. Bou. de Stat. Vrb. præscript. d. gloss.* 21. *n.* 11.

104 Prout nec etiam citatio interrumperet præscriptionẽ, quando citans non compareret in illius termino; quia ob non comparitionem actoris circumducitur citatio. *l. & post edictum*, §. 1. & ibi *Bald. ff. de iud. cap.* 1. *de dol. & cont. Marsil. d. singular.* 291. incip. *præscriptio interrumpitur. Balb. de præscript.* 3. *par.* 6. *par. prin. quæst.* 4. *n.* 22. *Tiraq. de vtraque retract*, §. 8. *gloss.* 2. *n.* 8.

105 Vt autem etiam hunc interrumptionis effectum operetur citatio, debet esse executa, & peruenire ad notitiam citati; vt dictũ est *supra cap.* 12. vers. *de executione citationis, n.* 129. & nisi citatio fuisset intimata præscribenti, non posset censeri constitutus in mala fide, neque præscriptio posset haberi pro interrupta. d. *Clem.* 2. *vt lit. pend. l. sicut*, §. *nec sufficiat, C. de præscript.* 30. *annorum, Surd. d. decis.* 5. *n.* 2. & 3.

106 Sed quando præscribens impediret se citari, tunc nihilominus interrũperetur præscriptio; ex regula, quod non valenti agere non currit præscriptio. *l. vt perfectius, C. de annali except. Bou. de Stat. Vrb. præscript gloss.* 21. *n.* 2. & *n.* 24. dicit, quod actor debet protestari de impedimento, quia protestatio de impedimento habetur pro petitione, & interrumpit præscriptionem, d. *l. vt perfectius, Innoc. in cap. ex transmissa, de præscript.* & ibi *Felin. n.* 5.

107 Item, quando præscribens se occultat, vt eius copia haberi non possit; tunc citatio facta ad domum dimissa copia interrumpit præscriptionem, & si plures habitationes habet, sufficit facta in illa, in qua frequentius habitat. *Bar. & Bal. in l. quod si dubitet, ff. de acq. hered. Afflict. decis.* 384. *n.* 11. *Bou. de Stat. Vrb. præscr. d. gloss.*

d.gloss.21.n.25.& 26.Tiraq. de vtroque retract. §.9.gloss.2. num.26.

108 Et quando præscribēs vagaretur, non habens propriū domicilium; tunc actor volens interrūpere præscriptionem, posset coram Iudice loci, vbi sita sunt bona, quæ præscribuntur, illum conuenire, vel contra eum protestari de impedimento. *l.sed, & si susceperit, §.fin.ff.de iud. l.vnic.C.vbi de poss. agi oport.* & vagabundus quomodo debeat citari, dictum est *supra cap.7.* vers. *de citatione vagabundi, n.346.* & sequen.

109 Sed non sufficit ad hunc effectum interruptionis, quod citatio fuerit intimata parti, nisi fuerit per nuncium relata, & per partem producta: nam si nuncius, qui citauit nō retulit, vel relatio in scriptis redacta non fuit, præscriptio interrupta non dicitur. *Ancbar.Clem.2.vt lit.pend.Alex. in l.fin.in princ.* vers. *nec omitto, ff.de eo, per quem factum erit, Bar.in l.hac autem, §.1. ff.ex quibus caus.in poss. eat. Balb. de praescr. 3.par.6.par. principalis, quaest.4.n.25.& 26 Gail.lib.1.obseru.74.n.21.* & nisi pars compareat, & citationem non reproducat in termino, nō interrumpit præscriptionem. *l.& post edictū, §.1.* & ibi *Bal.ff.de iud.cap.1. de dolo, & contum.lib.6.Mandos. regul.34.quaest.35.n.7.*

110 Et citatio reproducta post præscriptionem, eandem præscriptionem non interrumpit. *Abb.in cap.auditis, n.10. de praescript. Felin. in cap. illud, n.13. eodem tit. Rota in recent. par.1.decis.689.n.5.in fin.*

Et quando citatio cum eius executione, & relatione, non est in actis producta; non dicitur de ea constare, vt dictū est *supra cap.12.* vers. *de reproduct. citat. n.410.*

111 Neque etiam prædicta sufficerent, quādo citatio fuisset alio modo circumducta, quando scilicet actor comparuisset, sed non accusasset cōtumaciam citati. *l.properandum, §.1.* in verbo *incusante, C.de iud. Marsil.singular.291.* post med. *Mandos.d.regul.34. quaest.35.n.9.* & quibus modis citatio circumducatur, dictum est *supra cap.12.* vers. *de circūductione citationis, n.420.* & sequentibus.

112 Quoad reum, seu personam citatam, in hac materia nonnulla se offerunt, breuiter

tamen,

tamen, videnda: Primum, an citatio vnius, ex pluribus reis debendi, interrumpat præscriptionem, quoad alios. & dicendum est, quod sic, per *tex. in l. fin.C. de duobus reis*, & ibi not. *Doct.* adde dicta per *Tiraq. de vtroque retract.* §.1.*gloss.* 13.*n.*28. & sequen. & per *Bou. de Stat.Vrb.præscr. gloss.*21.*n.*83.& per *Balb. de præscript.* 3.*par.* 6.*par.principalis*,*n.*46.& 47.

113 Et quod interruptio præscriptionis,quæ fit per citationem,dicatur interruptio ciuilis, naturalis autem sit, quæ fit,quando quis eijcitur à possessione, vel illam alio modo amittit, quæ interrumpit præscriptionem quoad omnes. *l.naturaliter*, vbi *gloss. Bar.* & *alij*, *ff. de vsuc.* & vtrum præscriptio interrupta in possessorio, interrumpatur in petitorio,& sic quoad dominium, & proprietatem. latè discutit *Giouagn.cons.*68.*per tot. lib.*1.

114 Alterum est, an ad interrumpendam præscriptionem sufficiat citatio extraiudicialis, seu denunciatio. Dic, quod citatio extraiudicialis, facta coram arbitratore,seu amicabili compositore, non interrumpit.*Oldrad.cons.*176.cuius cōsilij summarium benè corrigit subintelligendo dictionē non. *Mandos. regul.*34.*quæst.* 41. *n.* 4. *Balb. de præscript.* 3. *par.*6.*par.princ.quæst.*4.*n.*34. vers. 2. *limitat.*

Neque etiam illam interrumpit denunciatio extraiudicialis. *l. alienam*, & ibi *gloss. Bar.* & *alij*,*ff.pro emptore*,*Balb. d. quæst.* 4.*n.*18. sed quando denunciationes, & protestationes extraiudiciales, sunt aptæ inducere malam fidem, vtique interrumpunt præscriptionem. *Butr.in cap. grauis*, *nu.*11. in fin. *de restit. spoliat. Abb. in cap. vt debitus*, *n.* 11. vers. *ad materiam*, *de appellat. Coccin.decis.*362.*n.*2.

115 Et quod citatio, quæ fit ad videndum recipi, & examinari testes ad perpetuam rei memoriam, lite non contestata,non interrumpat præscriptionem, post alios, quos allegat, dicit *Balb. de præscr.*3. *par.*6.*par.princ.quæst.*4.*n.*30. vers. *octauo limitatur*.

116 Tertium an reus nulliter, & illegitimè citatus, si compareat, purget vitium citationis, itaut præscriptio per eam interrumpatur, Dic,quod sic: quia per comparitionem spōtaneam conualidatur citatio nulla,

nulla, quando per eam citatus potuit instrui, & constitui in mala fide. *Balb. vbi supra, n.28. Bou. de Stat.Vrb. præscr. d.gloss.* 21.*n.*8. & tunc interruptio recipit initium non à tempore citationis; sed à tẽpore comparitionis. *Bal. in l.1.n.1. in tertio not. ff. de fer.* & dictum est *superius, n.*17.

117 Quartum an citatio in criminalibus interrũpat præscriptionem, sicut in ciuilibus: magis communis opinio est, quod sic. *Bal. in l. 1. in fin. C. quan. libell.princ. dat.* & in *l.vlt. in fin. princ. ff. de eo per quem fac. erit Angel.in l.1. ff. de in ius voc & in l. si quis postea, ff. de iud.* & in *l.1.col.1.C.eodẽ, Mandos.cons.*34. *n.*12. in fin. & quod citatio, quæ fit per capturam personæ interrumpat præscriptionem, censuit *Ias. in l.fin. in princ. ff. de eo per quem fac. er.* & sequitur *Balb. de præscript. d. quæst.* 4. *n.*29. vers. 7. *limitatur.*

118 Postremũ, an citatio nulliter facta constituat citatum in mora, & mala fide, & interrumpat præscriptionem, & dic breuiter, quod citatio nulla quouis respectu, non interrumpit præscriptionem. *l. si pater,* & ibi *gloss.* & *Bald. C. ne de stat. defunct.* & nihil operatur, *gloss. fin. in l.accusatoribus, C. de accusat. Bald. in cap. in nomine Domini, in 4. not. de test. Balb. de præscript.*3. *par.*6.*par. princ. quæst.*4.*n.*27.

Nec constituit aduersariũ in contumacia. *gloss. in cap. de causis,* in verbo *venisse, de off. deleg. cap. proposuisti,* in verbo *legitimè citatus,* & ibi *gloss. de for. compet. Felin. in cap. illud, de præscript. Balb. vbi supra d.n.*27.

Nec inducit malam fidem. *gloss. in cap. vt debitus, de appell. Vant. de nullit. ex defectu citat. n.*24. & in *titulo de nullit. sent. quot. & intra quod tẽpus, n.*29.

Sed quando citatio, siue nulla, siue nulliter executa, esset talis, quæ plenè citatum instrueret, & illum in mala fide constitueret, & ad eiusdem citati notitiã peruenisset, vel quia comparuisset, vel procuratorem constituisset, tunc præscriptionem interrũperet, ratione male fidei. *Mãdos. reg.* 34. *quæst.* 33. *per tot. Petr. Gherard. sing.*4.*n.*8. *Bou. de Stat. Vrb. præscript. gloss.* 21. *n.*8. & 9. *Rota in recentiss. p.*1. *decis.*369.*n.*9.

Idem dicendum est in beneficialibus, in materia reg. de

de triennali, quod citatio nulliter executa non interrumpit cursum triennalis possessionis. *Caput. decis.* 109 *par.* 1. si tamen citatus cõparet, tunc interrumpitur possessio, quando citatio esset nulla, sed non ex defectu iurisdictionis, quia comparitio non habet virtutem sanandi iurisdictionis defectum, sed benè alias citationum nullitates. *Achil. super regul. de trien. decis.* 2. *n.* 4. & 5. *Rota post cons. Farin. par.* 2. *decis.* 98. *nu.* 3.

OCTAVVS, ET VLTIMVS effectus.

119 Citatio inducit contumaciam; quæ dicitur à contemnendo, seu contumescendo. & nihil aliud est, quàm contemptus præcepti superioris, proueniens à tumore, & superbia. Distinguit *Cicer. lib.* 4. *ad Herennium*, quod in superiores contumax est, in æquos autem, & pares, fastidiosus. & *Iur. Cons. in l. contumacia, ff. de re iud.* declarat tria. Primò, quando per citationem inducatur contumacia, dicens, cõtumax est, qui tribus edictis propositis, vel vno pro tribus, quod vulgo peremptorium appellatur, litteris euocatus, præsentiam sui facere cõtemnit. Secundò declarat, quando non comparens excusetur à contumacia, dicens pœnam contumaciæ non patitur, quē aduersa valetudo, vel maioris causæ occupatio defendit. Tertiò declarat, quando inobediens non efficiatur cõtumax, dicens contumaces nõ videntur, nisi qui cùm obedire deberent, non obsequuntur, idest quo ad iurisdictionem eius, cui negant obsequi, pertinent.

120 Et propterea contumax censeri nequit, qui vel non fuit citatus, vel fuit nulliter, & illegitimè citatus. *l.* 1. *§. item cùm ex edicto, ff. quæ sententia sine appellat. rescind.* ibi, *quod neque propositum est, neque in notitiam partis peruenit.*

121 Et paria sunt non esse, vel esse, & esse nullum, ex pluribus allegatis per *Afflictum decis.* 366. *n.* 10. & sicut contumacia non potest considerari in non citato, ita nec considerari potest in citato inualidè. *gloss. in cap. de causis*, in vers. *venire, de off. deleg.* & in *cap. veniens, in fin. de accusat. Afflict. d. decis.* 366. *n.* 16. *Rota decis.* 685. *n.* 6. *par.* 2. *recent.*

Con-

122 Constat autem, quod quis nõ fuerit citatus eo ipso, quod non fuit præsens, & de citatione in actis non apparet. *cap. quod sicut*, ibi, *quod si eos vocatos non fuisse constiterit*, & ibi *gloss.* in verbo *vocatos, de elect. cap. quoniam contra*, & ibi *Doct. de probat.* & non dicitur factum, quod in actis non legitur. *l. fin. C. de rebus cred.* & ibi *Doct. Vant. de nullit. ex defect. citat. n.* 12. cum pluribus sequentibus.

Sed quod quis nulliter, & inualidè, seu illegitimè fuerit citatus, ex pluribus colligi potest.

123 Primò ex parte Iudicis, quia vel non habet iurisdictionem vti incompetens, vel caret illius exercitio, quando de sua facultate fidem non facit. *Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. n.* 27. cum sequen. & *de defect. citat. n.* 47. & dictum est *supra cap.* 9. vers. *de nomine Iud. exprimendo, nu.* 5. & 8. cũ pluribus sequen. & *cap.* 13. *de defect. & nullit. citat. nu.* 5. & 6.

124 Secundò ex parte eius, ad cuius instantiam fit citatio; vel quia non est principalis, neque tutor, curator, procurator, nec talis, qualem se facit, vel etiam, quia sit inhabilis, iuxta ea, quæ dicta sunt in *cap.* 9. vers. *de exprimendo nomine instantis, n.* 270.

125 Tertiò, ex parte eius, qui citatus est, vel quia citari non debuit, iuxta ea, quæ supra diximus in *cap.* 14. *qui sint citandi, vel non*, vel quia persona citanda non fuit benè specificata, quo nomine citaretur, vt declarauimus *supra in cap.* 9. vers. *de exprimendo nomine eius, qui citandus est, num.* 206.

126 Quartò, ratione causæ, propter quam quis citatus est; vel quia in citatione non fuit expressa, vel obscura, seu talis, quæ non potuit instruere citatum. *Clem.* 2. *vt lit. pend. Vant. de nullit. ex defectu citat. n.* 50. cum alijs, quæ supra dicta sunt d. *cap.* 9. vers. *de exprimenda causa, propter quã quis citatur, n.* 395. cum pluribus sequentibus.

127 Quintò, ratione loci, in quo, & ad quem quis citatur: vel quia non sit tutus, vel honestus, vt per *Vant. de nullit. ex defectu citat. n.* 61. *vsque* 64. & latiùs diximus *supra d. cap.* 9. vers. *de loco in citat. exprim. n.* 427. vel quia citatus fuerit alternatiue ad hunc, vel illum locum,

locum, vel etiam, quando citatus fuit ad vnum locum, & actus gestus est in alio, vt d. *cap.9.* vers. *de loco in citat. exprim. n.*433. *&* 437.

128 Sextò, ratione temporis, in quo, & ad quod citatur, vel quia tempus sit feriatum, vel quia terminus sit nimis breuis. *Vant. de nullit. ex defectu citat. n.6*5. & amplè declarauimus in d. *cap.9.* vers. *de tempore in citat. exprim. nu.*473. & sequen. & *n.*530. vsque ad fin.

129 Septimò, ex parte nuncij, seu executoris: vel quia in citando non obseruauerit ordinem iuris, qui est, vt primò citetur personaliter, deinde ad domum, & pro vltimo subsidio ad loca publica, vt supra *cap.* 7. vers. *de citatione personali domi, & per edictũ, n.*211. vel non impleuerit formam in mandato à Iudice præscriptam, vt latè dictum est in *cap.* 13. *de def. & nullit. citat. n.*7. 8. *&* 9.

130 Sed quæ nuncius seruare debeat in executione citationis, siue in personam, siue ad domum, siue ad Ecclesiam, siue per edictum, ob non tutum accessum, siue per contradictas, ob contumaciam, siue per contradictas, per edictum, per proclama, per sonum tubæ, & campanæ. vide *supra cap.* 12. vers. *de execut. citat. n.*129. *& de execut. citat. in person. n.*159. *& de execut. citat. ad domum, n.*182. *& de execut. citat. ad Ecclesiã, n.*190. *& de execut. citat. per edictum ob non tutum accessum, n.* 195. *& de execut. citationis per proclama, n.*234. *& de execut. citat. per sonum tubæ, siue Campanæ, n.*248.

Et quæ nuncius seruare debeat in facienda relatione citationis, vide in d. *cap.* 12. vers. *de relat. citat. n.* 263. *& de relat. citat. personalis, n.*317. *& de relat. citat. ad domum, n.*329. *& de relat. citat. fac. ad Ecclesiam, n.*336. *& de relat. citat. fac. per edict. ad loc. publ. nu.* 340. *& de relat. citat. fac. per proclama.*

Similiter, quæ nuncius debeat obseruare, quando citauit Vniuersitatem, dictum est in d. *cap.* 12. vers. *de execut. & relat. citat. contra Vniuers. num.* 350.

Item quando nuncius citat in alieno territorio, quid debeat obseruare, vide in d. *cap.* 12. vers. *de execut. & relat. citat. fac. in alieno territ. n.*364.

Ad

131 Ad hoc autem, vt citatio operetur effectum contumaciæ, non sufficit, quod legitimè facta, & relata fuerit, sed insuper requiritur, quod fuerit in termino reproducta, vt *supra cap.*12.vers.*de reproduct. citat. n.*409.& sequen.& quod non fuerit circũducta, d.*cap.* 12. vers. *de circumduct. citat. n.*420. & sequen. Item, quod per partem fuerit accusata contumacia, vt *supra cap.*11. *num.*424.

132 Requiritur vlterius, quod citatus sit talis, qui contumaciam possit incurrere, exemplum est in minore, qui si non compareat, non fit contumax: sed Iudex debet illi curatorẽ deputare, non autem sententiam ferre: vt *supra cap.*14.*qui sint citandi, vel non, n.*439. & sequentibus.

Aliud exemplum est in infirmo. *l.quæsitum, ff. de re iud.* vide supra d. *cap.*14. sub vers. *impeditus nõ debet citari, n.*82. Item in detento quouis alio iusto impedimento: est enim contumacia delictum, à quo quælibet causa excusat: vt supra *cap.*10.*n.*231 & quod impeditus non sit citandus, dictũ est *supra d. cap.* 14. vers. *impeditus non debet citari, nu.* 61. & sequentibus.

133 Sed quod impedimentũ non excuset, quando negocium est tale, quod potest tractari per procuratores, vide in *cap.*10. *n.*399.*& cap.*14. *n.*86.*&* 87.

Et quod impeditus comparere nedum debeat impedimentum allegare, sed etiam protestari, & docere de diligentia adhibita, vide *Boer. quæst.*40. *n.*4. & sequen.

134 Contumax igitur, & contemptor iussus Iudicis censetur is, qui citatus, vel non comparuit. *cap.* 2. *de dolo, & cont.* vel non respondit. *l.de ætate, §. qui tacuit, ff. de interrogat. act.* ibi, *nam qui omnino non respondit, contumax est*, vel illicentiatus recessit. *cap. prout nobis*, ibi, *quia contumaciter à præsentia vestra recesserat, de dol. & cont. cap.*1. ibi, *atque discessit, de iud.* procuratore scilicet non dimisso, vt *supra cap.*7. vers. *de citat. gen. ad totam causam, n.*120. *& cap.*10.*n.*501.*&* 511.*glossa* 1. *in l.contumacia, ff. de re iud.*

135 Quæ insuper notat, tribus modis contingere posse, vt

quis sit contumax in non veniendo, vel quia peremptoriè citatus venire contempsit, vel quia malitiosè latitauit, vel quia impediuit ne ad eum citatio perueniret. & de hoc est *tex. in cap. quoniam, §. porrò, vt lit. non contest.* ibi, *quia peremptoria citatione recepta, venire contemnit, siue quia malitiosè se ipsum occultat, siue quia impedit ne possit citatio ad eum peruenire*, adde *text.* in *l. si dictum, §. si præsente, ff. de euict.* ibi *simili modo tenetur, & qui curauit, ne sibi denunciari possit*.

136 Declara modo, quod nõ omnis citatus, qui non comparet, fit contumax: quando scilicet non arctatur ad comparendum, quia tunc non potest considerari contemptus. Sic citatus quatenus sua putauerit interesse, non arctatur ad comparendum.

137 Et non comparendo non fit contumax. *Surd. decis. 26. n. 8. Maran. par. 6.* vers. *& aduertatur circa cõtumacias, n. 38 in fin.* & dictũ est *supra cap. 7.* vers. *de citat. per proclama contra interesse putan. n. 358.*

138 Item declara, quod non omnis citatus, qui non comparet, fit eodem modo, & indistinctè contumax: nam qui citatus fuit personaliter, veram, & indubitatam citationis notitiam habuit, ideo fit verus contumax, qui non appellat post decem dies à die latæ sententiæ, vt dictum est *supra cap. 7.* vers. *de citat. person. n. 211. & 215.*

139 Sed qui citatus fuit ad domum, potest esse, quod non habuerit notitiam citationis, præsumitur tamẽ ad eius notitiam deueniſſe; & ideo dicitur fictus contumax, qui appellat à die habitæ notitiæ. d. *cap. 7.* vers. *de citat. domi, n. 233* & in dubio præsumitur potius citatio facta domi, quàm in personam, vt ita quis censeatur fictus contumax, non autem verus. *Vant. de nullit. ex defect. citat. nu. 97. Rota in nou. decis. 2. & 16. de dolo, & contumacia.*

Et licet non sit necesse, pro validitate citationis domi, probare quod deuenerit ad notitiam citati. d. *cap. 7.* vers. *de citat. domi, n. 234.* tamen, quando probaretur notitia citationis, videlicet ei notificatam fuisse à familiaribus, vel ab amicis. *Bal. in cap. quoniam*

niam frequenter, §. porrò, n.3. vt lit. non contest. cum pluribus relat. per *Grauat. ad Vestr. lib.7. cap.3. n.53.* tunc citatus domi, non comparens, fieret verus contumax, sed in contrarium plures allegat *Tiraq. de vtroque retract. §.9. gloss.2. num.42.*

140 Sic etiam, qui fuit citatus per edictum in locis publicis, cùm non habeat, nisi verisimilem notitiam, non comparens, non efficitur verus contumax; sed fictus. vt in d. *cap.7. vers. de citat. per edict. n.272.* nisi probaretur eius notitia, vt *supra cap.13.* vers. *qualiter probetur citationem nulliter factum deuenisse ad notitiam, & quis sit effectus eius notitiæ, n.132.* & sequen.

141 Declara pariter, quod citatio nedum operatur contumaciam ex parte Rei citati, sed etiam ex parte Actoris citantis, qui si in termino citationis non compareat, efficitur contumax, non tamen fictus, sed verus: quia habet indubitatam scientiam citationis, factæ ad eius instantiã, & condemnatur in expensis, & ad aliam citationem non admittitur; nisi sufficiẽter caucrit, quod in termino fideliter debeat comparere. *cap.1. de dol. & cont. lib.6.*

142 Et maior est contumacia actoris, quàm rei. *Rota in nou. decis.17. nu.4. de dol. & cont.* iniustè enim agere recusat, qui paratus aduersarium suũ ad iudicium vocauit, cum excusatio pulsato magis, quàm actori conueniat. vt est *tex. in §. omnem, in auth. de litig.*

143 Declara denique, quod fictus contumax est in culpa, sed non in dolo: & ideo appellat à die habitæ notitiæ. *Vant. de nullit. ex defect. citat. n.92.* vers. *erit tamen animaduertendum*, & dictum est *supra cap.11. n.255. Rota in nou. decis.2. de dol. & cont.*

144 Verus autem contumax, qui sciuit se citatum, & potuit venire, sed noluit, est in dolo, & non potest, appellare post lapsum decendij à die latæ sẽtentiæ. *l. ex consensu, §. fin. ff. de appellat. Rota in nou. decis.2. iuncta addit. de dol. & cont.*

145 Et dicitur tribus inferre iniuriam, scilicet Iuri, Iudici, & Parti. *Franc. in cap.1. §. fin. n.3. de appellat. in 6.*

146 Et contumax in non comparendo, vel non respondendo,

do, potest excommunicari. *cap.1. de iud.* & alijs poenis legalibus puniri, quas tribus versibus complectitur *additio* 1 *ad gloss.1. in cap. 1. de dolo, & cont.* & viginti quatuor contumaciæ poenas, ponit *Maran. par. 6.* vers. *& aduertatur circa contumacias, num.9.* vsque ad finem.

Et hic sit impositus finis Tractatui de Citationibus, quem iamdiù diuina ope aggressus, tandem, quod ingrauescente ætate vix sperabam, impleui, implorata iugiter intercessione gloriosissimę Virginis Marię Matris Dei, cuius Maiestati, recepta gratia, gratias humiliter, deuoteque reddo.

FINIS.

IN-

INDEX
LOCVPLETISSIMVS EORVM, QVAE IN HOC TERTIO, ET VLTIMO TOMO
CONTINENTVR.

A

ABBAS potest Monachum, etiam non citatum, amouere ab officio, ad nutum amouibili. cap.14. nu13. pag 489
Secus si vellet amouere propter delictum: quia citari debet, cùm possit se à delicto excusare. ibid.
Abbatissa habet dignitatem cum administratione, & potest citari & procuratorem constituere. cap.14. n.550. pag.599.
Absentes ex propria culpa, non sunt vocandi ad electionem. cap. 15. num.417. pag.751.
Absenti potest dari dilatio; sed nõ currit nisi à die, quo fuerit intimata, non computato die intimationis. cap.15.n.85 pag.649.
Absenti non citato actus non praeiudicat, tàm in iudicio, quàm extra. cap.13. num.13. pag 245.
Absolutio a iuramento ad effectum agendi, & excipiẽdi non requirit citationem cap.15. n.2. pag.636.
Non est praeiudicialis, nec tollit iuramentum, nec viam executiuam, ibidem.
Absolutio à periurio non datur sine citatione partis. cap. 15. nu.3. pag.637.
Absoluere à periurio non potest Episcopus. capit. 15. num. 7. pag.632.
Absolutio à periurio debet peti à Papa, & non ab alio. cap. 15. num 8. pag.632.
Absolutio ab excommunicatione, etiam ad cautelam, seu cum reincidentia, requirit citationem partis, & causae cognitionem. cap.15 n 9. pag.632.
Nisi periculum esset in mora. ibid.
Absolutio ad cautelam non habet locum in censuris, siue Canonis, siue Statuti synodalis. cap. 15. num 12. pag.633.
Absolutio ad cautelam de iure debet dari, non autem ex gratia. cap.15 num.17. pag 634.
Absoluere ad cautelam, non potest Auditor Rotae, sine speciali rescripto, alias non prodest. cap.15 num.18. pag 634.
Et citari debet pars ad dicendum contra commissionem vide rationem ibidem.
Absolutionis breue datum, cum

a clau-

clausula conflito de premissis, est iustificandum quoad solam narratiuam pœnitentæ, non autem quoad alia, quæ respiciunt merita causæ. cap. 15. n. 21 p. 635.
Absolutio ab excommunicatione, à sententijs latis in curia, datur à Rota solum cum clausula parito iudicato. cap. 15. n. 25. p. 637.
Absoluendus est vigore clausulæ arbitrio Rotæ is, qui fuit aggrauatus ab AC. post inhibitionem Rotalem. cap. 15 n. 33. pag. 638.
Absolutio datur in diebus festiuis cum reincidentia. cap. 15. n. 35. pag. 639.
Absolutus cum clausula parito, si non pareatur fit reintrusio causa cognita, & parte citata. cap. 15. num. 36. pag. 639.
Absolutio ab excommunicatione, etiã in dubio, peti debet. cap. 15. num. 37. pag. 639.
Absolutio ab excommunicatione, potest peti per procuratorem, cum mandato tamen speciali. cap. 15. num. 38. pag. 639.
Absolutionis petitio probat excommunicationẽ saltem præsumptiuè. cap. 15. num. 39. pag. 639.
Absolutionis ad cautelam petitio non probat excommunicationẽ; nisi in supplicatione narretur factum tale, ex quo resultet incursam fuisse excommunicationem. cap. 15. num. 40. pag. 639.
Absolutio excommunicationis ab allegante debet probari obtenta in tempore. cap. 15. num. 42. pag. 640.
Absolutio excommunicationis debet probari obtenta ab habente facultatem, alias est nulla ex defectu iurisdictionis. cap. 15 num. 44. pag. 640.
Absolutio probatur per solum pœnitentiarium, etiam in foro cõtentioso, ad effectum validitatis gratiæ. cap. 15. n. 46. pag. 640
Absolutio Bullæ cruciatæ non prodest, nisi secuta satisfactione, & solum in foro conscientiæ. c. 15. num. 47. pag. 640.
Absolutio ab excommunicatione pro examinandis testibus, petenda est, cùm testis excommunicatus non sit admittendus, etiam si illam pretendat esse nullam. cap. 15. num. 48. pag. 640.
Absolutio ab instantia Iudicij, debet fieri cum maiori solemnitate, & cum citatione partis c. 12. num. 441. pag. 181.
Absolui ab instantia Iudicij, aliud est: quia pereunt acta, & aliud est absolui ab instantia edicti: quia tunc deletur edictum, sed lis remanet salua. cap. 12. n. 443. pag. 181.
Absolutio in popularibus actionibus, præiudicat omnibus etiam absentibus. cap. 14. num. 174. pag. 504.
Fallit quando quis suam iniuriam prosequitur, & probat se ignoraffe accusationem, ab alio institutam. ibidem.
Item fallit, quando quis vult docere de collusione primi accusantis. ibidem.
Accessus ad locum differentiæ, per Iudicem debet fieri parte citata. cap. 15. num. 28. pag. 654.
Acta iudicij non requirunt testes. cap.

cap.12. num 303. pag.140.
Acta transportare debet appellans & monitorium obtinet. cap. 15. num.258. pag. 703.
Acta integra præsumuntur, & qui contrarium dicit, debet probare, maximè quando sunt in forma processus. cap. 15. nu 262. pag. 704.
Et apparet ordinata continuatio actorum . ibidem.
Acta non integra sufficiunt de iure communi, quando quæ deficiũt, non sunt releuantia . cap. 15. num.264. pag. 705.
Acta omnia debent transportari, ex dispositione Concilij Tridentini, siue releuent, siue non. cap. 15. num.265. pag.795.
Actorum irreleuantium transportatio non est necessaria. cap.15. num.268 pag.706.
Acta irreuelantia sunt, quæ non respiciunt merita causæ. cap.15. num. 269. pag.706.
Item acta facta in diuersa instantia. ibidem.
Acta sunt trasportanda, quæ facta sunt parte præsente, vel citata; vel sunt repetita parte legitimè citata. cap.15.nu.271.pag.706.
Acta non transportantur in prima instantia; sed iura producuntur. cap.15. num.276. pag. 707.
Acta non transportantur nisi in causis appellationum, & ab appellante. cap.15.num.277. pag.708.
Acta sola secundæ instantiæ tenetur producere, qui appellauit in secunda instantia. cap.15. n. 278. pag. 708.
Acta prima instantiæ sunt integrè transportanda. etiam vbi quis vigore clausulæ, quam, & quas, vellet procedere prout in prima: secus si sit commissa causa prout in prima, vide latè. cap. 15. num. 279. pag.708.
Acta sunt transportanda ab appellato, quando vult causam prosequi, appellante negligente. cap.15.num.280. pag. 709.
Item, quando vult executionem rei iudicatæ ab alio Iudice. ibid.
Item quando quis fecisset causam auocari ab alio Iudice; quia acta coram eo facta, sunt transportanda ad alium Iudicem, cui causa est commissa. ibidem.
Actis integræ non transportatis, iudex caret iurisdictionis exercitio, & causa non censetur deuoluta. cap.15. nu.281. pag. 709.
Acta facta coram Iudice incompetentè, non sunt transportanda. cap.15.num.282. pag.710.
Acta non transportata propter impedimentum partis non annullant sententiam. cap.15. nu.283. pag.710.
Acta diuersi Iudicij non sunt transportanda, etiam si multum facerent ad causam. cap 15.n.284. pag. 710.
Acta criminalia non sunt transportanda in causa ciuili. cap. 15. num.286.pag.710.
Acta omnia secundæ instantiæ sufficiunt, licet non transportantur alia, quæ non fuerunt producta coram Iudice secundæ instantiæ, cap.15. nu. 287. pag. 710.
Acta facta in causa super iactationibus, cum clausula, quàm, & quas,

quas, sunt transportanda, quando quis illius vigore procedit, non autem sunt transportanda acta causæ appellationis, quando non prosequitur. cap. 15. n.289. pag.711.

Acta non esse integra, probatur ex inspectione processus; & quę acta deficientia non vitiant sententiã, vide ibi. cap.15. n.290. pag.711.

Actio cui datur, multo magis datur exceptio. cap. 13. n. 37. pag.278.

Actor pœnitere potest, & desistere ab agendo, quando obtinuit solum decretum citationis. cap.12. n. 34. & 35. pag.42. & 43.

Actor, quando possit variare de vno ad alium iudicem. cap.12. n.35. pag.43.

Actor quis sit, & quis reus. cap.12. n.41. pag.45.

Actor an sit, vel reus, iudicatur à principio causæ. cap.12. nu. 43. pag.45.

Actor in possessorio summarijssimo est ille, qui petit mandatum de manutenendo. cap. 12. num. 45. pag.46. ratione ciuilis, num. 50. pag.48.

Actor, quando censeatur is, qui attentauit, vt teneatur docere de iure suo. cap. 12. n.51. pag.48.

Actor est in summarijssimo, qui petit manuteneri ob iniustitiam executionis. cap.12. n.52. p.48.

Actor est vterque, & vterque reus in summarijssimo, quando controuertitur, quis sit prior, & quis posterior in possessione naturali. cap.12. n.53. pag.49.

Actor in iudicijs duplicibus vterque est, & vterque reus; nisi vnus solus prouocet, & quando vterque prouocat, sorte dirimitur, quoad ordinationem iudicij, non quoad decisionem. cap.12. n.56. pag.49.

Actor sit appellans ad effectum admissionis appellationis, non autẽ ad effectum negocij principalis. cap. 12. n.64. pag.53.

Actor sit is, qui appellauit, quando vult causã prosequi vigore clausulæ, quam & quas. cap.12. n.65. pag.54.

Actor debet iustificare sententiam ex eisdem actis, stante clausula si quid exequendum, reus autem potest sententiam impugnare ex nouis. cap.12. n.66. pag.55.

Actor potest ex nouis repellere nouam rei exceptionem. sub d. n.66.

Actor in gradu restitutionis in integrum, aduersus rem iudicatam, est is, qui vult restitui: quia debet docere de causis. cap. 12. num.67 pag.55.

Restitutionis in integrum commissio, si suspendit effectum rei iudicatæ, quilibet remanet, siue actor, siue reus, vt prius. si non retardat sit actor, qui vult restitui. cap.12. n.68. pag.56.

Actor, qui factus est in gradu restitutionis, debet nihilominus iustificare rem iudicatam, si necesse sit. cap.12. n.81. pag.60.

Actor est in gradu nullitatis is, qui dicit de nullitate, & debet transportare acta integra. cap.12.nu. 83. pag.60.

Actor in gradu denunciationis euãgelicæ est, qui illud remedium intentat. & quid debeat probare

bare. cap.12. num.86. pag.61.
Actori iura fauent in principio, reo in medio, & vtrique in fine. cap.12. n.87. pag.62.
Actor debet probare cōcludenter, non æquiuocè, etiam si se fundaret in negatiua, nisi pro ea esset vehemēs præsumptio. cap.12. n.89. pag.62.
Actor non tenetur probare contrarium eius, quod est fundamentum exceptionis rei, quando cōcludenter probauit. cap.12. n.91. pag.62.
Actor dicitur habere intentionem fundatam, quando si nihil ex aduerso probaretur, posset obtinere. cap.12. n.92. pag.62.
Actor debet sequi forum rei, nisi sit persona priuilegiata. cap.12. n.93. pag.62.
Actor non tenetur sequi forum rei, quando esset agendū in loco solutioni destinato, vel rei sitæ, vel contractus. cap.12. n.95. pag.63.
Actor potest petere dilationem, quando reus deducit nouum ius, etiam stante commissione, cum clausula si quid exequendum. cap.12. n.97. pag.63.
Actor, quando habet plura remedia, sufficit factum narrare, & debet obtinere ex eo capite quo probatum est. cap. 12. num. 98. pag.63.
Actor, qui deducit omne ius, potest omissa via, quam prius elegit, alteram aggredi, absque refectione expensarum. cap. 12. num.102. pag.64.
Actor non potest declarare suam commissionem in preiudicium partis, quando effecta est communis. cap.12. n.103. pag.64.
Actor, quando committit possessorium, & aggreditur petitorium, reo datur absolutoria in possessorio. cap.12. n.104. pag.64.
Actor tenetur edere reo de æquitate Canonica, & stylo Rotæ, docto sūmariè de interesse. cap.12. n.105. pag.64.
Actori, & reo circa merita causæ æqualiter fauetur; in sententiando autem, magis fauetur reo, quàm actori. cap. 12. num.115. pag.66.
Actor an sit, vel reus is, qui citatur conditionaliter, quatenus sua putet interesse, & an, & quando dicatur volūtarius, vel necessarius. cap.12. n.121. pag.67.
De actoris iure prius disputandum est. cap.12. sub n.106. pag.64.
Actor ab initio agit, quando vult, & ab eo metiendum est iudicium, & debet instructus venire. cap.12. num.88. pag.62.
Actor ad lites, quomodo differat à procuratore. cap. 14. num.361. pag.548.
Actorem ad lites, an tutor possit constituere antequam confecerit inuentarium. cap.14. nu.362. pag.548.
Actor ad lites à tutore debet dari, cum decreto Iudicis, de quo si non constet, non auditur, nisi caueat. cap.14. n.364. pag. 548.
Actor ad lites constituitur periculo tutoris. cap.14. n.365. pag.549.
Actoris ad lites potestas cessat, finita potestate tutoris. cap. 14. n.378. pag.581.

Actus extraiudiciales, non requirunt citationem, nisi quando agitur de graui praeiudicio, quia tunc fiunt iudiciales. cap. 15. num. 357. pag. 732.

Actus in dubio praesumitur legitimè factus per executorem. c. 12. num. 318. pag. 145.

Actus iudiciales, omnes requirunt partis citationem. cap. 13. n. 24. pag. 246.

Actus post iudicium alij fiunt ad deuolutionem causae, alij ad executionem rei iudicatae. cap. 15. num. 237. pag. 697.

Actus ad deuolutionem causae sunt appellationes, Apostoli, commissio, & illius praesentatio, actorum transportatio fatalium prorogatio, cap. 15. num. 240. pag. 698.

Additiones, & cassaturae non vitiant, si Notarius eas approbat. cap. 13. num. 925. pag. 393.

Adiudicatio pignoris, quando facienda est creditori, citatur debitor ad reluendū. cap. 15. n. 354. pag. 731.

Adiunctus debet citari, seu magis propriè vocari. cap. 14. nu. 241. pag. 523.

Adiunctus quando non fuit legitimè vocatus, processus est nullus. cap. 13. sub nu. 6. pag. 241.

Agrimensor ad mensurandum debet deputari, & mitti parte citata. cap. 15. num. 99 pag. 654.

Agrimensor potest suam relationē Iudici facere, absque citatione. cap. 15. num. 100. pag. 655.

Idem de nuncio, & de calculatore. ibidem.

Alimenta, & sumptus litis decernere potest iudex, parte citata, & docto de paupertate, & de bono iure, capit. 15. num. 51. pag. 641.

Alimenta & sumptus litis petit is, qui pauper est, respectu rei de qua agitur. Cap. 15. num. 52. pag. 641.

Alimenta & sumptus litis negantur habenti, vnde se alat, & litem sustineat. cap. 15. n. 56. pag. 642.

Allegans Iudicem suspectum, an sit vlterius citandus, declara. cap. 14. num. 125. pag. 493.

Alternatiua facit incertitudinem. cap. 12. num. 320. pag. 146.

In alternatiua iudicum, electio est actoris, in alternatiua autem rerum electio est debitoris. cap. 12. num. 272. pag. 132.

In alternatiuis sufficit vnam partē adimpleri. cap. 12. num. 178. pag. 81.

Amici & vicini ad defendendum infantem sunt citandi per proclama. cap. 14. nu. 404. pag. 559.

Amissionem scripturae allegans, admittitur ad probandum cum iuramento. cap. 13. num. 249. pag. 291.

Ab animo in dependentibus statur proprio iuramēto. cap. 16. n. 25. pag. 777.

Antiquitas temporis facit praesumi omnia solemniter acta, & etiam quod stetur probationi imperfectae. cap. 13. num. 278. pag. 298.

Antiquitas 60. annorum sufficit, vt recognitio non sit necessaria per testes. cap. 13. num. 280. pag. 298.

Antiquitas centum annorũ requiritur ad hoc, vt non sit necessaria recognitio, nec etiam probatio notariatus.
Imo sufficeret etiam antiquitas 90. annorum, concurrentibus tamen adminiculis, etiam leuioribus. cap. 13. num. 281. pag. 298.
Antiquitas vltra centum annos requiritur, vt enunciatiua probet. cap 13. num. 282. pag. 298.
Antiquitas scripturæ, non probatur per solam datam cap. 13. nu. 283. pag. 299.
Antiquitas scripturæ nõ supplet vitia visibilia. cap. 18. n. 284. p. 269.
Ad effectum antiquitatis, deducendum est tempus litis, vt scilicet recognitio instrumenti per comparationem, & probatio notariatus non sit necessaria, sed ad effectum, vt non sit necessaria recognitio per testes, distingue vt ibi. cap 13. nu. 292. p. 300.
Appellans ab interlocutoria, quãdo vlterius non sit citandus, distingue. cap. 14. n. 124. pag. 493.
Appellationis interpositio est actus extraiudicialis, & non requirit partis citationem. cap. 15. n. 241. pag. 698.
Appellatio in causis beneficialibus dicitur extraiudicialis, & quomodo interponi debeat. cap. 15. num. 242. pag. 698.
Et habet vim citationis. ibid.
Appellatione deserta, citatur pars ad docendum de appellatione, & legitima prosecutione. cap. 15 num. 244. pag. 699.
Appellari quando possit à Iudice, denegante impartiri officium suum. cap. 12. num. 7. pag. 36.
Appellationi ab interlocutoria, si iudex detulit, nõ potest ad eundẽ causa redire, absque remissione delegati. cap 12. num. 37. pag. 43.
Appellationi renunciari nõ potest in præiudicium appellati, si appellationi adhæsit, vel alias eius interfit. cap. 12. nu. 38. pag. 44.
Appellationis causa est de appendicijs primæ instantiæ. cap. 12. num. 62. pag. 53.
Appellatio suspendit vires sententiæ, quoad vtramque partem. cap. 12. num. 61. pag. 53.
Appellationis Iudex succedit Iudici primæ instantiæ, & idem ius seruare debet, quod Iudex primæ instantiæ. cap. 12. num. 63. pag. 53.
Arbiter non potest exequi suam sententiam; sed ea petitur ab ordinario ipsius condemnati. c. 15. num. 308. pag. 717.
Archiuista potest extrahere iura sine compulsoria, & citatione partis. cap 13. sub n. 223. pag 285
Archiuista, quod quis sit, probatur ex eius subscriptione, & assertione. cap. 13. n. 224. pag. 285.
Scriptura, vt mereatur fidem debet esse reperta in loco publico, & non suspecto, vel apud notarium rogatum, vel successorem, vel in Archiuio publico. cap. 13. num. 302. pag. 303.
In Archiuio scriptura reperta, non facit fidem, inter non subditos; & extra territorium. cap. 13. num. 303. pag. 304.
Archiuium probat inter subditos, etiam ratione contractus extra

a 4 ter-

territorium. cap. 13. num. 304. pag 304.
Archiuium non dat robur scripturæ informi. cap. 13. n. 305. p. 304.
In Archiuio scriptura posita lite pendente fidem facit, quãdo habet omnia requisita, alias non. cap. 13. n. 306. pag. 304.
Articuli sunt producendi parte citata. cap. 15. n. 132. pag. 663.
Articulorum admissio fieri non potest parte non citata, ad dicendum contra articulos. cap. 15. num. 148 pag. 666.
Articuli dantur citata parte, vt possit contradicere: nam contra articulos plura opponi possunt, vt non admittantur. cap. 13. n. 365. pag. 324.
Articuli non sunt admittendi, quãdo continent quid iuris, & quando sunt euentuales, generales, incerti, & obscuri, vel negatiuè formati, & quando non sunt formati super iure suo, sed super iure alterius partis. cap. 13. n. 366. pag. 324.
Articuli si sunt impertinentes, & irreleuantes, non facientes ad causam, sunt reijciendi. Item si continent inuerisimilia. cap. 13. num. 367. pag. 325.
Articuli ad probandum id, quod probatum non releuaret, non sunt admittendi. cap. 13. n. 368. pag. 325.
Articuli non releuant, quando cõtinent idem, quod continetur in scripturis authenticis.
Item si continent contrarium eius, quod in authenticis scripturis continetur. cap. 13. n. 369. p. 326.
Articuli sunt irreleuantes, quando contradicunt partium conuentionibus.
Item, quando sunt improbabiles. cap. 13. n. 370. pag. 326.
Articuli, quando dubitatur an releuent, solent per Rotam admitti. cap. 13. n. 371. pag. 326.
Articuli, quando in effectu sunt ijdẽ, super quibus testes antea deposuerunt, non sunt admittendi.
Item, quando sunt ijdem in effectu, qui alias fuerunt reiecti, tanquã calumniosi. cap. 13. num. 372. pag. 326.
Articuli continentes contraria, seu diuersa ab ijs, quæ antea in alijs fuerunt articulata, non sunt admittendi,
Idem si articuli essent inter se cõtrarij. cap. 13. n. 373. pag. 326.
Articuli, quando dantur extra terminum, non sunt admittendi; vt putà post litem finitam per rem iudicatam. cap. 13. n. 374. p. 326.
Articuli post didicita testificata, seu publicationem testium, non sunt admittendi, si dantur super ijsdem, vel directè contrarijs, propter timorem subornationis; secus si post habitum summariũ. cap. 13. n. 375. pag. 326.
Articuli dati post lapsum terminũ ad probandum, & probatum habendum, non sunt admittendi.
Idem post seruatos terminos substantiales in Curia, & extra post conclusũ in causa. cap. 13. n. 378. pag. 327.
Articuli sunt admittendi post terminum ex æquitate, quia probationes non sunt angustandæ. cap. 13.

cap.13. num. 379. pag.327.
Articuli, & testes magis recipiuntur officio Iudicis, quàm ad instantiam partis. cap. 13. n. 382. pag.328.
Articuli obiectiui, seu criminosi, nõ solent admitti post seruatos terminos substantiales, vel post terminum ad articulandũ rectè seruatum. cap.13. n.384. pag.328.
Articuli, quando sunt de iure dantis, etiam post terminum dari possunt, & debent admitti. cap. 13. n.386. pag.328.
Defectus citationis ad dicendum contra articulos, suppleretur ex intimatione commissionis receptoris in partibus facta. cap. 13. num.387. pag.329.
Articuli pro remissoria sunt in actis facto producendi, non verbo, & coram Iudice causæ, non autem remissoriæ. cap.13. n.388. p.329.
Articulorum irreleuantia ex quibus colligi possit. cap.13. sub n.445. pag.344.
Articuli super liquidatione fructuũ, vel super reprobatione testium, non dantur in Curia; sed coram Iudice remissoriæ, nisi decerneretur remissoria principaliter super liquidatione. cap.13. n.389. pag.329.
Articulorum admissio non est de substantia ordinis iudiciarij; sed quando sunt pertinentes censentur admissi. cap. 13. num. 390. pag.330.
Pro Articulorum admissione citatio vtilis est, & quare. cap. 13. sub n.390. pag.330.
Admissio articulorum fit cum clausula saluo iure impertinentium, & non admittendorum, & quare. cap.13. n.391. pag.330.
Articuli, quando dubitatur an sint impertinentes, tunc solet in Rota disputari, an sint admittendi. cap.13. n.392. pag.330.
Articuli, quando sunt magis specificati, quàm primi, cessat præsumptio calumniæ. cap. 13. sub n.469. pag.354.
Articulans aliquid factum per scripturam priuatam, illam debet exhibere, vel probare amissionem. cap.13. n.452. pag.347.
Articuli sunt necessarij pro examinandis testibus. cap.13. nu. 507. pag.365.
Articuli admittuntur cum clausula saluo iure impertinentium, & nõ admittendorum, per quam consulitur reo. cap.13. n.516. p.370.
Terminus ad articulandum male seruatus, an faciat deficere conditionẽ derogationis regulæ 31. cap.12. n.677. pag.406.
Assessoris electio, an & quando valeat parte non citata. cap. 15. num.437. pag.756.
Assessor, seu consultor nõ citat partem. cap 15. n.438. pag.756.
Attentatorum iudicium, quando fit Iudicis officio, & non ad instantiam partis non requiritur citatio. cap.14. n.152. pag.498.
vti Attentata sunt reuocanda, quæcunque sunt gesta post inhibitionem, nec excusat consensus partium, propter læsam Iudicis maiestatem. cap.15. n.256. pag.702.
Attentata, quando redduntur valdè turbida, reijciuntur ex clausula

arbitrio. cap.13. n.199.pag. 279.
Ad probandum attentata, non datur remissoria; sed terminus ad probandum in Curia. cap. 13 num.420 pag. 338.
Ad excusandum attentata non datur remissoria sine magno fumo. cap.13. num.422. pag. 358.
Auditor Cameræ, licet iuxta suas facultates mandare possit, monitorium intimari ad domum, absque vlla perquisitione personæ, tamen si mandat exequi personaliter, quatenus Persona reperiri possit, tunc perquisitio debet fieri. cap. 12. num. 174. pag. 80.
Auditores Rotæ vigore Innocentianæ possunt procedere, vigore citationis nulliter executa, data notitia citationis, non tamen quando citatio fuit facta ad aliũ actum. cap. 15. nu.208. pag.689.
Author laudatus debet defendere, vbi iudicium est inchoatum. Cap.12. num.94. pag. 63.
Author non est citandus, sed sufficit citare possessorem. cap. 14. num.155. pag.500.
Author citari, seu laudari debet, & quomodo. cap. 14. num.161. pag. 501.
Author dicitur etiam nominari, quando possidens nomine alieno, conuenitur. cap. 14. n.162. pag. 502.

B

